demutaſſet;Hinc in ſacris literis praui atq; impij impuris pecorum nominibus deſi-
gnantur:Cum a dignitate humana excidentes, cum filio prodigo remotiſſime a pa-
tria domo per flagitia,impietates & ſcelera recedunt: Qualis eſt uitulus ille Saxoni-
cus Ludder,aut Minotaurus potius;qui tot hæreſibus Germaniam impleuit; tot ſe-
ditiones,bella & rebelliones commouit,tot impietatibus,apoſtaſijs,uotifragijs,periu-
rijs, blaſphemijs, ac omnium ſcelerum fece Chriſtianum orbem inundauit, ut nec
Deucalionis diluuium nocentius fuerit,apud Ethnicos, nec tyrannorum perſecutio
in primicias atq; Heroes fidei noſtræ Euangelicæ, plura incommoda attulerit: Vn-
de unus iſte uitulus adeo ab Auguſtuli hominis excellentia degenerauit, ut nihil
laudis humanæ in eum competere poſſit;in tantamq; progreſſus maliciam obduru-
it,ut neq; Aeſculapius medicæ artis inuentor, cum omnibus pharmacis, ſuccis, un-
guentis aut malagmatis eum ſanare poſſet,ut Phalaris de Alabo inquit : ita prorſus
Charagma dei in ſe amiſit, & a mittentibus ne illud recuperare ualeant, omnem adi-
tum præcludere nititur;Abſtulit enim Contritionem, confeſſionem pepulit, ſatiſfa-
ctionem deportauit;quibus homo ab imagine dei excidens,ſe ſerpentina prudentia
renouare poſſet;In fœdiſſimos huius errores ſcripſimus ſuperioribus annis: & in ur-
be Roma tres libros emiſimus,quos Roma. Ponti. Adriano & Clementi obtulimꝰ,
cum ex itinere amplitudinem tuam Tridenti inuiſerem. Ab amicis uero rogatus,
quartum librum adiecimus,in quo prærancidę hæreticorum rationes contra pœni-
tentiæ ſacramentum euacuantur.Hunc R. P. T. dedicare decreui, ob ſingulares &
raras uirtutes tuas, quibus mirifice fulges : Cuius euidens eſt argumentum, te præ
omnibus Germaniæ Epiſcopis, a Sereniſſimo Hungariæ atq; Bohemiæ rege Ferdi-
nando Hiſpaniarum principe ac Auſtriæ Archiduce potentiſſimo, aſcitũ eſſe ſum-
mis Conſilijs ſuis,ut ſarcinam magni illius regiminis ſufferre adiutes.Et nuper ob in-
gentia tua in rempub. Chriſtianam merita, a ſanctiſſimo domino noſtro Clemente
Papa ſeptimo,fœliciter in Ampliſſimum & Reuerendiſſimum ordinem ac cœtum
S.R.E.Cardinalium euectus es,applaudente & approbante Imperatore CARO-
LO V.Principe Opt.Max. Ea præterea es humanitate, in literatos omnes & ſtu-
dioſos,ut omnes te patronum agnoſcant,Mœcenatem reuereantur: & clementiam
tuam certatim demereri ſatagant;traxit quoq; me, iam multis annis habita tecum
conſuetudo;ubi perhumaniter me ſoles excipere atq; beneuolentius dimit-
tere;ut plane fateor plurimum me tibi debere:Accipe igitur Pur-
puratorum præſulum decus,hylari uultu,chartaceum hoc
munuſculum,meę in te obſeruantiæ teſtem: & ubi a
maximis diui Cæſaris, ac Regijs occupationibꝰ
quieueris,ſuffuratus ociolum,pugnam no-
ſtram cum hoſtibus fidei inſpice: & me
Regi tuo,ac tibi commenda. Va-
le Antiſtes digniſſi. Ingold-
ſtadij 8. Aprilis, An-
no Gratiæ.
M. D. XXX.

LIBER QVARTVS DE POENITENTIA, CONfutat hæreticorum rationes.

Quæ Ludder contra confeſſionem opponit in libello maligni iudicij,confutantur. Cap.I.

VERITATIS catholicæ defenſionem huc uſq; tribus libris para-
uimus: & omnino curauimus oſtendere: quod ea quæ hodie ec-
cleſia ſancta & Romana docet,iubet & præcipit de clancularia cõ-
feſſione: ea omnia conuenire,cum antiqua & primitiua eccleſia:In
quam rem & conciliorum ſententias ac ſanctorum patrum dicta
poſt ſacras literas induximus: cum autem non ſufficiat propria
firmare: ſed oporteat quoq; aduerſantia & contraria repellere : Inſtituimus hoc lo-
co libellos erroneos confutare: quos aduerſarij ſcripſerunt aduerſus eccleſiæ catho- Intentio autho-
licæ ueritatẽ: & id quidẽ obiter: nã adeo pugnantia ſcripſerunt : ut nec inter ſe aut ris.
ſibi cõueniant : hoc aũt eſt opus mẽdacij: ut nihil ſolidi habeat nihil cõſtantis,nihil fir-
mi: nã cum omne uerũ uero conſonet: falſum tamẽ & cum falſo,& cum uero pug-
nat. ¶ Et primo ueniamus ad tortuoſum illum ſerpentem Ludderum ſacras lite-
ras colaphiſantem: & eccleſiam catholicam in omni quod eſt religionis , quod fidei In Ludderum.
quod pietatis improbantem: Et ſub examen reuocemus impium eius libellum,quã-
tum ad confeſſionem attinet,de articulis fratrũ: fuerant etenim duo, Ludderana pe-
ſte infecti,in diocęſi Brandẽburgẽ.qui peſtiferam hanc doctrinam in plebem ſpar-
ſerunt: fratres minoritani huic morbo occurrere uolentes,contulere certos cum eis
articulos: quos cum obſtinatos deprehenderent: obtulerunt illos articulos Reuerẽ- Minores.
diſſimo epiſcopo Brandenburgẽ.qui dũ eſſet in comitiua illuſtriſſimi principis ele-
ctoris Ioachimi Marchionis Brandenburgẽ.redeuntis ex Comicijs Franckfordia-
nis,electo iam Carolo.v.Imperatore Romanorũ diuertit cum principe ad Lipſiam Marchio bran-
ubi iam finieram diſputationẽ cum Luddero: me uero uocato,obtulit mihi D. Epi- den.
ſcopus articulos illos: atq; rogauit ut meum ſuper his ferrẽ iudicium : obſecutus ſum Carolus.5.
tumultuarie,antiſtiti: uenit iudicium in manus Ludderi: qui mox ueneficam in me Epiſcopus
exacuit linguam: Et articulum ſeptimum (cuius is fuit tenor. Confeſſionem ſacra- Branden.
mentalẽ dixit,non eſſe de iure diuino,ſed ex inſtitutione Innocentij iij.) ſuſcipit de-
fendendum: Et hic primo aſſerit,confeſſionem illam quæ nunc agitur occulte in au-
rem,nullo poſſe iure diuino probari: Et quod non ita fiebat primitus: Sed publica il- I.
la quam Chriſtus docuit,Si peccauerit in te frater tuus: Et Paulus,aduerſus preſby- II.
terum accuſationem &c. Tunc enim teſtibus & accuſatoribus crimina accuſaban- III. Mat.18
tur: donec confiteretur conuictus,ut ex Cypriano liquet. ¶ Et quando induxi Io- IIII. 1.Tim.5
han.xx.(ipſe falſe aſſumit Iohan.ult.) Quorum remiſeritis peccata &c. Reſpondet V. Cyprian.
cuius fabula eſt hæc: nullum peccatum remitti: niſi confeſſione publicetur: cum ue- Iohan.20.
ro nullus hominũ,noſſe poſſit oĩa peccata,fiet ut ad impoſſibile obligetur: nã hinc ue-
nerunt torturæ iſtę conſcientiarum: quod diſcuſſionibus & diligentiæ adhibitioni- VI.
bus confitendi nullus ſit finis: Inde confeſſionalia cum neporibus,filiabus,ſpeciebus,
generibus peccatorum : ut eorum etiam memoria ſit laborandum : cum ſola con- VII.
ſcientia in hac cauſa eſſet conſulenda: Dein eo contendit,quod licet remiſſa a ſacer-
dote ſint remiſſa: non autem ſequi: quorum non remiſeritis : illa non erunt remiſſa: VIII
Nec ſequitur inquit,Eccleſia remiſit tibi quæ confiteris : ergo omnia remiſſa ſunt:
Ab initio in me inuehitur impudentius: quia tot annis ſim Theologus : & adhuc ne- IX.
ſciam: quid ſit ius diuinum: quia confeſſionem probem eſſe de iure diuino per Au- X.
guſtinum, Ambroſium, & Origenem &c.Et miratur quod Cyprianum non indu- XI.

h 298.




Te assumã, & reg[illegible] nabis super omnia, que desiderat anima tua. 3. Reg. 11.

Deus & regnum, quod [illegible] n ser uierit tibi, peribit. Isa. 6[illegible]



Dedisti eis regna & populos, & partitus es eis ſortes. Neem. 9





PRIMA PARS
OPERVM IOHAN. ECKII CONTRA LVDDERVM.

I. Epiſtola ad glorioſiſſi. Imp. Carolum V. Auguſt. a Deo coronatum.
II. De Primatu Petri lib. III.
III. De Pœnitentia lib. IIII.

M. D. XXX.

Cum gr̃a priuilegiȷ̃ ſubſequẽti ſecũdę partiadnexi.



B 298

ERENISSI[illegible]O PRINCIPI AC DOMINO PO-
[illegible] D. [illegible]dinando Hungariæ, Boihemiæ, Croaciæ & Dal [illegible] Hiſpaniarum principi, Archiduci Auſtriæ, duci [illegible]riæ, Schleſiæ, Carinthiæ, Sueuiæ &cæ. [illegible]orauiæ, Burgogiæ, Lantgrauio Al[illegible] [illegible]miti Tirolis & Haſpurgi &cę. [illegible] ſuo [illegible]entiſſimo

Iohan. Ec[illegible] [illegible] uictoriam de h[illegible]

TRadunt Hiſpanorum annales Sereniſſime [illegible] cus reges ab obedientia ſ[illegible]d. Apoſt. defeciſſent, [illegible] ſtra per Hiſpanias suborirentur: ſacerdotes ne[illegible] contrahebant, ſacra indigne tractabantur, fidei ſacramenta prop[illegible] ſi monaſteria relinquebant, Laici Chriſtianos ritus atq; patrum inſti[illegible] impietate, negligebant. Cum, inquam, hæc agebantur, adeo Hiſpani[illegible] ut Iuliano Comite duce, Sarraceni traiecto mari, occiſis regibus, urbibus cap[illegible] uerſas ferme ſubegerint & occupauerint Hiſpanias: in quibus ita firmiter pe[illegible] xe runt & ſedes, ut multo cum Hiſpanorum ſanguine, atq; perpetuis bellis expelli om- nino non potuerint uſq; ad noſtra hæc ſæcula, quando Catholicus Rex Ferdinand9 M. T. auus maternus, Granatę regem Mahumeticum (quę Betica olim dicebatur) regno atq; Imperio exuit: Similia ſæpe legimus in ſacris literis accidiſſe Iudæis, cum unius uerię dei cultum neglexiſſent, ab Idololatris oppugnati ſunt, fuſi ſunt & uicti, quod luculenter Iudicum atq; Regum indicat Hiſtoria: Quæ omnia dum exactius expendo, omnis mihi adimitur admiratio: cur hac noſtra tempeſtate, Sanguinari9 & truculentiſſimus Chriſtianitatis hoſtis Thurca, in uiſcera Germaniæ ſęuire cœ- perit, atq; abactis, & in perpetuum ignominioſamq; ſeruitutem diuenditis Chriſtia- nis, igne atq; ferro miſere omnia uaſtarit: non. n. incurſiones tantum patit Thurcar & leuis armaturæ equitum, ut ſuperioribus annis in Croatia, in Carniola, in Iſtria ac- cidere ſolebat: ſed pleno integroq; exercitu uallatus Cæſar Auſtriam tuã diripuit, et opulentiſſimã ciuitatẽ Viennam, regiam tuam, terra & Danubio obſedit ac undiq; circumdedit: Cur hæc mala deus iratus nobis permittat, minime profecto demiror: Nam uincit iam Germania impietate, hæreſibus, ſacrilegijs & blaſphemijs, omnium nationum ſchyſmata, ut non poſſit nobis non iraſci, clementiſſimus alioquin Deus. Cum uero Sereniſſime Rex celſitudo tua forti & infracto Chriſtiano pectore cu- piat Chriſtiani nominis & ſanguinis hoſtem a finibus Germaniæ, regnorumq; tuo- rum cohercere (id quod per neceſſarium eſt, ne ſimilem fortunam & cladem expe- riri cogamur, atq; Aſiæ, Thraciæ, Græciæq; regna, maxima Chriſtianitatis iactura, impoſito ſeruitutis iugo patiuntur) ante omnia, ut ſpecioſos referas ex hoſtibus tri- umphos, ſacratiſſimo Cæſare CAROLO V. fratre germano adiutore præcipuo, ſchyſmata atq; hæreſes e Germania pellantur, abeant Ludderi impietates, faceſſant Capharnaitarum ſacrilegia, coherceantur Catabaptiſtarum atq; Pneumaticorum ſe ditiones: Euangelij gloria redeat: ueritatis radij pulſis erroribus Germaniam illumi- nent: reuertatur priſca religio, antiqui mores Chriſtiani renouentur, & pœnæ ſopita in deum & ſuperos deuotio atq; religio poſtliminio reuertatur: ut ſic nobis D. O. M. placatus, uirtutem ex alto demittat, non ſolum repellendi Thurcam, ſed & uniuer- ſam Gręciam & Thraciam, atq; ipſam Hieroſolymam ex manibus eius eripiendi: [illegible]d quod futurum omnino ſperant Catholici, dum diuus Cæſar cum gente ſagittaria

ballos, I

rices :

pleniſ uelis, ſubſidio præſidioqꝫ aderit M. T. ut per Dacos, ... uici ... ... opreſ-
Albanos, Macedones, Epirotas, Atticos, Eubaios, Thraces ... iugo ſub... ...s eie-
ctæ crucis inſignia feratis, Chriſtianos dur... mo ſeruitutis i... ...n actio
ſos, in priſtinam libertatem reſtituatis; ac Mahumetic... ritu e... omnib... ...: in q
cto atqꝫ exploſo, Chriſto redemptori & ſaluatori noſt... ...uatur. Hæc
nes omnia templa reſonent: & inprimis memorabile ... ...e & animi magnitu-
olim nongenti clerici deo ſeruire ſoleb... Chriſt... &, quæ Ludderus maxima ani-
inquam ſperant Catholici de Maieſt... ...qꝫ C... æ inuexit, ſopiantur & extinguan
dine, ſi prius inteſtina atqꝫ domeſtica ... ...m: ſed noſtrates tot exerciti malis,
ma...um iactura atqꝫ religion... ...end periculo dum ruſticorum cohortes inſurrexe-
-uo... ...ouebant; ſedatum eſt hoc malum, centum millibus ex
...tamen diem perſtant, fomitem incendij tumultuanti po-
...mmuni Catholicaqꝫ fide per ſchiſmata ſeparant, in ſuam et
...erabilem perniciem. Age igitur heros fortiſſime a diuo Cæſare a ſa
...etra, ut hæreſi Ludderana extincta, in unitate fidei Germaniæ con
...ſuperioribus annis præter diſputationes Lipſenſem & Badeñ. uaria
... negocio opuſcula: quæ amicorum impulſu atqꝫ hortatu iam in unũ faſcem
co...a, denuo prælo committere & Typographorum opera publicare propoſui:
quibus Maieſtatem tuam delegi patronum: ut ſub umbra Maieſtatis tuæ tuta, per
manus doctorum uirorum uolitent. Accipe igitur R E X sereniſſime chartaceum
iſtud munus, hylari uultu: & fidem Chriſti atqꝫ Chriſtianos perge tueri atqꝫ defende-
re, Immarceſſibilem a D. O. M. pro meritis in æterna beatitudine recepturus coro-
nam. Valeat Regia ſublimitas tua, protectioni diuinę commendata Auguſtæ Ka-
len. Iulijs Anno Gratiæ M. D. XXX.

E. Sereniſſ. M. T.

minimus Sacellanus

Iohan. Eckius.

DIVO CAESARI, INVICTISSIMO PRINCIPI
D.C[illegible]LO V.Ro.Imp.AVG.Caſtiliæ,Arragoniæ,Legionis,
[illegible]entiſſim[illegible] Siciliæ,Granati,Neapoli,Nauarræ &c.Regi catho=
maticæ [illegible]potentiſſimo.Arch[illegible]uci Auſtriæ, duci Burgun=
Bu[illegible] Palatino Hannoniæ &c.Comiti
Marchi[illegible]purgi &cę. domino noui orbis
ſati[illegible] Aphricæ & Oceani &cæ.
[illegible]. Domino ſuo Cle=
mentiſſimo.

PAratiſſima obſequia offert,& Auguſtalis Imperij incrementa op=
tat,Nihil eſt quod dubitem ſacratiſſim[illegible] de tua in rebus agē=
dis prudentia,de feruenti in fidem Ch[illegible]ex, cu[illegible] quem ueteres
Germani Imper, & Principes a Bebenb[illegible]io, habuiſſe ſcribun=
tur, Nihil eſt quod reformidem celſitudinem Maieſtatis tuæ,po=
tentiæ magnitudinem & ſupremum illud honorum faſtigium,
quod pro meritis tuis, pro auitis & pro auitis uirtutibus iure tenes, Quin homuntio
ego infimæ ſortis,nullius numeri,haſce ad Maieſtatem tuam darem literas, quod &
Clementia tua, quæ præcipua Regum dos eſt,ut ait Vopiſtus, has, diuum Hadria=
num Aug.imitatus,non aſpernabitur,cum officium meum,& ſimul profeſſio Theo
logica ut ſcriberem id exigere uiderentur, Non enim te præterit diue Cæſar quos
tumultus in eccleſia Dei F. Martinus Ludder cum antiquis erroribus reſuſcitan=
dis,tum nouis quibuſdam ſeminandis, excitarit & lata iam per ſed. Apoſt. (ad quā
omne iudicium fidei merito refertur) in eius doctrinam, condemnationis ſententia,
non deeſſe qui adhuc ambigant:& an tali & tam maturæ præmeditatæ ſententię pa
rendum ſit uel minus,in dubium referant.

¶ Quod & ſi ſciam,Maieſtatem tuam pro genuina uirtute ac prudentia,longe a tā=
ta temeritate abeſſe,alios tamen demirari non ſufficio cum de iudicio ſed.Ap.uacil
lantes audio:cum ſummum ibi ſit fidei iudicium,infallibilis fides,in obliquabilis ueri
tas,Nam etſi praui inueniantur fuiſſe Pontifices,qui etiam de fide non recte ſentirēt,
nunꝙ tamen D.O.M.paſſus eſt,eos iniquā in fide ferre ſententiam, nec unꝙ in cau
ſa fidei ullius Papæ ſententia(quod certe mirandum eſt)retractata eſt,ſed in ſuo ro=
bore ſemper ualida & inuicta permanſit:nam ſic Chriſtus rogans pro Petro, ut non Luc. 22.
deficeret fides eius,exauditus eſt pro reuerentia ſua:Ita comperimus iam M.D.fer=
me annis in cc.& pluribus uiginti Pontificibus:Vnde minime dubitandū,quin hæc
ſententia in cauſa fidei lata per Pontificem contra erronea Ludderi dogmata ,fina
liter triumphabit & ſtabit illęſa. Etiam ſi iam ab initio ei reſiſtatur (quod non fiet, te
uolente Carole maxime)minuſꝗ ei obtemperetur: quid enim aliud inobediētia iſta
pariet Germaniæ niſi dedecus & ignominiam, animarum plurium interitum, reli=
gionis detrimentum,ſeditionum pluuiam,omnis pacis & tranquillitatis uaſtitatem:
quare potius iam ſententiæ tam ſanctæ parendum eſt fidei integritas, eccleſiæ uni=
tas conſeruanda,hæreſes extirpandæ, quam ut tot periculis & damnis,Germaniam
& fidem & religionem exponamus.

¶ At inſtant plęriꝗ audiendum F.Ludderum, inauditum iudicari non debere,Itaꝗ
ſuſpendendam Sum.Pontificis ſententiam:magnum hoc loco ſibi præſidium paraſ
ſe aliqui rati,multum huic loco incumbunt,uelut inuincibili:Sed facile intelligis po=
tentiſſime Cęſar,Iniuſtiſſimum fore omnium,ut iudicio in cauſa fidei a Sede Apo.a
ſummo Pontifice & ſacro collegio dato,tam diligenti & maturo,tot menſium doctiſ
ſimorum uiroꝝ prēmiſſo examine,cauſa deciſa, alibi deberet denuo iudicari. Quin

diui Cæſares Auguſti, iudicium fidei ſemꝑ uiris eccleſiaſticis commiſerunt, ut qui
dum ſummi eſſent in regni faſtigio,ſacerdotes tamen fidei magiſtros paterentur:un
de et eccleſiaſticorum conſilijs ſacra tua Maieſtas indubie acquieſcet.

¶ Non modica tamen me capit admiratio,quare aut quomodo audiēdus ſit F. Lud
der, Si inquam uelint,eum audiendum:ut articulos propoſitos agnoſcat, aut ſenſum
a ſe intentum explicet,nihili ratio eſt,quod ob hāc cauſam audiri debeat, cum ex cō
miſſione S.D.N.a Reuerendiſſ. Cardinali Caietano Sed. Ap. legato a latere auditus
ſit Auguſtę:ſed pertinax diſceſſerit:toties uocatus,comparere neglexit:an non audi-
tus eſt,cuius libri per omnes angulos Germaniæ uolitant, Germanica & Latina lin-
gua conſcripti:qui mentem ſuam tot ſermonibus,tot apologijs,reſolutionibus expli-
cuit:ut nemini diligēter eius libros legēti,dubiū eſſe poſſit de mēte eius, pluribus er-
roribus & hæreſibus inuoluta:acſi libri, uelut liberi,eius mētis expreſſam non refer
rent imaginē;quā toties tot ęditis opuſculis,apertiſſime declarauit; Et in diſputatiōe
quoq; Lipſica auditus eſt plus duab. ſeptimanis cōtinuis,ſępe illic prę ſente & audiē
te Illuſtriſſimo principe & domino, D. Georgio Saxoniæ duce & cæt. domino meo
clemētiſſimo,de quo illuſtris dominatio abunde teſtificari poterit, quomodo ab ini
tio nullum iudicem pati uoluerit:quæ latibula abeunte etiam principe ad annullan-
dum iudicium quæſierit.

¶ Neq; audiendus eſt idcirco ut articulos illos damnatos agnoſcat,cum iam poſt Bul
læ publicationem trina uice,faſſus ſit articulos illos eſſe ſuos:& malum malo addens,
non ſolum illos de nouo pertinaciter approbat, ſed etiam omnes articulos Iohannis
Huſs in ſacro & laudabili Conſtantieñ. Concilio condemnatos aſſerat & defenden-
dos ſuſcipiat ; addens coronidem errorum , non eſſe in poteſtate noſtra aliquid boni
uel mali facere,quod omnia de neceſſitate abſoluta eueniant, quid pluribus opus eſt
agere,ſuper tam obſtinato infronito,& excæcato pectore.

¶ Aiunt eum audiendum,ut quo pacto ſua tueatur & defendat,cui etiā & ſuis fun-
damentis ſatiſfiat. At quis non ſtupeat Maxime Cæſar, uanum hoc conſilium, quaſi
libros ſuos ſine armis ſuis emiſerit,quaſi eos nō q̄ maxime potuerit inſtruxerit:defen-
ſiones tot emiſit,tot apologias,tot dictorum ſuorum rationes ut nemini docto diffici-
le ſit iudicare quibus fulciatur,quibus ſe muniat,quæ omnia per uarios doctos uiros
diſcuſſa,præſertim in urbe Roma,reperta ſunt fragilia & inualida præſidia, ſacris li-
teris corrupte adductis,& peiori ſenſu deprauatis, contra ſanctorum patrum & con
ciliorum explanationem:Hiſtorias deprauat,Sanctorum dicta torquet,adeo ut om
nes defenſiones ſuæ repertæ ſint friuole,temerarie,& male intellectæ:& ego qui mi-
nimus ſum inter ſacræ Theologiæ profeſſores, poſt diſputationem Lipſicam (ubi
doctorum illius ſtudij iudicium ferre nolebat)ſæpe me obtuli,ut una mecum perge
ret ad fœlix Parrhiſienſe ſtudium,auditurus conſumatiſſimorum uirorum iudiciū,
Quod ſi ſuccomberem ego, obtuli me impenſas ei ſoluturum, & reuocationem ei
facturum eiuſdem ſtudij iudicio ſolum ipſe ceſſaret ſeminare errores & hæreſes,&
deſineret tranquillitatem eccleſiæ infeſtare : at nunq̄ oblationi meæ obſequi uoluit.

¶ Vtar clementia tua Pientiſſime Auguſte: duo præterea maxime uidentur mihi,
his reſiſtere,qui eum audiendum contendunt:Nam non attendunt morem condem
nandi a ſanctis patribus obſeruatum, primo.n.dictū ipſum ſub examē reuocat̄,an ue
rū ſit uł falſum,fidei noſtrę cōueniens aut diſſonū:ubi nulla requirit̄ dicētis audiētia,
uel præſentia, Poſt hac ad authorē dicti,intendunt,quo animo illa ſcripſerit,Nam ſic
Cypriani martyris,Papiæ Hieropolitani,& Victorini Pictauieñ. ſanctorum & de ec
cleſia benemeritoꝝ dicta nouimus damnata, ſaluis ſemper authoribus, Vnde quod
nullus hæreticus niſi conuictus ſit damnandus,non eſt ita ruditer intelligendū,uelut
plæriq; noſtri temporis faciunt, ac ſi hęretico nulla ſupetat amplius uerbalis prętenſa
defenſio.

defenſio, ſed porrigat manus uictas, Nam ſic prudentiſſime Imp. nouit ſacra tua
Maieſtas, illum ita cedentem, non eſſe hæreticum, pertinacia autē et obſtinatio facit
hæreticū: ideo conuictus dicit̃ qui errorē damnatū, tenere et defendere cōuincitur.
¶ Aliud eſt ſacratiſſime Cæſar, quod monitis Sum. Pont. et tuæ Maieſtatis non ac-
quieſcētes, minus expendunt, pleroſq; errores Ludderanos eſſe huiuſmodi, qui nul-
lā admittant defenſionem, iam pridem a ſacris concilijs, a ſanctis patribus condem-
natos: quando ergo ſententia tranſijt in rem iudicatam: qua uel impudentia uel im-
probitate F. Ludderum antiquos cineres ignientem & ueteres hæreſes, renouantem
audiendum præſumant: Nam & iniuriam facit iuditio Reuerendiſſimæ ſynodi, ſi
quis ſemel iudicata, ac recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare contenderit,
ait Martianus Imp. Ideo F. Ludder in hoc nullatenus eſt audiendus: cū & Valenti
nianus Imp. noluit hæreticos habere facultatē morandi in ſolo Romano, ſed expel-
lendos & ultimo ſupplitio tradendos.
¶ Non deſunt qui Bullā ap. calumnientur, ideoq; eam per fines Imperij tui Nobiliſſi-
me Cæſar, nō exequendā cenſent: quia nuda auctoritate articuli Ludderani in Bul
la condemnent̃, ſine ſcriptura, ſine ratiōe: At hi prudentiā Auguſtalis Maieſtatis tuę
ab incepto ſancto fidei negotio, his nugis non abſterrebunt cum S. D. N. papa Leo
in hac bulla antiquiſſimorum conciliorꝝ & ſanctiſſimorum patrum, morē & conſue-
tudinem obſeruauerit. Nam & in ſacratiſſima oīm Nicena ſynodo canones pure, ſim
pliciterq; enuntiantur, ſine ſcriptura ſine Ratione, ſic in conſtantinopolitana, Antio-
chena, Sardicen. Calcedonen. Cartaginen. obſeruatū eſt, quamuis in his doctiſſimi
fuerint uiri: fateor anteq̃ concilium aut Pontifex pronuntiet, non debet id facere ni-
ſi ſcripturis aut rationibus motus. Doctores deinde laborare debent in expugnandis
hæreticorum dictis, & diluendis eorꝝ rationibus, ita Cyprianus contra Nouatum &
Ambroſius, Ita Hieronymus contra Iouinianum, Heluidiū, Vigilantiū, Pelagianos,
contra quos & Auguſt. cum Donatiſtis, Arrianis, & Manichęis: Non dubium Au
guſtinus, quia concilio Mileuitano interfuit, ubi Pelagius fuit condemnatus, po-
tuiſſet hæc eadem in ſynodo ſcripſiſſe, cū canonibus, quæ deinde priuatim ſcripſit.
¶ Inſtant alij apud Clementiam tuam, Fœliciſſime Cæſar, concilium eſſe cogendū:
ut cauſa iſta, cum alijs ad religionem noſtram pertinentibus tractetur, nemo dubi-
tat, quin res bona eſſet & Reip. Chriſtianæ utiliſſima, concilium ueterum inſtitu-
to celebrari, ut defectus uarij in ſancta eccleſia dei, emendarētur, & id quidem fie-
ri, nemo eſt inter bonos Chriſtianos, qui non cupiat: At ob Ludderum cogen-
dum concilium, & totum orbem Chriſtianum, ob hoc monſtrum, inquietandum,
& defatigandum, quis prudens conſultum ducet? aut hanc cauſam tam diu prote-
landam? quo hæreſis illa fortior fiat, & ad extirpandum difficilior, Nam hæreſibus
celeriter eſt obuiandum ait Innocen. I. ſcribens ad concilium cui Auguſtinus inter
erat, & Arrius parua flamma fuit in Alexandria ait Hieronymus, ſed quia non cele
riter eſt extincta, totum mundum depopulata eſt, Niſi enim fuiſſet Vuentzeſlai re-
gis deſidia, Bœhemiam non haberemus ab unitate eccleſiæ diuiſam. At patere Cle-
mentiſſime Cęſar, ut agam cum illis qui Ludderi cauſa cōciliū clamant, Non enim
hoc illis obijcio, quod dici ſolet, clamantes conciliū, concilium, nihil aliud clamare ni-
ſi ſchyſma, ſchyſma: longe enim abſum ab illorꝝ ſententia: Neq; hoc quod parum do
ctrinæ & prudentiæ habentes poſt concilium clamant, ſperantes futurum, ut dum
ſtatibus reformandis intenderent, ad opes & dignitates aſcenderent, ſic plerumq;
lucroſa ſunt aliquibus bella & ſchyſmata: ſed hoc ab eis exigam, an ne liceat nobis
ſperare tam magnum concilium, tanta concordia nationum, liberrime congregatū,
quale fuit Conſtantienſe concilium, In quo Germani, Hiſpani, Itali, Angli, Galli cū
cæteris nationibus, concordibus uotis & paribus paſſibus incedebant, ut depoſitis

uel ultro cedentibus tribus Sum. pontificibus, quartus omnium nationum conſenſu eligeretur, ſedato unius & quadraginta annorum ſchyſmate. Hoc tamen tale ac tantum concilium, a toto orbe Chriſtiano receptum, & laudatũ, demptis aliquibus regni Bohemici, Frontoſo & obſtinato non ſatisfacit Monacho: quin maxime illud cõtemnit, ſpernit, calumniatur, & uelut acephali ſacrum concilium Calcedoñ. approbatum, nitebantur eneruare, Ita hic F. Ludder ſacrum concilium Conſtantieñ. conatur in nihilum redigere, & eius authoritatem infirmare: Pulchrum capitulum, uni homini, cedat totius Chriſtianitatis concilium.

¶ Vnde quocumq; magno & libero coacto concilio, ſi quicq̃ grauius contra Ludderum ſtatuerent (ſicut certiſſime fieret, ſi futurum eſſet concilium: quoniam totus ſcatet hæreſibus, ut Parrhiſiacus doctor nuper edito libro ſcripſit) tũc illud æque & magis contemneret, quam conſtantieñ. illud uel aliud prætendens: ſicut & ſanctiſſimis contigit concilijs, minuit enim præſentia famam, quod concilijs quantumuis ſanctis, detractores non defuerunt.

¶ Quare ſimilibus & huiuſmodi leuiculis motiuis, ſacra tua Maieſtas non auertatur ab inſtituto, quin ſortita Catholici regis titulum, ſtrẽnue apoſtolica mandata per fines Imperij Romani & ampliſſimorum regnorum tuorum, iuſſu etiam tuo, facias obſeruanter cuſtodiri: ut hæreſes & errores extirpentur ad dei gloriam animarum ſalutem, tui nominis immortale decus & perpetuum monumentum: Sic Theodoſius & ualentinianus Chriſtianiſſimi Aug. Leontio papę ſcripſerunt: ne quis habeat Neſtorij libros ſcriptos, nec legat, aut deſcribere audeat: ſed diligenti ſtudio quæſitos, publice cõburendos decreuerunt: Identidem edicto Auguſtali de libris Ludderanis ſtatuat ſacra Maieſtas tua: publico enim reprimendus uenit edicto, qui tã enormiter publice delinquit: Quæ enim inſolentior temeritas oſtẽdi per eum potuit quã quod Bullam apoſtolicam publice concremauit, in Sed. Apoſt. & religionis contemptum: quomodo hic tacite exultant iudęi, lętantur ſchyſmatici, gaudent infideles, quotquot audierint, fidem noſtram ſic irriſam iri: Quæ ſuperbior arrogantia fieri potuit: quam quo ius Canonicum ſeu Pontificium, edacibus flammis commiſit: quod in omnibus ſtudijs Germaniæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Galliæ & per totum Chriſtianum orbem legitur, in iuditijs obſeruatur, in concilijs cuſtoditur: Et inexcuſabile eſt quod Decretum combuſſit, In quo nihil ferme aliud cõtinetur quam ſanctorum conciliorum canones, ſummorum & ſanctiſſimorum Pontificum decreta, ſanctorum patrum ſententiæ, Ibi enim canones apoſtolorum continentur, conciliorum Niceni, Sardiceñ. Antioceni, Ancirani, Gangreñ. Calcedoñ. Epheſini, Africani, Mileuitani, Conſtantinopolitani, Arleten. Toletani, Romani &c. decreta Anacleti, Felicis Sixti, Victoris &c. Sententię Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Gregorij, Cypriani Chryſoſtomi, Leonis, Proſperi, Theodori, Bede, Iſidori, Eſitij, Hilarij, & aliorꝫ preclariſſimorum patrum: Hoc opus ſummæ laudis & admirationis, non timuit in ignem proijcere, & comburere: & contra tam nauiter impudentem et inſolentem ſtudent adhuc aliqui retrahere et auertere Chriſtianum Maieſtatis tuæ animum: quo per Auguſtale edictum, bullam a Sed. Apo. emanatam, minus præcipias obſeruari: illius rationem habendam ſuadẽt, qui nullius rationem habet: neminem curat: neminem reueretur, niſi alicui aduletur.

¶ Noli igitur Pontentiſſime Cæſar Catholicum et Chriſtianiſſimum animi tui propoſitum, immutare: ſed perge fœliciter ſcandalum ex eccleſia dei tollere: eum reprimere: qui aperte aliqua ſacramenta fidei noſtræ reijcit: ea quæ admittit temerat, omnem cultum religionis noſtræ immutat: ſanctos contemnit ab eccleſia canoniſatos: omnem hæreſim Huſſiticam laudat, aſſerit et extollit: pro qua labe extirpanda, adeo deſudatum eſt per patres ſacri Conſtantien. concilij: dein et Baſilien. et Florentini: ſed

tini; ſed & Germani ſæpius ſanguinem fuderunt, Auſtriaci tui, Bauari finitimi tui,
Strennui Miſneñ. & Saxones, fortes Francones, & alij Chriſtiani; hanc tamē hære-
ſum peſtem, & hac multo peiorem; ſub melle infundere nititur F. Ludderus in om
nem Germaniam. Quod ſola Maieſtas tua ſacratiſſima pro zelo fidei, breui compē
dio, impedire poteſt: & tantum incendium extinguere.

¶ Quod ſi in fide non deliquiſſet; qđ tamen quam maxime fecit; adhuc hominis in
ſolentia & procacitas intollerabilis foret; qua ſummum pontificē, Cardineum ſena-
tum, mille adoritur iniurijs; & calumniatur improbiſſime, qualiter non eſt auditum
a ſæculo: quamuis F. Ludder non ignoret hoc eſſe contra euangelicam doctrinam,
ſanctorum patrum decreta, Hieronymi in Homilia, Chryſoſtomi & aliorum docto
rum ſententias; poteſtati obediendum ſacerdotium uenerandum: Nolo perpetuā
inſerere orationem, quomodo apoſtoli præceperint tam ſtricte, etiam poteſtati ſęcu
lari obediendum, Quis honor erit Germaniæ, quis honor tuæ Maieſtati, quis honor
Principib. Imperij, ſi ad has iniurias Pontifici Max. Succeſſori Petri, Chriſti Vica-
rio illatas, ab infimæ ſortis homine, & eo cucullato conniueant: Immortalem ſibi plę-
riq; Imperatores Germani peperere gloriam: qui dum moleſtari audiſſent Ro.
pont. educto exercitu, Germano milite petita Italia, Pontificem ab iniurijs liberaue
runt; & ſumpto de reis ſupplitio, minime paſſi ſunt, ſedentem in ſede Petri diuexari:
prolixiores quadruplo creuerunt literæ, quam propoſueram ideo ceſſo, harum re-
rum teſtimonia probatiſſima, hiſtorica fide recenſere: Hoc unum rogo Cæſarea
Maieſtas tua liberaliſſimo ac regali uultu audiat.

¶ Cum Dioſcorus Alexandrinus LEONI Magno Ro. pontifici reſiſteret, accito
ad id negotio Eutyche, contrariam inuehens hæreſim Neſtorio, conuocato Epheſi
conciliabulo, Leonem pont. Ro. excōmunicauit, hęreſim ſuam firmando: Sub Mar
ciano Imp. pijſſimo coacta magna ſynodus Calcedonę: nam Nicea tot hoſpitum mi
nus capax erat; Paſchaſio a Ro. Pont. eo deſtinato, damnata fuit Euthychiana hære
ſis; & licet patres DC. XXX. grauiter ferrent Dioſcori & Eutychis in fide erratū:
multo tamen moleſtior eis fuit Dioſcori temeritas: qui in Petri ſede ſedentem, anti-
quæ Romæ epiſcopum, auſus fuerat excommunicare; unde acclamatum eſt Leo-
ni in concilio, quod eſſet Oecumenicus & uniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, etiam ſi
rumpatur F. Ludder: Non Romæ hoc factum, non Conſtantiæ, non Rauennæ, nō
Toleti, ſed Calcedonę in Aſia.

¶ Expendat iam ſacra tua Maieſtas Heros omnium qui uiuunt potentiſſime: an nō
Leo. x. ſuum habeat Dioſcorum, & multo quidem peiorem: qui non modo eum ex
communicat (ſicut Cariſtadius, Velut alter Eutyches Dioſcoro adhærens, omnes
ſum. pontifices a celx. annis & amplius excommunicatos aſſerit, Proh temeritas)
ſed eum non eſſe de eccleſia Chriſti affirmat, qui ſit in eccleſia Romana, Sum. pont.
furem, latronem (horreo cum talium memini) lupum, Immo Antichriſtum appel-
lat, & per uulgum lingua uernacula, innocentiſſimum Pontificem traducit: feren-
dum ne eſt tuæ Maieſtati quæ non ſine cauſa gladium portat, qui defenſor eccleſiæ
exiſtis, & multis nominibus in eccleſia alijs anteferendus. Quod ſancti patres in ſan-
ctiſſimo concilio ęgerrime tulerunt, & reos ſuis ſedibus pepulerunt; & Germani Im
pe. armis in exteros uindicarunt: ſurda aure princeps principum Carole Catholice
præteribis? minime.

¶ Dum breuis eſſe contendo Cæſar inuicte, plura prætereo: quæ in ordinē redigere
fuerat cōmodum; tantum ſtudeo, ne tędium afferā purgatiſſimis auribus tuis, ſup
tot regnis & imperio, pluribus occupato; Id tamen precor obnixius, unum repetere
liceat, in prioribus obmiſſum: nam qui Luddero ſtudent, hoc etiā afferunt: exami-
nanda per doctos Ludderi dogmata, qđ audio bone deus? Quaſi S. D. N. cū S. R. E.

Cardinalibus non ſint doctiſſimi: inter quos reperiuntur, non pauci, in omni doctri-
narum genere eruditiſſimi: plures ex his ad tantum faſtigium euexit, improbus la-
bor, pertinax ſtudium, ſumma eruditio, prudens integritas; per digitos numerare
poſſem: niſi Ludderani adulatorem (ut ſunt ad cõuitia procliues) me criminarentur
Neq; ipſe unq; crediidiſſem (fateor) Reuerendiſs. Cardinales cum Sum. pont. tan-
tę fuiſſe doctrinæ & eruditionis niſi præſens & corã audiſſem: Et non ſolum Pont.
Cardinales, hanc libram expenderunt; ſed quiq; doctiſſimi in urbe uiri: quorum ma-
ximus ſemper ſolet in urbe confluere numerus: Porro peruerſa Ludderi dogmata
plures ſub examen uocarunt: & ad Lidium lapidem, nunquam perſtiterunt: P. Io-
hannes Tetzel ordinis prædicatorij, Inquiſitor contra illa ſcripſit & damnauit Sa-
xo Saxonem. Scripſit contra illa Syluester Prierates ſacri palatij magiſter Italus &
damnauit: Scripſit Hieronymus Emſer & damnauit. Scripſit Auguſtinus Altuel-
den. Minorita Saxo de obſeruantia, & damnauit: Reuerendus epiſcopus Miſnen.
doctorum uirorũ conſilio, ſermonem Ludderi inhibuit de Euchariſtia per fines dio
ceſis ſuæ: ſcripſit Cremoneñ. & damnauit: Quæ ego ipſe ſæpius contra eum ſcripſi
& diſputaui, uelut minutiora, prætereo. Scripſerunt laudatiſſima Germaniæ ſtudia
Louanienſe celſitudinis tuę & Colonien. ac damnauerunt: habito prius Reuerendiſ.
perinde ac doctiſſimi domini Adriani Cardinalis Dertuſenſis conſilio & iudicio,
qui uir omnifariam doctus, integer & prudens, non poteſt non oculatiſſimum ferre
iuditium. Scripſerunt plures alij & plura, non ædita in lucem: in manibus tamen ha-
betur contra Ludderum eruditiſſima, Thomæ Rhadini de Todiſthis comitis Pla-
centini ad ſacram Maieſtatem tuam oratio: alia Item non inelegans Antonij Mo-
deſti, eius qui in Viennenſi tua academia Auſtriaca Clementiſſime princeps, græ-
cas & latinas literas politiores diu profeſſus eſt: Argentorati quidam iam recens
quatuor emiſit libellos aduerſus erronea Ludderi dogmata, ſed nouiſſime, addo etiã
doctiſſime, omnem errorem efficaciſſimis rõnibus, Lancilotus quinq; libris maieſta
ti tuæ ſacratiſſimæ dedicatis improbauit, ut uel ſolus ſufficiat, improbitatem homi-
nis & impudentiam retundere: Nõ affero aliorum iuditia, quamuis doctiſſimorum
qui libros non ſcripſerunt, literis tamen teſtati ſunt, Ludderum ex omni parte erra-
re: uelut Parrhiſiacum ſuperius meminimus, ita Magnum Hundt Lipſicum, Iodo-
cum Eiſennachium Ertphurdianum, & Vuendelinum Stainbachium Tibingẽſem
magnos & incomparabilis eruditionis uiros, hic prætereo: ut ſufficiat attigiſſe, dog-
mata Ludderana, abunde a doctis examinata & purgata.

¶ Obijciunt forſan diuerſarij: Non tanti facimus Ludderum: nec eius erroribus ad
hæremus: Chriſtiani ſumus: in fide parentum moriamur, quæ noua adfert dogma-
ta Ludder, prorſus reſpuimus: At quia natio noſtra a ſede Apo. maiorem inmodũ
grauatur, ex qua quotannis omne aurum & argentum rapitur, mille uijs ad curiam
Romanam: ut iam patria noſtra exhauſta, miſerrima & egentiſſima uideatur, quæ
tamen omnium rerum copia, minæriſq; & uenis auri & argenti abundat: totum qđ
effoditur in Romanum pelagus demergitur: Bene iam agitur negotium, Inuictiſſi
me Cæſar ſi iſtiuſmodi cauſa, Bullæ executionem impediendam ſtudent: ſed au-
diant diuerſas eſſe cauſas, deſperatas & minime cohærentes: cauſa Ludderi cauſa
fidei eſt: procedat illa ſuo Marte, uia regia, & nos catholicos & Chriſtianos eſſe oſtẽ
damus, Cathedram Petri teneamus ut Cyprianus docet, in his quæ ſunt fidei. Alia
eſt cauſa nationis Germanicæ, conuictum & ciuilitatem reſpiciens: huic morbo fa
cile medemur abſq; hæreſibus & ſchyſmate. Nouit hoc emendare Auguſtalis Maie
ſtas, cum conſilio principum, quemadmodum ſuperiori ætate prædeceſſores ueſtri
fecerunt: unde concordata principum emanarunt, maturo cõſilio (ſedata prius Lud
derana hæreſi) grauamina illa diſquirantur: quæ pro uero proferri poſſint in mediũ

Non quæ

Non quæ quilibet uaga relatione effingit, cuius contrarium ſi doceretur: natio no-
ſtra, alienis ludibrio eſſet, Grauamina illa ad Sed. Ap. deferantur, mater eſt non no-
uerca, filios ſuos pie tractabit, & ſi quæ duriora ſunt, mitigabit. Facile eſt hoc impe-
trare illo tempore: cum tam innocens pius, impollutus clemens ſit pontifex, Maie-
ſtatis tuæ ſtudioſiſſimus & amantiſſimus, ex cuius ore (maxima animi alacritate)
ipſe ego auritus teſtis audiui, Nolle ſe committere quicq́, quod Maieſtati tuæ foret
aduerſum, unde nullus prętenſione grauaminum nationis noſtræ bullam apoſtoli-
cam contra hæreſes emanatam, ſi recte de fide ſentit & ſapit, Maieſtati tuæ conſu-
let, Impediendam: quantu[illegible]is aliqui libellis famoſis, criminationibus, & cauillis, op
poſitum ſuadeant, quorum [illegible] eſſe apud M. T. fidem, ut iuſtiſſimum & optimū
principem decet, indubie credo.

¶ Perſeueret igitur in recto, ueroq́ fidei inſtituto Auguſtalis clementia & nullis con
ſilijs a propoſito auertatur, quin diras dicat omnibus Ludderanis ſub uaſto Imperio
tuo conſtitutis. Nam ſine te adiutore, Pontifex hanc hæreſim extirpare non poterit,
ſic enim per omnes experimur hiſtorias, eccleſia claudicante uel in Choro, uel in im-
perio, fidem quoq́ noſtram & religionem claudicaſſe, ac multo plus in malo impera
tore languet eccleſia, quam in malo pontifice, qui facilius deſtituitur: Sed ſummi
Pontifices boni, bonos nacti principes, hæreſes facile extirparunt. Sic ſanctus Sylue-
ſter Conſtantinum Magnum habens adiutorem, Arrium & hæreſim eius per Ni-
cenum concilium ſuppreſſit, ſed ſuccedente Conſtantio malo principe, Arriana hæ
reſis adeo inualuit, ut ſancti uiri, non niſi exilio ſaluti ſuæ conſulerent: languebat Ec-
cleſia ſub Iuliano, quamuis ſanctiſſimi eſſent pontifices, quibus mundus non erat
dignus. Vſq; quo Iouinianus et Valentinianus Catholici principes fidei noſtræ tute
lam acciperent contra Arrianos: quos Gratianus Chriſtianiſſimus, immortali ob
hoc memoria dignus, omnino deleuit per Italiam Græciam & Aphricam: in Hiſpa
nijs tamen celſitudinis tuæ regnis adhuc Arriani ſeuiebant: quouſq; Richaredus
Hiſpaniæ & Galliæ Rex, uera Gothorum ſoboles: quibus & pręlio uincere, & reg
na ſibi ſubijcere proprium fuit (ex cuius ſanguine CAROLE inclytiſſime, mater-
nam ducis originem) conuocato Toleti concilio, omnes abiurare Arrianam hære-
ſim fecit, & Romanam ſequi eccleſiam: nolentes deportauit aliquos, alios carceribus
mancipauit: Eutichis & Dioſcori hæreſis cōprimi non potuit per Leonem magnū,
quamuis doctum & ſanctum pontificem: niſi dum Martianus catholicus princeps
ei adiumento erat, in Calcedoñ. concilio.

¶ Sic ſub pijſſimo principe Gratiano Macedonij & Eudoxi hæreſis Damaſi tempo
ribus Conſtantinopoli damnatur: ſub Theodoſio ſeniore Innocentius I. Cataphry-
gas damnauit Montanum, Priſcam & Maximillam, Pelagium quoq; damnari fe-
cit in Aphrica: qui iniqui comitis Iuliani tutus præſidio in Britania multa mala in-
geſſit eccleſiæ: Gregorius ſanctus & magnus quem totus ueneratur orbis, eccleſiæ
ſciſſæ & diuiſæ conſulere non potuit, Mauritio Imp. obſtante: quam facile Bonifa-
cius. iij. papa adiuuante Phoca Impe. reſtituit: ſanctus quoq; Dominicus dum hæ-
reſim apud Toloſam iuſſu Innocentij. iij. extirparet, armis uſus eſt & auxilio Simo-
nis Monfortis: & quid uetuſta commemoramus exempla: recentiora & nota affe-
ramus, Rex Richardus Angliæ zelo fidei, Cantuarienſi Archiepiſcopo aſſiſtens,
ſuborientem Vuiclephi hæreſim ſedauit, quod cum Rex Vuenzeſlaus Archiepi-
ſcopo Pragen̄. auxilium denegaret, hæreſis in Anglia extincta, in Boehemiam au-
thore Iohanne Huſs tranſplantata eſt: & magnum illud & diuturnum ſchyſma, di-
ui Cæſaris Sigiſmundi labore, cura, & zelo in conſtantienſi concilio extinctum
eſt.

¶ Sed nihil potuit ſub Conſtantio, Iulij papæ ſanctitas: ſub Conſtantino. iij. Impera.

nihil ualuit Martini papæ & martyris, miraculi magnitudo & totius uitæ integritas: nihil Eugenij mira pietas et religio; ſub Mezentio, nihil effecit Vitalini papæ in rebus eccleſiaſticis diligentia, nihil Adeodati clementia, nihil doni in omnem religionis Chriſtianæ pietatem, ſtudium: Sed dum Agatho ſuis moribus ſimilem nactus eſſet principem Conſtantinum. iiii. mox Monothelitarum hæreſis deleta eſt: Ne Sus Mineruam doceam, ceſſo plura a[illegible]erre huius rei notiſſimæ exempla.

¶ Quare nemo ambigat, hanc hæreſ[illegible]niam ſuborientem, mox reprimendam: cum Leoni. x. pontifici innocentiſſimo, optimus princeps catholicus rex, pijſſimus Impe. cõtigerit: quo ſoſpite, ſalua, tuta & incolumis erit fid[illegible]iana ac religio noſtra: Et dum regnum Tunis, Aphros ſub Chriſti iugo [illegible]ntra Indos, religioni noſtræ, magno ad hoc inſtructo perpetuo exercitu cona[illegible]ateſcere non patietur Maieſtas tua fœliciſſime Auguſtæ, id in Aquilone decreſcere, quod uel ad Auſtrum aut Orientem nomini Chriſtiano accedit: Saxones ſub Carolo magno colla fidei & Imperio dedere: abſit ut ſub Carolo Maximo Ludder Saxo, alios fidem ueram & unicã deponere faciat, & totam Germaniam ſchyſmaticam reddat: Religionis hoc eſt negotium Maxime Cęſar, totam rempub. Chriſti attingit: nam quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, ait Theodoſius Impe. M. T. prædeceſſor: fœlicibus ergo ceptis progredere, propoſitum Imperatore dignum, perfice & Ludderanã hæreſim, iuſſibus, mandatis, ac armis cõprimito. Atq; caſum illum, inter diuina refer munera, quo contigit tibi in ipſis Imperij auſpicijs, animum tuum uere catholicum, toti Chriſtiano orbi oſtendere, omnibus bonis & honeſtis te admirabilem reddere: & gratiam dei demereri quam plurimam: De quibus omnibus uolui monere Maieſtatem tuam, non quod monitore egeres diue Cæſar: ſed quod offitij mei debitum profeſſionis meæ Theologicæ munus perſoluerem: & tibi principi Chriſtianiſſimo, animum meum ad obediendum & ſeruiendum propenſiſſimũ, utcunq; oſtenderẽ: Omnipotens deus Imperium tuum & regna tua, ac ſalutem tuã, perpetua protectione cuſtodiat: & te per Gręciam, ac Syriam Paleſtinam, uictricibus ſignis, triumphatorem ducat, Glorioſiſſime & clementiſſime Imperator. Ex Ingoldſtat Bauariæ. xviij. Februarij. Annò gratiæ. M. D. X X I.

E. Sacratiſs. & catholicæ M.

Deditiſſimus

Capellanus

Iohan. Eckius Theologorum minimus.

BEATISSIMO PATRI AC DOMINO, D. Leoni X. Pont. opt. max. Ioan. Eckius humilis ſeruitor poſt oſcula pedum beatorꝝ S. optat, & de hoſtibus fidei triumphum.

CVM expenderem maxime ſacrorum Antiſtes Ludderanas de Pontificia poteſtate ſcriptiones, & ad ueteres hyſtorias, ac Sanctorum Patrum dicta conferrem, Repperi Ludderum iliades malorum congeſſiſſe, & omnium errorum feces. Nam quæ nouatus contra S. Co[illegible] Papam, Arrius contra Syluestrum, Theoginus Berinthus, et alij Orientales contra S. Athanaſium, Theophilus Alexandrinus contra S. Chryſoſtomum, Dioſcorus Alexandrinus contra S. Leonem, Ciriacus Conſtantinopolitanus contra S. Gregorium, Paulus Conſtantinopolitanus contra S. Martinum, Photius contra Nicolaum, & Adrianum, & omnino omnes omnium ætatum hęretici, in Sanctam ſedem Apoſtolicam, & ei adhærentes euomuerunt, hęc omnia impudentius etiam Ludder congeſſit. Motus ego rei indignitate, ac hominis perfidia inſcitia reſpondi ineptijs uiri, & friuolis obiectionibus, & ex ſacris literis, Sanctis Concilijs, ac patrum ſententijs, inuictam eſſe doceo ſententiam, Petrum fuiſſe uicariũ CHRISTI IESV in terris, uniuerſalis eccleſiæ, Cuius iam locum ſedem, & fidem obtinet ſanctitas tua, uniuerſo orbi Chriſtiano præſidens. Exigebat ergo ſumma tua in eccleſia dei auctoritas, morum & uitæ innocentia, eruditio tua non uulgaris, ut nemini iuſtius hunc noſtrꝝ dedicarem laborem, quam beatitudini tuæ, ſicut in pręſentia offero eum ad pedes ſanctitatis tuę ut probanda probes, reijcienda autem expungas, & deleas, ac Eckium minimum eccleſiæ tuæ Sanctę membrum, ſub umbra alarum tuarꝝ protegas ac tuearis. Hęreſes quoqꝫ in uinea domini ſuborientes, pro paſtorali officio coherceas. D. O. M. incolumem ſeruet, S. T. in longos annos ex urbe Kalen. Aprilibus. Anno Gratiæ XX. ſupra ſeſquimilleſimum.

DE PRIMATV PETRI AD LEONEM PAPAM. LIBER I.

In nomine tuo dulcis IESV.

Cur hæreſes ortæ, & quæ cauſa ſcribendi. Cap. I.

VERISSIMVM eſſe beati Pauli in fide & ueritate doctoris gentium, ſententiam, Oportet hęreſes eſſe, nemo Chriſtianus *1. Corinth. 11.*
ambigat, & hanc noſtro ſæculo infœliciter experimur, ꝙ cum apud ſanctiſſimos patres, non paucas reperiam cauſas, cur id deus fieri permittat, qui cum ſummum exiſtat bonum, malum fieri non pateretur, ſi non maiora bona ex eo eliceret, has pręſtat cauſas explicare, ut ratio ſcribendi per me ſuſcepta, fiat manifeſtior. Beatus enim Auguſtinus lib. de Geneſi contra Manichęos hanc adfert ra *Auguſti.*
tionem. Ideo inquit diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos, eſſe permiſit, ut cum inſultant nobis, aut interrogant nos ea quę neſcimus, uel ſic excutiamus pigritiam, & diuinas noſſe cupiamus ſcripturas. Propterea & apoſtolus dicit. Oportet hęreſes eſſe, ut probati fiant manifeſti inter uos. Hi enim deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere, ſed manifeſti hominibus eſſe non poſſunt, niſi cum docent, do-

cere aũt nolunt niſi eos, q̃ doceri quęrunt, ſed multi ad q̃rendum pigri ſunt, niſi per
moleſtias & inſultationes hereticoꝝ, quaſi de ſomno excitent̃, ut de imperitia ſua e-
rubeſcant ſibi, & de illa imperitia periclitari ſe ſentiant, qui hoĩes ſi bonæ fidei ſunt,
Augu. nõ credunt hęreticis, ſed quid eis reſpondeãt, diligenter inquirunt. Septimo quoq; lib.
confeſſionũ ait, Improbatio quippe hęreticoꝝ facit eminere, quid eccleſia ſentiat, &
quid habeat ſana doctrina. ¶ Quę cum ſtudioſe expenderem, ratus ſum ꝙ maxime
hanc rõnem ſæculo nr̃o conuenire, ubi amabiles eccleſiæ ep̃i in ſacris litteris plærũq;
negligentiores ſunt, ꝙ ordo & ratio dignitatis expoſtulet, Immo plæriq; indigne fe-
runt, ſi de ea re ſermo fiat, Theologos comtemptui habentes, magna pars cleri ſacrã
ſcripturam contemnit, coaceruandis ſacerdotijs, dignitatibus & penſionibus intenta.
Hi uero qui ſacras colunt ex ꝓfeſſione literas, Theologos dico, ꝙ idonee munere no
Theologiſtæ. ſtro functi ſumus, ex eo liquet, ꝙ & grãmatici nos irridentes, Theologiſtaꝝ nomẽcla
tura, nos dehoneſtarunt. Vñ hęreſes & nr̃a tempeſtate exoriunt̃, ut deus theologo-
rum excitaret pigritiã, ne tantopere inanib. & ſterilib. exagitent̃ quęſtionibus, oẽs li-
bros de notitijs, relationibus, formalitatib. uniuerſalib. motib. inſtantibus & ſimilibus
2. Timoth. 2. ſiliquis Theologiam replentes, cõtra quã Apoſtolus Tito & Timotheo pręceperat.
Stultas & ſine diſciplina quęſtiones deuita, ſciens ꝙ generant lites. Tm̃. n. aquæ Phi
loſophicę, ne dicã ſophiſticę, uino theologico imiſcuerũt, ut ueꝝ & natiuũ ſaporẽ fer
Cypria. me perdiderit, ſtultis & ſpinoſis limphatum quęſtionib. ¶ Conſentit b. martyr Cy-
prianus de ſimplicitate prælatorum, hinc hęreſes & factę ſunt frequẽter, & fiunt, dũ
peruerſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatem, fieri
uero hęc dominus permittit & patitur manente propriæ libertatis arbitrio, ut dum
corda & mentes nr̃as ueritatis diſcrimen examinat, ꝓbatoꝝ fides integra, manifeſta
luce clareſcat, adducit apoſtolum & ſubdit. Sic ꝓbantur fideles, ſic perfidi detegun-
tur, ſic & ante iudicij diem, hic quoq; iam iuſtorum atq; iniuſtoꝝ animę diuiduntur, & a
frumento paleæ ſeparant̃, doctrina ergo deus ſeparat bonos a malis & electos ꝓbat.
Auguſti. Negligentius. n. ꝟitas quęritur, ait Auguſtinus de cõſenſu Matth. & Luc. ſi mẽda-
ces aduerſarios non hr̃et; Alias cauſas adfert Aug. lib. de uera religione, lib. de ciui.
Augu. dei xvi. cõtra Pelagiũ & Cœleſtium de peccato originali. lib. ij. Pręſtat tñ referre ꝟ-
ba eius ad Bonifacium, de correctione Donatiſtaꝝ. Nõ te iſta conturbẽt fili dilectiſ-
ſime. Hæreſes. n. & ſcãdala futura p̃dicta ſunt, ut inter inimicos erudiamur, ac ſic & fi
des & dilectio nr̃a, poſſit eſſe ꝓbatior, fides utiq; ne ab eis decipiamur, dilectio aũt ut
etiam ipſis corrigendis, quãtum poſſumus conſulamus, non ſolum inſtantes, ne infir
mis noceant, atq; ut ab errore nephario liberent̃, ſed etiam orantes ꝓ eis, ut aperiat il-
lis dñs ſenſum, & intelligãt ſcripturas, qa ĩ ſanctis libris, ubi manifeſtat̃ dñs Chriſtus,
Theologi excitantur. ibi & eius eccleſia declaratur. ¶ Cum ergo aliqui theologi ad Endymionis ſom-
num ꝓfundiſſime ſterterent, inutilibus quæſtionibus circa pugnam uerborum lan-
Prouer. 6. guentes, deus Ludderanis & alijs erroribus eos excitaturus alloquitur, Quando con
ſurges ex ſomno tuo, & præcipue paſtores uident̃ excitati, ut teneant uigilias noctis
ſuper grege. Vnde nemo ambiget, theologos exercitio Ludderano, deo ꝓpinquius
Pſalm. 33. accedere, iuxta illud ꝓphetę. Accedite & illuminamini, qđ erudite B. Gregorius ad
Grego. Anaſtaſium Antiochenum explicat. Et ſancta eccleſia inq̃t, ſubtilius in ſua ſemp eru-
ditione inſtruit̃, dum hęreticoꝝ quæſtionibus impugnatur, ita ut aperte impleatur,
Pſalm. 54. quod per Pſalmiſtam contra hæreticos de deo dictum eſt. Diuiſi ſunt ab ira uultus
eius, & appropinquauit cor illius. Nam dum ipſi in prauo errore diuiduntur, cor no
bis dei appropinquat, quia eruditi aduerſitatibus intellectum eius ſubtiliꝰ inuenimꝰ,
forte enim nos compræhenderunt tempora periculoſa, quæ ſanctus Paulus deſcri-
1. Timoth. 4. pſit ad Timothęum, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attẽden
tes ſpiritib. erroris & doctrinis dęmonioꝝ in hypocriſi, qm̃ erit tẽpus, ait ad eũdem,

cum

cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt,ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi ma- *2. Timo. 4.*
giſtros prurientes aurib.& a ꝟitate quidē auditum auertent,& ad fabulas cõuerten-
tur,in quę tp̄a nos incidiſſe timendum eſt,in tanta doctrinaꝝ nouitate.Et quis nō ui *I. Pet. 5.*
det ſatorem maloꝝ,conari ut capitis firmitatē infringat,quo ſuppreſſo,impune poſ-
ſit circuire,quęrēs quem deuoret. ¶Quid.n.aliud facere uident,qui caput miniſte *Caput aggredi*
riale auferunt,aut non iure diuino conſtitutū affirmant,q̄ꝫ ꝙ uiam hæreſibus,ſciſma- *untur mali.*
tibus,rebellionib.diſſidijs & contentionibus parant ac ſternunt. Sum̄um.n.ſacerdo-
tem in ſancta eccleſia ſua Chriſtus poſuit,cui ab omnibꝰ eſt obtemperandū,ſicut in
uete.le.præcepit:homo quæcunqꝫ fecerit in ſuperbia,ut non exaudiat ſacerdotē aut *Deute. 17.*
iudicem,quicunqꝫ fuerit in diebus illis moriatur homo ille,& omnis populus cum au
dierit timebit. Vnde beatus martyr & ep̄us Cyprianus ad Cornelium papam uere *Papę obedien-*
ſcripſit.Neqꝫ.n.aliunde hęreſes obortę ſunt aut nata ſunt ſciſmata,niſi ꝙ ſacerdoti dei *dum Cypri.*
non obtemperat̄,quod & ad Pupianum teſtatur,& alio loco ait,hęc ſunt initia hęre
ticorum,& ortus atqꝫ conatus ſciſmaticoꝝ male cogitantium,ut ſibi placeant,ut pręe
poſitum ſuperbo tumore contēnant,ſic de eccleſia receditur,ſic altare ꝓphanū foris *Cypri.*
collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atqꝫ unitatem dei rebellat̄. V-
na.n.eſt eccleſia ſicut in Cant. ait:una eſt, columba mea, perfecta mea, una eſt ma- *Canti. 6.*
tris ſuæ, quare nullus uere Chriſtianus, unitatem & eccleſiæ pacem ſcindere de-
bet,Primatum iure humano tantū conſtitutum aſſerere,ſed ſe ſummo pontifici, dei
ordinationi,ac diuino iuri ſubijcere.Nam & Chore, Dathan & Abyron, Aaron & *Nume. 16.*
Moſes eundem deum nouerunt, pari lege, & religione uiuentes, unum & uerum
deum,qui colēdus & inuocandus fuerat, inuocabant.Tamen quia loci ſui miniſteri
um priores tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem,qui ſacerdotium legitimum, di-
gnatione dei atqꝫ ordinatione perceperat, ſacrificandi licentiam uendicauerint diui
nitus percuſſi,pœnas ſtatim pro illicitis conatibus penderunt,nec potuerunt rata eſ-
ſe & proficere ſacrificia irreligioſe & illicite, contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata.
¶Hinc ad ſcribendum moueor,quantū deꝰ mihi dederit,& ſua gratia adiuuerit, cō *Cauſa ſcribēdi.*
tra libellum Martini Ludder de poteſtate Papæ,hęreſib.plenum,quē non expecta-
to congreſſu nr̄o literario(ſuper illa.n.materia diſputauimus Lipſię in ornatiſſimo il *Diſputatio*
luſtrium,generoſoꝝ,& doctiſſimorum uiroꝝ conſeſſu)in publicum emiſit,ubi pō- *Lipſica.*
tificiā in has anguſtias deducit ꝑtātem,ut iure diuino Papa non plus poſſit q̄ꝫ plębe-
ius ſacerdos. In quo libro audaculus & meam paupem tangit ꝑſonam, quaſi inui-
dioſe hanc poſuerim ꝓpoſitionē aduerſus eum. Romanā eccleſiam nō fuiſſe ſupio- *Propoſitio.*
rem alijs eccleſijs ante tp̄a Syluestri,negamus,ſed eum ꝗ ſedem beatiſſ.Petri habuit
et fidem ſucceſſorē Petri,& uicariū Chr̄i ſemꝑ agnouimus.Calumniat̄ me hanc ſibi
in publico mouiſſe inuidiā,cum hanc materiā in nullo dictoꝝ ſuoꝝ tractarit. Obli
tus ille ꝙ in reſolutorio ſuo nihil aliud agere uideatur,q̄ꝫ ſummi Pon̄. poteſtatē ex-
tenuare,& in concluſione xxij ſui reſolutorij ait.Finge uel latius ſuadeamus,Roma- *Locus Ludde.*
nam eccleſiam eſſe, qualis erat adhuc tempore B. Gregorij,qn̄ non erat ſuper alias
eccleſias ſaltem gręciæ,clarum eſt,ꝙ pœnę canonicæ nō obligabant Græcos, ſicut
nec nunc obligant,& conclu.lxxij.uocat eccleſiam uiduam. Quibus manifeſtarium *Excuſatio*
eſt,me non iniuria hanc mouiſſe materiam,de qua ſenſi eum peſſime ſentire. Qꝫ etſi *Eckij.*
Ludder etiam huius materiæ non meminiſſet, ponendo tamen concluſionem me-
am,quæ eſt catholica,& conformis ſacræ ſcripturæ & doctrinæ ſanctorum patrum,
ut oſtendemus,plus dedi ei occaſionem recte ſentiendi, q̄ꝫ errandi, niſi ex conſtituto
tam peruerſum animum induerit, ut in omnibus mihi uelit diſſentire, humilitas etſi
aliquando appareat in uoce,tamen ſemper prodit ſe temeritas,ait Ambro. *Amb.*
¶ Potiſſimum aūt moueor ad libellum huncimpugnādum zelo fidei & ueritatis,et
ꝙ intelligam aliquos,qui ſibi uidentur eſſe aliquid in ſacris literis,qui ex ſchola Dio-

medis uel Priſciani ad ſcholam Chrī credunt ſe aſcendere. Hi.n.uidentes a Ludde-
ro adductas Biblię & patrꝝ ſententias, cõfeſtim faſcinant̃ & decipiunt̃, iudicantes ꝑ-
uerſum Ludderi dogma eſſe catholicum & euãgelicum, cum non ſolum errantes,
Abuti ſacris litteris. ſed & hæretici ſcripturã rodant, ait b. Grego. lib. xx. Morali. qui & ſanctos pr̃es no-
biſcum laudant, ſed intellectu deprauato nos eorꝝ laudibus impugnant, ait idem lib.
Grego. viij. Nam ſic etiam ꝟitatis catholicæ inimici deſertores, transfugæ, perſecutores, ſa-
Cyrill. cris abutunt̃ litteris, ut uideant̃ ſolidę ꝟitati inniti, uti uere & eleganter Cyrillus A-
lexandrinus ad frẽm: Nemeſinum in præfatione Theſauri docuit. Nam ſicut muli-
erculæ turpitudini deditæ, ueſte atq; auro, cæteriſq; ornamentis, & turpitudinẽ ſuam
occultant, & nõ pręuidentes ad pernitiem attrahunt, eodẽ modo iſti uere religionis
Vane iactare pulchritudinẽ fingentes, ſcripturę auctoritate errores ſuos cõmuniunt. Vnde uanã
ſacrã ſcripturã conſtat eſſe diuerſarij gloriam, ſacram iactitantis ſcripturam, non ad intellectum quẽ
Hierony. ſpiritus ſanctus efflagitat: qui id b. Hieronymi aduertere debuit aduerſus luciferia-
nos. Non ſibi blandiantur inquit ſi de ſcripturarꝝ capitulis uident̃ ſibi affirmare qđ
dicũt, cũ & diabolus đ ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturę nõ in legẽdo cõſiſtãt,
ſed in intelligendo. Non ergo dubito plures ſeduci errore Ludderano, qui uel nimi-
um ſibi fidunt, uł diligentius ꝟitatem quærere negligunt, ſed qui uigilanter & cum
Cyrillus. ratione ſcripturas legunt, ait Cyrillus, dolis illorꝝ non capiuntur, ſed ueram amplexi
Pſalm. 123. fidei ꝓfeſſionem, clamant. Benedictus dñs qui non dedit nos in captione dentib. eo-
Auctoris inſti- rum. Præſtat.n. Chriſti litteras, Chriſto duce legere. ¶ Euigilans igit̃ & ego, pręfa
tutum. tum Ludderi libellum appertiſſimis teſtimonijs ex Chriſtianiſmo ꝓrſus reijciã, no-
ſtra ꝓbaturus ex ſacris litteris, ſanctorꝝ patrum ſententijs, ac ſanctiſſimorum cõcilio
rum decretis, quæ non in ſummis, collectarijs, regeſtis, ſed ex ipſis fontibus hauſimꝰ,
iuniores quibus ille ꝓ ſua arrogantia nihil tribuit, prætereundo. In quo Candidi, ſyn
ceri & catholici lectoris expoſtulo iudicium, & imprimis primę ſedis Petri, ſacri con
Auguſti. cilij, & oĩm bonorum. Nam omnino mihi in mentẽ uenit illud Augu. lib. 1. Hippono
ſticon. Aduerſarij fidei catholicæ, dum cõtra regulam ꝟitatis pugnare nituntur, nos
ſollicitudine reſpondendi faciũt cautiores, nos q̊dãmodo excitant dormiẽtes, ut arre
pto clipeo ꝟitatis, falſitati eorũ reſiſtere uigilemus, euãgelica tuba nr̃is auribus inſo
Mar. 14. nante, uigilate & orate, ne intrẽtis in tentationẽ. Scripturus aũt ꝓ uirili curabo, ne ni-
Math. 26. mia breuitate obſcurus reddar, & ſic ſtudioſorꝝ præſcindã deſiderium, nec ꝓlixitate
Hiero. ſuper grandi faſtidioſus, ut ſic legẽtium onerẽ ſenſum, cum ſciam diui Hierony. inſtituto
Hiere. lib. 2. utrumq; fore repręhenſibile. Et ꝙuis non ignorẽ, eum qui in publicum prodit, mul-
Hierony. pro- torum ſubire iudicium eodem Hiero. teſte, tamen nihil aliud peto a cãdido lectore,
teſtatio. ꝙ ut ſemotis affectionibus, ſynceriter & candide iudicet. Iheſus.n. eſt mihi teſtis quẽ
redemptorem credo, & glorificatorem ſpero, hunc laborem a me ſuſceptum ad ipſiꝰ
honorem, fidei noſtræ ueritatem defenſandam, ac animarum ſalutem, quare omnia
hic dicta, ſubijtio iudicio eccleſiæ & bonorum, ac ſicut debeo, ita lubentiſſime uolo.

De ordine ſcribendi, cum ſingularitatis & ſimulationis repręhenſione. Cap. II.

ET ſi non me prætereat, quem ordinem ſcribendo obſeruare deberem, ſina-
tiuam rerum conditionem, genuinamq; uim imitarer, uerum diuerſarij aſ-
ſertio, indigeſto ac confuſo ordine propoſita efficit ut inuerſa, quaſi puppi
contra alueũ nauigemus, & longe alia ratione, ꝙ natura rei expoſtularet, nobis agen
dum. Conuenit.n. cum ueritate, q̊d aſſentitur Roma. Pon. eſſe, fuiſſe, fore primũ, ſed
in hoc diſſidet, quod negat Roma. Pont. eſſe primum iure diuino, quoniam Gręci,
Aphri.

Aphri, Orientales nunq̃ ſub Romana fuerint eccleſia: ſed huic Primatui repugnet
auctoritas ſacrę ſcripturę. Concilium Nicenum, Hiſtoriæ approbatæ M. C. ann. Et *Diuerſarij ſen*
hoc ſūmis agit uiribus, ut ueſanum errorem a multis ſæculis condemnatum, Pytha- *tentia.*
thagorica, quaſi Palingeneſia reſuſcitet, Papam. ſ. eſſe ſuperiorem alijs iure humano,
conſenſu tot regnorū Chriſtianorū, non autem iure diuino, quo nec Petrus Apoſto-
lus alijs fuerit prælatus, ſed omnes Apoſtoli fuerint ęquales. Et q̃uis cuilibet bono
Chriſtiano, ut antiquiora prætereamus, ſufficere deberet ſacrorum Conciliorū deter
minatio Romani. ſ. & proxime ſequentis Conſtantieñ. in quibus errores prędicti in
ter damnabiles articulos Iohan. Huſs. & Iohan. Viclef, condemnati ſunt, qui & a plu *Huß.*
ribus locorū ordinarijs, & a ſtudijs generalib. Oxonien. Angliæ, Parrhiſienſi Gallię, *Oxonien.*
Pragenſi Bœhemiæ, prius fuerant reprobati. Hęc inquam ſufficere debent cuiq; ca *Parrhiſien.*
tholico uiro, cum compendio dicere poſſemus illud Gelaſij papę contra Achatium, *Pragen.*
quicunq; in hæreſim ſemel damnatam labitur, eius damnatione ſeipſum inuoluit. *Gela. 24. q. 1.*
¶ At ueritatis protecti clipeo, & gladio ſapientiæ, reddere rationem parati ſumus, de
ea quæ in nobis eſt fide dum inimicus homo non deſinit ſeminare zizaniam, denuo *1. Pet. 3.*
iſte error conuellendus eſt, ut inficta ſtet fidei ueritas. Et ne ſimplices ꝟborū fucis, et *Math. 13.*
peruerſis ſacræ ſcripturę allegationibus ſeducant̃, ſed in fide eccleſiæ ſtabiles firmi-
ter ꝑmaneant. Scientes q̃a amabiliſſimus dñs nr̃ Iheſus Chriſtus orauit ne fides in ea *Luc. 22.*
deficeret, ut & ipſi in uitam ſeruent̃ ęternam. Et cum diuerſarij ſingularitati ſtudeāt, *Singularitas*
ſummorū Pontificū decreta, doctores eccleſiæ, A. CCCC. annis negando, impenſe *culpabilis.*
curabimus, ut antiquiora afferamus, quid autem præſe ferat ſingularitatis ſtudium,
cum exteriori honeſtatis apparentia, quam & Ludderus præferre dicitur b. Bern. *Bern.*
nobis ſignificauit ſuper Canti. dicens. Omnibus una intentio hęreticis ſemꝑ fuit, ca-
ptare gloriam de ſingularitate ſcientiæ, qđ ut cōmode faciant, non ſufficit hęreticos
eſſe, niſi & hypocritę ſint, ut ſit ſupra modum peccans peccatū. Hi ſunt qui ueniunt
in ueſtimētis ouium, ad nudandas oues, ad ſpoliandos arietes, intus aūt ſunt lupi rapa *Hæretici ſimu*
ces. Hi ſunt oues habitu, uulpes aſtu, actu & crudelitate lupi. Mali ſunt, & uideri bo *lant religionē.*
ni uolunt, ne ſoli ſint mali: mali uideri timent, ne parū ſint mali. Etenim minus ſemper *Math. 7.*
malitia palam nocuit, nec unq̃ bonus, niſi boni ſimulatione deceptus fuit: neq;. n. eſt
apud eos uirtutes colere, ſed uitia colorare, q̃ſi q̃dam uirtutum minio. O q̃ egregie
S. Bern. Luddeꝝ ſuis deſcripſit colorib. Sic monet beatiſſ. Leo papa fideles, ut ab hę *Leo.*
reticis caueant, nemīe fallant (inquit) diſcretionibus ciborū, ſordibus ueſtium, uul-
tuumq; pallorib. Non ſunt caſta ieiunia, quę non de ratione ueniunt cōtinentię, ſed de
arte fallaciæ, hactenus. n. illuſerunt incautis. Vnde liquet q̃ fallantur, qui Ludderum
ab honeſtate uitæ cōmendare nituntur, qui tñ nihil deuotionis adducere potentes,
manifeſtario uident, q̃ ſingularis ſit in dictis, mordax in proximos, in ſuperiores con
tumelioſus, omnium contemptor & irriſor. Non attendunt, q̃ peculiare eſt hæreti-
cis, ut ſimulata humilitate fideles decipiant ait B. Grego. iij. Mo. alium. *Grego.*
¶ Hunc autē ordinē ſcribendo obſeruabimus. Primo confeſtim caput negocij decla *Ordo ſcribēdi.*
rabimus, & totius rei fundamentū, euangelicis & irrefragabilibus teſtimonijs proba
bimus S. Petrū ordinatum a Chriſto uicarium ſuum, & caput eccleſię, oībus fidelib.
etiam ipſis Apoſtolis in hoc prelatū. Euāgelica teſtimonia ita fore intelligēda, ſanctis
patribus, & martyribus teſtabimur. Succedent dein alia ſanctorū doctorū, martyrū,
ſummorum Pont. ſacrorum conciliorum teſtimonia, quę Petro tribuāt Primatum,
patefaciemus & hunc pulcherrimū ordinē diuinitus datum ſemper in eccleſia obſer
uatum, q̃ Petri ſucceſſor, Romanæ Præſul eccleſiæ, generalis fuit Chriſti in terris
uicarius, totius eccleſiæ militantis caput miniſteriale, per uniuerſum terrarum or-
bem: a cuius obedientia ſi quis ſe unq̃ ſubtraxit, uelut ſanctę unitatis fidelium diru-
ptor, & incōſutilis tunicæ domini Iheſu ſciſſor, habitus eſt ſciſmaticus, a cōmunione

ſidelium excluſus. Ruinoſa aduerſarÿ fundamenta, inartificioſę rationes, flociſoluti ones, inualidę & ieiunę obiectiones, liquido, clare ac ualidiſſime diluent. Aperiet nihilominus, q̃modo decretis & conſtitutionibus monarchæ ſtandum ſit ac obedien dum, cum plurimis rariſſimis & lectu digniſſimis, quæ omnia ex ipſis originalibus ex uetuſtiſſimis codicibus, plurimo ſunt a nobis collecta labore, maxir a uigilan tia in collationem librorum adhibita. Adeſto ergo Candide lector, & intelliges fa cta promiſſis pleniter reſpondere.

Loci duodecim Euangelÿ pro primatu Petri.

i	locus	Math. xvi.	vÿ.	locus	Luc. v.
ÿ		Ioan. ulti.	viÿ		Math. xviÿ.
iÿ		Luce xxÿ.	ix		Mar. xiiÿ.
iiÿ		Math. xxvÿ.	x		Iohan. vi.
v		Mar. iÿ.	xi		Luc. xxÿ.
vi		Iohan. xxÿ.	xÿ		Iohan. ulti.

¶ Habes hac formula xÿ. locos ex euangelÿs deſum ptos in ſequentib. pro Primatu Petri deducendos.

Teſtes inducendi pro primo loco Math. 16.

Cyprianus.	Gregorius.	Pius.
Hieronymus.	Maximus.	Iulius.
Origenes.	Ignatius.	Gelaſius.
Auguſtinus.	Cyrillus.	Nicolaus.
Hylarius.	Octauum Concilium.	Symachus.
Chryſoſtomus.	Concilium Nicolai.	Alexander ÿ.
Leo.	Concilium Calcedoneñ.	Leo ix.
Ambroſius.	Anacletus.	
Beda.	Marcellus.	

Primatus Petro promiſſus Math. 16. probatur ſerie uerborum & ex Cypriano, gloſſa ordina ria & Hieronymo. Cap. tertium.

PRobaturus S. Petrum a Chriſto principem conſtitutum totius eccleſię, & ſic iure diuino, accipio celebrem locum, & communem, quo omnes ſancti & docti uſi ſunt pro aſſerendo principatu Petri, & eſt Math. xvi. ubi ſic legi tur. Venit autem Iheſus in partes Cęſareę Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos dicens: quem dicunt homines eſſe filium hominis? at illi dixerunt. Alÿ Iohannẽ Ba ptiſtam, alÿ autem Heliam, alÿ uero Hieremiã, aut unũ ex prophetis. Dicit illis Ihe ſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit. Tu es Chri ſtus filius dei uiui. Reſpondens aũt Iheſus dixit ei. Beatus es Simon bariona, q̃a caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pr̃ meus, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, q̃a tu es Petruſ, & ſup hanc pe. ędifi. eccle. meam, & porte inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorꝝ, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit liga tum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſup terram, erit ſolutũ & in cœlis. Hęc Math. (Math. 16.) ubi dñs Iheſus apertiſſime Primatum S. Petro promiſit, qui eſt uia ueritas & uita. (Iohan. 1.) Fi delis enim eſt qui repromiſit, (Ad Hebræ. 10.) quare proculdubio illic promiſſa dein præſtitit, & fi dem datam ſeruauit, tam ſuper ædificatione eccleſiæ, quam datione clauium. Vn de ſingulariter loquitur Petro, eccleſiam ędificandam ſuper eo, & ꝙ iſte ſit Germa nus ſenſus ex eo oſtendo, quia licet & Chriſtus ſit petra ſecundum Apoſtolum,

& ſuper

& ſuper eũm ædificata eſt eccleſia dei, tamen ſenſu Germano & proprio, intelligi
Petrum ex eo probatur, quoniam cum in domino Iheſu iam uelut principali funda-
mento primario ædificata erat eccleſia, ipſe enim erat lapis angularis, fruſtra inſu- *Super Petrum*
turo dixiſſet, ædificabo, ſed ædificata eſt eccleſia, porro ſi de ſeipſo locutus eſt Chri- *ædificata eccle-*
ſtus, qui opus erat reuelare Petro, ſuper Chriſto ædificandam eccleſiam, cum iam *ſia.*
paternæ reuelationis etiã domini Iheſu teſtimonio factus fuiſſet auditor, quare ꝓ-
prie uerba accipienda ſunt, quod cum. S. Petrus tam glorioſe fuiſſet Chriſtum con
feſſus uolens ei gratiam referre, magnam illam pollicitationem exhibuit, ut Petrus
futurus eſſet totius eccleſiæ fundamentum, & ſic erecta manet uerboꝝ ſententia.
Tu es Petrus, & ſuper hanc &c. ut idem demonſtretur, per tu, & hanc & non diſ- *Hiren. li. 3. c. 10*
torqueatur textus quaſi quodam æquiuoco dominus Iheſus uerba ſua confuderit,
primo demonſtrando Petrum, dein ſeipſum.

¶ Et quia liberis uerbis utuntur Philoſophi, nec offenſionem aurium religioſarũ
pertimeſcunt, nobis autem ad certam regulã, ait Auguſtinus loqui phas eſt, & Hie- *Theologi lo-*
ronymus ſuper epiſtola, ad Galathas ait. Quicunq; aliter ſcripturam intelligit, quam *quũtur ſicut pa-* *tres.*
ſenſus ſpiritus ſancti efflagitat, a quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, tamẽ *Augu.*
hæreticus appellari poteſt. Idem quoq; ſuper illud Sapientis. Ne innitaris prudentiæ *Hierony.*
tuæ, in eandem deſcendit ſententiam dicens, prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi *Prouer. 3.*
agenda, uel dicenda uidentur patrum decretis præponit. Plus autem ſignate & di-
ſtinctius, in noſtra materia illud generale applicat Leo uniuerſis Vien. Prouintiæ *Leo.*
Epiſcopis ſcribens. Hanc petræ ſanctiſſimam firmitatem, deo ædificante conſtru-
ctam, nimis uult impia præſumptione uiolare, quiſquis eius poteſtatẽ tentat infrin-
gere, fauendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit a ueteribus non ſequẽdo. Hũc
ergo eſſe uerum & genuinum uerborum Chriſti ſenſum, non proprie innitendo
prudentiæ, quod diuerſarius facit, ſed antiquorum patrum & ſanctorum probe-
mus teſtimonijs, qui ſpiritu ſancto inſpirante ſcribentes, ueram huius ſcripturæ ue
ritatem nobis explicuerunt.

¶ Et imprimis prodeat magnus ille martyr & epiſcopus Cyprianus, tantopere ab *Probatur ſen-*
Auguſtino, Hierony. Ambroſ. & Nazianzeno collaudatus, qui plura de fallatia *ſus ex patribus*
& aſtutia diaboli prælocutus, libro de ſimplicitate prælatorum ſubdit. Qui ſecun- *Cypria.*
dum Apoſtoli uocem transfigurat ſe uelut angelum lucis, & miniſtros ſubornat
ſuos uelut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſpe
rationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub uoca-
bulo Chriſti, ut dum ueriſimilia mentiuntur, Veritatem ſubtilitate fruſtrentur: hoc
eo fit fratres dilectiſſimi, dũ ad ueritatis originem non reditur, nec caput quæritur,
nec magiſtri cœleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet, tracta-
tu longo atq; argumentis opus non eſt, probatio eſt ad fidem facilis, compendio ue-
ritatis loquitur dominus ad Petrum. Ego dico tibi inquit, quia tu es Petrus, & ſu- *Math. 16.*
per iſtam petram ædificabo eccleſiam meam &c. Et eidem poſt reſurrectionem ſuã *Ioan. 21.*
dicit. Paſce oues meas, & quamuis omnibus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam, *Ioan. 20.*
parem poteſtatem tribuat, & dicit. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos, accipite *Petrus funda-*
ſpiritum ſanctũ, Si cui remiſeritis peccata remittentur illi, Si cui tenueritis, tenebũ- *mentũ eccleſiæ.*
tur. Tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis eius originem ab uno incipientem,
ſua auctoritate diſpoſuit, hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus,
pari conſortio prædìti & honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcit
ut eccleſia una monſtretur, & infra hanc eccleſiæ unitatẽ, qui non tenet, dei legem
nõ tenet, nõ tenet patris & filij fidem, uerbum non tenet ſalutis, hæc eſt apertiſſima
Martyris ſententia, unum eſſe primum in eccleſia Petrum a quo unitas eccleſiæ di-
ſpoſitione Chriſti proficiſcatur, & quod ab eo uelut fundamento hæc unitas oria-

tur,citauit illud Math.xvi.Tu es Petrus,probaturus per hoc,Petrum eſſe fundamē
Cypria. tum eccleſiæ. ¶ Quod ſi hunc locum apertiſſimum aliquis naſutulus exiſtima-
ret eſſe ambiguum,audiatur Cyprianus in loco apertiori, qui cauillari non poteſt.
Ioan.6. Libro enim quarto epiſtolarum,ad Pupianum ſcribit,Quando Chriſtus dixit ad di
ſcipulos,Nunquid & uos uultis abire,Reſpondit ei Petrus dicēs, Domine ad quē
ibimus? Verbum uitæ ęternæ habes,& nos credimus & cognouimus,quia tu es fi-
lius dei uiui,loquitur illic Petrus,ſuper quem ædificanda fuerat eccleſia,docens, qa
etſi contumax ac ſuperba audire nolentium multitudo diſcedat,eccleſia tamē Chri-
Cypria. ſtianorum non recedit.Audis ſuper quem ędificanda fuerat eccleſia,& ne quis cre
Ludder redarguit ſanctum Cyprianum. dat excidiſſe ſancto martyri hoc uerbum,repetijt illud eiſdem uerbis lib.i. epiſtola-
rum ad Cornelium papam,& ita intellexit etiam diuerſarius Ciprianum, uelut ex
lib. ſuo Syngrapham eius in publica diſputatione Lipſica legimus, ubi adnotaue-
rat(magna profecto temeritate) etiam ſanctum uirum falli, quia crediderat eccle-
Gloſſa Rabani. ſiam fundatam ſuper Petro. ¶ Hunc eſſe uerum & ſanum intellectum teſtatur
gloſ.ord.quæ eſt Rabani ſecundum Tho.alij citant eam eſſe Hiero. habent quidē
Hierony. ait,eandem iudiciariam poteſtatem alij apoſtoli,quibus poſt reſurrectionem ait, ac-
cipite ſpiritum ſanctum &c.Habet etiam omnis eccleſia in præſbyteris & epiſco-
pis,ſed ideo ſpecialiter Petrus accipit,ut intelligant omnes,quod quicunq; ab unita
te fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit,nec a peccatis ſolui, nec cœlum ingredi po-
Hiero. teſt,& quia ambigis illum locum eſſe B. Hierony.adferatur propterea in libro in-
dubitato,quem omnes agnoſcunt,ut partum Hieronymianum,librum uolo.i. cō-
tra Iouinianum,ubi quia Iouinianus obiecerat contra laudē uirginitatis, quod non
ſuper Ioanne,ſed ſuper Petrum fundata eſſet eccleſia B. Hiero. admittit ſuper Pe-
tro fundatam eccleſiam,& ponit rationem huius.Super Petrum inquit fundatur ec
cleſia,licet idipſum in alio loco ſuper ap̄los fiat,& cuncti claues cœlorū accipiāt,et
ex æquo fortitudo eccleſiæ ſuper eos ſolidetur,tamē ꝑpterea inter duodecim unus
Petrus caput. eligitur,ut capite conſtituto,ſciſmatis tollatur occaſio. Quid apertius dixiſſe potuiſ
ſet,apoſtolos pares & ex æquo pronunciat fundamenta eccleſiæ ratione dignitatis
apoſtolatus,& tamen libere diffinit caput inter eos conſtitutum, ut ſciſmatis tolle-
retur occaſio.

¶ Id uoluit expreſſius B.Hieronymus lib.i.contra Pelagianos,Quid Platoni & Pe-
tro,ut ille enim princeps Philoſophorum,ita & hic apoſtolorum fuit, ſuper quem
eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt,quæ nec impetu fluminis, nec ulla tentatio
ne concutitur.Hoc etſi Critobolus dicat, Atticus tamen non negat, quod indubie
feciſſet,ſi Critob.falſum aſſumpſiſſet,eſt ergo S.Petrus princeps eccleſiæ, & ſuper
Hiero. quem eccleſia ædificata eſt B.Hieronymi ſententia.Quod inceperamus contra Io-
uinianum non finiuimus,ideoq; repetamus.Sed cur non Ioan.electus eſt uirgo? ęta
ti delatum eſt,quia Petrus ſenior erat,ne adhuc adoleſcens,& pene puer, progreſ-
ſæ ætatis hominibus præferretur,& magiſter bonus,qui occaſionem iurgij aufer-
re diſcipulis debuerat, in adoleſcentem quem dilexerat,cauſam uideretur præbere
inuidiæ,quis iam ita deſipit,ut neget Hierony. noluiſſe Petrum prælatum Ioanni,
cuius iam expreſſam adfert rationem.

Hierony. ¶ Et ut omnis amputetur dubitatio loquatur Hieronymus ſuper dicto loco Mat.
Simoni inquit qui credebat in Petram Chriſtum,Petri largitus eſt nomē,ac ſecun
dum Metaphoram Petræ,recte dicitur ei, ędificabo eccleſiam ſuper te.quis iam
non intelligit,quid B.Hierony. intelligat demonſtrari per uoculam hanc,quia Pe-
Hierony. trum.Super te ait.Et licet hęc ſint ſufficientiſſima,addatur tamen in epiſtola ad Da
maſum.Ego inquit nullum primum niſi Chriſtum ſequens,beatitudini tuę, cathe-
drę Petri conſotior,ſuper illam Petram fundatam eccleſiam ſcio,hęc quidem clariſ-

ſima uerba, nullus niſi extreme deſipiat negabit. Citatur & alia gloſſa ordinaria (au thorem eius tamen ignoro) Specialiter illam poteſtatem deus Petro conceſſit, ut ad unitatem nos inuitaret. Ideo enim eum principem Apoſtolorum conſtituit, ut eccleſia unum principalem haberet CHRISTI uicarium, ad quem diuerſa mem bra recurrerent, ſi forte inter ſe diſſiderent. Ecce habes primatum Petri, & ratioñe cur deus eum inſtituit. Gloſſa or.

Idem probatur ex Origine, Auguſtino, Ambroſio, Hylario, Chryſoſtomo, Beda, Cyrillo. Cap. IIII.

INtellexit uerba Chriſti in hunc ſenſum Origines Adamantius. Vide inqt quantam poteſtatẽ habet Petra ſuper quã ędificatur eccleſia, Vt etiam iu dicia eius maneant firma, quaſi deo iudicante per illã, ponderat ad hæc uer ba Chriſti ad Petrum Mat. xvi. & ad diſcipulos Mat. xviij. conferendo. Illa quæ ſu perius Petro ſunt dicta inquit, uidentur etiam iſtis omnibus dicta, ſed quoniã opor tebat aliqd maius habere Petrũ præ illis, ideo illi quidẽ ſic dicit. Et tibi dabo claues regni cœlorum, et quæcunq; ſolueris ſuper terrã, erũt ſoluta & in cœlis. Non ergo modica differentia eſt, quod Petro quidem datæ ſunt claues non unius cœli, ſed multorum cœlorum, ut quæcunq; ligauerit ſuper terram ſint ligata, non tantum in uno cœlo, ſed in omnibus cœlis. Ad eos autem qui multi ſunt ligatores & ſolutores in terra, ſic dicit, ut ſoluant & ligent, non in cœlis ſicut Petrus, ſed in uno cœlo, quia non ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus, ut alligent uel ſoluant in omnibus cœlis. Hęc Homilia vi. ſuper Math. Conſtanter Origines Petrum petram affirmat ſuper quã ędificata ſit eccleſia, eius extollens poteſtatem iudicij, & acute ponderat maxi mus ſcripturę interpres. Chriſtum in maiori perfectione & plenitudine promiſiſſe Petro claues cœlorum, quam alijs Apoſtolis, & ſic Petrum iure diuino ac euangeli co alijs eſſe ſuperiorem. ¶ Accedat & illud magnum eccleſiæ lumen Auguſtin. in lib. contra epiſtolam Donati, ubi dicit in Petro tanq; in Petra fundatam eſſe eccle ſiam, qui ſenſus inquit, etiam cantatur ore multorum in uerſibus beatiſſimi Ambro ſij. Vbi de gallo gallinaceo ait. Hoc ipſa Petra canẽte eccleſia, culpam diluit, & quã uis alicubi expoſuerit Petram Chriſtum, tamen lib. i. retractationum utramq; re cenſet ſententiam, & neutram retractat, ſed lectoris committit iuditio dicens. Harum autem duarum ſententiarum quæ ſit probabilior eligat lector, & quia B. Ambroſij meminit Auguſtinus, addamus & alios eiuſdẽ locos. ſermone enĩ. xlvij. de Petro inquit, deniq; pro ſoliditate deuotionis, eccleſiarum Petra dicitur, ſicut ait Dominus. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Petra enim dicitur, quod primus in nationibus, fundamenta fidei poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq; contineat, apertiſſi me fatetur Petrum eſſe Petram eccleſiarum, probans per uerba domini ex Math. allegata, rennarrat Gratianus c. fidelior. L. diſ. ¶ Sed ad Auguſtinum reuerta mur, cui adhuc in duobus locis non diſplicuit Petrum eſſe Petram, & primum apo ſtolorum, ait enim ſuper Iohan. tracta. cxxiiij. Hoc agit (orando pro remiſſione peccatorum) eccleſia ſpe beata, in hac uita ęrumnoſa, cuius eccleſię Petrus apoſto lus propter apoſtolatus ſui primatum, gerebat figurata generalitatate perſonam, quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura unus erat homo, gratia unus Chriſtia nus, abundantiori gratia, unus idemq; primus apoſtolus, ſed quando fuit ei dictum. Tibi dabo claues regni cœlorum &c. uniuerſam ſignificabat eccleſiam: intelligit iã candidus lector Petrum propter primatum geſſiſſe perſonã eccleſię, ſicut quilibet epiſcopus in concilio gerit perſonã ſuę eccleſię, & princeps ſui regni. Et in ſermo ne natalis eorum inquit. Audiſti frequenter ipſum Petrum a dño Petram nuncupa

Origines. Petrus Petra. Math. 16. Math. 18. Augu. Ambroſi. c. 21. Ambroſi. Gratianus. Auguſt. Auguſt.

Petrus Petra. tum,ſicut ait. Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam. Si er-
go Petrus Petra eſt ſuper quam ædificatur ecceſia, recte prius pedes ſanat,ut ſicut
Acto.3. in eccleſia fidei fundamentum continet,ita & in homine membrorum fundamen-
Hierony. ta confirmet. Refert ad miraculum a Petro factum dum Claudum ſanaret.
Hylari. ¶ Et cum maioris auctoritatis exiſtat, quod plurimoꝝ cōſenſu firmatur. Vt B. Hie-
rony. ait. Addo prædictis primo beatum Hylarium Pictauorum præſulem,qui ſu-
per eadem uerba,apud Matthæum ſic ait. O in nuncupatione noui nominis fœlix
eccleſiæ fundamentum,dignaq; ædificatione illius Petra,quæ infernas leges, & tar-
tari portas,& omnia mortis clauſtra diſſolueret. O beatus cœli ianitor, cuius arbi-
trio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata auctori-
tas ſit in cœlo,ut quæ in terris aut ligata ſint aut ſoluta ſtatuti eiuſdem conditionem
obtineāt in cœlo. Expende fœlix eccleſiæ fundamentum ex ipſa nūcupatione Pe-
træ,& ne ſuſpiceris eum de alio loqui fundamento quam Petro, clarius adijcit de
Chryſoſto. Ianitore cœli.
Petrus os apoſtolorum. ¶ Audiatur præterea os aureum Ioannes Chryſoſtomus ſuper eo loco. Quid igitur
Petrus omnium apoſtolorum os,uertex totius conſortij, cum omnes interrogati eſ-
ſent,ipſe ſolus reſpondit. Et quando quidem de ſententia uulgi quærebat,omnes re-
ſponderunt,cum uero de ſua eos rogaret ſententia,Petrus confeſtim proſilijt,ac prę-
ueniens ait. Tu es Chriſtus filius dei uiui,& infra. Et ego dico tibi,quia tu es Petrus,
& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Hic aperte prædixit mag-
Petrus paſtor. nam eorum qui credituri erant & ſunt multitudinem, & ſublimiora ipſum ſapere
fecit,& eccleſiæ futuræ paſtorem conſtituit, & infra. Et ego dabo tibi claues regni
cœlorum &c. Animaduertis quo pacto ipſe etiam ad altiorem de ſe opinionem Pe-
trum adducit,& ſeipſum duabus his pollicitationibus reuelando filium dei oſten-
dit. Namq; deus ſolus concedere poteſt peccatorum remiſſionem. Et ut futura ec-
cleſia tot tantiſq; fluctibus,impetu irrumpentibus,immobilis permaneat, cuius ca-
Hiere. put & paſtor,piſcator homo atq; ignobilis, terrarum orbe reluctante,adamantis na-
turam firmitate ſuperet. Ita & pater ad Hiere. dicebat. Sicut columnam ferream,
& ſicut murum æneum poſui te,ſed ipſum quidem gentium pater. Hunc autem
uniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit. Collige huius uiri Græci & Orienta-
Diuerſarij Cauillus. lis eccleſiæ antiſtitis ſententias,quia futuræ eccleſiæ paſtorē conſtituit,& caput uer-
ticem Apoſtolorum,ridiculum eſt,quod diuerſarius in Lipſica diſputatione cauil-
labatur,uerticē non eſſe ſummitatem rei,cum in eo ſenſu certe locutus ſit Chryſo.
quia poſtea eum caput appellat. Nec unius eccleſiæ iudaicæ dicit præpoſitum, ſed
orbi terrarum,nec humano conſenſu conſtitutum, ſed a Chriſto, ita dedita quaſi
opera ſanctus & eruditus uir a ſpiritu ſancto edoctus,omnia diuerſarij reiecit diuer-
ticula,antequā per eum fuiſſent conficta.
Beda accepit a Leone. ¶ Eiuſdem porro ſententiæ eſt uenerabilis Beda in homilia ſuper illo euangelio.
Qui enim regnum cœlorum maiori dilectione præ cæteris confeſſus eſt, merito
præ cæteris collatis regni cœleſtis clauibus donatus eſt, ſed non fruſtra uni com-
mendatur, quod omnibus intimetur: Petro enim ſingulariter creditur, quia cun-
ctis eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur. Videns Petro prę cæteris claues
traditas & ſingulariter,licet in eo communis forma paſtorum prępenatur.
Cyrillus. ¶ Alius orientalis uerba domini etiam ſic accepit. Beatus Cyrillus Alexandrinus
lib. ij. ſuper Iohan. Nec Simon fore ſibi nomen,ſed Petrus prædicit, uocabulo ipſo
commode ſignificans,quod in eo tanq̃ in petra,lapideq; firmiſſimo,ſuam eſſet ędi-
ficaturus eccleſiam. Is ex nomine probat auſpicatum ſuper petram ędificandam
eccleſiam.

Super

Super Petro ædificatam eccleſiam adhuc probatur ex Leone, Gregorio, Maximo, Ignatio, Synodo octaua, & Calcedonen. Cap. V.

ET ſi prædicti doctores cuilibet fideli ſufficiant, ut uideant litterali intelligentia, ſuper Petrum ædificatam a domino eccleſiam, quare iure diuino obtinuerit Primatum eccleſiæ: præſtat tamen adhuc plures adducere, ut pateat quomodo omne uerum uero conſonet, & expreſſior eſt inter alios. B. Leo inſignis & celeber ſacræ ſcripturæ interpres, qui Canone primo (nam ex originalibus accepi, ne ſuſpitio eſſet Gratianum erraſſe) ſcribit uniuerſis Epiſcopis prouinciæ. Ita dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſaluator inſtituit, ut ueritas quæ ante legis & Prophetarum præconio continebatur, per Apoſtolicam tubã in ſalutem uniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, ſed huius muneris ſacramentum, ita dominus uoluit ad omnium Apoſtolorum officium pertinere, ut in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo, quaſi a quodã capite dona ſua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditate recedere. Hunc. n. in conſortium indiuiduæ unitatis aſſumptum, id quod ipſe erat dominus uoluit nominari, dicendo. Tu es Petrus, & ſuper h. p. æ. e. m. ut æterni tẽpli ædificatio, mirabili munere gratiæ dei in Petri ſoliditate conſiſteret: uerum hanc petræ iſtius ſanctiſſimam firmitatẽ, deo ædificante conſtructam, nimis uult impia præſumptione uiolare, quiſquis eius poteſtatẽ tentat infringere. Hæc S. Leo. cuius uerba ſunt ita aperta, ut grãmatico ſatisfaciant lectori, in Petro poteſtatẽ hanc principaliter collocatã, & quod a Petro in alios fluit, ſicut a capite, inſtituto dñi, quod recedẽs a ſoliditate Petri ſit exors diuini myſterij, quod ædificatio æterni templi eſt in ſoliditate Petri, quæ oĩa ſignificãt Petrũ iure diuino Primatum eccleſiæ dei obtinere. Hoc idem uoluit B. Leo in ſermone iij. de anniuerſario Pontificeæ ſuæ aſſumptionis die. Ego inquit dico tibi, hoc eſt ſicut pater meus tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id eſt cum ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraq; unum, ego fundamentum præter quod nemo poteſt aliud ponere, tamen tu quoq; petra es, quia mea uirtute ſolidaris, ut quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia. Idem repetit in ſermone ij. de natiuitate Apoſtolorum, propter quod dicitur Beatiſſimo PETRO. Tibi dabo claues regni cœlorum. In Apoſtolos alios ius huiuſcemodi poteſtatis, & ad omnes eccleſiæ principes, huius decreti conſtitutio commeauit (ſubdit uerba quæ Beda repetijt) Sed non fruſtra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis rectoribus forma Petri præponitur: manet itaq; Petri priuilegium, ubicunq; ex ipſius æquitate fertur iudicium: hic ſuperbiæ calcator Chriſtianus Cicero, ſanctus & eruditus Pontifex Leo apertiſſime demonſtrat, qua ratione Chriſtus, qua Petrus petra exiſtãt.

Leo. — *Diſ. 19. Ita dominus.* — *Pſal. 18.* — *Petrus ſummus Apoſtolorum.* — *Leo.* — *Ephe. 2.* — *1. Corinth. 3* — *Chriſtus petra* — *Petrus petra.* — *Leo.*

¶ Suffragatur prædictis B. Gregorius in Mora. aſtruens Petrum eſſe petram, & ſuper eo ædificatam eccleſiam, ait enim, quia ex ſola eccleſia Catholica ueritas conſpicitur, apud ſe eſſe dominus locum prohibet, de quo uideatur: In petra Moyſes ponitur, ut dei faciem contempletur, quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam præſentiam non agnoſcit: de qua ſoliditate dominus dicit. Super hanc petram ædifi. eccle. me. Sola quippe eſt per quam dominus ſacrificium accipiat libẽter &c. Quod ſi elaberis, quia Grego. hic petram dicat ſoliditatẽ fidei aſſentior libens, quoniam & Petrus eſt petra, ob ſoliditatẽ & indefectibilitatẽ fidei, de quo infra latius,

Grego.

ſed accipiamus alium locum minime ambiguum,in epiſtola ad Mauritium Augu
ſtum,ubi de Petro loquitur.Ipſi dicitur.Tu es Petrus, & ſuper hanc p.ę.e.m. Ecce
claues regni cœleſtis accepit,poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur, cura eius to-
Diſ.11. præceptis. tius eccleſię & principatus cõmittitur,hic rotundis uerbis a domino affirmat prin-
cipatum totius eccleſię Petro commiſſum. Gratianus quoq;, quamuis plura affe-
Grego. rat ex Greg. quę infra non reticebimus.Huic tamen loco congruit,quod ibidem
ait Gregorius de auctoritate Romanę eccleſiæ. Cuius auctoritatis ſanctionem om
nes teneāt ſacerdotes,qui noluerint ab Apoſtolicæ petrę,ſuper quam Chriſtus uni
uerſalem fundauit eccleſiam,ſoliditate conuelli,pondera Apoſtolicę petræ,& quod
auulſus a Romana eccleſia,conuellitur a ſoliditate Apoſtolicæ petrę, & quæ eſt il-
Maximus la petra? niſi ſuper quã dominus ædificauit eccleſiam ſuam.
Reperi & alios tres renarrantes. ¶ Aſtipulatur S.Maximus in epiſtola miſſa orientalibus (quã tamen in originali
non uidi,ſed Guilh. Anglicus in opere ſcripto,contra Ioan. xxij. pro Ludouico Ba
uaro,eam citat) Omnes fines terrę,qui dominum ſyncere receperunt, & ubiq; ter-
rarum catholici ueram fidem confitentes, in poteſtatem Romanorũ Pontificum,
tanq̃ in ſolem reſpiciunt,ex ipſo lumine catholicę & Apoſtolicę fidei recipiunt ue-
ritatem.Nec immerito,quia Petrus legitur primo perfectam fidem eſſe confeſſus
domino reuelante,cum dixit.Tu es Chriſtus filius dei uiui. Et infra tantę dignita-
tis & ſapientię uirũ non ab alio cœleſtis myſterij archana requirere,niſi ab eo potiſſi
mum,quem non potuit caro & ſanguis inſtruere, ſed cui dominus ipſe ſua ſecreta
dignatus eſt aperire.Beatus es inquit Simon Bariona,quia caro & ſanguis non re-
uelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt.Hunc enim prę cęteris mortalibus de to-
to orbe conditor orbis elegit, cui cathedram magiſterij principaliter poſſidendam
tenere perpetuo,priuilegij iure conceſſit,ut quiſquis diuinum aliquod aut profun-
dum noſſe deſiderat,ad huius pręceptionis oraculum,doctrinamq; recurrat, nec il-
li humiliter offerre quod ſoluendum ē erubeſcat,etiam ſi ipſe quod queritur nõ ig-
noret.Nunquid enim angelus de cœlo ueniens erat neſcius docere Cornelium,quē
Act. 10. uidelicet id quod ſibi agendum eſſet,addiſceret,deſtinauit ad Petrum: poterat pla-
ne ſanctus angelus docere hominem gentilem, quid ſibi opus eſſet ad ſalutem,ſed
eius nolebat uſurpare officium,cui docendi fuerat commiſſum. Non Romanis, ſed
Maximus. orientalibus ſcribit S.Maximus,cathedram magiſterij in eccleſia ſancto Petro com
miſſam,quam nec angelus domini uolebat uſurpare iniuſſu Petri. Idem S. Maxi-
mus in ſermone quem habemus de S.Petro,& Paulo incip. Glorioſiſſimos,ſic ait.
1. Corin. 10. Hic eſt Petrus cui dominus ſui nominis communionem libenter indulſit,ubi enim
ſicut Apoſtolus docuit. Petra erat Chriſtus, ita quod per Chriſtum Petrus factus
eſt petra,dicente ei domino.Tu es Petrus,& ſuper hanc p.ę.e.m. Nam ſicut in de-
Exo.17. ſerto dominico ſitiente populo,aqua fluxit de petra,ita uniuerſo mũdo perfidię,ari-
Dionyſ. ditate laſſanti,de ore Petri fons ſalutiferę confeſſionis emerſit,conferret non nihil ſa
cerrimi Dionyſij dictum cap.vij.parte.iij.de eccleſiaſtica hierarchia,ſed mox ad con
cilia ſacra deſcendamus.
¶ Nemo niſi ferreus & trunco ſtupidior,tantos patres negabit: uerum ut nihil de-
Octaua ſyno. ſit tantę aſſertioni,oſtendam hanc intelligentiam etiam ſacris concilijs nõ diſplicuiſ-
Nicolai papæ. ſe.Nam in octaua ſynodo generali,actione 1. in libello per omnes ſubſcripto(qui fu-
erat Nicolai papę) continetur,prima ſalus eſt rectę fidei regulam cuſtodire, dein
a conſtitutis dei & patrum nullatenus deuiare,& infra. Non poteſt dñi noſtri ſal-
uatoris ſententia pretermitti dicentis.Tu es Petrus,& ſuper hanc p.ę.e.m.Hęc quę
dicta ſunt rerum probantur euentibus,quia in ſede Apoſtolica,immaculata eſt ſem
Adrianus papa. per obſeruata religio,& ſancta celebrata deuotio. Iſte liber per Adrianum papam
fuit miſſus ad octauum concilium Conſtantinopolitanum, & omnes ſe ſubſcripſe-
runt

runt ſub illa forma, Sequimur autem ſanctam ſynodum & amplectimur, quam be
atę recordationis papa Nicolaus (cui & ipſe domine coangelice Summe Pontifex
Adriane ſubſcripſiſti) ante ſanctiſſimum Petri Apoſtolorum eximij corpus celebra
uit, ſimul & quam tu ibi ipſe nuper egiſti, & omnia quę in his ſtatuta ſunt, ſecundũ
decreti ueſtri moderationem, uenerabiliter conſeruabimus, recipientes quos recipi
unt, & damnantes omnes, qui in illis damnati ſunt. Vide ſententiam tribus Concilijs *Concilia Ro-*
probatam. ſ. duobus Romanis: & uno Conſtantinopolitano, quod fuit ſub Baſi- *mana.*
lio Impe. Conſtantino & Leone filij. Aug. miſerat ad id Concilium Adrianus ij. *Concilium Con*
Donatũ Hoſtien. Epiſcopũ. Stephanũ Epheſinũ epiſcopũ, Martinum diaconũ, Ro *ſtantinopolita-*
manę eccleſiæ, cum quibus perrexit Anaſtaſius ſedis Romanæ Bibliothecarius u- *num.*
triuſq́ linguę peritus, Vnde Ignatius qui contra photium in eodem concilio fuit re *Ignatius. Pho-*
ſtitutus ad Adrianum Papam ſcripſit. Solus ex toto omnium magiſter deus, dicit *tius.*
Petro magno & ſummo apoſtolorum. Tu es Petrus & ſuper h.p.e.e.m. Tales enim
beatas uoces, non ſecundum quandam utiq́ ſortem apoſtolorum principi Petro, ſo-
lum circumſcripſit & diffiniuit, ſed per eum & ad omnes, qui poſt illum ipſum effi-
ciendi erant ſummi paſtores, diuiniſſimiq́ ſacri Pontifices Romæ ſenioris, extendi
uoluit. Epiſtola huius ſancti uiri in Synodo, damnato photio, recepta eſt.

¶ Eſt prętèrea canon poſterioris Concilij Calcedonen. Si quis Epiſcopus prædica- *Ponti. Ro. eſt*
tur infamis, liberam habeat poteſtatem appellandi ad beatiſſimum Epiſcopum ſe- *ſummus Græco*
nioris Romæ, quem habemus Petrum, Petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate *rũ teſtimonio.*
loco dei, ius ſit diſcernendi Epiſcopi Infamiam ſecundum claues ſibi a deo datas.
Aduerte hunc canonem, in oriente conditum appellationem Epiſcopi ad Roma.
Ponti. admittentem, quia illic ſit Petra refugij, & quę alia niſi ſupra quam dominus
ædificauit eccleſiam ſuam.

Ad idem martyres & ſummi Pontifices inducuntur, Anacle- tus, Marcellus, pius, Iulius, Gelaſius, Symachus, Nicolaus, Leo ix. Germanus, Alexan- der ij cum Epilogo. Cap. VI.

HAnc intelligentiam uerborum Chriſti ſancti Romani Pontifices tenuerunt
non modo a quadringentis annis, uti diuerſarius calumniatur, ſed & antiquiſſi
mi martyres, non modo officio, ſed omni uita & conuerſatione ſanctiſſimi. Et impri-
mis prodeat S. Papa & martyr Anacletus iiij. poſt Petrum (ne de ambitione & auari *Anacletus.*
tia eum poſſis habere ſuſpectum) licet beatus Hieronymus in uita ignatij ſcribat eũ *Hierony.*
fuiſſe iij. a Petro de uiris illuſtribus. Is Canone xiiij. ſic habet in originali. In nouo au *Author ex ori*
tem teſtamento poſt CHRISTVM dominum, a Petro ſacerdotalis cœpit ordo, *ginalibus cano-*
quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia CHRISTI datus eſt, dicente domino ad *nes ſumpſit, ut*
eum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædifi. eccle. me. & portę inferi non præua- *ex quotta li-*
lebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi ſoluendiq́ *quet.*
poteſtatem prius accepit a domino, priuſq́ ad fidem populum uirtute ſuæ prædica
tionis adduxit, repetit Gratianus: qui & alium refert eius Canonem. Sacroſancta *Diſ. 21. In nouo*
Romana & Apoſtolica eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo domino & ſaluatore *Diſ. 22. ſacro-*
noſtro Primatum obtinuit, ſicut B. Petro Apoſtolo dixit. Tu es Petrus & ſuper ha. *ſancta.*
pe. ædifi. e. me. & infra. prima ſedes cœleſti beneficio eſt Romana eccleſia, quam
beatiſſimi Petrus & Paulus martyrio conſecrarunt, & infra. Ergo hęc Apoſtolica ſe
des, cardo & caput eccleſiarum, a domino, & non ab alio eſt conſtituta. S. Iuo Carno *S. Iuo.*
teñ. lib. iiij. Panormię refert hunc canonem ex iij. decretali Anacleti, ſed breuiorem

finit,ꝙ Gratianus. Expreſſiſſime hic Anacletus eccleſiam ſuper Petro ædificatam
dicit & Primatum eccleſiæ Romanę a domino tributum. Omni autem probabilita
te caret,quod uiri ſancti,ſtudioſi,& literati,deo pleni, ſacrarum literarum indagato-
res diligentiſſimi,qui cum B.Petro & alijs Apoſtolis, ac apoſtolorum diſcipulis fue-
runt cõuerſati,prędictorum uerborum Chriſti intellectum ab ipſis non didiciſſent,
& præſertim cum intellectus ille fuerit neceſſarius fidelibus, ut ſcirent cui obedire
deberent,tanq; ſummo eccleſiæ prælato.

S. Marcellus. ¶ Porro S.Marcellus Papa & martyr uniuerſis epiſcopis per Dardaniam conſtitu-
tis in decretali incipiente,ſollicitudinem,ait.Rogamus uos fratres dilectiſſimi,ut non
aliud doceatis neq; ſentiatis,ꝙ quod a B.petro & reliquis apoſtolis & patribus acce-
Petrus iuſſu dei piſtis.Ipſe enim eſt caput eccleſię totius,cui ait dominus.Tu es Petrus & ſuper hanc
tranſtulit ſe ad pe.ędi.e.meam.Eius enim ſedes primitus apud uos fuit,quę poſtea iubente domino
Romam. Romam tranſlata eſt.Si uero Antiochena, quę olim prima erat,Romanæ ceſſit ſe-
di,nulla eſt quę eius non ſit ſubiecta ditioni,nec ab eius diſpoſitione uos deuiare o-
portet,ad quam cuncta maiora negocia eccleſiaſtica,diuina diſponente gratia, iuſſa
ſunt referri, ut ab ea regulariter diſponantur , a qua ſumpſere principia, S. martyr
per illa uerba probat caput totius eccleſiæ fuiſſe Petrum,ſedem iuſſu dei ab Antio-
chia tranſtuliſſe in Romam, omnes eccleſias eſſe ſubiectas Romanæ, quę affatim
24.q.1.rogam9 noſtra probant . hęc Gratianus tranſcripſit.

S. Iulius pro ¶ S.Iulius inuocatus a S.Athanaſio Alexandrino,pro eius defenſione ſcripſit orien-
Athanaſio. talibus epiſcopis,decuerat uos aduerſus ſanctam Romanam & Apoſtolicam eccle
ſiam limate & non ironice loqui, quoniam & ipſe dominus noſter Iheſus Chriſtus
eam decenter allocutus,ait.Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam.Et portæ inferi non prę.ad.e.Et tibi da.c.r.cœ.habet enim poteſtatem ſingu
lari priuilegio ſibi conceſſam aperire & claudere ianuas regni cœleſtis,quibus uo-
luerit.Nam ſi ei detrahere,quæ domini ore ſacrata, atq; deſuper exaltata eſt, non ti-
muiſtis,nec mirum ſi fratribus irrogare iniurias minime ceſſatis. & alia epiſtola ad
eoſdem ait. Ipſa omnibus maior & prælata eſt eccleſijs, quę non ſolummodo cano-
num & ſanctorum patrum decretis, ſed domini ſaluatoris noſtri uoce , ſingularem
obtinuit principatum.Tu es inquiens Petrus,& ſuper hanc pe.ęd.eccle.meam.

S. Pius. ¶ Pius papa ſcribit omnibus eccleſijs,cap.1.poſteaq; oſtendit,quomodo Paſcha do-
minico die celebrare debeant,ſubdit.Inſtruimus uos auctoritate Apoſtolica, omnes
eadem ſeruare debere,quia & nos ſeruamus,nec debetis a capite quoquomodo diſ
ſidere.Chriſtus.n.hanc apoſtolicam ſedem omnium eccleſiarum caput eſſe præce-
pit,ipſo dicente principi apoſtolorum Petro.Tu es Petrus,& ſuper hanc pe. æ. eccl.
meam.Sanctus Papa ex hoc loco probat Romanam eccleſiam caput aliarum, non
credes tam ſancto martyri,qui fuit x.a Petro?

S. Gelaſius. ¶ Voluit Gelaſius papa Canone iiij. Cuncta per mundum nouit eccleſia, quod ſa-
croſancta Romana eccleſia,phas de omnibus habeat iudicandi,neq; cuiq; de eius li
ceat iudicare iudicio,& infra.Et hoc nimirũ ꝑ ſuo principatu,quẽ b.Apoſtolus Pe-
9.q.3. Cuncta. trus dñi uoce tenuit ſemper,& tenebit,legitur quoq; apud Gratianum.Et canone 1.
Gelaſi. Quãuis uniuerſæ terræ ꝑ orbẽ catholicę & apl'icę cõſtitutę eccleſiæ,unus thalamus
Chriſti ſit,tamen ſancta Romana eccleſia & catholica, nullis Synodicis conſtitutis,
cęteris eccleſijs prælata eſt,ſed euangelica uoce domini & ſaluatoris noſtri prima-
tum obtinuit.Tu es inquiens Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam me-
am.Nihil his uerbis rotundius,a domino obtinuit Roma primatum per hoc.Tu es
9.q.3.quàmuis Petrus &cę. Renarrat illum Gratianus, licet falſo ſub titulo Pelagij, quem erro-
Gratiani error rem etiam diuerſarius ſecutus eſt,etenim meliora non habet,quia nec legit origina-
& diuerſarij. lia, nec uidit.

¶ Syma-

¶ Symachus Canone iiij. Poſteaq̃ docuit Romanum Pontificem a ſolo deo iudicari, & aliquis reſponderet, etiam omnes homines iudicio ſubeſſe diuino, ſubdit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & quęcunq̧ ſolueris ſuper terram, erunt & ſoluta in cœlo, & rurſum, patet ſanctorum uoce Pontificum, dignitatem ſedis eius factam toto orbe uenerabilem, dum illic quicquid fidelium eſt ubiq̧ ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur, de hac mihi per prophetam dictum uidetur. Si hęc humiliatur, ad cuius fugietis auxilium, & ubi relinquitis gloriam ueſtram. Attende o Ludderane, Romanæ eccleſiæ contemptor & humiliator, ubi relinquis gloriam tuam, ſi hæc humiliabitur, quæ eſt caput totius corporis Chriſtiani. Cui omnes fideles ſubmittuntur. Gratianus renarrat. *Symachus.* *Iſa. 10.* *9. q. 3. Aliorũ.*

¶ Nicolaus I. Papa idem manifeſtiſſime teſtatur, ſcribens Mediolanen̄. Illam uero ſolus ipſe fundauit (inquit) & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro ęternæ uitæ clauigero, terreni ſimul & cœleſtis imperij iura commiſit. Non ergo quęlibet terrena ſententia, ſed illud uerbum, quo conſtructum eſt cœlum & terra, per quod deniq̧ condita ſunt omnia elementa, Romanam fundauit eccleſiam. Illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium eſt, q̃a quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit, qui autem Romanę eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur. Hic proculdubio in hæreſim labitur & cum ille uocetur iniuſtus, hic eſt dicẽdus hęreticus. Videat aduerſarius tanti Pontificis ſententia, ſe hęreticum eſſe & contra fidem, qui ante 600. annos computruit. Intendit. n. q̧ qui Romanæ eccleſiæ priuilegium conatur auferre, aſſerendo uidelicet Papam non eſſe Prælatum omnium Chriſtianorum, hæreticus eſt, quia incidit in aſſertionem erroneam, quæ ſapit hereſim manifeſtam, quia ex ipſa & quibuſdam ueris, quæ nulla poſſunt tergiuerſatione negari, ſequitur hęreſis manifeſta, uidelicet q̧ B. Petrus non fuit a Chriſto omnibus fidelibus Prælatus. *Nicolaus.* *Diuerſarius hæreticus.*

¶ Leo nonus papa Germanus in libro quem contra Michaelem Conſtantinopolitanum fecit, ait. Taliter ſancta eccleſia ſupra Petram, ideſt Chriſtum & ſupra Petrũ Cepham filium Iohannis, qui primo Symon dicebatur, ædificata eſt, q̧ inferi portæ diſputationibus ſcilicet hæreticorum, qui uanos ad interitum ducunt, nullatenus foret ſuperanda; ſic pollicetur ipſa ueritas, per quam ſunt uera, quæcunq̧ uera ſunt: portę inferi non præualebunt aduerſus eam: cuius promiſſionis effectum ſe precibꝰ impetraſſe a patre ipſe filius proteſtatur. Dicendo ad Petrum, Symon ecce Sathanas expetiuit, ut cribraret uos ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Erit ergo quiſq̃ tantæ dementiæ, qui orationem illius cuius uelle eſt poſſe, audeat in aliquo uanam putare. Nonne a ſede principis Apoſtolorum, Romana, uidelicet eccleſia, tam per eundem Petrum, q̃ per ſucceſſores ſuos reprobata, conuicta, atq̧ expugnata ſunt omniũ hęreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ nec defecit, nec unq̃ deficiet ſunt confirmata. Hæc Leo. ubi inſpice eccleſiam eſſe ædificatam ſuper Chriſto et Petro. Chriſto ut domino, Petro uelut eius uicario. *Leo. cap. 7.* *Luc. 22.*

¶ Poſtremo accedat Alexander ij. Relatum eſt inquit, ad huius ſanctę & Apoſtolicę ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia eccleſiarum, ab ipſo domino tradita ſunt, quaſi ad caput. Ipſo dicente. Tu es Petrus, et ſuper hanc p. ę. e. m. Et in alio canone. Cum omnibus diſcipulis parẽ ligandi atq̧ ſoluendi poteſtatẽ dñs daret. Petro ꝓ omnib. & prę omnibus, claues regni cœlorum ſe daturum promiſit, quicunq̧ ergo ab unitate eccleſiæ, quę per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execrare poteſt conſecrare non poteſt, primum renarrat poſt Iuonem, Gratianus xi. q. i. relatum, alterum in ca. audiuimus, xxiiij. q. i. *Alexander 2.* *Iuo.* *Gratianus.*

Epilogus. ¶ Cum ergo uerba euangelij ſint apertiſſima, qua Chriſtus poſt confeſſionem Petri tanta eit ei pollicitus, ueriſſimus promiſſorum redditor, inquiens. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & Petrum eſſe hanc Petram ſuper qua ædificata eſt eccleſia admittant & affirment. S. Cyprianus, Hieronymus, Gloſſa ordina, Origenes, Auguſtinus, Ambroſius, Hilarius, Chryſo. Beda, Leo, Cyrillus, Grego, & Maximus, qui uiri ſpiritu ſancto pleni, nobis ſuccum & latentem in ſacra ſcriptura ſpiritum exhibuerunt: quiq; eorum doctrina, uniuerſam irrigauerūt eccleſiam: ad quorum mentem, ſacras literas interpretari debemus, iuxta illud Clementis, *S. Clemens.* perlatum eſt nobis, quod quidam in partibus ueſtris commorantes, ſanis doctrinis aduerſantur, *Sacra ſcriptura ſecundū patres intelligēda.* & prout uidetur, non ſecundum traditionem patrum, ſed iuxta ſuum ſenſum docere uidentur, & infra, Ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam a maioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam ſeruat, ut & ipſe poſſit ea quæ recte ſuſcipit, competenter aſſerere, & eſt Canon ult. Clementis, renarrat *Diſ. 37. relatū.* eum Gratianus. Vnde ſi etiam non eſſet ſimpliciter neceſſarium eis credere, tamen *Stultitia antiqs non credere.* horribilis & omnino ſtulta eſt temeritas, ipſis contradicere, maxime abſq; infallibili ratione, quæ etiam intelligentes uiros aperte conuinceret, cum uiris fidedignis omni exceptione maioribus credendum ſit, plus, ꝙ uni arroganti fratri: accedit tantæ doctorum illuminationi, & eruditę interpretationi, grandis cōciliorum & ſummorum Pontificum auctoritas, ut nec auctoritas doctrinę deſit, nec doctrina auctoritati. Nā hi non acceperunt has interpretationes a ſe, ſed a ſcriptura intellecta, ut eam intellexerūt Apoſtoli, qui intellectus ab ipſis Apoſtolis uſq; ad hos illuminatiſſimos uiros, ſerie tractatuum & ſcriptorum Catholicorū ſibimet ſuccedentium & aſſerentium peruenit: quorum inuictam ſecuti ſententiam, concludamus, hunc locum Mat. xvi. uerborum Chriſti, bene probare Petrum conſtitutum fundamentum omnium fidelium & totius eccleſiæ.

Obiectiones Ludderi quatuor Petrum Matth. 16. non fuiſſe petram, ſed eccleſiam. Cap. VII.

HVic tam receptę ſententiæ, pluribus refragati ſunt olim eccleſiæ Romanę hoſtes, & modo Ludderus, qui exiſtimat his uerbis nullam fieri aut promitti Petro prærogatiuam, cuius cauillos plane ſophiſticos & ſeductorios, ut diluamus oportet. *Ratio diuerſarij prima.* Conatur autem hoc ex uerbis Chriſti hoc pacto euincere. Dicit enim euangeliſta, Venit Iheſus in partes Cæſareę Philippi, & interrogauit diſcipulos ſuos, Quē *Hierony.* dicunt homines eſſe filium hominis? & cęt. Vbi ſignificanter B. Hierony. dictum ob*Chryſoſto.*ſeruat, aliter CHRISTVM interrogaſſe de ſe, quando hominum, aliter, quando Apoſtolorum ſententiam quęſiuit, illos uocat homines. Hos autem deos eſſe ſignificat: deinde de hominibus quærens, filium hominis ſe appellat, uelut uago nomine. At Apoſtolos quęrens, me inquit, certam & ſingularem perſonam monſtrans. Atq; ubi de hominibus quęrit, nullus deſignatus Apoſtolus reſpondet, ad ſignificandum, quod ſine nomine ſunt, qui indigna de filio dei ſentiunt. Quibus adde & hoc, quod opiniones inconſtantes ſunt hominum de CHRISTO. At ubi Apoſtolos de ſe interrogat, ibi ſignatus unus certus reſpondet, & conſtantem abſoluit & pronunciat fidei confeſſionem, ut ueram CHRISTI cognitionem, in unitate & firmitate conſiſtere, quam non multorum opinionibus uelut arundinem agitari doceret. Vides ergo adhuc nihil proprium ad Petrum pertinere, niſi quod commune organum eſt, omnium Apoſtolorum.

Ratio ſecunda. ¶ Iam illud uide quod & a laicis obſeruatum didici (eſt. n. etiam in laicis ſpiritus Chriſti) uerbum hoc Chriſti non poſſe ad ſolum Petrum dictum intelligi. Quia dominus

non ſo

non ſolum Petrum,ſed omnes apoſtolos requiſiuit, dicens. Vos autem quem me eſ-
ſe dicitis? non dixit. Tu Petre quem me eſſe dicis? Niſi ergo per Petrum,omnes di
ſcipuli reſpondiſſent,certe diſcipuli non fuiſſent,nec magiſtrum audiſſent,nec ſatiſ
feciſſent interroganti,quod eſt impium de Apoſtolis ſentire,relinquitur ergo,quod
Chriſtus reſponſum Petri acceptauit,non pro ſolo Petro, ſed pro toto collegio A-
poſtolorum & diſcipulorum,alioquin & alios quoqꝫ interrogaſſet denuo.

¶ Ex quibus ulterius ſequitur.Qꝫ ſicut Chriſtus perſonam reſpondentis Petri pro *Tertia ratio.*
omnibus acceptat.Ita ſequenter quoqꝫ non ſolum ad Petrum, ſed ad omnes, quoꝝ
perſona Petrus loquitur,dicit.Tu es Petrus,tibi dabo claues &c.Alioquin ſcriptu-
ra non recte intelligitur, niſi præcedentia & ſequentia recte conferantur, atqꝫ ut hoc
eo ſit certius,non ſoli Petro a Chriſto aliquid eſſe dictum,exponit ſeipſum Chriſtus
cui loquatur,& cui tradat claues,dicens. Beatus es Simon Bariona, caro & ſanguis *Probatio rõnis*
non reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt.Obſecro quid hic poteſt cõtra uꝰ
fingi? quid apertius dici,ꝙ Petrus in hac perſona non eſt Petrus , non eſt caro uel
ſanguis.Sed eſt is cui reuelat pater,omnino Petrus extra hominem ponitur, & iam
non eſt ulla perſona per ſe,ſed reuelantis patris auditor. Non Simon Bariona,hæc
reſpondet.Non caro & ſanguis,ſed reuelatiõis paternę auditor,poteſt ne hic calum
niator ullus,uerbum Chriſti ad Petrum hominem torquere? quid ergo? is qui audi
tor eſt paternę reuelationis,huic dantur claues non Petro,non filio Iohannis,nõ car- *Illatio aduerſa*
ni & ſanguini,quod ſi ita eſt,primũ iam ſequitur,quod de nullo homine priuato cer *rij ſophiſtica.*
ti ſumus,habeat nec ne reuelationem patris.Eccleſia autem ipſa eſt,de qua dubitari
non licet,cum ſit corpus Chriſti,una caro,eodẽ ſpiritu uiuens,quo Chriſtus.Ipſa eſt
Petrus ille auditor reuelationis paternæ,& acceptor clauium,quia hic Symbolũ ſtat *Symbolum.*
firmiter,Credo eccleſiam ſanctam,communionẽ ſanctorum.Non ut aliqui iam ſom *Quarta ratio.*
niant.Credo eccleſiam ſanctam,eſſe prælatum uel aliud quod fingunt. Totus mun-
dus confitetur ſeſe credere eccleſiam ſanctam catholicam non aliud eſſe,ꝙ commu
nionem ſanctorum. Vnde & antiquitus, articulus ille, ſanctorum communionem ,
non orabatur, ut ex Ruffini Symbolo expoſito, uidere licet, ſed gloſſa aliqua forte, *Ruffinus.*
eccleſiam ſanctam expoſuit communionẽ ſanctorum, quod ſucceſſu temporum in
textum relatum, nunc ſimul oratur. Sed o neceſſarium & optabiliſſimum factum
propter eos,qui eccleſiam hodie quiduis uocant,ꝙ communionem ſanctorum.Hęc
Ludderi obiectio,ſerie uerborum fideliter recitata.

Qꝫ eccleſia non primo accepit claues,ſed Petrus,aliqua tamen ratione eccleſia dicitur has accepiſſe. Cap.VIII.

ET ſi inducta illa faſtuoſe & arroganter, nihil omnino faciant ad euangelicã
ſententiam,demptis Hierony.uerbis: quare ſententiam ſuperius firmatam *Cauilli Ludde-*
minime infirmant,uelut docti hos cauillos inanes ante plura ſæcula luculen *rani ab ãtiquis*
tiſſime reiecerunt:at ne indocti & ſimplices,fucatis iſtis uerborum phaleris, quæ ni- *reiecti.*
hil niſi errorem ſpirant & hæreſim,decipiantur,præſtat illa refellere. Et primo ſum-
mam obiectionis deſpiciamus: eſt enim intentio ſua claues eſſe datas eccleſiæ , non
perſonę Petri,nec ulli homini priuato,quam blaſphemam & hæreticam ſententiam
primo iugulabimus,dein obiectamenta Ludderana ex ordine diluemus.Totum er
go inductionis fundamen,falſum eſſe,his comprobatur. Quoniam cum dicit claues *Claues eccleſiæ*
traditas eſſe eccleſię ſanctæ catholicæ, uel intelligit datas ei claues, ſic ut ſingulis mẽ- *datæ.*
bris eius,maxime iuſtis,quod error eſt impiiſſimus & intollerabilis, cum ſic laici iu-
ſti & mulieres haberent claues,ius ſoluendi & ligandi in foro pœnitentię.Hęc enim
poteſtas non niſi præsbyteris data eſt, ſic B. Ambroſius libro de pœnitentia,ait, Ius *Ambro.*

Gloſſa or. ligandi atq; ſoluendi ſolis ſacerdotibus eſt permiſſum,& gloſ. Math.xvi.dicit,datæ
Leui.13. ſunt claues omni eccleſiæ in epiſcopis & preſ byteris. Nã & ueteris legis ſacerdotes
Deute.17. ſoli iudicabant inter leprã & nõ leprã.Quare & dñs leproſo præcepit,Vade & oſten
Math.8. de te ſacerdotibus,quod & decem leproſis mandauit, Ite & oſtendite uos ſacerdoti-
Luc.17. bus. Vnde dicere laicos habere claues cœli,& ius ſoluendi atq; ligandi,eſt ſubuerte-
Error. re totum ordinem hierarchicum,eccleſię ſanctæ catholicæ,& omnia confuſioni ex
ponere ac temeritati: an ita deſipiat diuerſarius,non habeo omnino compertum: ta-
Excuſat ſe au- men uidebatur ita dicere in ſermone ad populum in arce Lipſenſi in principis Ge-
tor cur Lipſiæ orgij abſentia,quelibet paternę reuelationis auditorẽ habere iſtas claues,demonſtran
prædicauerit do aſtantes,tu ſi es iuſtus habes claues:ob quod & alia male ſonantia eiuſdem ſermo-
contra Ludde. nis,motus ſui pro amore ueritatis catholicę facere Lipſenſi populo ſermones aliquot
ad errores illos conuellendos:Si uero dicat claues datas uniuerſali eccleſiæ,ut uniuer
ſitati,& ſic omnibus membris coniunctim,& tunc ſacerdotium, ac oẽs ſacri ordines
abiiſſent,plus q̃ in Anaxagoræ Chaos:ſed recte Chorebo ſtultior iudicatur, quiſq;
temeraria pſumptiõe,ita exorbitanter ſentire auſus fuerit. In Apoſtolos inſufflauit
Chriſtus dans eis poteſtatem hanc,non in quemlibet de plebe. Vñ ſolus ſacerdos eſt
idoneus miniſter pœnitentiæ ſacramenti:& ita cum eccleſia duos complectatur or-
Beda. dines,laicos,ſcilicet & clericos,ut Beda ait ſuper Lucam,quaſi duo latera unius cor-
poris,certe unũ latus laicorum, omnino claues non habet,q; ſi claues habent laici,nõ
Grego. erunt denegandæ mulieribus,quæ ſunt deuotus ſexus ſecundum Gregorium, ſed
1.Corin.14. tunc obſtat tibi Apoſtolus,Mulieres in eccleſia taceant: non enim eis permittitur lo
Hiero.Prag. qui,ſed ſubditas eſſe: uerum eſt quod damnatę memoriæ Hieronymus Pragen̄. ita
combuſtus. prędicauit & docuit,licere laicis iuſtis etiam miſſam celebrare,conſecrare, abſolue-
re,prędicare, ſicut ipſe in ſacris ordinibus non conſtitutus, in habitu laici & prolixa
barba prædicauit in ſacello Bethleem Pragæ, ut in plenis & autenticis actis concilij
Henri.Pyro. Conſtan.in articulis per Do.Henricum de Pyro contra eum propoſitis plenius cõ-
Vualden̄. tinetur. Sic impij & damnati homines Vualden. uolentes euertere totam poteſtatẽ
eccleſiaſticam,aſſeruerunt ſingulos bonos homines habere claues ſiue poteſtatem
abſoluendi & ligandi: Relinquitur ergo uelut error pernitioſiſſimus & condemna
tus:quare eius improbationi non eſt diutius inuigilandum, ut de nouo condemne-
Gela.24.q.1. tur,iuxta beatiſſimi Gelaſij decretum.Maiores inquit noſtri diuina inſpiratione cer-
maiores. nentes neceſſario precauerunt,ut quod contra unamquamq; hæreſim coacta ſemel
Hæreſis ſemel Synodus pro fidei communione & ueritate catholica & apoſtolica promulgaſſet,
damnata non non ſinerent nouis poſt hęc retractationibus mutilari:ne prauis occaſio prēberetur,
uertitur in du- quæ medicinaliter fuerunt ſtatuta pulſandi: ſed authore cuiuslibet inſaniæ ac pari-
bium. ter errore damnato ſufficere iudicauerunt:ut quiſquis aliquando huius erroris com
Sabellius hære- municator exiſteret:principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus:ſic Sabelli
ticus. um damnauit Synodus,nec fuit neceſſe,ut eius ſucceſſores poſtea damnarentur:ſed
Arrius, pro tenore cõſtitutionis antiquę: qui uel prauitatis illius,uel communionis extiterint
Eumonius. participes,uniuerſalis eccleſia duxit eſſe refutandos. Sic Arrium,ſic & Eumonium,
Macedonium,Neſtorium,Synodus ſemel geſta condemnans ulterius ad noua Cõ-
cilia uenire non ſinit,& eſt Canon iij.ſcriptus uniuerſis Epiſcopis p Dardaniã conſti
Gratianus. tutis,tranſcripſit Gratianus.Cum ergo error iſte ſępe damnatus ſit per antiquos, ut
Ioan.22. in procurſu aperiemus,& nouiſſime per Iohan.xxij. In Concilio Auinionen̄.per Bo
Bonifa.8. nifacium viij.per Concilium Romanum,per laudabiliſſimum Conſtantienſe Conci
Cõſtan. cõciliũ lium,ideo non eſſet,niſi propter ſimplices diutius in hac materia luctandum.
¶ Dimiſſa igitur ſententia reprobata amplectamur ueritatem,quia cum eccleſia ſit
Ad Rom.12. una,& unum myſticum corpus Chriſti,ſicut Apoſtolus ait.Multi unum corpus ſu
mus in CHRISTO,ſinguli autem alterius membra,& expreſſius hoc deſcripſit

ad Co-

ad Corinth. Sicut enim corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum ſint multa, unum tamē corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, & infra. Vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Nam corpus non eſt unum membrum, ſed multa. Simile dicit ad Epheſ. de domino. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet, cum concord. propter hanc autem eccleſiæ unitatem corporis myſtici, eccleſia dicitur habere quod ſingulariter habent prælati, claues & plenitudinē poteſtatis, ſicut Germani dicuntur habere Imperium, licet unus ſolus in ſua perſona ſit imperator glorioſiſſimus Carolus v. Auſtriacus: quare eccleſia dicitur recipere, facere & operare, quæ officialia eccleſiæ membra, aut unum eorum principale, recipiunt, exercent, uel faciunt, quod & in denominationibus corporum naturalium liquet, quibus corpus myſticum aſſimilatur, quia in illis pars communicat ſuam denominationem concretiuam toti. *1. Corinth. 12* *Ephe. 1.* *Eccleſia quō dicitur habere quod habent prælati.*

¶ Ita ergo claues datæ ſunt toti eccleſiæ, quia datę ſunt ſacerdotibus & prælatis in eccleſia: ſicut liquet ex gloſ. ordi. iam allegata & ex gloſ. ſuper Pſalm. Anttende regulam unitatis & capitis & corporis, quaſi enim una perſona eſt caput & corpus. Ideoq́ una uoce utitur capite cum membris: licet ea quæ dicuntur, ad diuerſa referantur. Quod ſi uis conſummatiſſimam habere rationem Candide & catholice lector, hanc intuere radicem: Eccleſia non ordinatur in Papam, uelut in finem, ſed potius contra, Papa in eccleſiam ordinatur, quia eccleſia non eſt propter Papam, ſed Papa propter eccleſiam. Ideo quod Papa accipit a domino pro officio ſuo, hoc accipit propter eccleſiam: licet hoc fiat in ſua perſona: modo finis imponit denominationem operi: ideo claues licet dentur Papæ, tamen dicuntur dari eccleſiæ: quia eccleſia eſt finis huius dationis: ut ſim clarior uolo dicere, quod qui claues acceperunt nō acceperunt in proprium commodum, ſed in communem utilitatem eccleſię, ut licet S. Petrus, ut homo ab alijs diſtinctus pro ſe ſingulariter, & ſucceſſoribus acceperit plenitudinem poteſtatis, & claues: tamen non in rem priuatam, ſed in commodum totius eccleſiæ & omnium fidelium, hoc ius ligandi & ſoluendi acceperit: Sancto enim Petro data eſt plenitudo poteſtatis eccleſiaſticę ad ædificationem ſanctæ eccleſiæ, iuxta Apoſtolum, de poteſtate quam dedit nobis dominus in ædificationem, non in deſtructionē. Vnde licet nullus laicus in ſe recipiat eccleſiaſticas claues, tamen ſacerdos pro ſe & alijs recipit, cum in eorum utilitatem claues uertantur, eos abſoluendo. ¶ Hinc euenit ut plura quæ Petro & alijs Apoſtolis ſint dicta, ad ſucceſſores pertineant, uelut Augſt. in epiſtola ad Eſitium, quę eſt. lxxx. In euangelio ſecundum Marc. ſcriptum eſt. Vigilate ergo quia neſcitis quando dominus domus ueniat, ſero an media nocte: an gallicantu, aut mane: ne cum uenerit repente, inueniat uos dormiētes, quod aūt uobis dico, omnibus dico, uigilate. Quibus enim omnib. dicit, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus eius pertinētib. quod eſt eccleſia, & infra. Non itaq́ ſic dictum eſt Apoſtolis, Eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in tota iudea & Samaria uſq́ in extremum terrę, tanq̄ ipſi ſoli quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint impleturi, ſed ſicut eis ſolis uidetur dixiſſe quod dixit. Ecce ego uobiſcum ſum uſq́ in conſummationem ſæculi: quod tamen eum uniuerſæ eccleſiæ promiſiſſe, quę alijs morientibus, alijs naſcentibus hic uſq́ in ſeculi cōſummationem futura eſt, quis non intelligit? Sic ergo propter unitatem eccleſię, ipſa dicitur accipere & exercere ea, quę miniſtri eius prælati in ea accipiunt & exercent, quodq́ in totius eccleſię utilitatem perueniat: non oportet diu immorari de clauibus eccleſię datis collectim, quoniā omnis prudens ſatis intelligit eccleſiam uniuerſam non congregandam pro alicuius abſolutione uel ligatione. *Claues quō datæ eccleſiæ. Gloſſa. Pſalm. 17.* *Radix omnis illorum.* *2. Corin. 10.* *Augu. Mar. 13.* *Act. 1.*

Petrus geſſit perſonam eccleſiæ, Vnde multa ad eum dicta per- tinent ad ſucceſſores. Cap.IX

Cypria.

Aug. Pſal. 108.
Diuerſariꝰ corrupit ſenſum Augu.

His ſane intellectis, facile liquet, quomodo Apoſtoli, immo tota eccleſia claues receperit in perſona Petri, quo ad plenitudinem poteſtatis. Vnde in alios eccleſiæ prælatos, deinde deriuatur, uelut fluuius per multos deducitur riuulos, teſte Cypria. ſuperius inducto de ſimplicitate prælatorum, exordium ab unitate proficiſcitur, ut unitas eccleſiæ monſtretur: ſic Petrus non in priuatum commodum, ſed ut futurus prælatus eccleſiæ claues accepit, & per eum eccleſia. Sic intelligendus eſt Aug. perperam ab aduerſario inductus. Quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum proprie pertinere uideantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam propter primatum, quē in diſcipulis habuit ſicuti eſt. Tibi dabo claues regni cœlorum, & ſi qua huiuſmodi. Ita iudas perſonam ſuſtinet quodammodo inimicorum Chriſti &c. Vides quod claues eccleſiæ in perſona Petri datas aſſerit, hæc Ludder: utere iſto dicto & uerum inuenies. His enim uerbis Primatum Petri aſtruit & hanc ponit rationem, cur perſonam eccleſię geſſerit, dein eccleſiam recepiſſe in perſona Petri claues, & cur hoc non fateris, perſonam Petri accepiſſe claues nobiſcum licet claues ordinatæ ſint in utilitatem eccleſiæ, & ulterius in ęternam beatitudinem, ad quā fideles per paſtorē ſunt dirigendi. Hæc eſt uera & Germana Aug. ſenten. ſic Chryſoſt. uoluit Petrum os Apoſtolorum, uice omnium reſpondiſſe, ſic B. Hierony. dicit Petrum ex perſona omnium Apoſtolorum confeſſum. Tu es Chriſtus filius dei uiui, hoc patet ex uerbis ſuperius allegatis ſuper Ioan. Nam quia Primatum tenuit, ideo geſſit perſonam eccleſiæ, & apertius idem in Homilia ſuper Math. ait, iuſſit diſcipulos ſuos Ieſus aſcendere in nauiculam, admonet nos intelligere mare eſſe præſens ſæculum, Petrum uero Apoſtolum eccleſiæ unicæ typum. Ipſe enim Petrus in ordine Apoſtolorum primus, in fide promptiſſimus, ſæpe unus reſpondet pro omnibus. Ipſe deniq; domino Ieſu Chriſto requirenti, quem nam dicerent eum homines eſſe & opiniones uarias hominum diſcipulis reſpondentibus, rurſumq; Domino dicente & interrogante, uos autem quem me eſſe dicitis. Reſpondet Petrus, Tu es Chriſtus filius dei uiui, unus pro multis dedit reſponſum, unitas in multis, & infra. Idem ergo Petrus a petra cognominatus beatus Eccleſiæ figuram portans, Apoſtolatus principatum tenens, iam quiſq; niſi trunco ſtupidior, intelligit qua ratione Petrus perſonam geſſerit eccleſiæ, quia primatum habuit eccleſiæ, quod diuerſarius improbare nititur, cum per hoc maxime probet: & quomodo eccleſia accipiat præcedenti capitulo expoſuimus. Vnde Auguſt. ſententia, Petrus geſſit perſonam eccleſiæ, quia tenuit primatum in Apoſtolis: ſi ergo Aguſtini ſententia per Ludderum adducta, Petrus habuit primatum in Apoſtolis, certe a fortiori habuit Primatum ſuper alios fideles, & ſic ſuper tota eccleſia. Verum eſt ergo Petrum in ſua perſona accepiſſe claues, licet pro tota eccleſia, ſicut iam de ſummo Pontifice ſentio. Non tamen me præterit, plæraq; eſſe dicta Petro, ut de eccleſia nequeant intelligi, ſed ea uolo referri in eccleſiam, quæ pertinebant ad officium prælationis, doctrinam ueritatis, uel ad tollerantiam paſſionum. Sic plæraq; fateor non haberent illuſtrem intellectum, ſi ſolum de perſona Petri intelligerentur, & non ad ſucceſſores eius per totam eccleſiæ decurſum referantur: quia cum Auguſt. in locis ſupra citatis, dicat Petrum accepiſſe claues, quia geſſit perſonam eccleſiæ, & geſſit perſonam eccleſiæ, quia Primatum habuit in Apoſtolis, ſatis innuit Auguſt. quod non ſoli perſone Petri, data ſit talis poteſtas, ſed officio ſuo, perpetuo in eccleſia duraturo, quod eſt officium uicariatus Chriſti, officium capitis miniſterialis, quod influere habet in

Retorquentur uerba Auguſtini in Ludder.

Chryſoſto.
Hierony.
Augu. tract. 124.
Math. 14.

Petrus gerit ꝑſonam eccleſiæ.

Non oīa dicta Petro pertinēt ad eccleſiam.

Datum Petro datum ſucceſſoribus.

omnia

omnia membra, quod uoluit Leo ſupra allegatus. Ita dominus Petro tribuit poteſtatem, quod ab ipſo in totum corpus deriuaretur. Leo.

¶ Sic conuenit unitatem, non unum claues accepiſſe, ſic conuenit quod Aug. dixit de Agone Chriſtiano. Non ſine cauſa inter Apoſtolos eccleſiæ catholicæ perſonã ſuſtinet Petrus, huic enim eccleſiæ claues datę ſunt, cum Petro datę ſunt, et lib. 1. de doctrina Chriſtiana, has igitur claues dedit eccleſiæ ſuæ &c. Nam his uerbis non uult communitatem popularem hanc recepiſſe poteſtatem, ſed quia dum Chriſtus ſummo prælato eccleſiæ contulit claues, eccleſiæ quoq; ad cuius utilitatem dantur, collatæ cenſentur. Ideo Dominus Gerſon ait. Claues ſunt datę non uni, ſed unitati ſcz finaliter, quoniã claues ſunt datę propter eccleſiam & unitatem eius, tanq; propter finem. Hanc nimirum intelligentiam exponit clariſſime Auguſt. in q. noui & ueteris teſta. dicens ſicut in ſaluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita & in Petro poſt ſaluatorem omnes continentur, quid expreſſius dici poterat per ſanctum patrem, omnes cauſas magiſterij in Petro contineri poſt ſaluatorem: itaq; & Apoſtolorum, quod ſi Apoſtolorum magiſteria in Petro continentur, quanto magis aliorum fidelium. Prædicta omnia confirmat Aug. in ſermo de tranſfigu. Quam cõuenienter petra Petro reſpondit. Et ego dico tibi, Tu es Petrus &c. quaſi diceret ſuper me ædifi, te, qui figuram geris eius eccleſię, quę in te ędificatur ſuper me, quod dictum ſi profunde & erudite expenderet Ludder, uideret omnia ſua fundamenta corruere: & quod ipſe cõtendit probare ſuper Chriſtum ędificatã eccleſiam, quod eſt ueriſſimum, non repugnare, huic quod & ſupra Petrum ſit ædificata: quod neſcio qua hebetudine correptus, diuerſarius non intelligit, ait. Aug. multum luculenter, & Petrum & eccleſiam ędificari ſuper Chriſto: quo non attento, etiam in Petro ædificari eccleſiam ſuper Chriſto, tanq; fundamento primario. Augu. Cap. 17. Gerſon. q. 75. Augu.

¶ Quod ergo ſingulariter perſonæ Petri dictum ſit a Chriſto, liquet ex ſanctis patribus ſuperius adductis, aliquibus eorum expreſſe hoc affirmantibus, ut Leone, Beda, alijs hoc idem ſignificantibus dictis eorum bene ponderatis, & præter ſuperius allegata abunde probat Auguſt. in ſermo. de Apoſto. Petro & Paulo dicens. Hic eſt Petrus in illa diſcipulorum ſclola præcipuus ac primus idoneus, qui uerba uitæ ex Chriſti ore ſuſcipiens, interpres legis, aſſertor gratiæ, deſtructor ſynagogę, eccleſiæ reparator, & ideo ſolus inter Apoſtolos meruit audire. Amen dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. His acutiſſime perpenſis manifeſtum ſit, quam inania ſunt diuerſarij tela, uacuo uerborum ſonitu crepitantia; cęterum quæ nihil euincant, ad peruerſiſſimi erroris ſtabilimentum. Augu.

Tres rationes diuerſarij ex Cap. VII. Diluuntur & plures abſurditates eius & errores manifeſtantur. Cap. X.

NON tamẽ erit Superuacaneum, ſi ſingillatim reſponderimus ad torſiones Ludderanas, quibus ſacram ſcripturã miſere lacerat: ne glorietur (ut huiuſmodi genus hominum gloriæ eſt cupidiſſimum) eas ſaluas & incolumes tranſiſſe. Primo itaq; cum poſt S. patres ponderat aliter CHRISTVM interrogaſſe de ſe, quando hominum, aliter quando Apoſtolorum ſententiam quæſiuit, recipimus: quippe quod inſtitutum noſtrum nec promoueat nec impediat. Nam B. Hiero. qui hoc dicit ſtatim in eodem capite inquit, ædificabo eccleſiam meam ſuper te, inquit CHRISTVS. Non ergo hoc aſſumptum nobis refragatur, niſi dixeris B. Hiero. mox pugnãtia & contradictoria in eodẽ capite dixiſſe; Hierony.

at quod de ſuo fermento addit. Vides ergo adhuc nihil proprie pertinere ad Petrũ, niſi quod commune organum eſt omnium Apoſtolorum. Illud inquam tanꝗ̃ figmentum diuerſarij non acceptamus, quia ſanctis patribus adductis aduerſum, nam ob ſynceram illam fidei confeſſionem, qua ſanctus Petrus præſilijt ſecundum Chryſo. ei ſingulariter poteſtas commendatur ſecundum Leonem, & ei ſoli dicitur. Tu es Petrus, ſecundũ Aug. ut hos heroes audiuimus. ¶ Porro quod et a laicis obſeruatum didicit uerbum hoc Chriſti ad Petrum non poſſe pertinere, dico ſi Ludder eſt talis doctor, qui diſcit ſacram ſcripturam a laicis, non mirum eſt quod tales infœlices ędit partus errorum: præterea tacentibus etiam laicis hoc nobis ex euangelio conſtat, oẽs Apoſtolos interrogatos, ſed ex eodẽ liquet ſolum Petrum præſilijſſe & reſpondiſſe ex fidei & deuotionis ardore, & primo ac ſingulariter Ieſum fuiſſe confeſſum, eſſe filium dei uiui, cui uolens Chriſtus pro tanta confeſſione aliquid notabile recompenſare, Reſpondit beatus es Simon Bariona &c. ſic Hierony. ait. Teſtimonio de ſe Apoſtoli reddit uicem, & laici hoc non ignorant, Petrum ob fidei deuotionem, & ardorem dilectionis alios reſpondendo præueniſſe: quod ſi cæteri (uelut in cœna dominica) poſterius reſponderint uł ne, ex euangelio non liquet, q̄a Math. xv. Mar. viij. Lu. ix. ubi huius interrogationis meminerunt, hoc nullibi exprimitur, licet multa ſint facta quæ non ſunt ſcripta, aut quod fuerint cõtenti reſponſione Petri, quod & Chriſtus non uidetur aliorum expectaſſe ſententiam, ſed mox ad Petrum conuerſus, alios præoccupans dixerit beatus es Simon Bariona &c.

Chryſoſto. Leo. Auguſt. Euacuatur II. ratio. Hierony.

¶ Iam ſequitur falſum eſſe, quod Chriſtus reſponſum Petri acceperit pro toto collegio Apoſtolorum, & diſcipulorum, nam tunc omnibus dixiſſet, Tu es Petrus, ſu. te. ę. tibi dabo claues, cum hæc ſingulariter ad Petrum pertineant, uelut futurum eccleſiæ paſtorem ſecundum Chryſo. & alios: non enim alias in iſto numero, ſed pluratiuo fuiſſet locutus, ſicut uno Petro interrogante Math. xix. Reſpondit omnibus Apoſtolis. Amen dico uobis, qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me &c. quod liquet ex toto euangelio quomodo uno interrogãte ſæpe reſponderit omnibus. Hic uero non fit, quia oratio ſingulariter ad perſonam Petri, gemino eius, & patris quoꝗ̃ expreſſo nomine, ut diſtinctiſſime eum deſcripſerit, licet hæc ad eum dixerit, ut futuram publicam eccleſiæ perſonam.

Ratio 3. infringitur. Chryſoſto.

¶ Sed rem incredibilem proponit Ludder, forte inſenſatum ſperans futurum lectorem: nam citra omnem apparentiam aſſerit Chriſtum ad omnes Apoſtolos dixiſſe. Tu es Petrus, tibi dabo &c. quid enim unquã abſurdius dici poterat, an ne ad Iudã qui tum aderat Apoſtolus, dixit. Tu es Petrus, & quomodo ad uniuerſos, uł ſingulos dictum potes cogitare, cum tam diſtincte dicat. Ego dico tibi. Tu es, tibi dabo, quoniam iuxta Chryſoſto. Leo. & alios tam ſyncere confeſſioni, ſtatim rependit beneficium: unde referre illa uerba ad omnes Apoſtolos, more Ludderano eſt textũ & ſenſum ſacri Euãgelij et uerborꝫ Chriſti corrumpere & lacerare. Nec ſic præcedentia idonee conferuntur ſequentibus, ſed miſere diſiunguntur. Apoſtolos enim pluraliter alloquebatur, uos autem quem me eſſe dicitis. uos autem dixi amicos, reges dominantur, uos autem non ſic. Amen dico uobis, quando miſi uos. Oẽs uos ſcandalum patiemini. Sic ergo uos orabitis, quicunꝗ̃ non receperit uos, uos autem cõtriſtabimini, uobis datum eſt noſſe myſteria &c. cum alijs infinitis quaſi, ideo omni habenti igniculum rationis, liquet diuerſarium oblitum ſuę grãmaticę Theologię, quod dum uni Chriſtus dixit. Tibi, tu, tibi, quod omnibus pręſentibus uult adaptare. Immo omnibus qui futuri erant in eccleſia dei: ſic tractantur ſacrę literæ, cũ quis neglecta ueterum diligentia, proprio ingenio, pro ſuo arbitrio, eas uertere & inuertere nititur, dat enim deus ſcrutatores quaſi non ſint.

Diuerſarij abſurditas. Apoſtolos pluraliter allocutus dominus. In diuerſariũ i nitentẽ ꝓprie ſapientiæ. Eſa. 40.

¶ Iam ſeipſum ut arbitror, puerile prodit commentum, quod ſequitur. Quia exponat ſeipſum

nāt ſeipſum Chriſtus,cui loquatur dicens,Beatus es Simon Bariona, crepat hic mi= *Ad probationē*
ris uerborum pompis diuerſarius,quaſi certius quippiam allaturus: audet uerbis or
nare munuſcula,cum in re nihil ſuffragetur: & adeo claſſicum intonat, more pue=
rorum,dum muſcas fugitant,ut oret etiam quid poſſit contra fingi uel dici,quia Pe
trus hic non ſit Petrus,non ſit caro uel ſanguis. ¶ Sed hic eſt Luddere,qui tibi etiā
non rogatus reſpondet,quē malles(ſcio)tacere: aliud aūt ſuadet ueritas,& zelus fi=
dei. Age dic unde tibi delirium iſtud uenit in mentē,ex grāmatica tua quam profite
ris Theologia? ut dicas Petrum,hic non eſſe Petrū cum tam ſignate & diſtincte(ut
ſupra meminimus) Chriſtus illum ipſum Petrum piſcatorē illum ipſiſſimum(ut ita
loquar)expreſſerit,& antiquum reuocando nomen Simon, cuius eſſet filius expli=
cando,ne de Simone dubitari poſſet,quia Bariona, nouum itē addidit nomen Pe=
trus,& ut omnino coartaret ac cōſtringeret ſermonē ad quem diriget addidit pro
nomina dinſtinctiua, Tibi,tu,tibi, ut accuratiſſime Chriſtus uideatur dedita opera
(contra Ludderana cōmenta)ipſam perſonā Petri ſignificare,ab alijs Apoſtolis di=
ſcretam: ſed quibus firmat hęc extraria audiamus,Petrus in hac perſona non eſt Pe
trus,non eſt caro & ſanguis,ſed eſt is cui reuelat pater &c. ut ca. iij. induximus uer
ba eius. Sed quæ intemperies diuerſariū corripuit,quod uerba,ſenſum,& intellectū
euangelij & Chriſti corrumpit: dixerat dn̄s, Tu es Petrus,dicit Ludder, Petrus in
hac perſona non eſt Petrus,aduertite o fideles filij lucis & ſerui Chriſti per quē crea *Math. 16.*
ti eſtis,redempti ac glorificandi,Chriſtus ait, Tu es Petrus, Ludder negat eum eſſe
Petrū , cui credes an non capiti Chriſto,pluſq̄ illi deraſo: Chriſtus ait, Caro & ſang= *Ludder inuer=*
uis non reuelauit tibi,hic ſacræ ſcripturæ & uerborum dn̄i corruptor aſſumit , ac ſi *tit uerba Chri*
dn̄s dixiſſet, Petrus non eſt caro & ſanguis, Ait diuerſarius, Petrus non eſt iam ulla *ſti, &c.*
perſona per ſe,& tamen fatetur,quod eſt auditor patris,& quis hęc non intelligit eſ=
ſe pugnantia,quod cū petrus ſit auditor paternę reuelationis, et tamē non ſit p̱ſona,
niſi forte hic nugator,mathematicā fingat p̱ſonā,mirabiliter abſtrahendo, quę ſit ci
uis Reipub. Platonicę nunq̄ exiſtentis,ut in ueris narrationibus iocatur Lucianus,
& mihi in re tanta aliquando iocari liceat. ¶ Quiſquis es Chriſtiane qui hęc legeris, *Iocus in Lud=*
adiuro te,an ullus hæc uerba Chriſti, ſine calumnia & euangelij deprauatione , ad *derum*
alium hominē torquere poſſit,quā ad Petrum,cum tanta turgeat temeritate diuer= *Ludder crimi=*
ſarius,quod calūniatorē audeat appellare,qui ad Petrū hęc retulerit: ſic purus & can *natur eccleſia=*
didus erit diuerſarius,ſed calūniator erit Cypri. Aug. Hiero. Amb. Greg. Chryſ. Be *ſticos patres.*
da, Leo, Hyla. Maximus, Cyrillus, cū ſacratiſſimis cōcilijs & ſanctis martyribus Ro.
Ponti. qui oēs ſingulariter de Petro intelligunt dicta: tu ſolus es albæ gallinæ filius:
hi omnes errarunt: quis non tantam dedignabitur fraterculi impudentiam. Sed age,
tuis uerbis te iudico, tuo te peto gladio: inquis enim auditori reuelationis paternæ
dantur claues,non Petro,non filio Ioan. Et quomodo hoc dicere audes? quæ ulla *Retorquentur*
dictorum poteſt eſſe probabilitas,quis ita te dementauit? Si reuelationis paternæ au *uerba in Lud=*
ditori dantur claues. Nonne Petrus fuit huiuſmodi auditor? nonne filius Ioannis? *derum.*
cui nō fruſtra dixit dominus, Beatus es Simon, quam aliam ſtatues perſonam phan
taſticam a Petro,cui dominus dixerit,caro & ſanguis non reuelauit tibi , ſed pater
meus, qui eſt in cœlis: cui ergo reuelauit,niſi Simoni Petro , niſi prophanus uelis
uerba Chriſti uelut niuem in aquam redigere.

¶ Sed error iam ſequitur damnatiſſimus,& totius eccleſiaſtici ordinis ſubuerſi= *Ad illationem*
uus,cum ait nullo priuato homini dantur claues,ſed ſoli eccleſiæ: ſi intelligeret nul= *reſponſio.*
lum priuatum hominē laicum,habere claues,non eſſet reijcienda eius ſententia: q̄a *Priuatus homo*
omnes ſacerdotes ſunt publicæ perſonæ eccleſiæ,ſaltem in caſu: at longe aliter in= *habet claues.*
tellexit noſter ſophiſta,nolens cuiq̄ homini uelut Petro ab alijs diſtincto, dari cla=
ues,ſed eccleſiæ,& ita ex uerbis ſuis apertiſſimis liquet , quod priuatā perſonā non

opponit publice, ſed eccleſiæ: niſi uellet dare perſonam publicam eſſe eccleſiam,
quod ipſe maxime negat, ſtatim in ſequentibus, quia aliqui fingant prælatum eſſe ec
Error intollerabilis Ludderi cleſiam. At quid hic audio Manhu, nullus priuatus habet claues eccleſię, non habuit
eas Petrus, Non Ioannes, nō reliqui Apoſtoli? Non habuerunt claues S. Auguſti-
nus, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, non Romani Pontifices, Syluester,
Cornelius, Clemens, Gregorius, Leo? Cum nullus peccatorem ſine his clauibus ab
Auguſtiniani. ſoluat, non habent eas confratres tui Auguſtiniani tot hominum audientes confeſ-
ſiones, & miris modis allicientes. Si non habent claues, quid abſoluunt: ſi habent,
cur negas priuatum hominem habere claues, & in priori capitulo abunde dictum
eſt, quomodo claues dicantur datæ eccleſiæ, ratione perſonarum eas accipientium.
Vnde ſi nullus priuatus habet, ſed uniuerſitas eccleſiæ, nemo poterit abſolui, niſi ab
uniuerſitate, & non abſoluitur niſi confeſſus, quare & uniuerſitati erit confitendum:
ſed quis omnia abſurda colligere poterit, quæ ad hanc abſurdiſſimam & hæreticā
illationem ſequuntur, ſed ut ab initio operis præfati ſumus, Oportet hæreſes eſſe.

Priuatum habere claues etiā peccatorē oſtenditur contra hæreticos, & nouus error de amiſſione fidei detegitur. Ca. XI.

Ad probationē illationis. Dixerat aduerſarius magna impietate, nullum priuatum habere claues, ra-
tionem huius daturus ſubdit, quia de nullo priuato homine certiſumus, ha
beat nec ne, reuelationem dei patris: de eccleſia dubitari non poſſit: hic ue
Math. 23. nenum peſtiferum euomit, quod diu latuit, quaſi oporteat ſedētes in cathedra Moy
ſi, quos dominus pręcepit audiendos, eſſe auditores paternæ reuelationis, aut quia
nos non ſumus certi quantumcunq; audiret reuelationem paternam: tamen non
haberet claues: quis hæc Chriſtianus patienter audiet? Is enim eſt antiquus error
Auguſti. Donatiſtarum contra quem B. Auguſtinus conflixit, reſuſcitatus eſt ille propha-
Donatiſtæ. nus error ꝑ perfidos Vualdenſes, & pauperes de Lugduno, quibus etiam ſopitis, im
VValden. pij hæreſiarchæ denuo eum excitauerūt, Ioannes Vvicleff in Anglia, Ioannes Huſs
Pauperes de Lugduno. in Bœhemia & poſt tot ſecula per Palingeneſiam Pythagoricam renaſcit iam in Sa
xonia in Ludder: qui plæraq; Huſſitica reuiuiſcere facit, de quibus plura in ſecun-
VVicleffitæ. do libro. Sed ut rationem hæreticorum euacuemus hæc dixerim, Fateor enim inge
Huſsitæ. nue, gratiam & paternę reuelationis auditionem, eſſe decentiſſimum ornamētum
Petrus forma cleri. in ſuſcepturis & habentibus poteſtatem clauium. Sic enim ait Leo, omnibus præla-
Leo. tis formam Petri eſſe propoſitam. Sic Rabanus inquit, ut Brixianus refert. Qui enī
Rabanus. regem cœlorum maiori præ cęteris deuotione confeſſus eſt, merito prę cæteris ipſe
collatis clauibus regni cœlorum donatus eſt, ut conſtaret omnibus, quia abſq; ea con
feſſione ac fide regnum cœlorum nullus poſſet intrare. Congruit ergo, decens eſt,
& expedit ſuſcipientē claues, eſſe in gratia: & neceſſarium eſt neceſſitate præcepti,
quoniam exiſtens in peccato mortali & ſuſcipiēs ſacros ordines peccat mortaliter,
Vtens clauibus in peccato peccat. ſimiliter ſi uſus fuerit clauibus in peccato mortali, peccat mortaliter, ut ſi Ludder
ex priuilegio ſedis Apoſt. audit confeſſiones, & eſt in peccato mortali, & abſoluit
centum, centies mortaliter peccat. Non tamen poteſtas clauium de neceſſitate exi-
ſtentiæ coexigit gratiam, quaſi huiuſmodi poteſtas nequeat ſubſiſtere uel fundari
VVicleſ quinquies condemnatus. niſi in gratia. Ita enim iiij. articulus Ioan. Vvicleſ Oxonię. Dein Parrhiſijs, tertio Pra
gæ, quarto in Concilio Romano, quinto in Concilio Conſtantienſi fuit condemna
tus. Si Epiſcopus uel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, nō conſecrat,
non conficit, non baptizat, & octauus. Si Papa ſit præſcitus & malus, & perconſe-
quens membrum diaboli, nō habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi datam,
niſi forte a Cæſare, & xv. Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt
epiſcopus, dum eſt in peccato mortali. Ita x. articulus damnatus Ioan. Huſs in eodē
concilio.

cōcilio. Nullus ſine reuelatiōe aſſereret rationabiliter de ſe uel alio, ꝙ eſſet caput eccleſiæ particularis ſanctæ, uel Romanus Pontifex, caput Romanę eccleſiæ cum tribus articulis ſequentibus. Item articu. xx. damnatus eſt. Si Papa eſt malus, & preſertim ſi eſt pręſcitus, tunc ut Iudas Apoſtolus eſt, Diabolus, fur & filius perditionis, & non eſt caput eccleſiæ ſanctæ militantis, cum nec ſit membrum eius. ¶ Cur autem iſti articuli ſint condemnati, reddit rationem Chriſtianiſſimus Cācellarius Parrhiſien. Iohan. Gerſon, qui eidem concilio interfuit, & inter deputatos fuit pro natione Gallica in eorundem articulorū examinatione, diſcuſſione, et iudicio, dicens. Sed iuſte damnatus eſt error iſte, & cur ita? Ne hierarchicus ordo poteſtatis eccleſiaſticæ maneat inſtabilis, uagus & incertus, cum nemo ſciat an amore uel odio dignus ſit. Vnde cum habere claues ſit ordinis, ea uero quæ ſunt ordinis, indelebilia ſunt & ſtabilia: ideo temeraria eſt uox & impia, priuato non datas fore claues, quia de nullo homine priuato certi ſumus, habeat nec ne reuelationem patris: Non adduco abſurda, quæ ſequuntur, quoniam quilibet haberet rationabiliter dubitare, an eſſet ſacerdos, etiam ordinatus? an ille ſuus plębanus, Epiſcopus, uel Papa? An hoſtia in miſſa eſſet per ſacerdotem conſecrata, & ſic adoranda uel non, an in confeſſione eſſet abſolutus uel non, ex parte ſacerdotis? cum infinitis ſimilibus. Vnde hanc temeritatem ſatis repreſſit ſaluator, dum ait. Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis ſeruate & facite. ubi ſatis conſtat illos non fuiſſe auditores paternæ reuelationis: & tamen pręcipit eis obediendum tanꝗ certis prælatis. A maiori credendum eſt noſtris, qui dignius habent ſacerdotium, & firmiter credendum, ꝙ hanc poteſtatem clauium habeant a deo. Quod de eccleſia ſubdit, de ea non dubitandum, hoc non refragatur nobis, nec ei ſuffragatur. Hoc tamen adiecto ꝙ eccleſia non eſt paternę reuelationis auditrix. Niſi aliquis homo priuatus ſit in eccleſia, qui huic reuelationi intendat.

Gerſon. *Cur damnati articuli* *Math. 23.* *Ad Hebræ. 6. 8. & 9.*

¶ Ex hoc patefacta eſt uia alterius erroris euacuandi. Nam dum zelo fidei, & ueritatis propoſitionem iſtam propoſuiſſem in ſtudio Lipſenſi diſputandam (Nam id ſtudium utriuſq; conſenſu fuit a nobis electum) quod & feci. Romanam eccleſiam non fuiſſe ſuperiorem alijs eccleſijs ante tempora Syluestri negauimus, ſed eum qui ſedem beatiſſimi Petri habuit & fidem, ſucceſſorem Petri & uicarium Chriſti generalem ſemper agnouimus, diuerſarius ut eſt mordendi auidus iniuriatur mihi ab initio blaſphemi iſtius libelli. In quo aut inſanit inquit, aut multos pontifices Romanos negat fuiſſe uicarios Chriſti, & fore poſſe, aut quos fidem habuiſſe neſciamus: atque quod omnium intollerabiliſſimum eſt Romanis Pontificibus, ſanctitate, & pietate neceſſarijs eos onerat, cum apud nos ratus ſit, etiam eius uicariatus & Pontificatus, ꝗ ſine fide & ſanctitate ſit, hęc in prima eius tabella.

Excuſatio authoris.

¶ His uerbis fellitis & meam corrumpit ſententiam, & nouos commiſcuit errores, etiam ante tempora B. Auguſtini condemnatos. Nam primo falſiſſimum mihi imponit ꝙ aſſeram uicarium Chriſti, non eſſe, niſi qui & fidem habeat. quod ex concluſione mea nunꝗ poterit euincere ſophiſmatibus ſuis & cauillis, frigida enim eſt illatio, eum qui ſedem Petri habuit & fidem, agnouimus uicarium Chriſti. Ergo eum qui fidem non habet, non eſt ſaluatoris uicarius. Quin plane & aperte fateor, eo ꝙ ſtatus hierarchicus in ſancta eccleſia debet eſſe certus & conſtans, eo ꝙ eccleſia ſit ſufficienter a Chriſto inſtituta, cū alioquin ſubditi ſemp eſſent dubij & expoſiti picu lo peccati mortalis in obediendo uel non obediendo ſuis ſuperioribus. Ex eo ꝙ non poſſet eis conſtare, quando ſuperiores amiſiſſent ius præſidentiæ, uel quando ipſum haberent. Vide candide lector Do. Gerſonem de auferibilitate Papæ. Ideo nego prælationes hierarchicas fundari in ſanctitate uel gratia etiam ſecundum præſentem iuſtitiam, multo minus ſecundum gratiam prædeſtinationis: nam illud eſt

Non habens fidem eſt aliquādo Papa. *Gerſon Conſideratione 16.*

tantum fundamentum errorum Vualdenſium, pauperum de Lugduno. Vuicleſi-
ſtarum & Huſſitarum, quorum deteſtando errores, exiſtimo eccleſiaſticas præla-
tiones, nec fundari in charitate, nec in fide interiori, ꝙ amiſſa etiam fide, nō mox præ
latus perdat paſtoralem dignitatem: ꝙ nec fides ſit eius neceſſarium fundamentum,
Papa hæretic⁹ deponendus.
niſi neceſſitate præcepti. Vnde uerior apparet mihi ſententia, Papam hæreticū non
eſſe depoſitum, ſed deponendum. Ita ꝙ ſicut nullus ſit iam legitime Papa niſi per ele
ctionem Cardinalium, aut aliorum, quibus hęc poteſtas collata fuerit, ſicut Conſtan
tię eſt actum, ſic non deſinit eſſe Papa eo uiuente, niſi per legitimam deſtitutionem,
de quo plura poſſent adduci: at hoc non eſt principale inſtitutum noſtrum: ſufficiat
explicaſſe mentem noſtram, fidem interiorem prelati, quo ad nos non eſſe neceſſari
am, ſicut perperam torſit diuerſarius uerba noſtra.

Excuſatio alia
1. Pet. 2.
Ariſtoteles.
¶ Proinde & hoc falſum eſt, quod mihi imponit, quaſi onerauerim Ro. Pontifi. ſan-
ctitate & pietate neceſſarijs. At calumnia illa, ab impoſtore mihi impoſita, ſatis iam
eſt confutata, ꝙ ſciam etiam diſcolis obediendum, & ꝙ peſſimum ſit aſſueſcere non
obedire principi, ut Ariſtoteles in Politicis ait: ſed quomodo audet concluſionem
meam inuertere, ego dixi de fide, quam tamen non dixi fore neceſſariam ad Papatū:
hic meus malignus interpres, de ſua farina addit, ꝙ cenſuerim ſanctitatis & pietatis
opera neceſſaria: ſed unde hęc inſania ei in mentem uenit. Agnoſce candide lector,
Error Ludderi amiſſa gratia amitti fidē.
Iaco. 2.
1. Corinth. 13
radicem eſſe infectam, ideo tales protulit fructus: nulla calamitas ſola: non uno erro-
re tenetur diuerſarius. Exiſtimat enim fidem per quodlibet peccatum mortale tolli:
ita ꝙ non habens gratiam, non habet fidem, contra Apoſtolicam ſententiam, fides ſi
ne operibus mortua eſt, & contra illud Pauli. Si habuero omnem fidem, ita ut mon-
tes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil ſum, ubi expreſſe Apoſtoli cō-
ſtituunt fidem ſine charitate exiſtere: Suo ergo me depingit errore, quia cum fidei
feci mentionem, mox infert ex ſuo peruerſo errore, me Papam ſanctitate & pietate
uelut neceſſarijs oneraſſe: cum ego plane aſſentiar fidem manere abſq; charitate, &
non tolli in uia, niſi per infidelitatem aut hæreſim, de uiſione eorum qui extatice ra-
piuntur eſt dubium, & dixi in commentarijs Theologiæ myſticæ & negatiuæ, hoc
Commentarij Eckiani ſuper Dionyſio.
anno æditis ſuper Dionyſio, ſed de hoc, an fides neceſſario coexigat gratiam, oſten-
dam Ludderi & Carlſtadij ſui ſententiam ſacræ ſcripturæ & ſanctis patribus eſſe
contrariam peculiari opere, ſufficiat oſtendiſſe ꝙ malitioſe & erronee me ſugillet ſu
per fide prælatorum.

Solutio quartę rationis.
¶ Quod adijcit de eccleſia & ſanctorum communione, non eſt pręſentis inſtituti diſ
cutere, quomodo Papa ſit eccleſia, quomodo concilium, quomodo uniuerſitas credē
tium. Nam negare non poteſt, quin Papa etiam dicatur eccleſia, Mat. xviij. dic eccle-
ſiæ, de quo ſtatim plura. Hoc tamen in pręſentia dixerim, licet Gennadius faciat
Expoſitio ſymboli ē Ruffini.
Notatu digna.
mentionem expoſitionis Symboli Ruffini, tamen expoſitio illa inter opera Cypriani
collocatur: licet credam eſſe Ruffini, ꝙ eccleſię meminit Aquilegieñ. unde fuit Ruf
finus: at hæc extraria propoſito noſtro. Hęc tamen addiderim. Primo Papam ut ſin-
gularem perſonam eſſe filium eccleſiæ: & Papam eſſe caput eccleſiæ, dein Papa be-
ne repręſentat totā eccleſiā: tñ non eſt uicarius totius eccleſiæ, ſed eſt uicarius Chr̄i.
Adde ꝙ Petrus geſſit perſonam eccleſiæ, & tamen pro ſe & ſucceſſoribus claues ac
cepit, ratione enim capitalis officij & perpetui in eccleſia diffuſi. Petrus ab Auguſti-
no in pluribus locis dicitur perſonam geſſiſſe eccleſiæ.

Rationes quatuor diuerſarij, ſuper Petro non eſſe ædificatam eccleſiam, ex collatione, Cap. 16. & 18. Math. Cap. XII.

Proſequit

PRoſequitur diuerſarius,latius intendens firmare ſuum errorem: quia Chri- ſtus ait, Et ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, Si per hanc petrã intelligimus poteſtatem Papę. Vide inquit diuerſarius quid facimus. Pri- mum ſequitur, ꝙ eccleſia primitiua Apoſtolorum non fuit eccleſia,quia Petrus (ut ſolidis probem argumentis)anno decimo octauo adhuc fuit Hieroſolymis,nec dum uiderat Romam,quod ex Paulo ad Galathas clarum fit, qui ſcribit ſe poſt cõuerſio nem ſui abijſſe primum in Arabiam,deinde poſt tres annos ueniſſe Hieroſolymam, uidere Petrum,ac poſtea poſt quatuordecim annos aſcendiſſe,& contuliſſe cum Ia cobo,Petro,& Iohanne euangelium præputij:quis autem ita inſaniat quæſo uel ore ſtes,eccleſiam Hieroſolymitanam & catholicam, non fuiſſe eccleſiam: quia poteſtas Romanæ eccleſię nondum fuit,nec forte fides eius. Nõ ergo ſupra petram,ideſt po teſtatem Romanę eccleſię,ſicut decreta quędam exponunt, ſed ſupra fidem a Pe- tro,totius eccleſię perſona,confeſſam,ędificata eſt,cum & uniuerſalis & catholica ec cleſia tanto tempore ante Romanam eccleſiam fuerit.

Ratio quinta Ludderi. *Galath.2.*

¶ Vlterius Chriſtus in plurali numero dicit, non ad Petrum, non ad Apoſtolos ſed ad eccleſiam, dicens, Si eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus, Amẽ dico uobis. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram,ligata erunt & in cœlo,accede nunc,qui uoles,& hunc cum illo loco confer,ille ſonat,ſoli Petro datas claues,hic ne- gat,& non ſoli datas aſſerit,Quando utrunq; ſtabit? Concordandum eſt utiq; utrun q; uerbum,quod idem Chriſtus dixit. Si ſoli Petro collatæ ſunt,mendacium eſt, qđ hic dicit omnibus collatas,Quis autem non uideat,hunc poſteriorem locum eſſe in- terpretem, & in hoc rem eſſe clare expoſitam,illic uero in Petro unitatem multorũ in eccleſia commendatam? quin uide quoddam mirabile,illic incipit ab omnibus di cens,quem uos me eſſe dicitis? & finit in uno Petro,dicens, Tu es,tibi dabo. Hic con tra,incipit ab uno dicens, Si peccauerit in te frater tuus &cæ. Nonne clarum eſt per unum Petrum illic,idem uoluiſſe,quod hic per uniuerſos:& claues non eſſe ullius ho minis ſingularis,ſed eccleſiæ & communitatis,ut firmum ſit ſacerdotem non ſuo iu- re,ſed miniſterio(quia eccleſiæ miniſter eſt) eccleſiæ clauibus uti,non tanq̃ ſuis,aut ſibi traditis?

Math.18. Ratio ſexta.

¶ Credo iam hæc ferme fidem facturam, hanc Mathei auctoritatem, neq; ad Pe- trum, neq; ad ſucceſſorem, nec ad unam aliquam eccleſiam, ſed ad omnes eccleſias pertinere,quia quis poterit negare,illi eſſe claues traditas, qui reuelante patre Chri- ſtum confitetur? quo poſito,neceſſe eſt,ut ubi ſit reuelatio patris et confeſſio Chriſti, illic & claues,at hæc in qualibet eccleſia eſt, non autem in ullo uno ſingulari & incer to homine.

Septima ratio.

¶ Quod ut Chriſtus nobis commendaret, ſtatim poſt glorioſam iſtam Petri commẽ dationem,cum eum Petrus prohibuit,ne moreretur,audiuit, Vade poſt me ſathana, non enim ſapis ea quæ dei ſunt,Quid hoc eſt? non ſapit Petrus, quæ dei ſunt? Non ne pater reuelauit ei? Si hæc ante commendationem Petri facta fuiſſent,aliquid mo menti haberet,Petrum pro ſua, & ſucceſſorum, aut unius eccleſiæ perſona fuiſſe cõ- mendatum, At nunc cum poſt commendationem uituperetur,ut ignarus dei, clarũ fit,illum ſuperiorem Petrum,qui claues accepit,non fuiſſe Petrum filium Bariona: ſed eccleſiam filiã dei,quæ uerbo dei genita, ṽbum dei audit & confitetur perſeueran ter in finem, Nõ aliqñ nõ ſapiens quę dei ſunt,& retro abire iuſſa,ſicut Petrus. Aut ſi hoc ad Romã. Pontificẽ & eccleſiam ꝑtinet,quod ad Petrũ dicitur, Tibi dabo claues. Iam irrefragabili ſequela etiam ad eandem & illud pertinebit, Vade poſt me ſatha- na,non enim ſapis quę dei ſunt, quia & hæc ad Petrum Romanum eccleſiæ futurũ Epiſcopum dicta ſunt: Aut ſi hęc non ad ſe pertinere putant, iam nulla ratione con- uincere poſſunt,ea quæ ſuperius dicta ſunt ad ſe pertinere, hæc Ludder.

Octaua ratio. Math.16. *Nona ratio du cens ad abſur- dum.*

Petrus ubi fuerit poſt paſſionemdomini, quando inceperit Ro. Eccle. Et cur Romam elegerit in ſedem. Cap. XIII.

AD iſta in quibus adeo diuerſarius confidit, paucis dicamus; primo. n. male infert contra ueritatem catholicam, eccleſiam primitiuam non fuiſſe eccle=ſiam, quia præceſſerit Romanam, unde illa eſt obiectio Armenioꝝ ſchyſ=
Hibernicus. maticorum, ut meminit Hibernicus. Vnde bene probat aſſumptione ſua, Hieroſoly
Ratio Arme= mitanam priorem fuiſſe tempore, Romana: quandoquidem Antiochena fuit prior:
niorum. & hoc nemo negat: ſed ut fundum negocij eruamus, examinemus, primo quod de
Quo anno in= annis aſſumit. Primo enim S. Petrus non appropriauit ſibi Hieroſolymitanam eccle
cepit Ro. eccle ſiam, ſed ei præfuit, ſicut omnibus alijs, cuius cauſa inferius tractabitur lib. ſecundo.
ſia. Ideo S. Iacobum ordinauit, ut latius ſuo loco dicetur. At quãdo incepit eccleſia Ro
mana, ſaltem poteſtatiua & regitiua in Petro, non uacat Meandris, quod aſſumpſit
Gloſſa. diuerſarius, licet enim Gloſ. interlinearis uelit S. Paulum aſcendiſſe XIIII. annos
poſt ſuam prędicationem in Syria & Cilicia, & prius pręterierant tres anni, & ita e=
runt xvij. quibus ſi addatur annus conuerſionis poſt Paſſionem domini, ut Hyſto=
Scho. Hyſto. ria ſcholaſtica teſtatur, erunt omnino anni xviij. & tot aſſumit Ludder, at in hoc fœ=
Damaſus. de labitur, ꝙ aſſumit Petrum tam diu moratum Hieroſolymis, quoniam, ut B. Da=
Hierony. maſus in Cathalogo Roma. Ponti. ad B. Hierony. ſcripto teſtatur, Petrus ſedit Ro=
mæ ann. xxv. & aliquot M. & idem de annis xxv. ſcribit B. Hieronymus de uiris il
Platina. luſtribus: ſedit autem priꝰ Antiochiæ eodem Damaſo teſte & Platina Ann. vij. mor
tuus eſt autem poſt paſſionem domini Ann. xxxvij. ꝙ ſi xxv. anni detrahantur cum
vij. a xxxvij. remanebunt ſolum quinq; anni, quos plus per Pontum, Aſiam, Galati=
Hierony. am, Bythiniam & Capadociam peregit (nam hę prouincię ſibi obuenerant Hiero=
nymo teſte) ꝗ̃ Hieroſolymis, ubi S. Iacobus fuerat Epiſcopus.

	Ponto Aſia &c.		V.	
In	Antiochia	fuit Petrus annis	VII.	fiunt omnes anni xxxvij.
	Roma.		XXV.	

Collige ex dictis Romanam eccleſiam incepiſſe xij. Ann. poſt paſſionem Chriſti, non xviij. Sed ad collectionẽ annorũ iam factam ab initio de xviij. annis uerũ probas Petrũ, & Paulũ illo tẽpore fuiſſe & cõueniſſe Hieroſolymis, ſed ſicut Paulus non habuit morã permanendi Hieroſolymis, ita nec Petrus, nec Ioannes, ſecus de Iacobo, qui domicilium ſuum ibi habuit. Vnde ſicut Paulus poſt xiiij. ann. aſcendit Hieroſo
Gala. 2. lymam ſecundum reuelationem, ut ipſe fatetur, ubi gloſſa ait, non ſolum mea di=ſpoſitione, ſed Dei. Ita S. Petrus cum Iohanne etiam tunc aſcenderit reuelante Deo, quamuis ſedem alibi firmaſſet. Hæc ſolum ſunt dicta pro eo, quod aſ=ſumit de xviij. annis; at quia obiectio Ludderana adhuc procedit de xij. ann. ideo diluenda eſt.

¶ Placet ergo illud omni ætate probatiſſimum, Petrum in perſona accepiſſe præ=ſidentiam totius eccleſiæ, licet ab initio cathedra non fuerit definita: quoniam & ſi
Act. 11. Hieroſolymis fuerit, tamen illam reliquit Iacobo, & poſt paucos annos Antiochiæ
Euſebius. ſedit, ubi Chriſtianorum nomen ortum inualuit, ſed ſede Antiochena Euodio reli=cta, ad Romam ſe tranſtulit, ſedem ibi firmauit, in ea uſq; in finem perſeuerauit. Vnde & poteſtas illa, abſq; noua reuelatione, nullis Huſſiticis, aut Ludderanis cauillis, a Roma diuelli poteſt: quia iam Romanus Pontifex eſt uerus & immediatus uicari=
Petrus prius us Chriſti, licet aliquanto tempore, uicarius Chriſti non fuerit Romanus Pontifex.
fuit ſummus Et ſic Petrus prius tempore fuit Summus Pontifex, quam Romanus Epiſco=
Ponti. quàm pus, quamuis iam quaſi prius natura ſit Romanus Ponti. quam ſummus, ut ſubti=
Romanus. lius explicari poſſet. Probat ergo Ludderus, Romanam eccleſiam non ſemper fuiſſe

primam

primam,quod admitto illis xij.annis: ꝗuis iam communiter Romana eccleſia uſurpetur pro uniuerſali,potiſſimum cum iam prochdolor ad illum unicum patriarchatum redacta ſit eccleſia.

¶ Modo argutatur diuerſarius, ſi ſuper Romanæ eccleſię poteſtatem eccleſia fuerit ædificata, Itaq; Hieroſolymis non fuerit eccleſia,dic prorſus ſophiſticus eſt cauillus. Nam ſuper poteſtatem Romanam fundata eſt eccleſia,& illa poteſtas eſt Papatus, ſuprema Pontificia,quæ poteſtas fuit in Petro illis xij.ann,ꝗuis nondum eſſet Romana. Vnde eandem poteſtatem & præſidētiam habuit S.Petrus in Aſia & Iudæa, quam habuit poſtmodum Romæ,licet antea non diceretur Romana, quare primitiua eccleſia Hieroſolymitana fuit eccleſia,ꝗa in Petra, in ſoliditate Petri firmata, cui & epiſcopum dedit & ordinauit: habuerunt ergo petram, ſuper quam ædificata erat eccleſia Petrum:non itaq; timere debuit Ludderus eccleſiam Hieroſolymis, non eſſe eccleſiam, Petro firmatam. *Euacuatur V. ratio.*

¶ Habes iam in quo uacillat diuerſarius,quoniam dicentes Romanæ eccleſiæ poteſtatem eſſe primam,& ꝙ ſuper hanc ædificata ſit eccleſia,ipſe intelligit directe, cum tamen debuiſſet accepiſſe conſecutiue, quæ uerba ſi obſcuriora ſunt diuerſario, ſtatim explico,Chriſtus non directe dixit Romanam eccleſiam fore primam,ſed quia directe primatum contulit S.Petro,& promiſit ſe ædificaturum eccleſiam ſuper eum,ſecundum intelligentiam ſanctorum,ſed quia S. Petrus finaliter delegit cathedram Romanam,cui ius illud & ſucceſſoribus inheſit,ideo conſecutiue,ad conſecutionem tranſlationis a Petro factæ,Romana eccleſia obtinuit primatum, unde ſi Petrus Antiochię manſiſſet,& ibi firmaſſet cathedram & reliquiſſet ſucceſſorem,tunc & Antiochena manſiſſet prima. *Math.16.*

¶ Obijceret acutus. Adhuc iure humano conſtitutus eſt Primatus Romanus,quia a Petro qui fuit homo:cadit ergo quod aſſumitur iure diuino primatum conſtitutũ. Sta pauliſper,perperam & ſophiſtice argutaris,hoc eſt iure Petri,ergo non iure diuino,cum ius diuinum ex epiſtolis Pauli quoq; probetur:uis ne Petrum facere minorem Paulo? Porro ſit ita,ꝙ a Petro facta fuit tranſlatio,qui non habuerit preſcribere ius diuinum:tamen hoc fecit iuſſu dei,& ob id ceſſit Antiochena eccleſia Romanę, teſtis eſt Marcellus Papa & martyr,& renarrat Gratianus,ubi epiſcopis per Antiochiam conſtitutis ſcribit. Eius enim ſedes primitus apud uos fuit,quæ poſtea iubente domino Romam tranſlata eſt. Si uero ueſtra Antiochena, quę olim prima erat Romanę ceſſit ſedi,nulla eſt quæ eius non ſit ſubiecta ditioni, pondera Antiochenā aliquando fuiſſe primam,dein ꝙ ceſſerit Romanæ, tertio ꝙ iuſſu domini, non iure humano,facta ſit tranſlatio. Q; ſi etiam tranſlatio facta fuiſſet mere iure humano Petri (quod tamen iam diximus falſiſſimum) adhuc non improbaret primatum in eccleſia dei,ſed eius ſeparabilitatem a Romana eccleſia,ſicut iam modus eligēdi (qui ſępe fuit uariatus) eſt iure humano,ubi Cardinales loco primatum uniuerſi orbis,eligunt Pontificem Romanum,electio utiq; eſt humana, unio Leonis X. ad eccleſiam Romanam eſt iure humano,ſed poteſtas Papæ ſic iure humano electi,eſt a iure diuino:quare ſi obiectio illa procederet ſecundum omnia uota obijcientis,adhuc Primatum Petri,de quo diſputamus non improbaret:at nec nos concedimus illam trāſlationem iure humano factam,ſed diuino iuſſu,ut S. Martyr ait. Vnde ſi omnes fideles mundi conuenirent, ſine iuſſu dei & ſpeciali reuelatione, non poſſent ſuppreſſa eccleſia Romana & humiliata, ei pręponere eccleſiam Vuitembergenſem,aut aliā, ꝙ illic in eccleſia ordinatus eſſet Papa,& ſuppremus hierarcha militātis eccleſiæ, tam prorſus res diuina eſt Primatus ille eccleſiaſticus. In his declarandis fuimus prolixiores, quoniam diuerſarius multum pręſidij hic locauit, ad errores ſuos confirmandos;hoc rotundis uerbis in diſputatione diximus, Hieroſolymitanam eccleſiam fuiſ *Obiectio.* *24.q.1. Rogamus.* *Electio fit iure humano, & tñ electus habet poteſtatem iure diuino.* *Magnũ dictũ.*

ſe primam origine, Romanam uero poſteaq; Petrus illuc commigrauit, primam fuiſſe ſemper dignitate & poteſtate. ¶ Quod addit diuerſarius, ſupra fidem Petri ędificatam eccleſiam, quis ei in hoc repugnat, quis negat, quis inficiatur, ille prodeat, nominet quem huius diſſenſorē. Non ego reperio aliud apud ſanctos patres, q̃ ꝙ Chriſtus ſit petra, Petrus ſit petra, ſoliditas fidei ſit petra, & in ſequentibus Aug. Leone, & alijs illa latius firmabimus.

Cur Roma ſit electa in ſedem Petri.

¶ Mouet autem te fortaſſe, cur ita Roma placuit, uel Petro, uel deo? Nam cur Hieroſolyma reiecta ſit lib. ij. dicturi ſumus. Quiſquis autem es, qui hoc rogaueris, exiſtimo te non latere, dei uoluntatem, cauſam non habere: non tamen deſunt coniecturæ humanæ: quibus noſtra fragilitas expendere poteſt pro ſuo modulo, rationabiliter hoc deum uoluiſſe. Nam B. Petrus ſpiritu ſancto plenus, & actus, non dubium ibi uoluit ſucceſſorem dimittere, ubi ſucceſſoris pręſentia, ędificandę Chriſti eccleſię plus poſſet proficere: illo enim negato, dares Petrum non fuiſſe ſufficienter inſtructū de ſuo officio, potiſſimum in tam arduo, utili & neceſſario, ſcilicet ſucceſſore deligendo & ordinando: cum tamen D. Iheſus promiſerit eis ſpiritum ſanctum paraclitum, qui eos doceret omnem ueritatem, aut Petrus noluiſſet facere, quod cognouiſſet utilius fore, pro eccleſię ſibi commiſſę commendatione: at nuſq; in orbe terrarum Petrus, & eius ſucceſſor tantum potuit conferre ędificationi eccleſię ſuę, ſicut in urbe Roma, quæ tunc & diu poſt, totius orbis dominium tenuit & principatum: quia ſic congruentiſſime (quod alibi fieri non poterat) ab urbe Romana fides in uniuerſum diffundi poterat: & ſic duplex riuulus à Roma temporalis & ſpiritualis poteſtatis in orbem terrarum diffunderetur. Et cum circa caput potiſſimum laborandum ſit, ut ſic cętera membra conualeſcant. Ideo Petrus pro Roma domina terrarum, & capite ad fidem Chriſti conuertenda laborauit. Conuerſo enim Imp. Conſtantino mox per omnia regna Imperio ſubiecta, licuit Chriſtianis templa erigere, & publice ſacrificia facere: immo ſic citius conuertebantur illa regna ad ueram fidem, quando dominam ſuam uiderant eandem recepiſſe, ut ſicut fuerat eis Roma magiſtra errorum, ſic pari modo fieret eis magiſtra ueritatis, ut pulchre b. Leo etiam meminit. Freti. n. Imperiali tuitione, Chriſtiane fidei propagatores, Imperatore baptizato multo liberius & ſecurius fidem catholicam prędicabant. Vnde & apoſtolus Paulus mortem ſic euaſit temporariam, quando ad Feſtum dixit. Ante tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari, Cæſarem appello, tunc Feſtus cum concilio locutus ait, ad Cæſarem appellaſti, ad Cęſarem ibis. Hæc etiam forte cauſa eſt, ſolidandi Primatus in eccleſia Romana: ꝙ dominus Romæ permiſit ſanguinem martyrum copioſiſſime effundi: ob id & gloriatur uniuerſalis eccleſia, quoniam gloria loci congruit excellentiæ pręſidentis. Cum autem diuerſarius maximum arbitretur eſſe argumentum, uoluntatem dei, quę in facto ipſo uideatur, deus quoq; non eſt teſtis mendacij, multi ſancti martyres, & confeſſores Papę extiterūt, qui hunc manutenuerūt Primatum: quibus omnino credendum eſt. Hę ſunt perſuaſiones, quomodo rationabile fuit, Petrum transferre ſedem ſuam in Romam: nam ob plures alias quoq; rationes id factum, non ambigam, ſed quis fuit cōſiliarius dei? ꝙ ſi nulla inueniri poſſet, ſufficeret benedicta uoluntas eius, iuſſus diuinæ uoluntatis, ut S. martyr Marcellus teſtatur.

Ioan. 14. & 16.

Leo.

Act. 25.

Sexta, ſeptima, octaua, & nona rationes diluuntur, & quid ſignificetur dic eccleſiæ, quæ claues Math. 16. 18. Origenis lapſus aperitur, & cur Petrus Sathan dictus. Cap. XIIII.

COntulit diuerſarius ca. 18. Math. ad 16. iam expeditū. q̃ſi illud ſuffragari deberet errori ſuo: ſed ỽitas euāgelica nō ſuffragat̄, ſed refragat̄ hęreſib. accedamus

damus ꝓpius ad negotiũ. contendebat diuerſarius claues datas eccleſię, nõ Petro, cõfirmaturus illum errorem, adducit illud Math. xviij. ubi domino dicente dic eccleſiæ, mox diſpenſat claues, quæcunq; ligaueris &c. qua inductione pompatica declarat diuerſarius, ſe illud dictum nunq̃ intellexiſſe. Nam omnium qui ſpirant concordi ſententia, agitur eo loco de fraterna correctione: ſi ergo per eccleſiam intellexit, eccleſiam uniuerſalem, fidelium cõmunitatem, dic mõ, q̃modo denunciatio proximi delinquentis, correctionem præcedens, fieri poſſet, ſemper currendo per totam eccleſiam, quis hoc faceret? Quomodo item eccleſia diſperſa poſſet exire in actum iudicij: quod ſi etiam eccleſiam dixeris, uniuerſale concilium; conſtat difficilimam eius fore congregationem: quomodo autem Chriſtus præceptum denunciationis proximi, quod tam ſæpe occurrit, dediſſet conſtituendo iudicem, qui tam raro poſſet haberi, ſicut eſt concilium uniuerſale, uel generale, aut particulare. Iudices autem debent eſſe tales, qui facile poſſint adiri, ſicut in Deute. Diſponit̃, iudices ſedere debere in portis. ¶ Vnde neceſſario eccleſia eo loco ſignificat indiſtincte & indefinite eccleſiam, cui denuntio peccatum fratris in me delinquentis, non quidem denuntiando toti communitati: ſed tunc eccleſiæ ſufficienter denuntio, cum prælato eccleſiæ intimatur. Hinc uidemus communem praxim eccleſiæ, quod qui non audierit prælatum excõmunicatur, quãuis male faciant Epiſcopi, hanc excõmunicandi poteſtatem, uertentes in tyrannidem & dominiũ pompaticum, cõtra mandatum Chriſti, at de hoc alias. Quod autem Dominus loquatur de eccleſia authoritatiua, liquet ex ſequentibus, quod dat Apoſtolis authoritatem ligandi & ſoluendi. Nolo tamen per hoc negare, quin etiam conuocatio fidelium legitima, poteſtatem habeat excommunicandi, præcipue ſi prælatus corrigit, & ille non emendatur, tunc prælatus dicit congregationi fidelium. adducerẽ locum B. Gregorij, niſi uererer me dicari diuerſario præbiturum nouam anſam mordendi, placeat ei Lyranus, uel diſpliceat, optime tamen commentatus eſt. Dic eccleſiæ, id eſt prælato per denunciationem publicam. Non enim dixit Chriſtus quæcunq; eccleſia ligauerit, hoc erit ligatum, ſed Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus dixit, quæcunq; ligaueritis &c. Semper tamen ut dixi, placet mihi non repugnare illa uerba, ſi prælatus hoc faciat conuocatione eccleſiæ ſuæ. Quod ſi adeo delicati es Stomachi, quod Lyranum faſtidias, crede, uel diuo Chryſoſtomo exponenti, dic eccleſiæ, id eſt præſulibus & præſidentibus, non exponit uniuerſali eccleſiæ uel fidelium communitati, quod ul̃ difficile, uel impoſſibile foret, ſi auderem frontoſo diuerſario iura allegare, adducerem Cap. nouit. de iudic. Gloſſa. II. quæſt. I. ſi peccauit. Et inuicta eſt ratio, in tota eccleſia nõ eſſe poteſtatem iuriſdictionis executiuam: nam ſi in ea eſſet, uelut ipſa eſt Homogenia, ſcilicet per unam fidem, iam illa poteſtas eſſet in uiris & mulieribus, in quibus eſſet fides, quod eſt omniũ abſurdiſſimũ, ſi eſt uelut Etherogeniũ, id eſt Epiſcopi, ſacerdotes, diaconi, hoc uidet̃ dici non poſſe, q̃a Apoſtoli tunc Math. xviij. nõ fuerunt ſacerdotes communi ſententia, primũ in ultima cœna dominica conſecrati.

Euacuatur 6. ratio.

Dic eccleſiæ.

Deut. 17.

In epiſcopos leuiter excõmunicantes.

Grego.

Lyra.

Chryſoſto. Homil. 61.

Poteſtas iuriſdictiõis non eſt tota eccleſia.

¶ Ferme obruiſſet me obliuio, cum iam eccleſiam ex Chryſo. & Lyrano dixerim eſſe pręlatum, & ſuperiori obiectione quarta noluerit audire prælatum eſſe eccleſiã, ſed fingi id aſſerebat: at nos attulimus Chryſoſt. quem arbitror præponderaturum Luddero: at ut os obſtruamus diuerſario, addamus & b. Auguſtinum lib. vij. de baptiſmo contra Donatiſtas c. LI. tranſcripſit Gratianus, quãuis in ſuperſcriptione errauerit, adſcribendo Hierony. ut recte adnotauit Ioan. And. homo diligentiſſimus, inquit autem B. Auguſtinus. Quibus conſideratis, puto me non temere dicere, alios ita eſſe in domo dei, ut ipſi etiam ſint domus dei, quę dicitur ędificari ſupra petram, uides aliquos eſſe domum dei, at non hoc agimus negotium.

Prælatus eſt eccleſia.

Augu.

Gratiani locus emendatus.

Ioan. And.

c. omnib. 14. q. 1

¶ Tamen quia nititur ex illo c. XVIII. dare intelligentiam prioris c. XVI. quod

Redit ad ſolutionem ratiõis ſextæ.

primo promiſit claues Petro, Hic dat omnibus Apoſtolis, At meminiſſe debuit diuerſarius ille, ſcripturam ſacram intelligere, non eſſe literarum apices tenere, ſed latentem intelligentiam eruere, cum non eædẽ ſint claues Petro promiſſæ, et hic Apoſtolis collatæ. Hoc enim loco, claues dedit iuriſdictionis, ſcilicet excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, aggrauandi &c. ut rata eſſet ſententia, ſi eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Et ita omnibus Apoſtolis hic promiſit ratam fore ſententiam, quã ex iuriſdictione eſſent laturi in ſubiectos: At quod Apoſtoli ꝑ partem acceperunt, oſtendemus inferius cumulatiſſime, Petrum accepiſſe in plenitudinem poteſtatis. Vnde ſicut poteſtatem abſoluendi ſacramẽto pœnitentię, non accepit eccleſia, niſi quia in miniſtris accipit: & ideo utitur his clauibus, tanq̃ ſibi traditis: quia miniſter uere habet characterem &c. licet ſit miniſter eccleſiæ & Chriſti. Vnde propter hoc (quod diuerſarius non uult aduertere) dicimus Papam

Caput miniſteriale.

eſſe caput eccleſiæ non principale, ſed miniſteriale, a miniſterio: accepit enim propter utilitatem eccleſiæ, uelut finem, ulterius directum in beatitudinem: unde fruſtra hic crepat diuerſarius in argumento minime neruoſo. Hoc tamen addo, quod ſi omnino litigaret aduerſarius eaſdem eſſe claues hic & illic, quod tamen non eſt, quod omnium ſententia, hic fundetur poteſtas excommunicandi: tamen adhuc non haberet intentum:

Origenes.

Origene namq; teſte claues plenius Petro dominus promiſit, quã hic Apoſtolis dedit: & quamuis omnibus Apoſtolis hic communiter ſit data poteſtas ligandi & ſoluendi, tamen ut in hac poteſtate aliquis ordo ſeruaretur, primo ſoli Petro promiſit in aliorum Apoſtolorum præſentia: ut oſtenderet quod ab eo in alios deberet deriuari: his omnia ſublata ſunt ſomnia cucullæ, quod alibi ab omnibus, hic ab uno incepit &c. Quæ ratio expendi non debuit, cum diuerſa ratione hic omnino agat, quam alibi egerit.

Dilutio rationis. 7.

¶ Porro quod annectit in qualibet eccleſia eſſe ſacerdotes, fateor: & quis hoc unq̃ Chorebo ſtultior negauit? at falſiſſimum eſt, quod reuelatio patris & confeſſio fidei, non ſit in uno ſingulari, & certo homine: cum ueriſſime fuit in glorioſis martyribus, prædignis confeſſoribus: quibus omnibus iniuriatur diuerſarius negando illos certos & ſingulares homines habuiſſe reuelationem patris & cõfeſſionem Chriſti.

Reuelatio patris fuit in pluribus.

S, Benno Miſnen.

S. Richardus Sueuus.

Vnde lapſus Ludderi.

Origenis error

An non S. Stephanus habuit? an non S. Paulus? an non S. Ignatius? Laurentius, Barbara, Catharina, Bẽno uicinus diuerſarij, & Miſnæ patronus: ſic ſacras lacerat literas, dum eas in ſui erroris robur inualide torquere nititur: falſum eſt & hoc, ubicunq; fuerit reuelatio patris & confeſſio Chriſti, ibi ſunt claues, nam plures ſancti confeſſores fuerunt laici, uelut S. Richardus Sueuiæ dux & rex Angliæ S. Henricus, S. Iodocus, Euſtachius &c. qui certe claues non habuerunt. Vnde toto oberrat cœlo, cum illa duo non requirantur ad habendum claues, nec ſufficiant. In quibus tamen ſolis ſe fundat diuerſarius, toto hoc proceſſu: forte ſeductus fuit is Origene (legit enim authores ut ex ſcriptis eius liquet, ſine ſale ſapientię & iudicio) qui Homilia prima ſuper Math. poſt multa negat Epiſcopum poſſe ligare & ſoluere, niſi habeat ea propter quæ dictum eſt illi, Tu es Petrus, ait enim. Si quis fuerit ut ita dicam Petrus, & non habuerit, quæ in hoc loco dicuntur ad Petrum, & putauerit ſe poſſe ligare, ut ſint ligata in cœlo, & ſoluere ut ſint ſoluta in cœlo, ipſe ſe fallit, non intelligẽs uoluntatem ſcripturæ, & inflatus incidit in iudiciũ diaboli: at forte nõ legit hæc

Iactantia Ludderi.

Merlinus.

Ludder: nam ut eſt iactanticulus & faſtuoſus frater, iam pridem de tãto fuiſſet gloriatus authore, legerit an minus, quis neſcit Origenem caute legendum fore? ut in quo plurima inſint errata, uelut recte Iacobus Merlinus adnotauit, alioquin in damnabiles labitur errores, uerba enim iam citata impijs fauent VValden. Pauperibus de Lugduno, Vvicleſiſtis, Huſſitis: quare relinquenda eſt illa ſententia, ultricibus flammis digna, & cum ſancta eccleſia confitendum ſacerdotem habere claues, etiã

malum

malum & impium, quamuis malefaciat, ſi his extra neceſſitatis articulum utatur: in eo enim uerificatur, illud prophetæ, Maledicam benedictionibus ueſtris. *Mala.2.*

¶ Fucum alium quo errorem ſuum obliniat adfert: quia Petrus accipiens ſit beatus, & paternæ reuelationis auditor: Sed filius Ioannis increpetur a domino, Vade poſt me ſathana. At quis hoc ignorat Petrum qui claues accepit, appellatum Bariona, Increpatum uero non appellat filium Ioannis, quare ridiculum & exibilandum & hoc commenticium, quod hic fingit hunc eſſe Petrum, alium filium Ioannis: ad rem ipſam perpendenti contextum ſacræ ſcripturæ liquet Petrum nondum accepiſſe claues promiſſas: ideo non mirũ, quod de pietatis affectu error ſubrepſit Apoſtolo, arbitranti repugnare ſuæ confeſſioni, Ieſum filium dei eſſe uiui, & tamen occidendum. Hanc ſupremam diuerſarij inductionem, expreſſis uerbis diluit B. Hieronẏ. eo loco in commentarijs inquiens. Sed ſi conſideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionem & beatitudinem acceptantem, & ędificationem eccleſię ſuper eum, in futuro promiſſam, non in præſenti datam intelligit, ædificabo inquit ſuper te eccleſiam meam, portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & dabo tibi claues regni cœlorum. Omnia de futuro, quæ ſi ſtatim dediſſet ei, nunq̃ in eo prauæ confeſſionis error inueniſſet locum. *Solutio 8. rationis.* *Hierony.*

¶ Quod ſi omnino Petrus contra Hieronymi ſententiam, beatitudinem tunc accepiſſet, adhuc uel S. Hylarius diuerſario ſatiſfaciat, dicens poſt prædicationem paſſionis accipiens diabolus facultatem, opinionis iſtius Petro infirmauit affectum, ſed ſciens dominus diabolicæ artis inſtinctum, Petro ait, Vade retro poſt me, id eſt ut exẽplo paſſionis ſe ſequatur. In eum uero per quẽ opinio hęc ſuggerebat, adiecit ſathana, ſcandalum mihi es, non enim conuenit exiſtimare, Petro Sathanæ nomen & offenſionẽ ſcandali deputari, poſt illa indultæ & beatitudinis, & poteſtatis tanta pręconia: ſed quia infidelitas omnis diaboli opus eſt, Petri reſponſione dñs offenſus, cum opprobrio nominis, infidelitatis iſtius eſt deteſtatus authorẽ. Sanctus uero Chryſo. arbitratur ſuperiora Petrũ eſſe cõfeſſum, quia erant reuelata: ſed myſterium paſſionis nondum erat reuelatum: ideo carnali conſilio iudicat Petrus, & humano affectu, diuino aduerſatur conſilio: ſed tamen Chriſtus non reiecit eum, ſicut ſathanam uade retro, ſed ſolum ait, Vade poſt me, id eſt ſequere me, ut uoluntario paſſionis meæ conſilio, nõ reſiſtas: quare idẽ eſt Petrus, cui pater unũ reuelauit & nõ aliud, & eſt tota fictio & diuinatio: quã diuerſarius iducit, q̃d alius & alius ſit petrꝰ. *Hylari.* *Chryſoſto.*

¶ Et quod aſſumit, etiã hoc debere pertinere ad ſucceſſores Petri, Vade poſt me ſathana &c. perperam infert, credens omnia dicta ad Petrum, pertinere ad ſucceſſores: cum ſic omnes tenerentur ire ad mare cum Petro. At non nego cum Romani Pontifices ſæpe diuinis reluctantur conſilijs & pręceptis, quod dominus per ſcripturam eis loquatur, immo per internas quoq; inſpirationes eos ſathan aduerſarios appellando: in quo quanto gradus eſt altior, tanto caſus profundior: Sæpe enim humana patiuntur Pontifices, non ſapientes ea, quæ dei ſunt, maxime in his quæ iudicium fidei non reſpiciunt, deus nobis omnib. miſerrimis peccatoribus ſit propitius. *Nona ratio diluitur* *Math.17.*

Aliæ quatuor rationes diuerſarij Petrum non in ſua perſona accepiſſe claues. Cap. XV.

IN errore ſemel concepto perſeuerat diuerſarius, adhuc contendens, Petrum non eſſe petram ſuper quã ædificata eſſet eccleſia: & hoc quidem aſtruit cauillo. Si omnino ad uigorem iſtum grammaticũ ſe recipiunt, quod ſoli Petro dictum eſt. Tu es Petrus, Tibi dabo claues &c. Quomodo reſiſtemus hæreticis, ſi qui hoc noſtro rigore uerborum nixi, nos urgeant & dicant. Eſto ad ſolum Petrum hæc dicta ſunt, ergo non ad ſucceſſorem, ergo eccleſiæ claues, cum *Decima ratio.*

Petro uenerunt & abierunt, ubi ergo nunc eccleſia? Non enim ad plures pertinere poteſt, quod ad unum dicitur, ſicut illud. Cum iunior eſſes cingebas te &cę. quod ad ſolum Petrum dictum eſt, ut cum Petro impletum ſit & finitum, ad nullum ſucceſſorē eius pertinens. Si aūt ad ſucceſſores & aliquā eccleſiā dictum eſt; iam nulla ratione prohiberi poteſt, quin ad omnes dictum ſit, imo neceſſaria ratione ad omnes Apoſtolos; qui præſentes erāt, magis quam ad unius Petri ſucceſſores; qui nondum erant, dictum accipietur: quod ſi ad omnes Apoſtolos, etiam ad omnium Apoſtolorum, & non unius Apoſtoli ſucceſſores dictum intelligitur.

Vndecima rõ. ¶ Sed reſpondeat tamen mihi qui poteſt, quis nam credendus ſit habere claues, etiam in Roma. eccleſia? An ipſa eccleſia uel Papa? & attende quod dico quando Papa eligitur, an ſecum affert claues uel non? Si affert, ergo erat Papa anteq̃ eligeretur. Si nō affert, a quo accipit? Nunquid ab angelo de cœlo? Nonne ab eccleſia? Item quando Papa moritur, cui relinquit claues? aufert eas ſecum? Si non aufert, cui relinquit niſi eccleſiæ a qua accepit? Quid igitur poteſt dici contra hanc euidentiſſimam experientiam, optimam euangelij interpretem, claues, nec Petro, nec ſucceſſori, ſed ſoli eccleſiæ datas, a qua tanq̃ miniſter accipit uſurus eis ſacerdos. Vbi nunc eſt quod ſoli Petro dictum eſſe putatur. Tibi dabo claues. imo ubi nunc eſt, quod ſoli Romanæ eccleſiæ claues date ſunt? neceſſe eſt, ut in qualibet eccleſia claues ſint.

Duodecima ratio. *Roma. 4.* ¶ Dein alia uia incedit aduerſarius omnia tentans. Adhuc unum dicā, & utar Apoſtoli Pauli argumento Ro. iiij. ubi probat ex circumſtantia temporis & facti Abraham, non ex circumciſione, ſed ex fide iuſtificatum, nulla alia ratione uſus quam q̄d Abraham ante circumciſionem fuerit iuſtus apud deum per fidem. Si hoc eius argumentum ualet, ſicut neceſſe eſt ualere, neceſſe erit & hoc ualere, quod nūc produco in hunc modum. Petrus quando claues accepit a Chriſto (ſi omnino perſonā eius ſolam contendis accipere) nondum erat Epiſcopus urbis Romæ (imo proprie nunq̃ fuit Epiſcopus ullius ciuitatis, ſed Apoſtolus Epiſcoporum inſtitutor, maior omnibus Epiſcopis) ſed erat unus inter Apoſtolos, ergo claues non ſunt ei datæ, ſecundum quod poſtea, ul' factꝰ, uel mutatus eſt, uel loco, uel officio, ſicut Abrahæ nō eſt iuſtitia reputata, qualiſcunq; poſt fidem factus eſt, ſed prout fuit Apoſtolus tm̄, & præſertim habens patris reuelationem, quare prorſus nihil hæc authoritas ad Romanum pontificem pertinet, etiam ſi ſoli Petro dicta fuiſſet, quanto nunc minus pertinet, quando nec ſoli Petri perſonæ dicta conuincitur.

Tredecima ratio. *Roma. 4.* *Galat. 4.* ¶ Addo & aliud, ait diuerſarius ſimilis formę argumentum, quo Paulus Roma. iiij. & Gala. iiij. utitur dicens. Quod ſicut Abrahę ex fide reputata eſt iuſtitia, ita & omnibus qui credunt reputabitur iuſtitia, quare & hi ſicut Petro habenti reuelationem patris, & Chriſtum confitenti, claues dantur, ita neceſſe eſt, omni ſimiliter confitenti, & reuelationem habenti, claues eſſe donatas, quod nullæ niſi eccleſię, id eſt communioni ſanctorum conuenire poteſt, cum nullus ſingularis fidelis, conſtanter & certo ac perſeueranter hanc poteſt habere confeſſionem, cum nec Petrus ipſe in eadem perſeuerauit, quin non modo aliquando, ſed mox poſt acceptas claues errauit. Et tamen non ſunt ei claues ruſum ablatæ, quia non in ſua, ſed eccleſiæ perſona eas accepit, quod ſi hæc argumenta non concludunt, nec illa Apoſtoli Pauli, quæ allegata ſunt.

Diluūtur rationes priores & cur poteſtas ſoli Petro & ſucceſſoribus ſit data, non alijs apoſtolis, & quis det claues papæ, & ꝙ argumēta Apl̃i ſint alia q̃ Ludderi. Cap. XVI.

Tam

TAm ridicula recenſere non auderem candide lector, niſi compertum habere Ludderanæ farinæ homines pro eorum inſcitia & ruditate, hæc uelut inuicta ſuſpicere, ac uelut myſteria abſtruſa reuereri; & ipſe qui has nenias depromſit, tantum in eis confidat, quæ tamen ſunt plumis leuiora, ut encomium canat ante uictoriã: at huius faſtum, aliorum ignorantiã, ſimul iugulabimus. Primo enim non rigorem ſequimur grãmaticum, uelut grãmaticæ Theologiæ doctor hic autumat, & ipſe ſolitus eſt facere: ſed ſenſum ſequimur, quẽ ſpiritusſanctus efflagitat, tot ſanctis patribus, tot concilijs, Martyribus, ſummis pontificibus explanatum, qui tamen a ſenſu grãmatico non abhorret: Et uerbum iſtud accipimus Petro dictum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis. Nam ut prius meminimus, aliqua ſunt dicta Petro pro ſe ſingulariter, aliqua Petro ut primati totius eccleſię, aliqua uero ut repręſentanti quẽlibet in eccleſia futurum: Nego ergo uerba iſta, Tu es Petrus, tibi dabo, ſic dicta ad Petrum, ut ad ſucceſſorẽ non pertineant, cum eadem ratio militet in ſucceſſore, quę in Petro: promiſit. n. ei deus hic prmatũ: & ob hoc uoluit ſup eum ædificare eccleſiam, & ſic dare plenitudinẽ poteſtatis: quę omnia æque pertinent ad ſucceſſorẽ ſicut ad Petrum: nam eccleſia iam æque æget capite & Primate omnia gubernante: & qui habeat plenitudinẽ poteſtatis, ſicut tempore Petri, & forte magis: hoc ipſum & Chriſtus promiſit poſt reſurrectionẽ dicens. Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſæculi; quare ſicut dominus ſemper fuit cum Apoſtolis: ita eſt & iam cum credentibus: quia Apoſtoli non ſemper erãt manſuri ait Chryſoſtomus, conſtituto enim Primatu in Petro ſuper eccleſia; nullatenus cõgruebat ſuæ ſumæ ſapientiæ diuinę, tã nobilem ordinẽ, tã utile ad humani generis inſtitutũ, tã ſtati deficere deſineret in ſuo exordio, cauſa finali nõdũ adepta, ſcz ſalute om̃ electoꝝ, propter quã ſuma ſapientia hũc ordinẽ & primatũ inſtituit.

Euacuatio. ro. rationis.

Dicta Petro hic pertinẽt ad ſucceſſorem.

Math. 28.

Cur poteſtas Petro, data manet in Papa.

Chryſoſto:

¶ Dictum ergo Petro, intelligitur dictum ſucceſſori, cum pro eadem computentur perſona: collata enim huiuſmodi iura intelliguntur dignitati, non pręciſe perſonæ, ut eſt apud iureconſultos uulgatiſſimum, quod tamẽ pœnitus ignorat diuerſarius: qui tamen arroganter in actis coram Se. Ap. legato ſe iuriſtateologum eſſe profitetur. Nam ſancta eccleſia hoc per prophetas accepit, ſemp futuros ſucceſſores Apoſtolorum: ei enim dicitur Pſal. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, cõſtitues eos principes ſuper omnem terram: quod ſi malueris ad prophetas, & Apoſtolos referre potes: Vnde ſemper duo oportet attendere in prælato, ſcilicet perſonam & officiũ: quod. n. ad perſonam pertinet, cum perſona etiam occidit & finitur: quod ad officiũ pertinet, in ſucceſſoribus ꝑpetuo perdurat: & prælatus & ſucceſſor computantur pro eadẽ perſona. Neq; eadẽ eſt ratio extẽdendi dictũ Petro ad ſucceſſores, & ad alios Apoſtolos: ꝗuis Apoſtoli præſentes fuerint, & ſucceſſores abſentes, cũ qui in ius ſuccedit alterius, eo iure quo ille, uti debebit: & durare iſtum Primatum in eccleſia, inferius probabimus, uſq; ad conſummationem ſęculi. Vnde ſucceſſor habet ſe per modum hęredis, & ita ſuccedit in ius defuncti. c. primo de ſolut. c. ad ſedẽ. de reſti. ſpol. Vnde omnino nulla eſt apparentia. dictum illud extenditur ad Papam & futuros eius ſucceſſores, itaq; & ad alios Apoſtolos omnes pręſentes extenditur: quia ſucceſſores eius non fuerint, cauillus plane ſophiſticus: cum nihil referat, ſucceſſorem eſſe uel non eſſe tempore commiſſionis, ſi modo ſuccedat huic in officio. Cõmittit Imperator aliquid principi electori Bauarię, ut in interregno ſit uicarius Imperij per Sueuiam, Rhenum, Bauariam, Franciam, Orientalem, etiam ſi plures alij duces Bauarię ſint pręſentes, tamen poteſtas illa uicariatus, remanet dũtaxat apud principẽ electorem & ſucceſſores eius in electoratu perpetuo, non in alijs ducibus, qui ſunt de eadem domo Bauarica. Vnde ineptiſſime iſtę argutię ſophiſticę & inanes cauilli in re tam ſeria per hęreticum adducuntur.

Ludder iactat ſe iuriſtatheologum.

Pſalm. 44.

Duo i prælato

Succeſſoris ius.

Diluitur ratio XI.
Picus.
Rusticanū argumentum.

¶ At plus cōfidit in poſteriori ratione, quaſi nemo ſit, q̄ ei poſſit reſpondere: ſed cer
te quia in abſtractionibus eſt minus peritus, non erit aptus ad mathematicam, &
peius diſpoſitus ad metaphyſicam, ait de ſuo aduerſario Picus. Cum enim aſſumit,
in electione Papæ, aut claues ſecum affert &c. Reſpondeo ruſticanum illud & craſ
ſiſſimum argumentum incedere, ac ſi claues eſſent quid materiale & corporeum,
quas clauo ſuſpenſas acciperet Papa. Vnde hanc informem & rudem imaginatio-
nem eius eliminādo, dico. Neq; affert ſecum claues Papa, neq; eccleſia dat. Sed Chri
ſtus dat ei immediate de cœlo: quoniam tota eccleſia ſimul congregata non poſſet
dare alicui claues, omnino diuini muneris eſt, & dei donum: Bene de eccleſia exiſten
tes aliquid faciunt, ſicut iam Cardinales eligendo, ad quod ſequitur deum huic dare
claues: ſicut nullus homo dat gratiam, quæ a ſolo deo confertur: tamen præſbyter
facit aliquid exhibendo ſacramentum baptiſmi, ad quod ſequitur deum dare bap-
tiſato gratiam, ex pacto: quod cum eccleſia ſua ſancta pepigit: uerus dominus dat
uicario ſuo poteſtatem, non ſubditi, ſicut Petrus a domino accepit Primatum, non a
ſubditis. Papalis enim poteſtas non eſt ab Apoſtolis, non a concilijs, non ab Impera-
toribus, niſi aſſentiendo, ſed ab ipſo domino Ieſu Chriſto, ut inferius oſtendetur: &
in hoc differt a temporali poteſtate: ubi conſenſus populi poteſt conſtituere iudicē
& dominum: quod dominatus ciuilis ſit quid humanum: ſecus de poteſtate eccle-
ſiaſtica, quæ eſt ordo immediate a deo. Non affert ergo Papa electus claues, ſed D.
O. M. uult & aſſiſtit executioni: ut is electus habeat hanc poteſtatem: Ruit igitur
diuerſarij ruinoſum fundamentum, quod accipiat ab eccleſia claues, quas a deo ac-
cipit. Deiecta itaq; hac temeritate, ad alia properemus.

Euacuatio. 12. rationis.
Hierony.

¶ Porro quod addit, argumentaturus a ſimili de Abraham prius iuſtificato quam
circunciderer: quis non uidet diſſimilitudinem, qua argumentum prærancidum
claudicet: Primo enim a meritis & uirtutibus, tranſit ad officia & poteſtatem, quæ
eandem argumentandi rationem non patiuntur: dein quod ſuperius ex Hierony. at
tulimus, claues Mat. xvi. non eſſe datas, ſed promiſſas: quare uelit, nolit, oportebit
te futuras circunſtantias expendere, quas diuerſarius ablegat: dein quod aſſerit, cla
ues non datas Petro ſecundū quod officio eſt mutatus uel loco: ego conſtanter affir
mo, dum Petro plenitudo poteſtatis clauium data eſt, mutatus eſt non ſolum ordi-
ne, ſed & iuriſdictiōe, dicente Chriſto. Petre paſce oues meas. In illa ipſa datione cla-
uium collatum eſt ei officium: labitur ergo diuerſarius, quod prius credit claues tra
ditas, dein officio uel loco mutatus: cum officij ſit poteſtas clauium, quæ indocte &
imprudenter ſeparat: Accedit & illa diſſimilitudo, quod mutatio loci, quæ acceſſit

Semper intelli ge de clauibus iuriſdictionis non ordinis.

officio Petri, quando primo ſedit Antiochiæ, dein Romæ, explicat officij maieſta
tem, & declarat, ubi permanere debebat: nullum illorum faciebat circunciſio, quo
ad iuſtificationē Abrahæ prius iuſtificato per fidē. Vnde recte tenet Apl'i argumē
tatio de Abrahā, quia cū duo fuerint remedia, quorū utrūq; iuſtificabat & ergo iu-
ſtificatus p unum, tempore Abraham, non iuſtificabatur per aliud: erat enim locus
præuentioni. Vnde nulla eſt argumentandi conformitas de Abrahā in fide ad Pri-
matum Petri. Laudo tamen, quod Petrum dicit maiorem omnibus Epiſcopis: fate
bitur ergo Petrū maiorē Iacobo Apoſtolo, Epiſcopo Hieroſolymitano, ſicut Hie-
rony. in Cathalogo uirorum illuſtrium refert. Inanis ergo abijt & hæc ratiuncula,

Hierony.

quæ nullis ſolidis nitatur fundamentis, ſed ſacræ ſcripturæ locos, minime cohæren-
tes, ineptiſſime coniungat.

Ratio. 13. enodatur.
Hierony.

¶ Eiuſdem farinę eſt poſtrema inductio, a ſimilitudine claudicante, uelut prior fa-
cta: nam non præterit nos, quod Hiero. ait. Omnes confitemur & conſentimus, ut
quod ratio de Abraham inuenerit, hoc de cęteris obſeruemus. Et ideo quia repu-
tata eſt fides Abrahę ad iuſtitiā: ita & omnibus credentibus reputabitur ad iuſti-
tiam.

tiam. At quanta abſurditate colligit diuerſarius Petro habenti reuelationem patris
& confeſſionem fidei, claues dantur: quare & omni habenti reuelationem & confeſſi
onem, datas eſſe claues: quoniam a fide ad iuſtitiam fit progreſſio de uirtute in uirtu
tem, quod optime conuenit. Hic autem fit progreſſio ab actu uirtutis ad officium,
gratuite a deo collatum: quod deus non ob uirtutes tantum contulit, cum etiam in
malis ſint officia ſacerdotalia: dein fides neceſſaria eſt uolenti iuſtificari: quia ſine fide *Hebræ. 11.*
impoſſibile eſt placere deo. quare eſt diſpoſitio neceſſario pręuia iuſtificationi. At
paternæ reuelationis auditio, & illa magna confeſſio, non ſunt diſpoſitiones neceſſa-
rie pręuię ad clauium receptionem, ſed ſolum ſunt diſpoſitiones congruitatis & de-
centiæ, ad digne & rite claues ſuſcipiendum: ſuſcipiens enim claues in peccato mor
tali peccat mortaliter, ut luculenter inferius probabimus, & hoc eſt, quod ſuperius
audiuimus forma Petri omnibus preſcribitur &c. Repetit falſum ſuum dogma di-
uerſarius, neminem habere confeſſionem fidei, & paternæ reuelationis auditionem
conſtanter & finaliter, quam eccleſiam uniuerſalem, quod pauloante apertiſſime im
probauimus. S. enim laurentius, S. Mauritius, S. Sebaſtianus, cõſtanter uſq; in finem
confeſſi ſunt deum, maximis expoſiti cruciatibus. Qꝫ uero Petrus peccauit, errat
primo exiſtimans Petrum claues hic accepiſſe: dein ꝙ ſi etiam accepiſſet, peccato
claues non auferuntur: quoniam illa duo, non ſunt de neceſſitate clauium: ſed exigũ-
tur ad hoc, ut quis digne utatur miniſterio clauium. His arbitror quemlibet cere-
brum habentem intelligere ualidam eſſe Apoſtoli ratione͂ & ratam, Ludderi uero
diſparem, & alienam rationem eſſe frigidam & ieiunam.

Aliæ duæ rationes Ludderi, quibus adduntur quinq; ex maligno iudicio. Cap. XVII.

SAnctam & receptam a patribus ſententiam, Petrum eſſe petram, diuerſari-
us pro ſua temeritate iugulaturus, Age inquit, ſi iſta uerba. Tibi dabo cla- *Ratio 14.*
ues, ad Petrum & ſucceſſorem eius pertinent, neceſſe erit, ut & præceden-
tia & ſequentia, ac ui ſententię cohærentia, ad eoſdem pertineant. Cum itaq; Chriſtus,
claues noluerit tradere, niſi prius omnibus diſcipulis de ſui confeſſione exploratis,
dein non niſi accepto & approbato reſponſo Petri ex reuelatione patris loque͂tis, cla
rum eſt claues non eſſe, niſi eius qui talis eſt, qualis tunc Petrus fuit, quo ſequitur ab
ſurdiſſima abſurditas, ꝙ malus Papa uel Epiſcopus, non eſſet Papa nec Epiſcopus,
quia non haberet fidem, quæ conſtitueret acceptorem clauium.
¶ Deinde ſequitur contra textum & ſenſum eorum, ꝙ nec Petrus claues acceperit, *Ratio 15.*
uel retinuerit, quia dominus dicit, ꝙ portę inferi non præualebunt aduerſus uel eccle
ſiam uel fidem, quam tunc Petrus tenuit. At contra Petrum pręualuit etiam ancilla
hoſtiaria, ſi itaq; illorum ſententia ſtaret, neceſſaria omnino ſequela ſequetur, aut Ro
manos, & omnes Pontifices oportere eſſe ſanctos, & habere patris reuelatione͂, nec
eſſe carnem & ſanguinem aut eos non eſſe Pontifices, nec habere claues. Nec uideo
quid contra hæc dici poſſet, cum ſtet clarus textus, ꝙ claues ſunt datę, non niſi ei, qui
carnem & ſanguinem non audit, ſed patrem cœleſtem, hoc eſt ſanctum & iuſtum
in ſpiritu, alioquin omnis Pontifex eſt ſathanas, non ſapiens quæ dei ſunt, & ſic redi-
bit hæreticorum nouorum & antiquorum error. Concludit ergo Euangelium hoc
loco, nec ad Petrum, nec ad eius ſucceſſorem, nec ad ullum hominem ſingulare͂ per-
tinere, ſed ad communionem ſanctorum, quæ eſt eccleſia, hęc deinceps poteſt claues
committere, tum digno, tum indigno.
¶ plures obiectiones conſtituit inferius, dum decreta ſummorum Pontificum refel
lere nititur, de quibus diu hęſitabamus, an in hunc locum omnes reijceremus: at ue-

riti ne intactas exiſtimaret eas lector & præteritas;ideo ſtetit ſententia,eas ſuo loco,
Articuli oblati Eckio ab Epō Brandeburgē. ubi diuerſarius eas proponit diluere:at cum ad petitionem reuerendiſſimi Epiſcopi
Brandenburgeñ,aliquos articulos mihi oblatos,auctoritate doctore a examinaſſem,
quos diui Franciſci ſacerdotes eidem contra Ludderanos obtulerant,Iugulaui arti-
culum illum,Papam negauit uicarium Chriſti Petrum negauit principem Apoſto
lorum, ubi ſuæ profeſſionis & cucullę oblitus, totum hyſtrionem in me agit: at ego
Immodeſtia. pro Chriſtiana patientia,nolo eum in præſentia remordere: fundamenta eius ſunt i-
Ludderana. ſta,Principio inquit,hoc uerbum domini,Tu es Petrus &cę. Oportet quod habeat
Eckiana modeſtia. unum primum principalem & proprium ſenſum,in quo Chriſtus ipſum protulit,
Hic autem,uel eſt iſte,quod per petram intelligitur Chriſtus ipſe,uel Apoſtolus Pe
Ratio. 16. trus,uterq; principalis eſſe non poteſt,quia ex duobus ſenſibus nihil probari poteſt,
Si utrunq; Eckius confitetur,iam prorſus nihil probat,quia qua facilitate ipſe per pe
tram intelligit Petrum,eadem accipiam Chriſtum,immo non licet,niſi bono mode-
ramine,quod infra dicam,uerbum ſcripturę de Chriſto dictum,alteri tribuere,Si au
tem alterum tantum ſequitur ſcilicet,ꝙ petra ſit Petrus, nec ſimul permittit alium
quoq; ualere,iam hoc impium eſt,primo quia nuſq; in ſacris literis Petrus petra di-
citur,ſed Chriſtus,i.Corinth.x.Petra autem erat Chriſtus,& Math.vij.Comparabi
tur uiro ſapienti,qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & infra,Fundata enim
erat ſuper petram, adducatur,uel unus locus ſcripturę,ubi Petrus dicatur petra,

Ratio. 17. ¶ Secundo loco etiam manifeſte diſtinguit Petrum a petra, nam ſi dominus uellet
per petram intelligi Petrum,dixiſſet,Tu es Petrus: & ſuper te ædificabo eccleſiam
meam,at cum repetit petram,manifeſte indicat,aliud eſſe Petrum,& aliud petram,
quam per pronomen hanc ſecernit a Petro, demonſtrat & exprimit,& ſic facile pro
hibebo,ne quis ex hoc textu poſſit oſtendere Petrum eſſe petram,

Ratio. 18. ¶ Tertio inquit,quæro an Petrus ſit pars eccleſiæ,ergo non poteſt eſſe petra in hoc
loco,quia Chriſtus dicit ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam,quare Petro
cum eccleſia ędificatur ſupra petram,& non eſt petra ipſa,niſi idem ædificetur ſuper
ſe ipſum,aut ergo Petrus nō eſt petra ſuper quam ędificatur eccleſia,aut nō eſt pars
eccleſię,quę ædificatur ſuper Petram,

Ratio 19. ¶Quarto,uerbum ædificari,uerbum ſpiritus eſt,ſignificans per fidem incorporari,
& creſcere in Chriſto,ideo non poteſt cogi ad poteſtatem regendæ eccleſię, quæ ſi-
ne fide geri poteſt, nam poteſt tam Papa q̃ ſubditus malus eſſe, quare iſta authori-
tas prorſus nihil facit ad rem,quia nihil de primatu & poteſtate regiminis ſonat, ſed
de fide in Chriſtum,liquet ex illo Math.vij.Fundata enim erat ſupra petram,loqui-
tur de fundatione fidei ſuper Chriſto ualente contra perſecutiones,firmatur & ex
eo quod Petrus docet Petri ſecundo,ut ſuper Chriſtum ædificemur domus ſpiritu
alis,Expoſtulo ergo unum locum oſtendi in ſacra ſcriptura, ubi ędificare ſignificet
illud ſomnium de regimine, quod ubi factum non fuerit,nihil eſt quod dicta patrū
ſine textu,ſine iudicio proferuntur,Non enim licet claro textui contradicere,ꝑ quo-
rumcunq; auctoritatem,

Ratio 20. ¶ Quinto uellem ſcire inquit,qua dialectica teneret illa ſequela, Eccleſia ædifica-
tur ſuper aliquid (ut Petrum) ergo illud eſt uicarius CHRISTI, & prin-
ceps Apoſtolorum,ergo ſi ſupra fide ædificabitur(ſicut uerum eſt)
fides eſt uicarius CHRISTI, Non ergo Petro hic regimen
promiſſum eſt,ſed eccleſię cōſtructio, in ſpiritu fidei
deſcripta, in cuius Petrus perſona confitetur
petram,& claues accipit,ut unanimiter
dicunt ſancti pr̄es,hęc iacula Lud
derana fideliter renarrata,

Euacuat

Euacuantur rationes ſuperiores,& proponitur nullum Papam erraſſe diffinitiue,eccleſiam Roma.non poſſe errare,& uerus ſenſus.Tu es Petrus,explicat. Cap.XVIII.

Soluitur rō 14

SI quis priora noſtra recte attendit,iacula illa facile deprecabitur: ideo cum ex præcedentibus liquida ſint,non diutius immorabimur:admitto enim intelligentiam perfectam haberi,dum prȩcedentia & ſequentia recte conferuntur:at nego uſpiam hic uel ex præcedētibus,uel ex ſequentibus diffiniri,nullum recipere claues,niſi qui habeat reuelationem paternȩ auditionis,& confeſſionē Chriſti.Sed hoc bene colligitur, nullum debere recipere claues, niſi ſit talis, quia hic forma Petri ſcribitur,qualis debeat eſſe,non qualem eſſe ſit neceſſe.Vnde & hodie nulli claues committendæ ſunt, niſi explorata prius eius conditione, an dignus ſit recipere: quod titulus in iure pontificio indicat, de ſcrutinio in ordine faciendo,de ætate & qualitate ordinandorum, quod utinam tam diligenter facerent Epiſcopi, ꝗ̃ prompti ſunt in clerum excommunicationis gladio ſeuire,medios fructus cum incremento exigere &c.forte melius haberet res Chriſtiana, ſed qua diligentia ante promotionem Epiſcopi examinentur a Papa, & ſacerdotes ab Epiſcopis omnes nouimus.Sed hæc alibi de querimonijs defectuum utriuſq; ſtatus:perperam igitur infertur,malum Epiſcopum,non eſſe Epiſcopum, ſed hoc ſequitur, malum Epiſcopum non eſſe dignum Epiſcopum,ſicut qui non diligit Chriſtum,non eſt dignus paſtor, de quo infra. ¶ Prȩterea cum ſub intulit, nec S. Petrꝝ retinuiſſe claues ſic quas accepit, dico aſſumentem errare in limine,cum claues hic ſint,promiſſæ,non traditæ,nec dum Chriſtus ædificauerat eccleſiam ſuam ſuper Petrum, dum ad uocem hoſtiariȩ negaret dominum.Prȩſente enim Chriſto,non indigebat uicario,nunquid poſſunt filij ſponſi lugere,ꝗ̃ diu cum illis eſt ſponſus. Sed fundata eccleſia ſuper Petrum,portȩ inferi,hoc eſt hȩreticorum doctrinæ,non præualuerunt contra eccleſiā: nam aliȩ eccleſiæ particulares ſæpe defecerunt, ut prochdolor eccleſias perdidimus patriarchales,Conſtantinopoli,Hieroſolymis,Alexandriæ,& Antiochiæ: omnis Aphrica nobis adempta eſt per infideles,licet prius ſȩpe defecerint,hȩreticis in his ſedibus debachantibus ac inualeſcentibus.

Dignis claues dandæ.

Euacuatur.

Math. 9.

Oēs eccl'iæ patriarchales defecerūt præter Roma.

¶ Inconcuſſa tamen ſemper manſit fides catholica apud ſedem Romanam erecta ſolus,& doctrinȩ Chriſtianæ integritas,deficit Achaia,ubi Andreas, Aſia,ubi Iohannes,India,ubi Thomas,Perſis,ubi Symon & Iudas,Ethiopia,ubi Matheus,Hieroſolyma,ubi Iacobus,Grȩcia,ubi Paulus, Pontus & Galatia, ubi Petrus, Phrygia, ubi Philippus prȩdicauerunt.Roma ſemper in fide accepta ſtabilis permanſit,nullus in ea unꝗ̃ ſedit hæreſiarcha,adeo ꝙ & ſi non defuerint in ea prȩſidentes mali. Attamē non memini me audiuiſſe uel legiſſe per Roma.Ponti. diffinitiue & per ſententiam aliquid promulgatum fidei noſtrȩ repugnans,niſi mox diuina fuerit ſubſecuta ultio: non nego tamen aliquando fuiſſe conſperſos hȩreſi,aliquid erronei attentaſſe. Nonne hoc eſt mirificum opus diuinum:homines.n.hoc non poſſent in tanta rerum mutatione,ꝗd iam An.M.D.ubi præſiderūt Pontifices CCxxix.a uero fide publice diffiniēdo nullus defecit:hoc om̄ ætatū ſanctiſſimi exiſtimarunt uiri:non ob aliā (ut arbitror) cauſam:ꝗ̃ ꝙ ſupra petram firmata ſit, aduerſus quam nullȩ portȩ inferi hȩreticorum, Arrij,Sabellij,Macedonij,Neſtorij,Phocij,Donati,Heluodij,Ludderi,Huſſi,&c.oriantur,ſemper ipſa manebit incolumis,quod ut uerum credas,probatiſſima afferam teſtimonia.

Apl'orū ſedes defecerunt præter Petri.

Nullus Papa unꝗ̃ in fide errauit diffinitiue.

229. Pont. Ro.

Cypria.

Ruffinus.

¶ Cyprianus in expoſitione Symboli ait (quam Ruffini eſſe uolui ut meminimus, quod & probabilius apparet, quod dicat ſe in Aquilegienſi eccleſia baptizatum) de Roma,uerum priuſꝗ̃ incipiam de ipſis ſermonum uirtutibus diſputare, illud non

Eccl'ia Ro. nūꝗ̃ errabit in fide.

importune commendandum puto, quod in diuerſis eccleſijs, aliqua in his uerbis inueniuntur adiecta. In eccleſia tamen urbis Romæ hoc non deprẹhenditur factum (loquitur de Symbolo) pro eo arbitror, ꝙ neqꝫ hęreſis ulla illic ſumpſit exordium, & mos ibi ſeruatur antiquus &c. *Picus.* Addit Franciſcus Picus in Theoreumatibus de fide, nec incrementum ibi ſumpſit ulla hęreſis.

Iulius. ¶ S. Iulius in Epiſtola ad Athanaſium. Sancta Romana eccleſia, quę ſemper immaculata permanſit, domino prouidente, & B. Apoſtolo Petro opem ferente, in futuro manebit ſine ulla hæreticorum inſultatione, atqꝫ firma & immobilis omni tempore perſiſtet. *Gratianꝰ emẽdatus.* Scito Gratianum perperam hæc uerba Iulij coniunxiſſe uerbis B. Hiero. c. hæc eſt fides xxiiij. q. i.

Hierony. ¶ Beatus Hiero. in Epiſtola ad Damaſum Papam incip. quoniam uetuſto ait, de Romanis profligato a ſobole mala patrimonio, apud uos ſolos incorrupta patrum ſeruatur auctoritas, quæritur B. uir tot hęreſes naſci in orientali eccleſia, ideo ſynceram fidem petit ab occidente. *24. q. 1. quoniã*

Agatho. ¶ S. Agatho Papa omnibus Epiſcopis Galliæ & Hyſpaniæ, hęc ſancta & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quę per dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicę traditionis nunq̃ erraſſe probatur, nec hęreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit: ſed in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribꝰ ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fidetenus manet. *24. q. 1. a recta.* *Sixtus. c. memor.* Et Sixtus Papa. Memor ſum me ſub illius nomine eccleſiæ prẹſidere, cuius confeſſio a domino noſtro Ieſu Chriſto glorificata eſt, cuius & fides nullam hęreſim fouet unq̃. Siquidem omnes hæreſes deſtruit. *Euſebius. c. in ſede.* Et Euſebius Papa. In ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio.

Gelaſi. ¶ Gelaſius Papa ait ad Anaſtaſium Imp. una eſt Chriſtiana fides, quæ eſt catholica. Catholica autem ueraciter illa eſt, quę ab omnium perfidorum atqꝫ ab eorum ſucceſſoribus conſortibus, ſyncera pura immaculata communione diuiſa eſt. Hoc eſt quod ſedes Apoſtolica magnopere taxauit, ut quia mundo radix eſt, Apoſtoli glorioſa confeſſio, nulla rima prauitatis, nulla prorſus contagione macularetur.

Nico. in libello approbato tribus concilijs. ¶ Sic libello ſubſcripto in octauo Concilio actione prima legitur, in Sede Apoſtolica, immaculata eſt ſemper obſeruata religio, in qua eſt integra & uera Chriſtianę religionis ſoliditas.

Leo. ¶ Hinc rectiſſime dixit Leo magnus in ſecundo ſermone anniuerſarij ſuę ordinationis. Specialis cura a domino Petri ſuſcipitur.

Bernhar. ¶ Sic S. Bernhardus ad Innocentium ſcribit Epiſtola incipiente. Oportet. Oportet inquit ad ueſtrum referri Apoſtolatum pericula quęqꝫ & ſcandala emergentia in regno dei, ea prẹſertim quæ in fide contingunt. Dignum nanqꝫ arbitror, ibi potiſſimũ reſarciri damna fidei, ubi nõ poſſit fides ſentire defectum, hęc quippe eſt huius ſedis prẹrogatiua.

¶ Eſt & hoc pulchrum fidei noſtræ priuilegium, quod & ſi aliquando in cathedris *Maior pars ſacerdotum non errat.* ſanctis plures peſtilentiales ſedent. Tamen ſemper maior pars corporis ſacerdotalis in fide, & legę CHRISTI permanebit, quod pulchre Cyprianus contra Nouatianum deducit, *Cypria.* licet omnis homo mendax. Dominus tamen uerax: quare confeſſorum maior pars, & melior ſtat in fidei ſuę robore, & diſciplina dominicę ueritatis, & ſicut per caſum Iudæ, dignitas Apoſtolorum aliorum non eſt diminuta: ita etiam propter caſum aliquorum ſacerdotum a fide, alij dignitatem non perdunt. Vnde concludo S. Romana eccleſia Patriarchalis inter alias ſemper habita eſt, quę minus potuit errare. Ita modo omnino non errat, cum tota eccleſia ad eius unius redacta *Romana eccleſia non errat.* ſit Patriarchatum: Habes ergo candide lector, Eccleſiam Romanam in fide non defecturam, authoribus.

Ruffino.	Agathone.	Gelaſio.	Bernhardo.
Iulio.	Sixto.	Octaua Synodo.	Cypriano.
Hieronymo.	Euſebio.	Cyrillo.	

¶ Redeuntes ergo ad obiectiones friuolas diuerſarij dicimus, portas inferi, hæreticæ doctrinæ, nunq̃ præualituras eccleſiæ Romanę: quę non deficit. Neq; idonee aſſumit diuerſarius, oportere eſſe Epiſcopum ſanctum, ſi communis intelligentia iſtius dicti eſſet uera, quoniam fateor deberet eſſe Epiſcopus ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus: ſed falſo iacto fundamento, erroneum ſurgit ædificium, ꝙ nos qui ſic interpretemur, ut pręmiſimus, nullum relinquamus omnino pontificem. Vnde hic ueterum mouet errorem, ꝙ per peccatum mortale amittatur fides, quod ſuperius oſtendimus erroneum, & omnino diſſolutio ex prioribus liquet. *Hebre.7.*

¶ Ad ea quæ in maligno iudicio affert Ludderus reſpondeo, eiuſdem loci ſacrę ſcripturæ plures eſſe ſenſus, & ſpiritum ſanctum uoluiſſe ſtudio hanc obſcuritatem. Teſtis eſt Auguſtinus lib. xi. de ciuitate dei ca. xix. Quis itaq; diuini ſermonis obſcuritas, etiam ad hoc eſt utilis, quod plures ſententias ueritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eum ſic, alius ſic, intelligit: ita tamen ꝙ in obſcuro loco intelligitur, uel atteſtatione rerum manifeſtarum, uel alijs locis minime dubijs aſſeratur. Siue cum multa tractantur, ad id quoq; perueniatur, quod ſenſit ille, qui ſcripſit, ſiue id lateat, ſed ex occaſione tractandæ profundę obſcuritatis alia quædam uera dicantur, non mihi ab operibus dei uidetur abſurda ſententia: expende aureum Auguſtini dictum candide lector, ſacrę ſcripturę obſcuritatem non eſſe fruſtra: dein ꝙ plures ſententias ueritatis parit, ita ꝙ duo ſenſus ſuper eodem textu allati ambo ſint ueri: tertio ꝙ ſenſum obſcurum debet ex alijs manifeſtis probare. Iam dico uerbum. Math. xvi. ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, geminum habere ſenſum. Primo enim per petram intelligitur Petrus. Secundo per petram intelligitur Chriſtus, addunt aliqui per petram intelligi ſoliditatem fidei, quos omnes ſenſus dico eſſe ueros. Et primus apparet mihi eſſe ſenſus germanus & principalis, licet Petrus propterea non ſit petra principalis. *Diluitur rō 16* *Sacræ ſcripturæ plures ſenſus.* *Nota bene.* *Triplex ſenſus* *Math.16.*

¶ Ad cauillos quos mouet in oppoſitum, dico ad primum, ꝙ Petrus ſit petra, nec oportet ꝙ in alio loco ſcripturæ Petrus dicatur petra: nam in obſcuris eſt recurſus habendus ad clarum textum ſecundum Auguſtinum. At hic clariſſimus textus habetur: ideo non eſt neceſſe aliunde mendicare intellectum: nam ſi probus ille Syrus aut alius gentilis legeret hęc uerba. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, ſtatim prima animi conceptio eſſet eccleſiam ædificari ſuper Petrum: quare iſte eſt ſenſus genuinus, proprius, germanus, Primarius uerboꝝ Chriſti, uelut ab initio oſtendimus. Adde quod licet Petrus non dicatur alibi petra in ſacris literis, tamen typus eius eſt lapis, ſicut & aliorum Apoſtolorum per xij. lapides deſignatorum. Et cum petra hic nihil aliud denotet, niſi fundamentum alibi nos reperimus, Petrum eſſe fundamentum eccleſię cum alijs Apoſtolis. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis nomina duodecim Apoſtolorum & agni. Ob id B. Hierony. dixit ſuper Petrum fundatur eccleſia, licet ad ipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat. Vnde Chriſtus eſt principale fundamentum in comparatione ad Petrum, & Petrus eſt primarium in comparatione ad alios diſcipulos, uelut Hiero. ubi ſupra lib. i. contra Iouini. indicat. *Syrus iudex* *Athanaſij.* *cap.3.* *Ioſ.3.* *Apoca.21.* *Hierony.* *Enodatur ratio 17.*

¶ Ad tertium cauillum apertiſſime nugatur diuerſarius hic Petrum diſtingui manifeſte a petra: & cum probat, quia alias dixiſſet, ſuper te ædificabo eccleſiam meam. Dico primo ꝙ ridiculus diuerſarius non debet docere loqui æternam ſapientiã dei, in qua ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ abſconditi. Secundo eſt argumentũ maxime uitioſum, quod per omnia quadrat in adducẽtem. Simili enim argumento *Ephe.2.* *Ludder uult eſſe magiſter Chriſti.* *Sc'do. Argu. uitioſũ.*

dicerem contra eum, ſi Chriſtus eſſet hic petra, tunc dixiſſet. Tu es Petrus, & ſuper
Tertio. me petram ædificabo eccleſiam meam. Dico tertio ꝙ Hierony. ita intelligit. Tu es
Quarto. Petrus & ſuper te ædificabo eccleſiam meam. Dico quarto diuerſarium eſſe oblitũ
Grammaticæ, cum magis conueniat idem demonſtrari, ſi non expreſſum fuerit ali-
Quinto. ud demonſtrari, & ita tu & hanc idem demonſtrant. Dico quinto hoc colligi ex uer
bis prȩcedentibus & ſequentibus: nam ab initio demonſtrat Petrum. Tu es Petrus.
In fine demonſtrat Petrum. Tibi dabo, quare non uidetur aliud demonſtrare in me
Sexto. dio, ſuper hanc Petrã ædificabo eccleſiã meã. Dico ſexto hoc colligi ex ratione &
cauſa dicendi, quia dominus pro tam glorioſa confeſſione Petri, uoluit ei aliquid p̃-
mĳ referre: quare ad eum qui meruerat & qui fuerat confeſſus Chriſtum hæc uer-
ba referenda ſunt: quibus deus uoluit oſtendere quid magni, quod Petro retribue-
Septimo. ret pro illa confeſſione. Dico ſeptimo, non eſſe magnum, ſi hæc uerba referantur ad
CHRISTVM, quia ſi Petrus ex reuelatione patris nouit dominum eſſe filium dei
uiui, nouit ſuper eum primario fundari eccleſiam: & ita dominus nihil magnum ei
Octauo. dixiſſet nouum, prius ſibi ignotum. Dico octauo plus eſſe contra Germanum ſen-
ſum & proprium, ſi quis per nomen tertiæ perſonȩ demonſtret ſeipſum, ꝗ cum de-
Nono. monſtret alium. Dico nono ſi per petram intelligatur Petrus apparet etiam iſte ſen
ſus uerior, ꝗ ſi intelligatur dominus IHESVS. Ait enim in futuro, ut ponderat B.
Hierony. Hierony. ſed in futuro ædificanda erat eccleſia ſuper Petro, quæ tunc præſenter ȩdi-
ficabatur ſuper Chriſto. Vnde ſi demonſtraſſet ſeipſum dominus, tunc potius dixiſ-
Decimo. ſet. Tu es Petrus, & ego ſuper hanc pe. ȩdifi. eccle. meam. Dico decimo ꝙ Chriſtus
denotando Petrum maluit dicere ſuper hanc petram, quam ſuper te, ad exprimen-
dam fundamenti firmitatem, ſoliditatem, & immobilitatem, & tamen ne crederemꝰ
ſolum Petrum eſſe fundamentum eccleſiæ & petrã, ideo prouide Paulus hoc nobis
1. Corin. 10. expoſuit, petra aũt erat Chriſtus, licet tũc loqueret̃ Apoſtolus de petra quȩ erat fi-
Exo. 17. gura Chriſti, de qua biberant patres Exo. xvĳ. I iam audacule & dic te habere ſen-
ſum Germanum & Grammaticum iſtorum uerborum.
Interimitur ratio 13. ¶ Ad tertium cauillum infantilem piget me reſpondere: dico tamen breuibus Pe-
trum eſſe partem eccleſiȩ, & nego illationem, ergo non eſt petra et fundamentum ec
cleſiæ. Immo maxime oppoſitum ſequitur, ſi eſt Petra & fundamentum eccleſiæ, er-
go eſt ut ſic pars eius, cum pueri in locis dialecticis nouerint fundamentum, parietes
& tectum eſſe neceſſarias partes integrales domus: inaniter garrit idem ȩdificari ſu-
Papa quõ ſubeſt ſibi ipſi. per ſeipſum, nam & hoc dicere poſſum, & ſuperius oſtendimus, Petrum, uel Papã,
ut ſingularẽ hominẽ, ſubeſſe ſibi ipſi, ut Papȩ. Sicut dux Auſtriacus ſubeſt ſibi ipſi,
Iam non appellatur ab eo, q̃ archidux, ſicut nec à rege uel prætore. ut Imperatori. Ideo lata ab eo ſententia, ut Duce Auſtriȩ, appellatur ad iudicium ei
us Imperiale: Eſt ergo pars Petrus eccleſiȩ quia uel fundamentum, ut Papa uel ſub-
ditus, ut ſingularis homo: iam uides candide lector: quid eſt relictis uerbis ſcripturȩ
& intellectu ſanctoꝝ patrum, pro arbitrio & praua uoluntate textum ſacrarum lite-
In temerarios. rarum torquere & dilacerare, ut in eam prȩcipitetur cœcitatem, ut oculos habeat, &
non uideat, intellectum habeat, & patentiſſima pueris obuia non intelligat.
Ratio 19. conſolitur. ¶ Ad quartum de uerbo ȩdificare, quod ipſe exponit, ideſt incorporari per fidem
& creſcere in Chriſto, nego illam interpretationem uiolentam: bene uerum eſt, ꝙ
iam ȩdificatus ſuper petram incorporatur in Chriſto per fidem. Attamen illud in-
Hiere. 1. corporari per fidem, non prȩciſe eſt ȩdificare. Sicut Hiere. Ecce conſtitui te hodie ſu
per gentes & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ȩdifices
Hiere 18. & plantes, & infra. Subito loquar de gente & regno, ut ædificem, & plantem. Vnde
ſic ȩdificauit eccleſiam, quia dedit ei plenitudinem poteſtatis, ex qua in totam plæbẽ
Aedificare non eſt regere. Chriſtianam, diuina munera deriuantur, ad quam uelut ad caput omnes recurſum
haberent. Vnde non dixi unꝗ̃ ædificare eſſe regere: ſed quia dominus ædificauit

eccle-

eccleſiam ſuper Petrum: ideo conſecutiue habet regimen ſuper eccleſiam. Quod ipſe præferre uult clarum textum, auhoritati Sanctoꝝ Patrum, nemo ignorat præferendum textum Gloſſæ: ſed quis ita deſipit, qui credat tot ſanctos & doctiſſimos patres in omni Philoſophia Ethnica & ſacris literis exercitatiſſimos ſpiritu ſancto plenos, non intellexiſſe clarum textum, & hunc diuerſarium, modo intelligere.

¶ Ad illationem, quod licet non ualeat de omni ædificatione, tamen ſuper hominẽ purum ædificari eccleſiam, arguit ipſum eſſe prælatum & uicarium, quare non poteſt argumentari de fide. Vnde patet recte ſanctos patres affirmaſſe, Petro hic regimen ſuper eccleſiam promiſſum, & ſimul eccleſiæ ædificationem ſuper Petro: quã libenter fateor in ſpiritu & fide factam eſſe, patet ergo uoculam ædificare, etiam ſi non probaret regimen, tamen ei non repugnaret: at iuxta Sanctorum Patrum traditionem, oſtendimus per illam probari regimẽ & primatum Petri ſup tota eccl'ia.

Diluuntur tres rationes adductæ & oſtenditur Ludderum falſum impoſuiſſe Panor. & Gloſſę. Cap. XIX.

POſtremo adducam rationem Ludderi, quam ab initio formauit. Ipſimet inquit iureconſulti, Primatus huius aſſertores recedunt ab hoc ſenſu, & negant hoc uerbo, Petro datum Primatum conſequenter & Ro. Pontifi. ſicut Gloſ. in. c. conſiderandum. I. diſ. & Panor. in. c. ſignificaſti de elect. Vnde dicunt, Ratio. 10. Non hoc uerbo, ſed illo uerbo, paſce oues meas Petro eſſe collatum Pontificatum Panor. eccleſiæ. Si ergo ipſis iuriſtis, licet negare tot textus expreſſos decretoꝝ & diſſentire omnibus quæ diſ. xvij. xviij. xix. xxi. xxij. tã copioſe & pertinaciter ex hoc uerbo Math. ſtatuuntur, cur mihi nõ liceat frigidiſſima decreta appellare Theologo, cum ea negare & annihilare liceat iuriſtis? perſequantur primum ſeipſos, maioris criminis reos, aut ſi ueniã merentur decretoꝝ negatores & craſſatores, ſine peccato erit, qui inefficaces aſſerit, & frigidas decretorum probationes. Neq; n. ego, ait Ludderus ea negaui, ſicut illi, ſed frigere tantum ad probandum dixi, ſicut reuera frigent, niſi quod ad locupletandũ locũ ualent, exemplo eoꝝ, quę per uim dicũtur, & in alienam ſentẽtiam trahuntur. Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ipſimet diſcedunt, nihil iſtis decretis probatur, quæ ipſimet negant, neutriſq; confidunt.

¶ Et mouẽtur ad hoc ſatis forti ratione, quę aduerſarios reddat inuictos, ſcilicet hoc, Ratio. 11. quod Chriſtus (ut etiam B. Hierony. eodem loco exponit) non tradit Petro claues, Hierony. ſed promittit dũtaxat. Ideo currendũ eſt ad locũ, in quo tradit claues. Et tunc inuenitur illud Ioan. ulti. quod non ad Petrum, ſed ad omnes dicit, accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. Ex quibus uerbis liquet non ſolum, quibus in Petro claues promiſerit (nempe toti eccleſiæ) ſed etiam quid per claues promiſſas uelit intelligi, nempe remiſſionem & retentionem peccatorum.

¶ Et in diſputatione Lipſica congreſſu tertio cõtra doctores, & ſanctos patres, tunc Ratio. 12. per me citatos, & ſuperius adductos aiebat, Quod ſi etiam Auguſtinus, & omnes patres, Petrum intellexerunt per petram, reſiſtam ego eis unus authoritate Apoſto 1. Corin. 3. li Pauli, id eſt diuino iure, qui ſcribit, fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præterq; quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus, & authoritate Petri, ubi Chriſtũ 1. Petri. 2. lapidem uiuum & angularem appellat, docens, ut ſuper ædificemus in domum ſpiritualem. Alioquin ſi Petrus eſſet fundamentum eccleſiæ lapſa fuiſſet eccleſia ad unius ancillæ hoſtiariæ uocem, quam tamen nec portæ inferorum expugnare poterunt. Sequitur ergo quod ſancti patres, quando Petrum appellabant petram, hoc loco, uel humana patiuntur, uel aliquem alium ſenſum habent, de quo non pronuntio. Ideo illud Ambroſij libenter admitto, Petrum eſſe petram Ambroſi.

cum & quilibet Chriſtianus ſit petra, propter Chriſtum, in cuius ſoliditate firmatur,
& unum cum eo efficitur.
Euacuatur ra- ¶ Diluam primo hoc ultimum ſicut extemporarie Lipſiæ reſpondi, ut notarij iu-
tio. 22. rati nomine principis & uniuerſitatis exceperunt. Sed quã modeſte & humiliter pa-
Ludderi teme- ter Auguſtinianus reſponderit aliorum ſit iudicium, cum unus promiſerit tot ſan-
ritas. ctis patribus ſe oppoſiturũ, hoc eſt uere Bœhemicum credere ſe plus intelligere ſa-
cram ſcripturam, quam ſummi pontifices, concilia, doctores, & uniuerſitates in mag-
no uigore exiſtentes. Cum tamen ſpiritusſanctus eccleſiam ſuam nunq̃ deſeruerit:
& mirum eſſet ſi illam ueritatem deus tot ſanctis & martyribus occultaſſet, uſq;
ad aduentum illius patris: neq; euincit quippiam B. Pauli inductio, quod eius dicta
ſanctis patribus & doctis minime aduerſentur. Eſt Chriſtus petra, eſt fundamentũ,
eſt lapis angularis, eſt caput eccleſiæ indubitatum, porro illa non debere attribui
eius uicario contra ſanctorum patrum & martyrum atteſtationem non eſt acceptã-
Petrus negauit dum: ratiunculam adiecit, nuper in ſermone uulgari diſſeminatam, de ancilla hoſtia-
ad uocẽ hoſtia- ria: parcat mihi Ludder, cum philoſophiam Ariſtotelicam contemnat, & gramma-
riæ. ticam tantifaciat, cur hic lynceis ſuis oculis, uerbum ædificabo futuri temporis non
Ex diſputatio- perſpexit. Non enim ſponſo præſente, ubi filij lętabantur, opus erat uicario, neq; tũc
ne Lipſica. Chriſtus ei poteſtatem dedit clauium, ſed potius promiſit: ante ergo clauium, & po-
Ambroſi. teſtatis dationem, ab hoſtiaria interpellatus fuit S. Petrus, quod & Ambroſius. De.
Grego. in Grego. teſtantur, hæc in diſputatione. Et in nouo actu diſputationis. Ego autem
eum locum ob hoc induxi, quod oporteat paſſus ſacræ ſcripturæ concordes oſten-
dere, & cum Apoſtolus Paulus unum fundamentum Chriſtum poſuiſſet, & nemo
aliud ponere poſſet, Petrum per hoc fundamentum eccleſiæ negari non debere,
Concordatur quia Ioannes & ipſe Sanctus duodecim poſuerit fundamenta, quod niſi diſtinctio-
Paulus & Ioã. nem acceperis, de fundamento fundamentorum, id eſt principali, & ſubſtituto ſeu
Apocalip. 21. ſecundario, Paulum, & Ioannem non concordabis: Hæc in diſputatione fideliſſime
Non quilibet fi- per notarios ex nobis excepta, quibus illud ultimum ſatis eſt dilutum: de Ambro-
delis eſt petra ſio, quod aſſumit Ludderus, quemlibet Chriſtianum eſſe petram, contra omnium
Amb. Sanctorum patrum ſententiam, nec ſic dabit, quomodo eccleſia ędificetur ſupra pe-
tram, niſi quilibet ædificetur ſuper ſe ipſo: taceo quod ſic quilibet eſſet fundamen-
tum, cum hic appellatio petræ dicat ſoliditatem fundamenti ſecundum ſanctos.
Diluitur. 20. ra- ¶ Iam redeo ad primam obiectionem facillimę dilutionis, primo cum citat Gloſ. L.
tio. diſ. conſiderandum, dico ſi uult ſtare authoritate gloſſæ, ſtatim finiemus negotium:
Gloſſa. quia fatetur gloſ. Petrum factum principẽ eccleſiæ per iſta uerba, paſce oues meas,
non per iſta, Tu es Petrus, quod omnes admittimus: neq; unq̃ legi aliquem aliter de-
Hierony. terminaſſe, & pro hoc ſuperius allegauimus Hierony. ſuper Math. hæc eſt rei ueri-
tas, quod per iſta uerba. Tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ę. e. m. Probatur primatus
Petri, ſed tunc non eſt datus ei principatus: probatur autem ex eo, quia deus ſibi pro-
miſit, qui eſt indefectibilis ueritatis & infallibilis: & igitur promiſſum conſtanter ſer-
Panor. uauit & exhibuit. Idem de Panor. unde falſum imponit ipſis, quod negent Decre-
ta. Decreta enim non negant: ſed ſi aliqua dicunt dominum dediſſe ibi pri-
matum intelligendum eſt promiſſiue: merus cumulator diſtinctionum, cũ diſ. xvij.
Ludderus fal- Nec unum uerbum fiat de dicto illo. Tu es Petrus. Vnde falſum aſſumit, quod iuri-
ſum ĩponit Pa- ſtæ negent illa decreta, & falſo illo præſuppoſito, ait & ſibi licere: quamuis ſi etiam
nor. aliqui negarent decreta, quod non faciunt, adhuc ſibi non liceret, cum allegare in-
Diluitur rõ. 21 conueniens non ſit ſoluere: quare & de uento erunt, & reliqua quæ crepat ſuper
eo propoſito: frigent aduerſario decreta, ſcio quomodo caleſcerent: denuo eis falſũ
imponit, quod ab illo textu diſcedant, quod neq; ad latum unguem faciunt: de ra-
tione eorum. miror quomodo Ludder fateatur aduerſarios reddere inuictos, cum

bellatoꝝ

bellatorum ſit exarmare hoſtem, non inuictum reddere: unde uerum eſt & nemo negat, claues ibi eſſe promiſſas, alio loco datas: Sed eccleſiaſticus Theologus, qui ſolus Byblia tenet, Ioan. ulti. allegat, quod ibi nunq̃ comperitur. Hoc eſt uerum Ioan. ulti. legi illud, paſce oues meas, & ibi dedit Petro, quod promiſit Math. xvi. ut gloſ. illa diſ. L. conſiderandum, affirmat. Porro falſum eſt, quod poteſtas Petro promiſſa, fuerit data omnibus Apoſtolis Ioan. xx. Sed ſicut omnibus Apoſtolis in cæna dedit poteſtatem ſuper corpus ſuum uerum, eos ordinando in ſacerdotes, ita poſt Reſurrectionem dedit poteſtatem eis ſuper corpus ſuum myſticum, & ita completum ſacerdotium in eis fecit: & poſt hoc Petrum inter eos extulit, ut paſtorẽ, ut primatum, ut principẽ eorum. At quia ſubdole & nequiter uoluit arripere anſam negandi decreta, quia gloſſa, & Panor. negauerint ea (quod tamen falſum eſſe oſtendimus) poſt alia incipit Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum conſtituta conuellere, in fabulas redigere, tanta impudentia, ut qui ſummorum Pontificum ſanctitate & eruditione commendatiſſimorum decreta, ita exibilauerit, uiderim neminem. Hac itaq; ratione, cum decreta aliquot per nos allata calumnietur, tantæ mordacitati, hærculea audacia occurrendum eſt.

Locus in Ludder & lapſus.
Ioan. ulti.
Iohan. 20.
Luce. 22.

Quomodo obſeruanda ſint Romanorum pontificum decreta, & quis ſit codex Canonum apud antiquos. Cap. XX.

Diluturus blacteramenta Ludderana cõtra ſummorum Pontificum decreta, uideor recto ordine proceſſiſſe, ſi initio oſtenderimus: in qua ueneratione ſummorum Pontificum decreta ſint habenda: quantaue obſeruantia ſint recepta: obiter ergo retexamus ea quæ propoſito noſtro deſeruiunt. Primo ipſos Pontifices audiamus, dein Sanctos doctores. Prodeat ergo primus Leo. I. Papa Sanctus, ueſtræ indicimus charitati, ut ab Apoſtolicis inſtitutis, nullo ulterius recedatis exceſſu: quia inultũ poſt hoc eſſe non poterit: ſi quiſq̃ Apoſtolicas regulas in aliquo credidit eſſe negligendas. Et in Codice Canonum dicit. Ne quid uero ſit quod prętermiſſum a nobis forte credat, omnia decretalia conſtituta, tam bonę recordationis Inno. quam omnium prædeceſſorum noſtrorũ, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & Canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita noſtra delegatione cuſtodiri mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, ueniam ſibi deinceps nouerit denegari.

Decrete Sum. pon. approbata
Leo.
Diſ. 11. hoc neſtræ.

¶ Calixtus Papa & Martyr ait. Nõ decet a capite membra diſcedere, ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur, nulli uero dubium eſt, quod Apoſtolica eccleſia mater ſit omnium eccleſiarum, a cuius regulis nullatenus conuenit nos deuiare.

Calixtus.
Diſ. 12. non decet.

¶ Stephanus Papa & Martyr ait. Enimuero quia in ſpeculum & exemplum Romana eccleſia, cui nos præeſſe uoluit, præpoſita eſt ab omnibus, quicquid ſtatuit, ordinat, perpetuo quidem & irrefragabiliter obſeruandum eſt.

Stephanus
Diſ. 19. enim uero.

¶ Damaſus Papa omnibus Epiſcopis ſcribit, Obſeruetur inquit ab omnibus, ut illa ſemper, quæ Apoſtolica inſtitutione & patrum traditione ſunt cõſtituta, ſub metu, irrefragabili authoritate teneantur. Et iterum. Omnia decretalia cunctorũ prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quę de eccleſiaſticis ordinibus & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus Epiſcopis & ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, ueniã ſibi honoris deinceps nouerit denegari. Gratianus refert. Et S. Iuo ſimiliter, licet incipiat eum alio capite, profiteor: tamen Nicolaus Papa diſt. xix. Si Romanorum, citat eum eſſe Leonis ut paulo ſupra meminimus, Gratianus, alium Canonem, uiolatores Damaſi tranſcripſit. Violatores Canonum uoluntarie grauiter a ſanctis patribus iudicantur, & a ſancto ſpiritu, inſtinctu cuius ac dono dicati ſunt, damnãtur: quoniam blaſphemare

Damaſus.
25. q. 1. omnia.
Iuo.
Nicolaus.
Locus gratiani emendatus.

ſpiritum Sanctum non incongrue uidentur: qui contra eoſdem ſacros Canones nõ neceſſitate compulſi, ſed libenter aliquid aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere uolentibus, ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte unum genus eſt blaſphemantium ſpiritum Sanctum.

Innocentius. diſ. 11. quis neſciat.

¶ Innocentius Papa S. Auguſtino familiaris. Quis neſciat inquit, aut non aduertat, id quod a principe Apoſtolorum traditum eſt, ac nunc uſq; cuſtoditur ab omnibus debere ſeruari: nec ſuperduci aliquid quod authoritatem debeat generalem aliunde accipere, uel exemplum. Idem Innocen. ſcribit ad concilium Aphricanum (ut latius dicturi ſumus lib. ij.) uelut inter Epiſtolas Auguſtini legitur, & gratianus tranſcripſit.

Innocentius. Augu. 24. q. 1. quoties

Quoties ratio fidei uentilatur, arbitror omnes fratres, & Epiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris authoritatem referre debere, uelut nunc dilectio ueſtra retulit, quod per totum mundum poſſit eccleſijs omnibus prodeſſe.

Gelaſius.

Gelaſius Papa ait Canone. ix. Cum decreta uenerabilium Sanctorum nos quoq; magnopere cuſtodire nitamur, atq; ſine eoꝝ diſpendio etiã, illa quę alicuius utilitatis fortaſſe compendio uideantur laxanda credamus. Cumq; nobis contra ſalutarium reuerentiam regularum cupiamus temere nil licere, et cũ ſedes apoſtolica ſuperior his omnibus fauente domino, quæ paternis præfixa canonibus, pro deuotoq; ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum, quemq;, uel Pontificum, uel ordinũ ſubſequentium, hanc obſeruantiam refutare: quam beati Petri ſedem, & ſequi uideat & docere: ſatiſq; conueniens ſit ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordet: quam illic uigere conſpiciat: ubi dominus eccleſiæ totius poſuit principatum. Præter conſtitutionum approbationem, habes hic unum pro principali inſtituto, dominum dediſſe principatum eccleſiæ Romanæ.

Hormiſda. Bonifacius notarius.

¶ Hormiſda papa ait, prima ſalus eſt recte fidei regulam cuſtodire & a conſtitutis patrum nullatenus deuiare, ita ſcripſit omnibus Epiſcopis per Hiſpaniam, Bonifacio notario ex ſcrinio bybliothecæ Romanæ proferente libellum patrum, ſic incipientem, uti ſupra meminimus.

B. Grego. Diſ. 11. præceptis.

¶ B. Grego. ait. Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur: ſed per obedientiam quæ a ſancta Romana eccleſia & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt ſalutifere impleantur: ſi eiuſdem ſanctæ dei eccleſię, quæ eſt caput ueſtrum communionem habere deſideratis, non nouum aliquid præſenti iuſſione præcipimus: ſed illa quæ olim uidentur indulta firmamus: cum nulli dubium ſit, quod non ſolum pontificalis cauſatio, & omnis ſanctæ ſpei Romanæ eccleſiæ, & religionis relatio ad Sed. Apo. quaſi ad caput omnium eccleſiarum debuit referri, & inde normam aſſumere, Vnde aſſumpſit exordium: ne caput inſtitutionis uideatur omitti: cuius authoritatis ſanctionẽ omnes teneant ſacerdotes: qui noluerint ab Apoſtolicæ Petræ ſuper quam Chriſtus uniuerſalem fundauit eccleſiam ſoliditate cõuelli.

Nota pro Primatu. 26. q. 1. hac conſona.

Si quis hęc Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur. Hæc b. Gregorius uir minime ambitioſus, & iterum hac conſona Sanctis patribus diffinitione ſancimus, ut qui ſacris obedire canonib. neſcit, nec ſacris miniſtrare altaribus, nec communionem capere ſit dignus, & iterum.

Diſ. 19. nulli.

Nulli phas eſt, uel uelle, uel poſſe tranſgredi Apoſt. ſed. præcepta, nunc noſtrę diſpoſitionis miniſterium, quod ueſtrã ſequi oportet charitatẽ: ſit ergo ruinę ſuę proſtratus: quiſquis uoluerit Apoſtolicis contraire decretis: nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat: ſed exors a ſancto fiat miniſterio: nec de eius iudicio quiſq; poſtea curam habeat: quoniam iam damnatus a ſancta Apoſtoli. Eccle. ſua inobedientia atq; preſumptione, & infra. Sitq; alienus a diuinis, & pontificalibus officijs, qui noluerit Apoſtolicis pręceptis obtemperare.

Adrianus.

¶ Adrianus Papa etiam Reges anathematizauit, quicũq; ſedis Apoſtolicę decreta uiolare non formidarent.

Leo iiij

¶ Leo.iiij.Canone primo.Ideo permittente domino,paſtores hominum ſumus effe Leo.4.
cti: ut quod patres noſtri,ſiue in ſanctis Canonibus,ſiue in mundanis effinxere legi
bus,excedere minime debeamus.Contra quippe eorum ſaluberrima agimus inſti-
tuta: ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto,intactum non conſeruamus,& iterum
ſicut Gratianus quoq; renarrat.Quam ob cauſam magna uoce pronunciare non ti- Diſ.10.de libel
meo,quia qui quæ prædiximus ſanctorum Patrum ſtatuta quæ apud nos Canonũ lis.
nomine prætitulantur,ſiue ſit Epiſcopus,ſiue clericus, ſiue laicus, non indifferen-
ter recipere conuincitur,nec Catholicã,& Apoſtolicam fidem,nec ſancta quatuor
Euangelia,utiliter & efficaciter ad effectum ſuum retinere uel credere probatur.

¶ Nicolaus Papa Canone.xxxviij. & repetit Gratianus.Si quis dogmata,manda- Nicolaus.
ta,interdicta,ſanctiones,uel decreta,pro catholica fide, pro eccleſiaſtica diſciplina, 25.q.1. Si quis
pro correctione fidelium,pro emendatione ſceleratorũ,& imminentium & futuro dogmata.
rum malorum,a Sedis Apoſtolicæ præſule ſalubriter promulgata contempſerit,ana
thema ſit.Idem apertiſſime hoc declarat ad Epiſcopos Galliæ, cuius decretum eſt
uulgatiſſimum & ineuincibile,& licet ſit prolixum, præſtat tamen illud renarrare.
Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum Opuſcula tractatorum appro- Diſ.19. Si Ro
bantur uel reprobantur: ita ut quæ Sedes Apoſtolica probauit,hodie teneatur ac- manorum.
ceptũ: et quod illa repulit,hactenus ut inefficax habeatur: quanto potius ea,quæ ab
ipſa pro catholica fide pro ſanis dogmatibus, pro multifarijs eccleſiæ neceſſitatibus
& fidelium moribus,diuerſo tempore ſcripſit,omni debent honore præferri, & ab
omnibus prorſus in quibuſlibet oportunitatibus,diſcretione,uel diſpenſatione ma-
giſtra reuerenter aſſumi: quamq; quidam ueſtrum ſcripſerint,haud illa decretalia
priſcorum Pontificum in toto Canonum codicis eſſe deſcripta,& ideo inter Cano-
nes non aſſumenda,cum & ipſi ubi ſuæ intentioni hic ſuffragari conſpiciunt, ut in
illis indifferenter utantur,& ſolum nunc ad diminutionem ſedis Apoſtoli. poteſta-
tis,& ad ſuorũ augmentũ priuilegiorũ minus accepta eſſe ꝓhibeãt, & ſeq. Cano.x.

¶ Si ideo non eſſe Decretales Epiſtolas Priſcorum Pontificum Romanorum ad-
mittendas dicunt,quia in Codice Canonum non habentur aſcriptæ: Ergo nec San
cti Gregorij,nec ullius alterius qui ante ipſum fuit,uel poſt ipſum eſt aliquod inſti
tutum,uel reſcriptum recipiendum: eo quod in Codice Canonum non habentur
aſcripta: Ergo doctrinam eorum & ſanctiones, quæ ab omni lingua uenerantur,
quia in Codice Canonũ nõ habent aſcriptæ,de codicibus abradant: ut quid,uel mẽ
branas occupant,poſt quã non habentur acceptę.Sed quare multum immoremur,
cum nec ipſas diuinas ſcripturas ueteris,& noui teſtamenti: iam recipiemus ſi iſtos
dixerimus audiendos eſſe.Etenim neutrum horum in Codice Canonum eccleſia-
ſticorum habetur inſertum.

¶ Sed reſponſuri ſunt iſti,qui non ad obediendum,ſed ad reſiſtendum potius parati
ſunt,dicentes,quod inter Canones inueniatur capitulum. S.Innocentij Papæ,cuius
authoritate doceatur a nobis utrumq; teſtamentum eſſe recipiendum,quãq; in ipſis
paternis canonibus,nullum eorum ex toto contineatur inſertum:

¶ Quibus ad hæc aſſerendum eſt, quoniam ſi uetus,nouumq; teſtamentum, reci-
pienda ſunt,non quod Codici canonum ex toto habeantur annexa,ſed quod de his
recipiendis Sancti Papæ Innocentij prolata uideatur eſſe ſententia: reſtat nimirum,
quod decretales Epiſtolæ Romanorum Pontificum ſunt recipiendæ,etſi non ſunt
Codici Canonum compaginatæ: quoniam inter ipſos Canones unum B. Leonis
Capitulum conſtat eſſe permixtum,quo ita omnia decretalia conſtituta ſedis Apo
ſtolicæ cuſtodiri mandantur,ut ſi quis in illa commiſerit, nouerit ſibi ueniam dene
gari(interſerit uerba canonis ſub Leone recitata)

¶ Dicendo uero omnia decretalia conſtituta,nullum de decretalibus cõſtitutis

prætermiſit, quod non mandauerit eſſe cuſtodiendum, & rurſus aſſerendo omniũ deceiſorum noſtrorum, nullum Romanorum Pontificum, qui ante ſe fuerunt excepit, cuius ita non præceperit decretalia conſtituta ab omnibus cuſtodiri, ut ſi quis in illa commiſerit, ueniam ſibi deinceps nouerit denegari. Itaq; nihil intereſt, utrum ſint omnia nec ne, decretalia ſedis Apoſtolicæ conſtituta, inter Canones Conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore compaginari nõ poſſunt, & illa eis interſint, quæ firmitatem his quæ deſint, & uigorem ſuum aſſignent, præſertim cum Synodalia geſta, inter quæ & ipſi Canones ſtatuti ſunt, in Codice Canonum non habentur, ſed a nobis omni cultu debito uenerentur.

Gelaſius.

¶ Conſonat autẽ huic beatiſſimo Papæ Leoni Sanctus & facundiſſimus in decretis ſuis Papa Gelaſius, ita inquiens decretales epiſtolas quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab urbe Roma pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt uenerabiliter ſuſcipiendas decreuimus. In quo notandum, quia non dixit decretales epiſtolas, quæ inter Canones habentur, nec tantum quas moderni Pontifices ędiderunt, ſed quas beatiſſimi Papę diuerſis temporibus ab urbe Romana dederunt, dictis autem diuerſis temporibuſ, & illa tempora uir ſanctus comprehendit, quæ crebreſcentibus paganorum perſecutionibus, ad ſedem Apoſtolicã deferri cauſas Epiſcoporum difficillime permittebant: his itaq; diuina fauente gratia prælibatis, oſtendimus nullam eſſe differentiam, inter illa decreta, quæ in corpore Canonum habentur. Sed. Apo. prę̨ſulum, & ea quę præ multitudine, uix per ſingula corporum uolumina reperiuntur, cum omnia & omnium prædeceſſorum ſuorum decretalia cõſtituta, atq; decretales Epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab urbe Romana dederunt fore uenerabiliter ſuſcipiendas, & cuſtodiendas, eximios prę̨ſules Leonem ſcilicet, & Gelaſium mandaſſe probauimus, hęc Nicolaus, decretum illud etſi prolixius libenter renarrauimus, quod abunde intẽtum probet Nicolaus.

Codex Canonum quis ſit.
Diſ. 10. de libellis.
Leo. 4.
S. Emeranus Ratiſponæ.
Grego.
Iam illum ędidit Cochleus noſter.

Loquitur autem (ne & hoc ignores candide lector) de antiquiſſimo decreto, quo olim utebantur, in quo Canones habentur xij. conciliorum &. xv. Summorum Pontificum, cuius meminit, & Leo. iiij. Illud decretum iam in manibus habeo. D. Ambroſij Abbatis. S. Emerani Ratiſponenſis benigtate, meminit huius libri codicis canonum B. Gregorius in regiſtro ad Secundinum ſeruum dei incluſum lib. vij. Epiſtola Liij. quem ego pro communi ſtudioſorum utilitate curabo, ut prope diem in lucem ędatur, potiſſimum propter Canones Niceni, Calcedonẽ. & Aphricani Cõciliorum: & quia uſus ſum hoc codice cõtra diuerſarium ut magis aſſentiatur Pius lector, exemplar me habuiſſe emendatum & uetuſtum, ſubnotabo quod literis maiuſculis infronte libri uidetur.

Iſte codex eſt ſcriptus de illo autentico, quem dominus Adrianus Apoſtolicus dedit glorioſiſſimo Carolo Regi Francorum & Langobardorum, ac Patricio Romanorum, quando fuit Romæ.

Cuſanus.

Cuſanus quoq; meminit Adrianum dediſſe Canones Carolo.

Nicolaus.

¶ Idem Nicolaus in libro Epiſtolari contra Photium Conſtantinopolitanum, & Impe. Michaelem inquit. Decretalia autem quę a ſanctis Pontificibus Sedis Romanæ eccleſię ſunt inſtituta, cuius authoritate atq; ſanctione omnes Synodi, & ſancta Concilia roborantur, & inde ſtabilitatem ſumunt cur uos non habere uel obſeruare dicitis, niſi quod ueſtrę ordinationi contradicunt. Idem ſcripſit clero conſtantinopolitano. Indicate cui potius reſiſtendum ſit, an poteſtati quã in Petro deus omnipotens ordinauit, quamq; ſuper eccleſiam cunctam extulit, an ordinationi Gregorij Siracuſani, cui millies Vę dicendũ eſt, homini ꝑ quẽ in eccleſia Chriſti tot ſcãdala ueniunt.

uenient. Poſſem ego id de Luddero dicere, quod Papa de illo Syracuſano dixit. Et infra. Conſtat enim ſanctam Romanam eccleſiam per B. Petrum principem Apoſtolorum, qui dominico ore Primatum eccleſię ſuſcipere promeruit, omnium eccleſiarum caput eſſe, & ab ea rectitudinem atq; ordinem in cunctis utilibus, & eccleſiaſticis inſtitutionibus, quas ſecundum Canonicas, & Synodicas ſanctorumque patrum ſanctiones, inuiolabiliter atq; irrefragabiliter retinet, requirere & ſectari, & inf. Quia uniuerſitas credentium ab hac ſancta Roma. eccleſia quæ eſt caput omnium eccleſiarum, doctrinam exquirit, integritatem fidei depoſcit, criminum, ſolutionum qui digni ſunt, & gratia dei redempti exorant. Oportet nos quibus commiſſa eſt, ſollicitos eſſe ad ſpeculationem dominici gregis tanto feruentius anhelare, quantum hunc auidi lupi ad dilaniandum hinc inde patentia ora exquirunt. his omnibus ſatis abunde monſtratum credimus quanta fide & reuerentia Summorum Pontificum decreta ſuſcipienda ſint a fidelibus, nam hos adduximus Pontifices, cum annorum domini adnotatione. *Ludder ſcandaloſus.*

Caliſtus	217.	Leo. I	444.	Adrianus.	774.
Stephanus.	261.	Gelaſius.	494.	Leo iiij.	851.
Damaſus.	371.	Hormiſda.	514.	Nicolaus.	862.
Innocentius.	480.	Gregorius.	590.		

Decreta Ro. Pontificum ab omnibus ſeruanda, probatur auctoritate Conciliorum & ſanctorum. Cap. XXI.

Satisfacere arbitror priora pro fideli, ut aſſentiatur Summorum Pontificum decreta fore acceptanda: at ne quiſpiam temerarius cauilletur, Summos Pontifices, in cauſa propria indulgentius pronunciaſſe, alia adferamus teſtimonia, Primo conciliorum.

¶ Hylarius I. in Synodo Romana præſentibus XLII. Epiſcopis, definiuit, ut nulli phas ſit ſine ſui ſtatus periculo, uel diuinas conſtitutiones uel Apoſtolicę ſedis decreta temerare. *Hylarius in Synodo Romana*

¶ Agatho qui ſextam Synodum uniuerſalem per Legatos ſuos inſtituit, & inſtitutam firmauit, & in ea pronunciari fecit. Sic omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendæ ſunt, tanq; ipſius diuina uoce Petri firmatę. *Agatho in Synodo 6.*

¶ Inſuper in Synodo Toletana habita Anno CHRISTI 627. tempore Recaredi Regis ex omnibus Epiſcopis Hyſpaniæ & Galliæ, ubi in primo capitulo ſtatutorum, pręmiſſis capitulis fidei Orthodoxæ (quoniam de Arriana hęreſi omnes reuertebantur ad Catholicam fidem) ſic deinde legitur. At nunc pace Chriſti eccleſiæ, Chriſti miſericordia reparata, omne quod priſcorum Canonum auctoritas prohibet ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne quod præcepit, permaneant in ſuo uigore conciliorum omnium inſtituta, ſimul, & Synodicę ſanctorum præſulum Romanorum Epiſtolæ. *Synodus Toletana.*

¶ Idem etiam ſancti patres ſemper obſeruarunt, cum enim Roma. ponti. ſit pater patrum, & uniuerſalis eccleſiæ prępoſitus, ut adhuc latiſſime probabimus: mandat autem Apoſtolus, Obedite prępoſitis ueſtris, & ſubiacete illis, & quod Chriſtus pręcepit de ſedentibus ſuper cathedra Moyſi, etiam malis, Omnia quęcunq; dixerint uobis facite: quare Papę, uelut capiti fidelium eſt ab omnibus obediendum, qui Chriſtiano nomine cenſentur: conſiſtit autem obedientia potiſſimum in tribus, in exhibitione reuerentiæ, in mandatorum ſuſceptione, & ſubiectione iudicij, quare eius decretales reuerenter ſunt ſuſcipiendę & exequendę. *Ratione probatur ſuſcipienda decreta. Hebræ. ulti. Math. 23. Obedie͠tia conſiſtit.*

¶ Ideo Germanorum Apoſtolus S. Bonifacius martyr, Moguntinus Archiepiſco- *S. Bonifacius.*

pus perpendens quantum eccleſiæ proſit bonus, noceat malus Papa, taliter nos admonet. Pro cuius (Papæ) perpetuo ſtatu uniuerſitas fidelium, tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem, poſt deum ex illius incolumitate aduertit propenſius pendere: unde mirum eſſet cum deus prouidit Synagogæ, ut omnes quęſtiones emergentes de lege & cultu dei reſeruabantur ſacerdoti determinandæ, quare non conſtituiſſet in eccleſia, qui emergentes quæſtiones fidei terminaret.

Deute. 17.

Hierony. ¶ Exemplum habemus in B. Hieronymo, qui fuit multo doctior Damaſo Papa, adhuc ab eo petit doceri, quid credere eum oporteat, in Epiſtola in fine ubi contra Arrianos ſcribit. Diſcernite inquit ſi placet obſecro, non timebo tres hypoſtaſes dicere, ſi iubetis, & inf. Si rectum putatis tres hypoſtaſes cum ſuis interpretationibus debere nos dicere, non negamus, & inf. Quobrem obteſtor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi ſalutem, per homuſion Trinitatem, ut mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur auctoritas.

Hiero. ſubiecit ſe Papæ in doctrina.

Hierony. ¶ Idē Hiero. in profeſſione ſua ad Damaſum ait. hęc eſt fides Papa beatiſſime, quā in catholica didicimus eccleſia, quamq; ſemper tenuimus, in qua ſi minus perite aut parum caute forte aliquid poſitum eſt, emendari cupimus a te qui Petri ſedem & fidem tenes: ſi autem hęc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare uoluerit, ſe imperitum uel maleuolum, uel etiam non catholicū, ſed hæreticum comprobabit, ita & ego ſententia mea ab Apoſto. Sede probata, diuerſario dicere poſſem, quod uel imperitus, uel maleuolus, uel non catholicus eſſet.

24. q. 1. hæc eſt

In Ludderum.

Cyrillus. ¶ Sic Cyrillum citant, ut membra maneamus in capite, Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, a quo noſtrum eſt quęrere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipſum uenerātes, ipſum rogantes pro omnibus, qm̄ ipſius ſolius eſt corrigere, repræhendere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, & loco eius ligare, qui ipſum ædificauit, & nulli alij: qđ ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit, cui oēs iure diuino caput inclinant.

Auguſti. ¶ Auguſtinus lib. ij. de doctrina Chriſtiana tranſcripſit. Gratianus. In canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicarum quam plurimum diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator, auctoritatem ſequatur, inter quas ſane illę ſint, quas Apoſtolica Sedes habere & ab ea alij meruerunt accipere Epiſtolas, uide inſignem eccleſię doctorem ultra mare Aphricanum iudicio, non Carthagineñ. non Numidię, non Biazazenæ, ſed Apoſtolicæ Sedis ſubijcit: quæ ſint tenenda, uel non, & Epiſtolas eius etiam recipit.

Diſ. 19. In Canonicis.

Haymarus. ¶ Refert Card. Brixieñ. Haymarum Archiepiſcopum Remeñ. de Synodis cap. ij. hoc nos irretractabiliter obſeruare debemus, ut Apoſtolici patres nobis ex Apoſtolica auctoritate pręceperunt, per quam & aliorum ſtatuta nobis ad ſeruandum canonicaſſe leguntur. Nempe beatiſſimi patres noſtri Damaſus, & Leo magnus, quorum alter ſecundum uniuerſale Concilium, alter quartum, ideſt Calcidonenſe, Apoſtolica auctoritate firmauerunt, ipſi inquam eadem auctoritate, & uoce generaliter decreuerunt, omnia decretalia ſeruanda.

Damaſus. Leo.

Bernhar. ¶ Sic B. Bernhardus Innocentio Papæ ſcribit. Oportet ad ueſtrum referri Apoſtolatum, pericula quæque & ſcandala emergentia in regno dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt: dignum nanque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi fides habere defectum non poſſet. Ecce ſancti uiri teſtimonio habes fidem Papę in deciſionibus fidei indefectibilem, quare eius decreta & ſanctiones obſeruandæ ſunt. Vnde Vuicleffiſtica lues eſt, decretales contemnere, & ſtudium eius annullare, cuius articulus Conſtantieñ. Concilio condemnatus eſt: Decretales Epiſtolę ſunt Apochryphæ, & ſeducunt a fide CHRISTI, & clerici ſunt ſtulti, qui eas ſtudent. Stat ergo inuicta ſententia, decretalia Summorum Pontificum a fidelibus fore obſeruanda authoribus.

Vuicleffiſta. Cōſtañ. Cōcilium

Chriſto

Chriſto.
Apoſtolo.
Synodo Romana.
Synodo Sexta.
Synodo Toletana.
Bonifacio.
Hieronymo.
Cyrillo.
Auguſtino.
Haymaro.
Bernhardo.

Ponuntur duodecim obiectiones diuerſarij contra Canones Anacleti. Cap. XXII.

CVm actum ſit a nobis, etiam ſanctos Martyres, & Pontifices Romanos, ſic accepiſſe uerba Euangelij, ut per petram Petrum intellexerint: & ſit eo loco ei promiſſus eccleſiæ totius principatus: Innixus tamen proprię prudentię Ludder, illa ſanctiſſimorum uirorum carpit decreta, inſimulans eos ambitionis inſcitiæ, & aliorum uitiorum, quaſi fundamenta eccleſię, & quos tota ueneratur, tam celebriter eccleſia, uiri tam ſancti, omnia mala, pro Chriſto pati docti, & ſpiritu ſancto pleni erroneas ſparſerint in populum Chriſtianum doctrinas. Liquidum autem fecimus, ut arbitror, nec Luddero, nec alicui fideli licere aut licuiſſe, Sanctorum Pontificum decreta conuellere, ut duobus pręcedentibus liquet capitibus: tamē quia debemus eſſe parati reddere rationem, de ea quę in nobis eſt fide, & ſi ſola auctoritate urgere poſſem diuerſarium, auctoritate inquam Summi Pontificis: uolo tamen ſuſcipere defenſionem harum conſtitutionum.

Temeritas diuerſarij.

¶ Primo uenerandum ſenem, & S. Martyrem Anacletum, a nobis propoſitum adoritur, & ad ipſum reſpondet. Si intelligit inquit, quod ſacerdotalis ordo cœpit a Petro in eccleſia latina, poteſt utrunq; ſuſtentari, quemadmodum & B. Cyprianus Epiſtola iij. Sedem Petri principalem, & unde ſacerdotalis ordo cœperit, appellat, aut ſi cœpit, quod Petrus, primus inter ęquales Apoſtolos fuerit: Si autem intelligit, quod a Romana ſede omnis ordo ſacerdotalis, primo & ſolū ueniat, ex dictis ſatis liquet, quod ſit erroneum.

Diuerſarius opponit cōtra Anacletum.
Cypria.
Obiectio. I

¶ Deinde alium accipit Canonem Anacleti incip. ſacroſancta. Sanctum Martyrem inter deplorandos interpretes diuinæ ſcripturæ, connumerando, aſcribens tamen hunc canonem alicui barbariſſimo notario, non Anacleto: Improbat autem cap. hoc pacto. Et ſuper hanc petram, aut petra hoc loco ſignificat fidem ſpiritus, aut Primatum exterius. Vtrunq; enim nequit ſimul ſignificare. Si fidem, iam omnes eccleſię ſuper eam ſunt ædificatę, quia Chriſtus dicit. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: ergo cuicunq; conuenit dici a Chriſto, eccleſia mea, ad eandem pertinet, petra & Petrus ſuper quam ædificatur: ita nihil proprium habet Romana eccleſia: ſed oīa ſunt cōmunia, quia ubi eadē fides, eadē quoq; poteſtas clauiū. Fidei enim datę ſunt claues & petræ, ut patet. Si poteſtatem, iam iterum omnes ſunt æquales eccleſiæ, quia cuicunq; dicitur a CHRISTO, eccleſia mea, ſimul dicitur ædificabo te ſupra petram, ideſt poteſtatem: quare quælibet eccleſia, hoc uerbo erit omnium prima: quia habet eandem petram, qua Romana eccleſia gloriatur ſe eſſe primam: ita quoq; uertas te, ſemper occurrit & reſiſtit tibi Chriſtus, dum eccleſiam ſuam ſupra petram ædificat: nec ſinit ulli particulari eccleſię hanc petram appropriari: Ideo nec Petrum. Vides ergo illud unicum pronomen, meam, facere communem petram, communem poteſtatem, communes claues, communem Petrum, & omnia communia: ita iure diuino, quicquid habet Roma. eccleſia, habet quęlibet eccleſia, quantūlibet parua ſit, quia ad omnes dicit. & Paulus. Omnia ueſtra, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephæ, ſiue mundus, omnia ueſtra, uos autem Chriſti.

Secunda.
Meam.
1. Corin. 3.

¶ Confirmat priora, quia ridiculum eſſet, cum omnium eccleſiarum, idem eſt Baptiſmus, eadem Euchariſtia, eadem Confirmatio, idem Verbum dei, idem Sacerdotiū,

Tertia.

eadem Pœnitentiæ, Vnctionis, Matrimonij, & omnia ſacramenta, eadẽ Fides, Spes, Charitas, & una hęc temporalis potentia, uni tributa eſſet, per uerbum dei, quod cõmune eſt omnibus. Quare ubicunq; prædicatur uerbum dei, & creditur, ibi eſt uera fides, petra iſta immobilis, ubi autem fides, ibi eccleſia, ubi eccleſia ibi ſponſa Chriſti, ubi ſponſa, ibi omnia quæ ſunt ſponſi, ita fides omnia ſecum habet, quæ ad fidem ſequuntur, claues, ſacramenta, poteſtatem, & omnia alia.

Quarta. ¶ Quęro etiam ſi ſoli ſunt Petro datæ claues, & non uniuerſali eccleſię, cur non uocātur claues Petri? cur non uocantur claues eccleſiæ Romanę? aut.n. hęc communis totius eccleſię iniuriam facit Romanę eccleſiæ in ſuo priuilegio, ſibi ſoli attrahenti claues, aut Romana eccleſia ſchyſma quærit dicens, Ego ſum Cephę & toti eccleſiæ rapit rem, quam ipſamet confitetur cõmunem, patet ergo teſtimonio omnium publico, nõ Petro, ſed eccleſię eſſe claues traditas, nõ Romanę, ſed uniuerſali & cuilibet.

Quinta. ¶ Præter hæc uide, ꝙ recte per petram intelligant poteſtatem, nam cum poteſtas eſſe non poſſit, niſi eccleſia ſit prior fundata, quę accipiat poteſtatem, quomodo eccleſia ſuper poteſtatem, ideſt prius ædificatur ſuper poſterius? deniq; poteſtatem non ꝑ petram, ſed per claues Chriſtus intelligit, quas eccleſię ſuper petram, ideſt fidem, prius ędificatę tradit.

Sexta. ¶ Quod autem hic Anacletus Roma, ſedem primam uocat, & Alexandrinam ſecũdam, & Antiochenam tertiam, ſeipſum iterum redarguit, non ſolum quia iſte ordo diu mutatus eſt. Verumetiam quod ſequitur hinc, aut Alexandrinam eſſe iure diuino ſecundam, & Antiochenam tertiam, aut nec Romanam primam, quia eodem iure oportet eſſe primam, quo ſecundam, & tertiam, at manifeſtum eſt ꝙ ſecundam et tertiam ſuo iure ordinat Roma, ergo & ſeipſam primam ſuo iure ordinat.

Septima. Euſebius. ¶ Errat etiam in hyſtoria, quod Ignatium ſcribit conſtitutum a Petro Epiſcopum Antiochię ſibi ſucceſſorem, cum in eccleſiaſtica hyſtoria pateat Enodium Petro, & Enodio Ignatium ſucceſſiſſe.

Octaua. ¶ Iterum temerarie inquit, inter beatos Apoſtolos, quędam fuit diſcretio poteſtatis, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen conceſſum eſt a domino, & ipſi inter ſe uoluerunt idipſum, ut reliquis Apoſtolis omnibus pręeſſet. Obſecro quę fuit iſta diſcretio poteſtatis? nunquid Petrus ordinauit Apoſtolos? nunquid miſit eos? nũquid confirmauit eos? ubi legiſti, ꝙ a domino conceſſum eſt Petro, habere diſcretam poteſtatem ab alijs? quãdo hoc ipſum uoluerunt.

¶ Quin hic ſigna duplex eſt primatus, honoris & poteſtatis. ꝙ Petrus primus fuit in ordine, nemo negat, nam & inter Cardinales, Epiſcopos, Doctores, Principes, etiam ſi nullus alteri ſubiectus eſt, tamẽ neceſſe eſt in cõuentu aliquem primo loco ſedere, cum tamen nihil habeat præcipere illis. Ita Petrum fatemur principem Apoſtolorum, primum eccleſię membrum, caput collegij Apoſtolici, & alia quę de eo ſancti patres dixerunt, ita uidimus & Romanos Pontifices ſemper fuiſſe honoratos, ut ſucceſſores Petri, & primo loco habitos.

Nona. ¶ Alter autem primatus poteſtatis, nunꝗ fuit Petro datus, quia quilibet Apoſtolorum, ſine auctoritate Petri prędicauit Euangelium, Epiſcopos & Præſbyteros ordinauit in locis ſuis. Omnes a ſolo Chriſto ſunt ęqualiter miſſi, & immediate, hunc Primatum ambiunt canones & uerbis dei abutuntur, nolunt enim ullum Epiſcopum in toto mundo fieri, niſi pallium & auctoritatem Romani Pontificis habeat. Et ubi Petrus ſeſe non extulit ſuper Apoſtolos, ibi unus Apoſtoli ſucceſſor, longe minor ſuo prędeceſſore (ſicut Epiſcopus Apoſtolo) non contentus honoris Primatu, omnium Apoſtolorum ſucceſſoribus uult dominari in poteſtate & uiolentia.

Concluſio Luderi. ¶ Hanc rationem iunctam oppono omnibus, expectans quid contra poſſint mouere, quare pronuncio decreta quæcunq; aliter dicunt, ſtatuere contrarium ſacræ ſcripturę

pturæ,Euangelio,Actibus,& Epiſtolis Apoſtoloꝝ,in quibus tam crebre,tam aper
te,Apoſtolorum ęqualis,& in mundo diuerſa commiſſa prouincia deſcribitur.
¶ Addo ad hæc, ꝙ nec in hoc recte & euangelice fit a Romanis Pontificibus, ꝙ *Decima.*
Epiſcopos e Romana eccleſia propagatos,id eſt eccleſiam latinam ſic adminiſtrant,
ut ſoli ipſi ordinent & confirment Epiſcopos omnes. In hoc enim non Chriſto, ſed
ſibi eccleſias Chriſti uidentur arrogare,cum Apoſtoli pauli exemplo deberent eti- *Confirmatio*
am alijs committere conſtitutionem Epiſcoporum, uidelicet Archiepiſcopis uici- *Epiſcoporum.*
nis, deberent ergo illos deo committere, & nequaquam cogere, ut pro nouo Epi-
ſcopo ad urbem mitterent. Habet enim hoc ſpeciem non leuem auaritiæ & tyran-
nidis,qua dominentur fidei eorum,quod Paulus noluit in Corinthios ſibi uſurpare.
Sufficeret.n.ſemel Epiſcopum dediſſe,& deinde eos gratię dei commendatos pro-
pagationi proprię eos relinquere,aut ſolummodo curam gerere, ne a fide degenera
rent,ſicut Apoſtolus in Galathis monſtrauit exemplum.
¶ Et Cephas,ideſt caput & principium teneret Apoſtolatus, uel hic locus oſtendit, *Vndecima.*
magis affectu poteſtatis,ꝙ ueritatis ſtudio.Hunc Primatum quęſitum, itaꝗ tam iu-
ſtius eſt ille Anacletus fictus,ut Cephan caput interpretetur, cõtra euidentiſſimum
& Apoſtolicum teſtimonium Iohannis Apoſtoli,qui dicit Iohan.ij.Intuitus eum Ie *Iohan.1.*
ſus dixit.Tu es Symon filius Iohanna,Tu uocaberis Cephas,quod interpretatur Pe *Leo.*
trus,melius Leo petram,ſoliditatem intelligens, uocabulum Cephę bene nouit, eſt
autem Cephę teſte Hierony.Syrum uocabulum,ſignificans ſoliditatem,quã Græ- *Hierony.*
cus Petrum uel petram,ideſt ſaxum,uel rupem firmam tranſtulit. Sed hic Cepha-
len Gręce,pro Cepha Syriace accepit.
¶ Sequitur & non ſolum in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in ueteri fu *Duodecima.*
it,ſicut ſcriptum eſt,Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius, ideſt primi inter eos fue-
runt.Sed quid hic diſcam,primo qui unum ſolum ſummum ſacerdotem in ueteri le
ge noui,nunc didici duos fuiſſe primos,ſecundo nouam Grammaticam, in ſacerdo
tibus eius,idem eſt quod primi inter eos fuerunt,cum hucuſꝗ hoc uerſu Pſalmi, in-
tellexerim nihil aliud dici,ꝙ Moſen & Aaron ſacerdotes,uel de numero ſacerdotũ
fuiſſe, ſicut Samuel inter inuocantes nomen eius,nihil de primatu cogitans. Tertio
ꝙ ſummus ſacerdos Veteris legis fuerit figura Romani Pontificis,cum tamen Apo
ſtolus Paulus ad Hebræos dicat,Chriſtum ſolum fuiſſe per ſummum & unum Põ-
tificem ſignificatum.
¶ Vt hoc omittam,ꝙ illis omnia in figura contigiſſe ſcimus,& in nouo teſtamento fi
guram illam denuo reuocat:ut ſit ſimilis figura utriuſꝗ teſtamenti,nihil iam utrunꝗ
ab utroꝗ differens.Quid autem hoc eſt,ꝙ duos primos ſacerdotes in ueteri teſtamẽ
to ſtatuit,magno ſui Primatus detrimento? Imitare quod dicis,& da etiam nunc du
os primos, quomodo.n. unum primum probabis per duos primos?

Anacletus defenditur,& quomodo ſuper petram fidei eccleſia ædificatur. Cap.XXIII.

TAntę temeritatis uix mihi hæreticum dabis: qui ſanctiſſimorum patrum
decreta laceret,uilipendat,& irrideat,uelut hic noſter aduerſarius perfricta *Modeſtiam ob-*
fronte ignominioſiſſime facit:Huſſitę enim decretales recentiores reſpue- *ſeruare uult au*
bant,alias uenerabãtur,at nos modeſtia Theologica obſeruata, ſanctam & ſolidam *thor contra im*
defendamus ueritatem contra noua ſomnia & figmenta. Primo ergo dum reputat *modeſtum di-*
c.in Nouo.xxi.diſtin.non eſſe Anacleti,niſi alicuius Poetici & ficti,ab initio dixi me *uerſarium.*
curaturum quantum fieri poteſt, ut omnia ex originalibus colligam. Gratianus ita *Gratianus.*
inſcripſit,inſcripſit & S.Iuo.In tertio libro Panormiæ,præterea in originali antiquiſ *Iuo.*

ſimo, ubi decreta per ordinem reponuntur Summorum Pontificum, reperio canonem hunc eſſe xiiij. Anacleti, & ſatis teſtatur B. Gregorius ad ſecūdinum incluſum, canones aliorum Pontificum eſſe conſcriptos, etiam extra Codicem Canonum, cuiꝰ ſupra meminimus, S. enim Anacletus, uir per omnia Apoſtolicus, eccleſiam ſibi commiſſam ampliauit, & ſalubribus inſtitutis moderatus eſt. Cum ergo uerba eius torquet Ludderus, non eſt audiendus: Ait enim, uerum eum dicere, ſi de latina eccleſia intelligatur, tunc habeo ſaltem hoc a diuerſario conceſſum (quod toto libello impugnat) Petrum & eius ſucceſſorem diuino iure (nam de illo loquitur Canon in Nouo) eſſe ſuperiorem tota latina eccleſia: quare non conſenſu humano, ſed diuino iure Romanus Pontifex pręſidet Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Hyſpaniæ, & toti eccleſię occidentali. Porro cur non a Paulo exortam dicit eccleſiam latinam: cum eum faciat æqualem Petro, qui etiam Romę martyrio coronatus eſt: Adde & hoc cum Cyprianum citat. Ergo & eccleſia Aphricana exorta eſt a Romana eccleſia, & ei fuit ſubiecta: cur tunc inferius ſubducit diuerſarius Aphros, ab obedientia Romanę eccleſiæ cum Gręcis, ut ſecundo lib. aperiemus.

Decretum Paſcaſij. Grego. Anacleti laus. Euacuatur obiectio prima.

¶ Præterea non ſufficit torſio iſta, nam S. Anacletus probat a Petro incepiſſe ſacerdotium poſt Chriſtum, per illa uerba. Tu es Petrus, & non diſtinguit de eccleſia orientali uel latina, quoniam una eſt ſancta eccleſia catholica, una ſponſa, una columba, de qua loquitur dominus, & probat Cypria. ſæpe de illa unitate eccleſię. Sic & ſecunda torſio uerborum Anacleti textui aduerſatur, cum ſic capiat, quaſi uoluerit Petrū eſſe primum inter ęquales apoſtolos: nam ſic non accomodaret apte uerba Chriſti, quibus dictum ſuum uolebat probare, ſcilicet. Tu es petrus, cum diuerſarij ſententia uerba illa nihil omnino ad Petrum pertineant: quare eum eſſe primum, his uerbis ſecundum diuerſarium non probat. Cur ergo iſtum ſenſum admittit, uide pie lector, ꝙ falſitas ſibi minime conſtet: ꝙ confeſtim diuerſarius ſibi repugnet: uide etiam, ex eo uerba Anacleti illum ſenſum non patiuntur: quia teſtatur primo accepiſſe Pontificatum Petrum: quare non poteſt illum, ſolum primum dicere inter æquales. Porro uerba Cypriani contra Nouatianos ſunt iſta, poſt iſta adhuc inſuper pſeudo epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent ad Petri cathedram, atque eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, a ſchyſmaticis & prophanis literas ferre: nec cogitare eos eſſe Romanos: quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt: ad quos perfidia non poſſit habere acceſſum, unde non debet torquere diuerſarius uerba ſancti martyris, & illa lacerare: unum eſt ſacerdotium in tota uniuerſali eccleſia diffuſum a S. Petro exortum. Vnde tertius ſenſus ille eſt uerus, quem diuerſarius non improbat, niſi quod remittit ad ſuperiora, quæ uel fuerunt diluta uel diluenda, quamuis a Petro præſide Romano unitas ſacerdotalis melius dicatur exorta, ꝙ ab ipſa ſede.

Euacuatur euaſio Ludderana. Cypria. Alia euaſio eliditur. Cypri. lib. 1. Epiſtola 3.

¶ Ad ſecundum canonem ſacroſancta, reſpondeo illum eſſe Anacleti, ita Gratianꝰ inſcripſit, ita S. Iuonis panormia lib. iiij. licet Gratianꝰ alios Canones Anacleti ſimul hic miſcuerit, quod Iuo non fecit, ut mox dicturi ſumus. Cuſanus tamen Germanus erudititiſſimus, illam epiſtolam ad omnes epiſcopos ſcriptam teſtatur, et incipientem. Benedictus deus, unde recte Anacletus hic probat primatum Petri, per uerba Chriſti, ſicut & in alio canone fecit.

Gratianus. Iuo. Cuſanus.

¶ Ad rationem autem quam ad principale adducit, quia non plus facit contra Anacletum, quam contra quemcunq; alium ſanctum ab initio euocatum, reſpondebimꝰ obiter, quia tota eſt ſophiſtica & captioſa. Cum enim primum aſſumit petram, aut ſignificare fidem ſpiritus, aut Primatum exteriorem: dico neutrum proprie hic ſignificat: ſed uel ipſum Petrum, uel ipſum Chriſtum, ut iam ſæpe diximus, & ſic ampulloſa illa ratio mox ſuccubuiſſet in limine. Improbaturus enim receptam ſententiam

Reſponſio ad obiect. 2. Petra quid ſignificet.

diuerſarius

diuerſarius,debuit oſtendere,Petrum non fuiſſe petram.At ne obmuteſcat, dabi-
mus ei petram hic quoqꝫ poſſe ſoliditatē fidei ſignificare, ut in ſuperioribus hoc ſuo
modo admiſimus,per hoc tamen non recedentes ab eo quod Petrus ſit petra hoc lo
co proprio & principali ſenſu & primario.Et cum aſſumit, Si fidem,ergo omnes ec
cleſiæ ſunt ſuper eam ædificatæ:& ita nihil habet proprium Roma.eccleſia, ſed om-
nia erunt communia: dico quod fingis eccleſias, nonne una eſt eccleſia,ſponſa Chri
ſti,Thalamus immaculatus? Illa enim eccleſia una ſancta Apoſtolica eſt ædificata
ſupra petram immobilem fidei,non Antiochena eccleſia,quæ cecidit,non Alexan-
drina,non conſtantinopolitana: etenim omnes illę lapſæ ſunt: Vna eccleſia catholi-
ca non deficiet uſqꝫ ad conſummationem ſæculi.Vide candide lector quomodo in-
anibus cauillis ſe diuerſarius decepit, & quod dominus ſuæ eccleſiæ catholicæ de-
dit,is ſua temeritate particularibus eccleſijs aſcribit.Non nego tamen omnia eccle-
ſiæ,uel Petro tributa eſſe communia, id eſt communicanda, quia Petrus accepit
propter eccleſiam, tanꝙ propter finem:ſed quod monſtrum,fidei datę ſunt claues.
quis unquā ita Euangelij uerba corrupit? Tibi dabo claues, tibi, id eſt fidei, cum
omnis homo qui ſpirat,intelligat tibi,ſcilicet Petro,& diuerſarius prius exponebat, *In Ludderum*
tibi,ſcilicet eccleſiæ: at ſolus diuerſarius ea gaudet libertate,ut uertat,& alteret om *corrumpentem*
nia pro libito.Hoc dicunt ſancti,propter confeſſionem fidei,dixit Petro dominus, *ſacras literas.*
Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam.

¶ De poteſtate,nemo omnium,quod nouerim, intelligit per petram poteſtatem:
quare illam partem dilemmatis relinquo: hoc uerum,quod ædificata eccleſia ſuper
Petrum,collata eſt ei poteſtas regiminis uniuerſalis eccleſiæ: ſed ipſa poteſtas non
eſt petra.Quamuis infantilis rurſus excudatur cauillus a diuerſario. Si petra dicit
poteſtatem,omnes erunt eccleſię æquales: quia omnes ſunt fundatę ſuper petram:
nam nunꝙ admittimus, petram eſſe poteſtatem,ſed quia eſt petra,habet poteſtatē.
Dato tamen illo, rudis eſt captio:quoniam Romana eccleſia a Petro inſtituta, cō-
municauit ei iuſſu domini hanc poteſtatem immediatius:quam alię eccleſiæ,non ni
ſi quodam defluxu acceperunt: ita quoquo uertat ſe diuerſarius inaniter ſe fatigat:
quod nihil proficiat.Et maxime ſibi repugnat, & ea quæ aſtruere nititur deſtruit:
petram dicit nulli eccleſiæ appropriari,& nec Petrum: dabis ergo uniuerſalis eccle *Ludder ſibi cō*
ſiæ Petrum: cur igitur prius appropriabat eum eccleſię latinę? cur tam pertinaci- *tradicit.*
ter in ſuo erroneo libro,contendit Papā nō debere dici uniuerſalis eccl'ię epiſcopū?

¶ Rurſus ſequitur inerudita & ieiuna captio,de pronomine meam,faciat ut accipit
petram communem,& omnino hoc promouet noſtrum inſtitutum,Petrum qui et
petra,eſſe commune fundamentum eccleſię, qui omnem poteſtatem pro eccleſia
accepit,ita omnia ſunt eccleſię finaliter,quæ ſunt ſubiectiue in illo uel alio miniſtro.

¶ Pari etiā ſycophantia decipit ſequenti Paralogyſmo,cū ab his quę ſunt ſacramen *Solutio obiec.3*
ta argumentatur ad poteſtatem iuriſdictionis: cū longe diuerſa ſit ratio,in ſacramē-
tis & regimine: expedit.n.ſacramenta eſſe cōmunia:quę ſunt in remediū inſtituta:at
rurſum expedit iuriſdictionis poteſtatē certis gradibus eſſe uariatā, quouſqꝫ aſcen- *Ptās ordinis cō*
datur ad caput in quo eſt plenitudo poteſtatis: hoc inꝙ expedit pro confuſione & *munis non iu-*
ſchyſmate in eccleſia dei tollendo: uacillat quoqꝫ diuerſarius, cum poteſtatē Ponti- *riſdictionis.*
ficiam ſolum temporalem potentiam appellat,quaſi non foret eccleſiaſtica.

¶ Porro argumentaturus de primo ad ultimum ruinoſum conſtruit pontē: ubi prę
dicatur uerbum dei,& creditur,ibi eſt uera fides: dęmones ergo qui credunt con- *I.*
tremiſcunt,habent ueram fidem: peccatores credētes uerbo dei habent ueram fidē: *Multi errores*
cur ergo diuerſarius diffinit per quodlibet peccatū mortale fidem amitti: proſequi- *Ludderi i uno*
tur pontem caducum,ubi fides,ibi eccleſia: quid hoc monſtri? quis furor? erit ergo *argumento.*
qlibet fidelis eccl'ia? & tot erūt eccl'ię, ꝗ ſūt fideles? Hæc erronea et abſurda ſequunt

III. ex dogmatibus nouorum Theologorũ,ſingularitatibus ſtudentiũ: proſequitur er-
roré ſuum,ubi fides ibi eccleſia,& ubi eccleſia, ibi ſponſa Chriſti,ubi ſponſa,ibi om-
IIII. nia quæ ſponſi ſunt. Accipe tuum priorem Luddere, prædicatur ei uerbum dei p
Deſtruitur rõ Ludderum,ipſe credit ei,etiam erranti: ergo eſt in eo uera fides: ergo eccleſia,ergo
Ludderi p iocũ ſponſa Chriſti: ergo habet omnia quæ ſponſi ſunt: & ſic habet poteſtatem conſe-
crandi,confirmandi,ordinandi,diſpenſandi,ordines conferendi,eccleſias conſecran
di &c.& ita eſt ſacerdos,Epiſcopus,& Papa: cur ergo mittit nouitios ſuos ad ordi-
nes: Iſta & ſimilia abſurdiſſima ſequuntur ad hanc ſterilem nouorum Theologiſta
rum doctrinam falſam,& erroneam: quæ tamen ignaris & rudibus uidetur neſcio
quæ ſublimitas. Id autem admirantur,quod non intelligunt.

Soluitur adie- ¶ Aliud proponit ſophyſma,ſi Petro claues ſunt datæ,& non eccleſiæ &c. hic cor-
ctio. 4. & 5. datus uir infantiam diuerſarij depræhendat: primo male aſſumit,uel intelligere ne-
quit,Petri perſonæ datas eſſe claues,& tamé datas eccleſię,quia Petrus accepit pro
eccleſia: ibi. PRO. ex Grammatica diuerſarij,dicit circumſtantiam finis. Ideo dico
Eccleſia habet non intelligere diuerſarium,quia claues dicuntur & Sanctæ Matris eccleſiæ , &
claues et Petrꝰ ſancti Petri,& nullus facit alteri iniuriam: nec quiſq́ detrahit honori alterius: ſed qa
dedignatur peripateticam philoſophiam: alioquin ſciret,quot modis aliquis habere
diceretur: habet ergo claues eccleſia,habet Petrus,claues ſunt Petri,claues ſunt ec-
cleſiæ,ut ſuperius ſatis ſuperq́ aperuimus. Peſſime ergo infert diuerſarius & inani-
ter. Si teſtimonio omnium claues ſunt datæ eccleſiæ,non ſunt datę Petro,quaſi cõ-
munitas non diceretur habere , quod habet caput propter communitatem: quaſi
Ignorantia di- Germania non haberet imperiũ,quia glorioſiſſimus D. Rex Carolus V. Auſtria-
uerſarij. cus illud tenet. Intelligit iam candidus lector,quam minime repugnant,quæ diuer-
ſarius exiſtimat maxime diſſidere,ſcilicet Papam habere claues,& eccleſiam habe-
re claues. Quod porro adhuc inſtat petram non eſſe poteſtatem,iam ſæpe confeſſi
ſumus,nec diuerſarius unq́ legit,uel audiuit ab aliquo petram eſſe poteſtatem ,ſed
qui eſt petra,habet poteſtaté,quare ſua ſomnia improbat,non catholicorꝫ ſentẽtias.

Anacleti Canon. ſacroſancta,ab obiectis diuerſarij defenditur, & de duplici Primatu. Cap. XIIII.

INcipit tum aduerſarius uerba Anacleti in Canone allegato repræhẽdere.
Vnde cum primo attingit ordinem ſedium Patriarchalium , fateor Ana-
cletum hoc feciſſe ca.xx.xxi.xxij. quos hic in unum contraxit Gratianus,
Solu. obiect. 6. perperam autem aſſumitur. Sedes Romana eſt prima iure diuino,ergo & Alexan
Anacletus drina erit ſecũda iure diuino: nam ipſe Anacletus exacte diffinit hoc negotiũ,dicẽs.
Gratianus. Prima ſedes cœleſti beneficio eſt Romana eccleſia , ſatis exprimens iure diuino il-
lam eſſe primam: at de Alexandrina,& Antiochena loquens obticuit illud , cœleſti
beneficio,declarans ordinem ſecundæ,& tertiæ Sedis,non iure diuino, ſed ordina
tione ſummorum pontificum cõſtitutum: Interimit ergo Anacletus cauillum illum,
eccleſia Romana ordinat Alexãdrinã, & Antiochenam, quare etiam ſe ordinauit
primam: nam illati oppoſitum,mox exprimit , cum cœleſti beneficio dicat eſſe pri-
Diſ. 22. renouã mam. Vnde alius ordo,quia humanus bene poterat mutari per ſummum Pontifi-
tes & c. Con- cem,& Concilia: quæ ſecundam ſedem fecerunt Conſtantinopolitanã, ut in conci-
ſtãtinopolitano lio Conſtantinopolitano,& VI. Synodo. Refert Gratianus.
Sol. obiect. 7. ¶ Increpat deinde Anacletum, tanq́ Hyſtoriæ ignarum de Ignatio,hic dico diuer
ſarium iniuriari uiro Sancto,ſolum,ut mihi apparet,maledicẽdi libidine. Nam Igna-
Enodius ſucceſ tius tertius fuit Antiochiæ Epiſcopus,ut narrat B. Hierony. de uiris illuſtribus &
ſit Petro, Igna undecimo anno Traiani iam ſenex , & plenus dierum Romæ beſtijs obiectus eſt,
tius Enodio. quadraginta ferme annis poſt S. Petrum: Modo Enodius ſucceſſit Petro, & Igna-
tius

tius Enodio, ut Euſebius teſtatur, nec hoc negat Anacletus, uerba enī eius ſunt iſta. *Hierony.*
¶ Tertia uero ſedes apud Antiochiam eiuſdem Beati Petri Apoſtoli habetur hono *Euſebius.*
rabilis: quia illic priuſq̃ ueniret Romã, habitauit, & Ignatium Epiſcopum inſtituit.
Dicit ergo Ignatium Epiſcopum conſtitutum a Petro, ſed non dicit eum fuiſſe im
mediatum ſucceſſorem ſuum, ſicut diuerſarius falſo ei impingit. Vnde conſtant il- *Ignatius.*
la, quod Enodius fuerit Epiſcopus Antiochiæ, & quod eo mortuo, Sanctus Pe- *Enodius.*
trus ordinauerit Ignatium: Rogas autem cur maluerit S. Martyr meminiſſe Igna-
tij, quam Enodij, ratio eſt in promptu, quia Ignatius erat illuſtrior, & clarus in ec-
cleſia dei ac ſtrennus præſul uerbo, opere, ac ſcriptura potens, uelut eum commen-
dat Hierony. & ædite eius Epiſtolæ declarant, fuerat præterea notior Anacleto,
contemporarius eius, ſub eodem tandem Imperatore, eodem anno martyrio coro-
natus, nullus ergo error in hyſtoria cõmittitur, uelut diuerſarius autumat; quia & Ig
natius meminit Anacleti in epiſtola ad Trallianos.

¶ Petrũ non habuiſſe diſcretionẽ poteſtatis ſuper alios Apoſtolos probare conten *Sol. obiect. 8.*
dit diuerſarius, quia Apoſtolos non miſerit, non ordinauerit. At de hoc ſtatim plu
ra. In præſentia dico, eſto quod CHRISTVS reſeruauerit ſibi ſoli poteſtatẽ ordi-
nandi Apoſtolos: at frigida eſt illatio Petrum ob hoc non habuiſſe maiorem pote
ſtatem alijs Apoſtolis. Eſt enim ignauiſſimus error, quaſi non fuiſſet alia poteſtas
in eccleſia, quã Apoſtolos ordinandi. Vñ a domino iſta diſcretio poteſtatis fuit Pe
tro promiſſa, Mathæi. xvi & tradita, Iohannis ultimo de quo infra. Sed uideat quis *Immodeſtia*
modeſtum fratrem, qui authorem huius decreti appellat beluam, tam ſobrij magi- *Ludderi.*
ſtri, auribus prurientes, has nobis tradunt Theologicas ueritates.

¶ Pergit deinde diſtinguendo de primatu: miror cum nec mihi, nec doctoribus *Euacuatio di-*
admittere uelit diſtinctiones, dicens ſimplicem & unicum eſſe ſcripturæ ſenſum: *ſtinctionis de*
Sophyſtarum eſſe diſtinguere: & tamen hic Sophyſticiſſime diſtinguit; & nouum *Primatu diuer*
confingit Primatum, contra ſanctorum patrum, immo ſanctæ ſcripturæ intentio- *ſarij.*
nem. Vnde hic CHRISTVS in eo non loquitur, cum ſolum figmentum hominis
audiamus: cum quo ſperat ſe eluſurum ſanctorum patrum authoritates. Ait itaq;,
Petrum habuiſſe Primatum honoris, ſed non poteſtatis. Contra quod expreſſe ait
B. Cyprianus de ſimplicitate prælatorum. Hoc erant itaq; & cęteri Apoſtoli quod
Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ijſdem ferme uerbis uti- *Cypria.*
tur B. Hieronymus. Quomodo ergo diuerſarius impudenti & intolleranda *Hierony.*
ſua audacia, audet ęquiparare eos poteſtate, non honore, cum paribus greſſibus
procedant, honor & poteſtas in præſentia: quare ficta ſua diſtinctione, non ſatiſfa-
ciet ſanctis patribus.

¶ Vnde melius docueram eum in diſputatione, quod quando Petrus æquaretur *Autoris diſtin-*
alijs Apoſtolis in poteſtate: tunc eſſet etiam æqualis in honore, ſed cum præferre- *ctio melior quã*
tur in uno, tunc etiam in altero eſſet prælatus. Ideo dedi ei aliã ueram, ſacrę ſcrip *diuerſarij.*
turæ conſonam diſtinctionẽ, & ſanctis patribus, Petrum fuiſſe alijs Apoſtolis ęqua
lem in Apoſtolatu: nam ſic omnes erant æquales, & honore, et poteſtate, ſic Cypria
nus, ſic Hierony. & omnes uoluerunt: Non tamen fuit æqualis alijs Apoſtolis, regi-
mine prelationis: q̄a ſic ſolus ipſe fuit paſtor uniuerſalis eccleſię a Chriſto inſtitutus:
ſic unitas eccleſiæ ab uno incepit, ut Cypria. ait. Quod ſi quis non nouerit contem- *Vnde error di-*
plari diuerſam poteſtatem Apoſtolatus, & regiminis communis paſtoralis, neceſſe *uerſarij.*
eſt, ut in caſſes diuerſarij incidat errorum & impietatum, Sanctis repugnet patri- *Roma. i.*
bus, & nec ipſas, nec ſe, nec ſacram (ut ſpiritus ſanctus efflagitat) intelligat ſcriptu- *Ro. Pon. nõ ſo-*
ram, ſic enim dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. *lũ habuerũt pri*
matũ locatiõis.

¶ In cõcordabile pręterea apparet, quod ſubdit, Petrum habuiſſe Primatũ honoris, *Sol. obiect. 9.*
ſicut unus doctor habet primum locum ante alium; ita & Romani Pontifices ſem-

per fuerunt honorati & primo loco habiti: nam quæro primo, ubi Romanis Pon-
tificibus Primatus honoris ſit tributus: quod non ſimul Primatus poteſtatis ſit ei de
latus: et quod ait nos uidere, eos primo loco honoratos, ita uidimus ſemp̃ eos Pri-
matu poteſtatis alijs prælatos: quod per omnem ætatem, a quocunq; primate Pa-
triarcha, Epiſcopus in cauſa depoſitionis potuit ad Romanum Pontificem appel-
Nicænum concilium. lare: modo non appellatur, niſi ad ſuperiorem, quod lib. II. ex Nicæna Synodo pro
babimus. Accedit & illud, ſi Petrus fuiſſet primus ſolũ honore, & omnes fuiſſent
qualelibet poteſtate æquales Apoſtoli: tunc ſucceſſor Petri non fuiſſet primus ho-
nore: ſed ſenior de collegio: & ita S. Ioan. Euangeliſta Epheſinus antiſtes, fuiſſet p̃la
tus Lino & Cleto in Primatu honoris, ſicut fit in conuentu Epiſcoporum eiuſdem
Archiepiſcopatus: in quibus eſt ordo in primatu honoris, ſecundum tempus conſe
crationis, cum æqualitate poteſtatis: reſiſtit, & hoc diuerſario. Vnde uult tribuere
Petro Primatum honoris, non ex uocatione, quoniam prior uocabatur Andreas
frater eius: qui & ſenior erat; nec familiaritate conſuetudinis: quoniam ſic Ioannes
fuiſſet eo prior: nec ſanguinis iunctione, quoniam ſic Iacobus Mariæ ſororis ma-
Vt Sophronius ſcripſit. tris domini filius, eo fuiſſet prior. Vnde ex eodem fonte prouenit, Primatus hono-
ris, & poteſtatis: quod a domino conſtitutum agnouerunt, totius eccleſiæ paſtorẽ,
ideo ei detulerunt. Et hæc eſt ueritas, non illud figmentum diuerſarij.

Solu. obiect. 10 ¶ Improperat dein aduerſarius interpretationem Cephæ: at ego non reſpuam ob
hoc Canonem illum: nam etſi κεφαλή Græce ſignificat caput, & Cephas Syriacum
Hiero. ſit, teſte Hiero. Rabanus tamen illa non ignorans, & Cephan caput interpretatur:
Rabanus. ita enim ait lib. iiij. de uniuerſo cap. I. Cephas dictus eſt Petrus, eo quod in capite
Cephas. conſtitutus ſit Apoſtolorum. Cephalin Græce caput dicitur, & ipſum nomen in
Petro ſyrum: quare & Rabanum ineruditum iudicabit, cum Anacleto: qui tamen
Salomon Conſtantien. utriuſq; linguæ fuit peritiſſimus: uicinum meum Salomonem Conſtantienſem epi-
ſcopum non adduco, qui Rabanum ſequitur, ne eum contemnat, quãuis uir fuerit
doctus, & probitate morum, ac integritate uitæ conſpicuus, magnum eccleſiæ ſuæ
Diuerſarius allegat ex 1. cap. Ioã. quod ẽ in 1 ornamentum: Vnde rectiſſime Euangeliſta ait cap. I. non ſecundo, intuitus eum Ie
ſus dixit. Tu es Symon filius Ioanna. Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Pe
trus. Petrus autem ſignificat firmum, ſtabile, ſeu fundamentum, & ſaxum. Adde
Cuſanus. quod Nicolaus Cuſanus harum rerum diligentiſſimus, in excitationibus ſcriptum
reliquit Petrum Hebraice ſignificare etiam caput domus: quæ ſignificantia eſſet
maxime conueniens inſtituto noſtro. Primum Apoſtolorum uocari Petrum, qua-
Chryſoſto. ſi caput domus, caput eccleſiæ: quãuis Chryſoſt. uelit, per hoc Symonem tunc non
appellatum Petrũ, ſed Cephan, quamuis Cephas interpretetur Petrus: fateor quod
conſideratio Cuſani (cuius ſuſpitionem mihi fecit, huius linguæ peritus) poſſet ab in
tentione literæ auerti. Hoc tamen eſt notatu dignum, quod idem trium linguarum
Quõ in Hebræo legatur. admodũ peritus dixit, apud Mat. nõ legi, xvi. cap. Tu es Petrus, ſed tu es petra, & ſu
per hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Licet interpres nolens uiro, nomen da
re fœmineum, dixerit, tu es Petrus. Quod ſi etiã affinitate nominum fuiſſet ſanctus
Martyr, & Pontifex deceptus, inter Syriacum, & Græcum: tamen cum in re non
defeciſſet, expiabilis error eſſet unius uoculę: nec quomõlibet ſanctitati ſuę deroga
Grego. ægre tulit ſibi græce ſcribi. tiuum, cum ſuus ſucceſſor, etiam S. Gregorius primus, non modo Syriacum, ſed
& Gręcum ignorauerit, adeo ut ęgreferret Gręce ſibi ſcribi.

Solu. 11. obiect. ¶ Poſtremo loco obiurgat Anacletum ſuper ſimili adducto de ſacerdotio Veteris
legis, ſed adducta per eum non obſtant: quoniam & Aaron fuit ſacerdos, & Moy-
ſes, & uterq; ſummus ſuo ordine. Aaron quidem officio fungebatur Primatus, ſicut
Leui. 8. Leuitici. viij. inſtituitur. Moyſes autem ſacerdos dicitur, qui licet non hoſtias (ut ait
Aarõ & Moyſen. Caſſiod. Caſſiodo.) deo poſuit: tamen uota populi, & deuotas pro populo preces obtulit:

uſus

uſus quoq; eſt ſummi ſacerdotis officio, dum Aaron, & filios eius, domino docente *Exo. 29.*
conſecraret. Et ob id ambo poſſunt ſuo ordine dici ſummi Sacerdotes. Licet ſolus
Aaron officio fuerit ſummus Sacerdos, & dignitate. Dilutus eſt ergo primus cauil-
lus, quomodo unus fuerit ſummus Pontifex Vete. Leg.
¶ Alter cauillus de noua grammatica ſic repellitur: nam obliuioni tradidit Ludder
quottidianam orationem ſalutationis diuæ matris Mariæ, Benedicta tu in mulie- *In. dicit excel-*
ribus, niſi neget, & ipſam fuiſſe primam mulierum: ita contradicendi libido aduer- *lentiam aliqñ.*
ſarium dementauit, ut ideoma quottidianæ orationis non perſpiceret. Adde quod
Pſalmigraphus eos uoluit eſſe primos ex diuo Hier. qui eo loco dicit. Quãq; unus *Hiero.*
legis, alter ſacerdotij regulam teneat: tamen uterq; aduentum Domini ſacerdotali
præconio nunciauit: expende uoculam, regula fuit, ergo alter regula ſacerdotij, al-
ter regula legis, & ita ambo fuerunt primi, Hieronymiana intelligentia: quẽ melio-
rem habuiſſe Grammaticam pro exponendis ſacris literis, quam Ludderum, arbi-
tror oĩbus fidelibus manifeſtarium. ¶ Non diſſimilis eſt inſulſus cauillus qui ſequi-
tur, de ſũmo Sacerdote figura ſummi Pontificis gratiæ. Liquet autẽ hoc loco, ſicut *Diuerſarius*
in toto libello, quã paratus fuerit author ad conuitia, maledicendi magiſter: quomõ *maledicax.*
tam exquiſite quærat, ut habeat quod calumnietur. Vnde Sanctus Anacletus tali
uoluit uti ratione. In ueteri teſta. fuere aliqui primi in ordine ſacerdotali, quare, &
hoc conueniet fieri in no. teſta. quã nos inferius ſuo loco exornabimus: nec poterit
ratio illa cauillari: quoniam legale ſacerdotiũ fuit figura ſacerdotij euangelici, ut ſic
ueriſſima ſit Apoſtolica ſententia. Oĩa in figura contingebant illis: falſiſſime ergo *1. Corin. 10.*
imponit diuerſarius Anacleto, quod nunq; cogitauit, uelut Monophtalmus uidere
poteſt, eũ euocaſſe figurã, cum ſacerdotiũ euangelicũ uoluerit eſſe figuratũ: & le-
gale, figuram: quæ ergo effudit aduerſus Martyrem, de ſimili figura utriuſq; teſta-
menti, & hic cæcitas depræhenditur diuerſarij, uel a puero: cum aſſumit per ſacerdo
tem ueteris legis Chriſtum ſignificatum, Itaq; non Papam, uel Epiſcopũ, quid hic
crepat? quaſi Anacletus non accomodate argumentetur a figura ad figuratum: ſed
ei imponit, quod euocauerit figurã: Nouimus enĩ ſummos Pontifices geſſiſſe per-
ſonam Chriſti, ut Apoſtolus ad Heb. c. v. vij. viij. explicat, quoniam is eſt ſacerdos *Heb. 5, 6, 7.*
in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: ſed quia eodem authore tranſlatum
eſt ſacerdotium, quod fuit figura Chriſti ueri capitis, ita fuit & figura eius uicarij, &
qui eius fungitur officio: nam omnis fidelis qui ſpirat, nouit legale ſacerdotium eſſe
figurã, ſacerdotij noſtri Euangelici: quare non timeat diuerſarius, in præiudicium
Primatus adduci illud de Moyſe & Aarone, cum autem Chriſtus met ordinauerit
uicarium ſuum, non poterunt ſimul duo ſummi Pontifices uiatores in eccleſia mili-
tante aſſignari, prætereo immodeſtiã diuerſarij, quod dicit ſe uri, diuinas literas a
porcis tam impudenter conculcari, porcum dicit Anacletum, & ſe ſolũ interpretẽ
facit ſacrarum literarum, cuius extortas & impertinentes expoſitiones, atq; por-
cinos morſus ſæpe iam deuelauimus. Decima obiectio lib. II. elidetur.

Obiectio contra canonem Leonis. I. Ita dominus. Et Leonis. IIII. de libellis. Cap. XXV.

ET ut orbis terrarum agnoſceret diuerſarij temeritatem, exacuit linguam *Diſ. 19. ita dñs*
ſuam in ſanctum et eruditum Papam Leonem Magnum, eius conſtitutio
nem. Ita dominus, dilacerans, quia Sanctus & eruditus uir humana ſit hic
paſſus, cum dixit, hunc exortem diuini myſterij, qui a ſoliditate Petri recederet. *Obiectio diuer-*
Nam ſi per ſoliditatem Petri intelligit fidem, quia Petrus CHRISTVM *ſarij. 1*
confeſſus eſt, recte & Euangelice dicit. Hæc enim fides eſt petra, a qua Petrus *Mat. 16.*
nomen habet, a qua qui receſſerit, merito exors eſt diuini myſterij: uerum ſi per

ſoliditatem Petri intelligit iuriſdictionem & poteſtatem Petri, & Romani Pontifi-cis, quilibet facile capit, quod uerbo Euangelij abutitur, & fallitur. Nonne omnes Apoſtoli fuerunt in ſoliditate Petri, & tamen ſub Romana eccleſia non fuerunt. S. Stephanus, & alij a Paulo perſecutionem paſſi in ſoliditate Petri fuerunt, anteq̃ Romana eccleſia fieret.

Obiectio. 2. ¶ Eadem humani affectus labilitate dicit in Apoſtolo Petro principaliter colloca-tum munus docendi, trahens ad ſingularem Petrum, quod propheta plurali, & indi ſcreto numero dixit. Sonus eorum, & uerba eorum.

Obiectio. 3. ¶ Sed & hoc manifeſte falſum eſt, quod Petrus, caput ſit totius corporis, a quo do-na ſua Chriſtus in omne corpus diffundat, niſi intelligat partem eccleſiæ, quæ do-cente Petro erudita eſt, ut eſt latina & occidentalis eccleſia. Nam etiam per alios Apoſtolos, præſertim Paulum, dona ſua diffudit in nucleo plures, quã Petrum, ut mihi miraculum ſit, tam profunde huius pontificis mentem fuiſſe occupatam, ut hæc ſcribens, non meminiſſe potuerit Pauli, & aliorum Apoſtolorum. Si ergo dixiſ ſet, per quem dona ſua in corpus diffunderet, recte dixiſſet, ſed in omne corpus, ni-mium eſt dictum.

Obiectio. 4. ¶ Improbat & iſtud Leonis cum ait, ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei in Petri ſoliditate conſiſteret. Item inquit diuerſarius per ſoliditatem Pe-tri, non fidem uniuerſalis eccleſiæ, ſed poteſtatem Roma. eccleſiæ ſignificat, & uer-bum Chriſti ſub perſona propria Petri, non autem eccleſiæ, accipit dictum, ut cla-re ex ſequentibus liquet, ubi dicit uerum hanc firmitatem Petri iſtius ſanctiſſimam deo ut diximus, ædificante conſtructam, nimis uult impia præſumptione uiolare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo ſuis cupiditatibus, & id quod accepit a ueteribus non ſequendo. Ecce ſe ipſum exponit, ſoliditatem Petri eſſe po teſtatem Romanæ eccleſiæ. Idem, per ſecretiſſimam fidem ſpiritus, & externam iuriſdictionis poteſtatem intelligens, non ſine uerbi Euangelici iniuria. Non ergo infringit ſoliditatem Petri, qui ſub legibus eccleſiæ Romanę non uiuit, ſed qui non id credit, quod Petrus cõfeſſus eſt. Adfert dein aliqua nuda uerba diuerſarius, pro erroribus, & ſomnijs ſuis confirmandis, iterum Papas ambitionis inſimulans, eorũ authoritatem inualidãs, & ſubdit. Si enim uerum eſſet, quod hic Leo dicit, & tanq̃ diuino præcepto eius uerbis obediendum eſſet, iam tota orientalis eccleſia, ab initio ſui uſq; ad finem fuiſſet exors diuini myſterij, quia nunq̃ ſub Romanæ eccleſiæ po-teſtate fuit. Tolerandus ergo error huius Leonis, non autem propter eum alius & uerior ſenſus relinquendus.

Obiectio. 5. ¶ Improbat dein. c. de libellis diſt. xx. Leonis. iiij. quem & nos in ſuperioribus pro robore noſtro attulimus. In quem effrenis diuerſarius debachatur, Vere nimis ni-hil times, mi Leo inquit, pronunciare, audens humana ſtatuta Euangelij æquare, & audacter ſatis affirmat ijs non ſeruatis, nec fidem catholicam ſeruari. Si de contem-ptoribus & hijs, qui ſub te ſunt diceres, recte diceres, nunc contra quando mores & fidem, traditiones cum Euangelio, uerbum hominum, cum uerbo dei confundis, nonne homo es? Quis ferat, ut Euangelium & fidẽ non ſeruare putetur, qui ſub ſta tutis illis non fuerit? Tu cum tuis ſerua ſtatuta & canones, illis qui ſunt in oriente, alia ſunt ſtatuta, ſed idem Euangelium.

Defenduntur Leones I. & IIII. ac commendantur: & quomodo Canones æquantur Euangelio aperitur, & pulchra de conditione ſacræ ſcripturæ. Cap. XXVI.

Leo. I Leonis magni. HVmana temeritas quorſum rapitur? quid non audet ſuperbia & arrogans di-cacitas? hic ſanctiſſimus Leo. I. qui ante M. LXX. annos eccleſiæ preſuit, ab omnibus

omnibus humilis, ac integer habitus, magnus ac celeberrimus ſacrę ſcripturę inter- *laus & Luddeᵣi temeritas.*
pres. Iam primum a Luddero laceratur infamibus titulis: pepercit ſancto uiro huic
iſte crudeliſſimus terrarum uaſtator Atthila, qui ſe etiam flagellum dei nuncupa- *Atthila.*
bat: ſed crudelior illo, diuerſarius, Leoni ſancto minime pepercit, aſſerens Leonem
Euangelio iniuriatum, cuius fœlix anima iam cum Chriſto & Euangeliſtis, cum
choro beatorum ſpirituum in cœlis regnat: præterit diuerſarium ꝙ inuictus fuerit
ueritatis catholicę aſſertor, qui hæreticos Neſtorium, Eutycen Conſtantinopolita- *Leo hæreticos*
nos, Dioſcorum Alexandrinum, Manichæos, & Acephalos cum Conciliabulo E- *ſuperauit.*
pheſino damnauit: eius auctoritate, iuſſu, & promotione Sancta Synodus Calcedo-
neñ. in Aſia minori congregata eſt: quod ignorans diuerſarius, adhuc iam craſſa &
inexcuſabili laborat ignauia: ut audeat orientalem eccleſiam ſubducere ex obedien
tia Roma. Ponti. At de hoc libro ſecundo.

¶ Deſpiciamus quę affert contra tam ſanctum uirum, de ſoliditate Petri: de qua cre *Euacuatur ob-*
pat uerbis anxijs & ſuperuacaneis: expoſita eſt omnium doctorum iudicio, Leonis *iect. 1.*
ſententia, eum eſſe exortem diuini miſterij, qui a Petri ſoliditate recederet per ino-
bedientiam: quam ibi uoluit repręhendere: nam poteſtas illa adhęret petrę, & con-
ſequitur petram, ut quiſquis in eccleſia dei petra exiſtat, illam habeat Pontificiam
ſupremam poteſtatem: quæ cum ſint ueriſſima, S. Leo Euangelio non abutitur. Vn
de accipio hoc, omnes Apoſtoli fuerunt in ſoliditate Petri: ſed ꝙ ait, eos nõ fuiſſe ſub *Apoſtoli ſub*
Romana eccleſia: dico ſufficere quod quo ad prelationem regiminis uniuerſalis, ſue *Petro.*
runt ſub obedientia Petri: & ita tranſlata ſede ad Romam iuſſu domini: tunc fuerũt
etiam ſub Romana eccleſia: licet quo ad Apoſtolatum, omnes fuerunt æquales, ut
patet ad Gala. ij. Ideo. n. S. Paulus aſcendit ſecundum reuelationem conferre Euan *Gala. 2.*
gelium cum Petro, & alijs. Sic non obſtat S. Stephano, quoniam ille in ſoliditate Pe
tri fuit, ab eius obedientia non receſſit, a quo & ordinatus fuit Diaconus: & licet tũc
Romana eccleſia non fuerit: fuit tamen eadem poteſtas in Petro illo anno primo, q̃
poſtmodum ad Romanam eccleſiam delata eſt, Petro cathedram in ea locante.

¶ Et illam fuiſſe mentem S. Leonis probo per eius rotundum Canonem xli. in Co- *Leo ad Anaſta*
dice Canonum, ad Anaſtaſium Theſſaloniceñ. Connexio totius corporis unam ſa- *ſium.*
nitatem, unam pulchritudinem facit, & hęc quidem connexio totius corporis unita-
tem requirit, ſed pręcipue exigit concordiam ſacerdotum, quibus etſi dignitas com
munis non eſt, tamen ordo generalis eſt. Quomodo & inter beatiſſimos Apoſtolos *Notatu digna*
in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet *ſententia.*
electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præemineret, de qua forma Epiſcoporꝝ quo
ꝙ orta eſt diſtinctio. Et magna diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia uen-
dicarent: ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli: quorum inter fratres haberetur pri-
ma ſententia: & rurſum quidam in maioribus urbibus conſtituti, ſollicitudinem eius
ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam petri ſedem uniuerſalis eccleſiæ cura cõ-
flueret: & nihil uſꝙ a ſuo capite diſſideret: qui ergo ſcit ſe quibuſdam prepoſitũ, non
moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prelatum: hic clare conſpicitur ſancti uiri intentio: ꝙ
omnes diuini myſterij capaces, uult in unam connexionem, unius corporis eccleſiæ
conſtringere. In unam Romani Pontificis obedientiam, & hic iterum Petrum aſſe-
rit reliquis Apoſtolis a Chriſto fore prępoſitum.

¶ Sugillat diuerſarius ſanctum uirum, quia munus commune Apoſtolicum, *Diluitur obie-*
trahat ad ſingularem perſonam Petri: at in hoc falſum imponit ſancto uiro, qui *ctio 2.*
hoc munus omnibus tribuit Apoſtolis, pari conſortio honorem & poteſtatem ac-
cipientibus, quod & Dauid uoluit. In omnem terram exiuit ſonus eorum, cum
quo adhuc ſtat, hoc munus principaliter fuiſſe in Petro collatum, uelut in principẽ
& caput eorum.

Diluitur obiectio 3.

¶ Correcturus dein S. uirum dicit Chriſtum dona ſua per Petrum diffudiſſe per
latinam & occidentalem eccleſiam: tacite negans orientalem eccleſiam a Petro eru-
ditam: cum tamen ſors eius fuerit per põtum Bythiniam, Capadociam, Galatiam, &

Hierony.

Aſiam minorem, authore Hierony. & ſeptem annis in Antiochia ſederit, quæ om-
nes prouinciæ ſunt orientis, dein labitur nõ mediocriter diuerſarius, quod exiſtimat
ſolum diffundi dona dei per officium docendi, ut ſuo loco quid ſit gregem domini
paſcere explicabimus. Nonne ſatis diffudit, etiam ſi non ubiq; prædicauit: ſed prædi
catores miſit, ſicut maternum & alios ad Rhenum miſit, alios ad Gallias, & Hyſpa-

Bernhar.

nias &c. ſicut pulchre ait B. Bernhar. ad Eugenium de cõſideratione libro ij. Ex qui
buſdam paſſibus intentæ ſollicitudinis, & ſollicitæ intentionis. Neq; enim ipſi qui iuſ
ſi ſunt ire in orbem uniuerſum, orbem circuierunt præſentia corporis, ſed mentis
prouidentia, hoc diuerſarius non attendit: & ita Petri auctoritatem minuit: quia Pau
lus illo plus prædicauerit. Vnde dona quæ deus per Apoſtolos diffudit, optimo iure
dicitur dediſſe per Petrum, uelut per caput & principem eorum: uigilantiſſimum
itaq;, & doctiſſimum Pontificem non reprehendat, quaſi S. Pauli, ſuarum Epiſtolarum
fuerit oblitus: male ergo nimietatis ſanctum repræhendit, & quaſi co doctior euaſiſ-

Leo Chriſtianus Cicero.

ſet, normam loquendi ei præſcribit, qui facundiſſimus præſul ſemper a doctis Chri-
ſtianus Cicero ueneratus eſt. Deſinat ergo diuerſarius iniurijs & contumelijs ſan-
ctum uirum afficere, Scommata & morſus Satyricos in homines conuertat ſibi ſimi
les, non in ſanctos dei: a quibus deus abſterſit omnem maculam, & iam non erit ne
q; luctus, neq; clamor, nec ullus dolor, quoniam priora tranſierunt.

Ludder relinquit textus ſanctorum, & aſſumit gloſſas iuris in materia fidei.

¶ Vnde mirandum eſt, & reuera deteſtabile, diuerſarium tam Apoſtolici uiri textũ
& uerba negare, immo improbare: & tamen gloſſam decreti eiuſdem recipit, & cõ
tra me in Lipſica diſputatione adduxit. Vide mi candide lector quanta temeritas, ne
gare textum approbati, & docti Summi Pontificis, & preſidium ſuum locare in
gloſſa, & hac urgere aliquem contra textum expreſſum. Q; ſi rigorem Grammati-
cum, quem diuerſarius uenatur expenderis, inuenies gloſſam eſſe falſam, textu exi-
ſtente uero: nam inquit Chriſtum dicendo. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædi
ficabo eccleſiam meam. per pronomen hanc demonſtraſſe, uerba Petri prius dicta,
ſed tunc dñs edificaſſet eccleſiam ſuam ſuper uerba Petri: que multo minora ſunt q̃
perſona Petri. Nos autem cum tota fidelium eccleſia, magnũ illum ſuſpicimus Leo-
nem: huius ueneramur doctrinam, ſanctitatem eius imploramus, & colimus, rogãtes
D. O. M. ut eius interceſſione ad ſedes eternæ beatitudinis peruenire mereamur, de
impia falſitate adducta, de orientali eccleſia dicturi ſumus lib. ij.

Sol. obiec. 5.
Platina.
Laus Leonis 4

¶ Pari iniuria affecit Leonem iiij. quem Platina teſtatur uirum fuiſſe in omni uita
priuata etiam religione, Innocentia, Pietate, Humanitate, Gratia, Doctrina, Eccleſia-
ſtica precipue inſignem. Tantæ preterea prudentie & ueritatis, ut Euangelij ſenten-
tia ſerpentis aſtutiam, ubi oportebat, & columbe ſimplicitatem imitaretur. Tãte au-
tem fuit ſanctitatis, ut eius orationibus deus annuens, Sarracenorum rabiem compe
ſcuerit, ſuis quoq; precibus ſerpentem Baſiliſcum expulit, cuius ueneno multi morta
lium perierant. Incendium quoq; maximum ſigno crucis extinxit, et in fine, ait Pla
tina, Moritur Leo uir ſanctiſſimus, & optime de eccleſia dei, deq; urbe Roma, ac no
mine Chriſtiano meritus, Concilio, auctoritate, diligentia, doctrina, magnificen-
tia præclarorum operum. Tantæ maieſtatis uirum nihil timet Ludder, teme-
ritatis arguere, eo quod ſtatuta humana Euangelijs æquauerit. Dico autem primo,
certum eſſe Euangelia preualere auctoritati Pape & cuiuſcunq; in doctrina fidei
& morum, quare S. Iohanne Euangeliſta uiuo. Etſi linus, & Cletus maioris erant po
teſtatis in auctoritate regiminis, tamen Iohan. quia erat Apoſtolus & Euãgeliſta, ſen
tentia eius preualuiſſet, in doctrina fidei & morum, ſententie Pape cuiuſcunq;. Nam

Apoſtolis

Apoſtolis, non Papę Chriſtus dedit poteſtatem ędendi libros ſacræ ſcripturæ. Ita enim promiſerat eis dominus, paracletum ſpiritum ſanctum eos docturum, omnem ueritatem: mens eſt S. Auguſtini de conſenſu Euangeliſtarum. Opponis de Marco, & Luca, qui condiderunt ſacrę ſcripturæ libros, & tamen non fuerunt Apoſtoli. Reſpondeo, quod quia iuſſu Apoſtolorum ſcripſerunt. Marcus enim interpres fuit Petri, & Petrus ſua auctoritate legendum eius Euangelium tradidit, ut B. Hierony. de uiris illuſtribus refert. Sic Lucas ex Paulo didicit, ut pluribus locis teſtatur Paulus, ſimiliter ex alijs Apoſtolis, ut proloquio ſuo teſtatur, unde ſuſpicantur aliqui quoties Paulus ſcribit, ſecundum Euangelium meum, uoluiſſe ſignificare Euangeliũ Lucæ. Ergo quia Euangelia eorum fuerunt recepta auctoritate Apoſtolica: ideo dignum obtinent locum inter alios libros ſacræ ſcripturæ. Quis dicentib9, Euãgeliſtas immediate a Chro conſtitutos, et ita diuina ul' reuelatione uel iuſſu ſcripſiſſe, non temere contradicamus: quod S. Paulus poſt Apoſtolos dein poſuit doctores: quos aliqui Euangeliſtas eſſe uolũt hoc loco, quos expreſſius nominat ad Epheſios, de quo iam nihil diffinimus, primam ſequentes ſententiã, quę apparet ueritati æquabilior.

Auguſti. Marcus. Auctoritas ſacræ ſcripturæ. Hierony. Lucas. 1. Corin. 12. Ephe. 4.

¶ Sequitur ex hoc ſecundo loco, nullos Canones cuiuſcunq; Concilij aſſequi æqualem ordinem auctoritatis, cum Euangelio, aut Apoſtolica doctrina. nam ſic certiſſima eſt Apoſtolatus dignitas: quod ſi omnes de mundo contradicerent uni Apoſtolorũ, quod plus credendum eſſet Apoſtolo: ipſi enim ſunt fundamenta certiſſima doctrinæ fidei nr̃æ: de quo adeo certus erat S. Paulus, ut diceret Galathis, Si angelus de cœlo euangelizet uobis præterquã quod euangelizamus uobis, anathema ſit. Cum hoc tñ ſtat aliquam ſcripturam non Apoſtolicam æquari mandato eccleſiæ ſcripturæ ſanctæ. Non quod ei ęquetur per auctoritatem, ſed per obſeruantiam: quia præcipit illam recipi & teneri. Vnde uocula, ſicut in illis non dicit æqualitatem, ſed ordinem, quod ſunt ſeruanda ſicut Euangelia, ſcilicet ſecũdum ordinem poſt Euangelia, & ſacram ſcripturam: Sic & Leo accipiendus eſt & intelligendus cap. de libellis, quo ad obſeruantiam obligare uult fideles Canonum, ſicut Euangeliorum: licet ipſe non neget, maiorem eſſe auctoritatem Euangelij quã Canonum: non ergo confundit uerba dei & hominum, uti diuerſarius falſo ei imponit. Nam & homines ſacram ſcripturã condiderunt loco dei, & Sum. Ponti. eſt Vicarius dei: immiſcet dein ſolitum errorem, quod ſi certi fideles ſint ſub Papa, non omnes, non orientales, non Græci, non Aphricani: quem intollerabilem & ignauiſſimum errorem lib. ij. apertiſſimis teſtimonijs reuincemus oſtendentes orientem eſſe ſub Papa.

Concilia æqualia Euangelia, quõ intelligẽda. Apoſtolatus dignitas. Galat. 1. Maior eſt auctoritas euãgelij quã canonum.

¶ Et quod prædicta ſint uera oſtendo hoc, quia & canones Conciliorum ſunt traditiones hominum: Illos tamen equiparat Euangelijs B. Gregorius. Nam Patriarchę Cõſtantinopolitano, & alijs epiſcopis Grecię ſcribit. Pręterea quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem, ſicut Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & uenerari me fateor: & integerrima approbatione cuſtodio: quia in his uelut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuslibet uitæ atq; actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ędificium iacet. Idem B. Gregorius Sauino ſubdiacono ſcribit. Et ſic quatuor Synodos ſanctę uniuerſalis eccleſię, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij recipimus. Non quod S. Gregorius confuderit uerba hominum, cum uerbo dei: & traditiones hominum, cum uerbo dei: ſed quia uult utrunq; exacte obſeruari, licet maior auctoritas ſit Euangeliorum, quã Concilij. Vnde Leonis uerba (quæ profecto diuerſarius non intellexit, quia eum latuit, quibus Canonib9 Pontifices, tunc in omnibus uterentur iudicijs) ſunt recte intelligenda, non ſiniſtre & inique torquenda: tũc ſtatim apparebit ũitas eorũ, uelut iam illã clare deteximus.

Grego. Grego.

Improbat diuerſarius c. quamuis & c. cleros diſtin. xxi. Cap. XXVII.

PReteritis ſanctis martyribus Pio & Marcello, ſicut multis alijs, quoniam li-
bellus iſte diuerſarij plus apparet temeritate quadam effuſus immature, quam
Diſ. 21. grauiter & conſulto ęditus, uenit ad Canonem, quamquis, quem ipſe dicit eſſe
Gelaſi. Pelagij: nos oſtendimus canonem eſſe laudatiſſimi Gelaſij, qui xv. fuit ante B. Gre-
gorium, ex quo indicat diuerſarius illa ſe tumultuarie, & non ex fontibus concoxiſ-
Obiectio. 1. ſe. Obijcit primo, quia torqueat uerba Chriſti de fide omnino ad poteſtatem iuriſ-
dictionis & primatum, dein ſolam Petri perſonam accipit reiecta perſona eccleſiæ,
Obiectio 2. quam uere tunc geſſit Petrus, & ita noua Grammatica, Tu es Petrus ſignificat, tu
es primus, & tibi dabo claues, ideſt ſoli Romanę eccleſiæ, cęteris eccleſijs nihil haben-
tibus. Prętera ſi eccleſia Romana ſignificatur his uerbis Chriſti, tunc primitiua ec-
cleſia ante Romanam non fuiſſet eccleſia, & omnes qui claues ex Roma non acce-
piſſent, fuiſſent inobedientes deo, & ſic Stephanus cum multis millibus martyrum o-
rientalis eccleſiæ damnati cenſebuntur.
Obiectio 3. ¶ Roborat, quod ſi per uerbum Chriſti poteſtas Romanę eccleſię intelligatur, & Chriſtus
ſuper hanc petram eccleſiam ſuam ſe ędificare promittat, ſequitur quod uniuerſalis ec-
cleſia non ſuper fidem, ſed ſuper poteſtatem Romanę eccleſię ędificata eſt. Super
quam tunc ipſa Romana eccleſia ędificata eſt? non ſuper petram, ideſt ſuam pote-
ſtatem, nec ſuper fidem, ergo ſuper nihilum. Quare infert decreta illa eſſe frigidiſſi-
ma, languidiſſima, & penitus ineptiſſima ad contentionem.
Obiectio 4. ¶ Secundo pręcipue hoc impugnat, quod ait Canon. In ijs omnibus quanto gradus
celſior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus ſiquidem eſt regendi iubendi-
que poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas. Vide inquit diuerſarius, ut neceſſita-
tem omnibus imponit, & ſibi ſoli contra charitatis officium libertatem arrogat, ſed
peſſima conſequentia. Non enim mox maior auctoritas eſt, ubi gradus celſior eſt.
Petrus enim primus Apoſtolorum fuit, ſed nullam in eos auctoritatem habuit unquam,
Actu. 8. immo contra. Apoſtoli in Petrum habuerunt auctoritatem, ut Actuum viij. ſcribi-
tur, quod Apoſtoli miſerunt Petrum & Iohannem, qui tunc primores erant inter Apo-
ſtolos, & tamen miſſi ſunt ab Apoſtolis, tanquam maioribus ad Samarię fideles. Labi-
tur ergo hic Pelagius hoc loco ſatis aperte, quanquam ego credam hos & ſimiles Cano-
nes, nihil præter nomen de Roma. Pontificibus habere, & ab officialibus & ſcribis
in Theologia parum doctis eſſe ſcriptos, non enim ſpirant Euangelium, ſed huma-
num affectum, carnem & ſanguinem.
Obiectio. 5. ¶ Opponit etiam de Canone Cleros diſtin. xxi. quod non credat eſſe alicuius Pa-
Iſidorus. pæ, ſed uideatur eſſe commentum Iſidori. Nam primo Metropolim menſuram ci-
uitatis, & acolitum ceroferarium, aliosque gradus egregia inſcitia deſcribit; & inuenit
tamen auctoritatem. Pontifex inquit, princeps ſacerdotium, eſt uel eſſe dicitur, qua-
ſi uia ſequentium. Ipſe enim ſummus ſacerdos, ipſe Pontifex maximus nuncupatur.
Ipſe enim efficit ſacerdotes, & leuitas, ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit, ipſe
quod unuſquiſque facere debet, oſtendit. Antea autem Pontifices & reges erant, nam
maiorum hęc conſuetudo fuit, ut Rex eſſet Sacerdos & Pontifex. Vnde & Pontifi-
ces Romani Imperatores appellabantur. Ex hoc diuinatore inquit diuerſarius hodie
Immodeſtia diuerſarij. ſumitur a quibuſdam, quod Papam Imperatorem, maximumque Pontificem iactant. Ideo
non inter Canones, ſed inter canes hunc deputat, & obijcit de canone primæ ſedis.
xcix. diſtin. cum Canonibus Pelagij, & B. Gregorij eadem diſt. At quia eandem can-
tilenam ſæpe repetit diuerſarius lib. ij. explicabimus ueram intelligentiam horum Ca-
nonum, quos non intellectos, ſed deprauatos a diuerſario oſtendemus. Id modo ſigni-

huiu

huius accipe pie lector, quod in Canone primæ ſedis,uerba ultima quę ſunt Gratiani, adducit pro uerbis Concilij Aphricani, ita egregie nouit Iuriſtatheologus canones tractare.

Ludder9 lapſ9

Diluuntur priora obiecta. Cap.XXVIII.

SVſpectum oſtendimus initio ſtatim eſſe,immo damnatum: qui ſuſpecta habet Romanorum pontificum decreta:tamen ne puſilli decipiantur iſtis nenijs & cauillis,pręſtat reſpondere ad obiecta.Et primo diximus, quomodo diuerſarius ſit deceptus,dicens eſſe hunc Canonem Pelagij,qui eſt Gelaſij & in originali eſt unus Canon ille.& ca.Sancta Romana.diſt.xv. & ædidit illum can. ante M.& XXV.annos in Concilio,ut refert Burckardus Vuormatieñ.lib.iij. in pręſentia lxx.Epiſcoporum.Dum ergo primo obijcit. Hunc torquere uerbum Chriſti de ſide ad poteſtatem iuriſdictionis,& pompam primatus: dico per iſta uerba Chriſti recte probari,ſicut aſſumit Gelaſius, eccleſiam Romanam eſſe pręlatam alijs eccleſijs:non ꝙ illa uerba directe ſonent in Romanam eccleſiam: nam nec Gelaſius hoc uult,nec aliquis doctus:ſed quia pertinent ad Petrum, cuius ſedes eſt Romana eccleſia:quę hanc pręlationem ex eo hæreditauit. Non tamen meminit hic, poteſtatis iuriſdictiōis,ſicut diuerſarius ei imponit. Deinde non facit iniuſte Gelaſius:ꝙ illa ꝟba in perſona Petri accipit,quod & Hiero.Cypri.Chryſo.Ambro. & alios ſanctos patres feciſſe initio patefecimus: falſe autem ei imponitur, quod eccleſiæ perſonam reiecerit:cum nullius reiectionis omnino meminerit: & ſuperius locuplete oſtendimus,quomodo Chriſtus Petro dederit claues,& ſimul eccleſię dederit:quoniam iſta nullam habent repugnantiam.

Gelaſius quando cōdidit hūc canonem.
Burckardus Vuormacieñ.

¶ Vnde non oportebat tam uenerabilem Pontificem irridere,qui hæreticos tam fortiter repreſſit,Manichæos in exilium damnauit,Achatij,ſeditiones compeſcuit,Impera,Anaſtaſium hæreticis fauentem excommunicauit,Vuandalorum Regem Arrianis propenſiorem,a ſacris abſtinere iuſſit.Et ut doctus agnoſcatur,& ſtudioſus ſacrarum literarum.Hymnos etiam compoſuit ad imitationē B. Ambroſij,libros quinꝗ contra Eutycen & Neſtorium ædidit,duos item contra Arrium: pauperes pręterea amauit & clerum. Non ergo decebat tam Auguſtalem Pontificem,tam ſanctum & eruditum Pontificem ſcommatibus obruere,ex Grammatica ei illudere. Vnde dico falſum eſſe Gelaſium unꝗ expoſuiſſe. Tu es Petrus ideſt tu es primus: hoc uerum eſt,ex quo Chriſtus promiſit ſe ędificaturum eccleſiam ſuper Petro:probatur eum eſſe primum:quia eſt conſectarium ad illud:ſicut oſtendimus in ſuperioribus:ita ſane ridicula eſt alia expoſitio de clauibus Romanę eccleſiæ datis.Nam nullus ita inſanit,ut dicat ſoli Romanę eccleſiæ datas claues, alijs nihil habentibus, ſicut pro libito ſuo lacerat diuerſarius ſancti Papæ Decreta:ſed ſoli Petro dedit dominus claues principaliter in ſua plenitudine poteſtatis: quas adepta eſt Romana eccleſia, ex quo delegit ibi cathedram & per illam iam omnes eccleſię recipiunt eaſdem claues,uocatis eorum Epiſcopis in partem ſollicitudinis:hęc eſt uera Summi Pontificis ſententia:non illa in deriſum ſanctorum uiroꝝ per diuerſarium uirulente excogitata,& odioſe,de q̊ ſuperius plura, ubi pręrancidas ratiunculas diluimus. Vbi etiā diximus de Primatiua eccleſia ante Romanam,de Stephano:& de Martyribus orientis dicturi ſumus libro ſecundo: quia ſumma iniuria diuerſarius hanc eis notam inurere nititur:quod inobedientes fuerint Roma.Ponti.quod eſt omnium falſiſſimum, ex maxima,uel malitia,uel ignorantia diuerſarij profectum.

Manichæi.
Achatius.
Anaſta. Impe. excommūicat9
Gelaſi.
Solu. 2. obiecti.

¶ IN CONFIRMATIONE pergit more ſolito,uerba Canonis deprauare, & ad ſuam peruerſam intelligentiam trahere: quo pateat liberior campus Sanctos uiros

Sol.obiect.3. lacerandi. Ait enim ſi per uerba Chriſti intelligitur poteſtas Romanæ eccleſiæ; ſequitur quod eccleſia uniuerſalis ſuper poteſtatem illam ſit fundata. Dico quod ſępiꝰ iam audiuimus, petram non eſſe poteſtatem, nec unq̃ aliquis dixit, ſed petra fuit Petrus, & ſui ſucceſſores ſuper quos ædificauit eccleſiam ſuam dando eis poteſtatem regiminis & paſcendi, unde & Romana eccleſia fundata eſt, ſicut tota eccleſia, non ſuper poteſtate, ſed ſuper habentem, quę ille omnia commiſcet, non potens abſtrahere, ut diximus, Methaphyſicæ minime accomodatus. Inuehitur ergo diuerſarius nõ in ſenſus decretorum, ſed in ſenſum hominis .ſ. ſui ipſius: quem ſibi pro libito fingit; quare non ſunt frigidiſſima & languida Decreta; ſed ipſe frigidiſſime ex odio illa intellexit.

Sol.obiect.4. ¶ Cum poſteriorem partem Canonis improbare contendit. In omnibus &c. declarat ſe, opponens plus circa ramos & ſuperficiem uerſari negocij, q̃ circa radices, neſciens quando author decreti loquatur, uel Pontifices per eum adducti. Nam ut dixi iſte Canon eſt Gelaſij, non Pelagij, & uerba quę modo controuertuntur, nec ſunt *Lapſꝰ Ludder* Pelagij, nec Gelaſij, ſed Gratiani: nam in originalibus Pontificum non reperiuntur: *Mos Gratiani.* quæ ille ſine delectu legens, exiſtimat eſſe uerba Papæ. Eſt enim mos Gratiani, cum Canonem attulit ex aliquo Pontifice uel doctore, ut oportune alium Canonem coniungat, ſua uerba addere, ut ſic conuenienter ad alium Canonem deſcendat. Sed cuiuſcunq; fuerit illud dictum, eſt tamen ueriſſimum, quod Theonino dente rodit diuerſarius. Oſtendamus tamen, q̃ captioſe & inanibus Sophyſmatibus id agat. Primo enim cum Gratianus loqueretur de ſedibus, quod quanto ſedes eſſet celſior, tanto auctoritas maior, refert indiſcriminatim ad perſonas: ignorãs decanum maiorem habere auctoritatem in capitulo, q̃ præpoſitum: cuius tamen gradus eſt celſior: dein falſum aſſumit, Petrum nullam habuiſſe auctoritatem ſuper Apoſtolos, cum etiã Apoſtolorum, & omnium fidelium fuerit paſtor, licet Apoſtolatu inter ſe pares fu- *Grego.* erint, de quo adhuc plura, ſufficiat in pręſentia B. Gregorius, Petrus poteſtatem re- *2.q.7. Petrus.* gni acceperat, & tamen idem Apoſtolorum primus quærimonię contra eum a fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij, qua poſſet dicere. Oues paſtorem ſuum non accuſent, nec repræhendant, ſed ex auctoritate diuinę uirtutis, qua gentiles acceperant ſpiritum ſanctum reſpondit, loquitur de eo quod Pe- *Act. 11.* trus rationem reddit ſuper conuerſione Cornelij; quando aſcendit Hieroſolymam, ubi indubie & alij Apoſtoli, ſaltem Iacobus fuit pręſens.

Petrus nõ inferior qa miſſus. ¶ Dum uero diuerſarius intendit probare, Petrum fuiſſe ſub Apoſtolis a quibꝰ miſſus fuerat in Samariam: Liquet docto, & erudito uiro, hunc fuiſſe cauillum Arrij hę- *Arrius.* retici aduerſus S. Athanaſiũ. Quia pater miſit filium ſuum in hunc mundum. Ideo *Iohan. 6. & 10* contendebat hęreticus patrem maiorem eſſe filio in diuinitate. Ita hic diuerſarius cõ- *Gala. 4.* tendit Petrum fuiſſe minorem auctoritate Apoſtolis, quod ab eis fuerit miſſus. Omnes tamen qui fuerunt in ſenatu uel collegio, nouerunt ſe non eſſe maiores his, quos ex eis mittunt ad principem &c. Immo in Senatu Prouinciali communiter maiores mittuntur a minoribus, ad referendum principi cõcluſa Prouincię. Sic Herodes miſit tres Magos, ut adorent puerum, qui nullam in eos habuit poteſtatem. Pondera tamen mi lector, quid per hoc improbare intendat diuerſarius. Hoc inquam. In maioribus eſt iubendi poteſtas. In minoribus obſequendi neceſſitas.

¶ At quis unq̃ fuit, uel tam ſtupidus, uel tam ſtolidus, qui negaſſet maiorum eſſe p̃cipere, & minorum parere: ꝙ ſi hoc fundamentum ſubruatur. Omnis erit pollitia ſubuerſa. Omnis ordo ciuilis, & pollitícus deſtructus.

Diuerſarius cõtradicit ſibi. ¶ Nec tamen ſibi conſtat diuerſarius, ſi quidem & falſum falſo repugnat & uero: nã ex eo quod Apoſtoli miſerunt, & ita habuerunt poteſtatem iubendi, infert Apoſtolos mittentes fuiſſe maiores Petro: at qua rogo illud probabit conſequẽtia niſi quod

in ma-

in maioribus eſt iubendi poteſtas: & tamen hanc ſolidam maximā uult impugnare,
ſic andabatharum more in tenebris dimicans: dum impugnare ueritatem nititur, eā
ſolidiori robore firmat: Neq; fidem diuerſario quis tribuat, neganti Pontificem ui-
diſſe illud decretum, ſed ſcribam, notariū. Nam diligentiſſimus fuit Gelaſius & do-
ctiſſimus, qui eruditas pluribus miſit Epiſtolas, ut Platina teſtatur, & præcipue cum *Platina.*
hūc Canonem, ut ab initio docuimus, in concilio promulgauerit, nō fuit ea Roma
norum Pontificum ignauia, ut ędita decreta non acutiſſime præuiderent.

¶ Quod ad can. Cleros attinet, miror primum cur tanta uſus fuerit præfatione, ſ;d *Diluitur obie-*
non credat eum eſſe alicuius Romañ. Pontificis, quid oportebat hæc præfari, cum *ctio.5.*
nunq; legerit uel audiuerit, hunc eſſe ſummi pontificis, ſed omnes inſcriptiões, quas
etiam uidi in antiquiſſimis codicibus, meminerunt illum eſſe Iſidori. Ob id uane in *Iſidorus.*
quit diuerſarius, uidetur eſſe Iſidori, & recurrendo ad Iſidorum mox omnia inue- *Vult uideri*
nies, quæ hic citantur libro vij. Ethymolog. quare fruſtra tentat diuinari, ſed hic igni *Ludder.*
culus eſt ſuperbię, uult uideri, quaſi ex ſerie & textura uerborum, poſſit authorem
deprǽhendere. Et quia ille Canon non eſt ſummi Pontificis, ideo non eſt neceſſe de
fenſionem eius a me ſuſcipi: quod noluerim me eius authoritate tueri. Metropolim
matrē ciuitatum dici uulgatum eſt, quaſi Mitropolim. De Pontifice quę ſubdit, ar-
bitror eum locutum de Pontificibus gentilium, uelut Romanis a Numa Pompilio
conſtitutis. Vnde ſumma fuit apud eos dignitas, maximum adire Pontificatum,
& eoſdem olim fuiſſe ſummos reges, & ſacerdotes ex Hermetis cognomine liquet, *Hermes.*
qui ob id Triſmegiſtus appellatus eſt, quaſi ter maximus, quod ſummus eſſet ſacer *Triſmegiſtus.*
dos, Philoſophus & rex. At hæc extraria ſunt ad propoſitum minime attinentia.

Obiectio Ludderi aduerſus canones Nicolai papæ. Cap. XXIX.

SVgillatur Nicolaus Papa a diuerſario ſuper duobus Canonibus. Primus *Nicolaus.*
eſt c. inferior, alter. c. omnes. In primo Canone diffinit Pontifex inferio- *Diſ.21.*
rem non poſſe abſoluere ſuperiorem, ſicut non poteſt ligare, adducens il- *Diſ.22.*
lud Iſa. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea &c. Contra *Iſa.14.*
iſtum opponit diuerſarius, quia ſic appoſite tractet ſcripturas ſacras, ut deum faciat
ex Papa, cæteros Epiſcopos, non fratres, non homines ſaltem, ſed inſtrumenta
facit.

¶ Deinde in fine (ait diuerſarius) Romanam eccleſiam matrem uocat omnium ec- *Obiectio.2.*
cleſiarum. In quo mirum eſt, cuius filiæ & diſciplinæ fuerunt eccleſiæ Iudeæ, &
quæ eccleſia fuerit, quam Paulus uaſtabat. Siquidem Romana eccleſia tunc erat in
lumbis patris ſui petri, qui Hieroſolymis erat. Quid quæſo Hieroſolymitana eccle-
ſia didicit a Romana? Cur meminit Paulus, pauperes ſanctos in Iudęa, iuſte acci- *Roma.15.*
pere collectam a Romanis, & alijs gentibus, quod ſpiritualium illorum participes
facti eſſent, quo uerbo Apoſtolus Hieroſolymitanam eccleſiam, matrem, matricem
radicem ſignat omnium plane eccleſiarum totius orbis terrarum Romanæ.

¶ Quis negare poteſt, eccleſiam gentium, poſteriorem eſſe eccleſiæ Iudęorum, & *Obiectio.3.*
ex hoc illam natam? cum tot in locis hoc de gentibus prophetæ prædixerunt, cum
in actibus diſcipuli diſperſi ſolis Iudęis prædicaſſe uerbum, & de gentium ſalute,
ſtupuiſſe legantur. Et Paulus, Iudęorum miniſtrum fuiſſe Chriſtum, & gentes mi- *Roma.15.*
ſericordiam cōſecutos, ad ruinam Iudęorum doceat. Sed & Chriſtus. Salus inquid *Ioan.4.*
ex Iudęis: modeſte itaq; dixiſſet, matrem eccleſiam. Matrem uero omnium eccle-
ſiarum, hyperbole eſt nimia.

¶ Contra poſteriorem cano. omnes inuehitur quod ſit ineptiſſima palea, delyra- *Obiectio.4.*
mentum illudens eccleſiam CHRISTI. Vnde cum Canon. dicit dignitates omnes
a Romana eccleſia exortas, ipſam autem a ſolo deo fundatā uerbo Chriſti. Obijcit

primo. Si Romana eccleſia eſt fundata uerbo dei ſupra petram fidei, ſupra quã pe-
tram alias eccleſias erexit? an ſupra harenam? Non credunt idem Romana eccle-
ſia, & aliæ eccleſię? nõne ſunt eccleſię Chri? cur tu reſiſtis Chr̃o dicenti, Sup hãc pe
trã ædificabo eccleſiã meã, qd ſignificat eccleſiã meã, non eſt niſi una Roma. eccle.
ſua eccleſia? Si autẽ quælibet alia, etiã eccleſia Chriſti eſt, & Chriſtus affirmat eam
ædificandam ſupra petram fidei, impio errore dicitur, ad Romanã eccleſiam per-
tinere, & non ad alias omnes; quare merito hæc decreta frigidiſſima dixerim: nam
hoc interprete, ſic intelligemus Euangelium. Ego ſupra fidei petram ædificabo ec-
cleſiam meam Romanam. Romana autem ædificabit ſupra ſuam ſententiam, ec-
cleſias ſuas, non meas; quia meam ſupra fidei petram ædificabo: eant nunc adulato-
In iuriſtas. res, & ſtatuant nobis ſcripturæ ſacræ interpretationem ad Roma. Pontificis ſcribas
pertinere. Deinde uide quid ſit in curia Romana iuriſtas dominari, & ſine Theolo-
gis ac ſacris literis, de ſola poteſtate, & ſpiritusſancti præſentia pręſumere, hoc eſt
per ſolam potentiam ſcripturas tractare.

Obiectio. 5. ¶ Iam illud quam Euangelice dictum eſt, quod cœleſtis Imperij & terreni iura Pe
tro commiſit, Obſecro. Non eſt hoc omnibus lachrymis dignum, quod illa pro ora
culis ſucipere debeamus: nam primo impium eſt, quod Petrus iura cœleſtis Im-
perij teneat, cum ſolum miniſterium uerbi teneat in terra. Solus Chriſtus eſt domi
nus cœli & terræ: deinde Imperium terrenum docuit Chriſtus, & Petrus contem-
nere: hic non ſolum non habere, ſed etiam iura eius in manu Petri conſtituit: Hunc
ſecutum eſt illud malũ, quod adulatores Romanũ Pontificẽ, in utroq; regno domi-
Iohan. 19. nũ conſtituunt: quod nec Chr̃o quidẽ ẽ datũ, q ſuum regnũ negat eſſe ex hoc mun
do. Mirum aũt eſt, quod Petrus Neronem principẽ paſſus eſt, non modo in Ro-
ma, ſed etiam in cruce ſua, qui potuit ei iura terreni Imperij, aufferre, aut certe friuo
lum & impiũ eſt, ſucceſſorem Petri hoc p̃ſumere, quod in Petro non fuiſſe cernit.

Obiectio. 6. ¶ Sequitur in Canone. Non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud uerbum, quo
conſtructum eſt cœlum & terra, per quod deniq; omnia condita ſunt elementa,
Romanam fundauit eccleſiam. Opponit diuerſarius, quia aut hæc de ſola Roma-
na eccleſia dicuntur, & ſequitur omnes alias eccleſias, terrena ſententia ſtatutas, &
ſine uerbo dei, ſine quo nihil factum eſt, quod factum eſt, & ſic omnes aliæ eccleſiæ
ſunt nihil. Aut ſimul etiam de alijs eccleſijs intelligẽdum eſt, eſſe ſcilicet eas per uer-
bum dei, quod omnia condidit, ſtatutas, & ſequitur huic nihil ſingulare ad Roma.
eccle. dici niſi inanem Pompam ſyllabarum. Quod ſi de conſtitution̄. eccleſiarum
iuxta dignitatis, gradus loquitur, non ſecundum ſubſtantiam, patet quã peruerſe,
hoc uerbum Chriſti de fide totius eccleſię uniuerſalis, torqueat ad unius hominis po
teſtatem, Chriſtus ſuam eccleſiam ſupra petram ædificare ſe dicit, hic uero, non,
ſed dumtaxat Romanam, hoc eſt cęteras eccleſias nihil facere, & Chriſtum negare.

Obiectio. 7. ¶ Porro ſi cæteræ eccleſiæ ſunt terrena ſententia ſtatutæ, & hanc ſententiam Roma
næ eccleſiæ dixit, ſuo ore ſeſe damnat, ſuam ſententiam terrenam, non diuinam di
cens. Et ubi manet, quod uocem Petri, tanq̃ diuinam, & non terrenam audire opor
tet? Porro quis conſtituit eccleſiam Hieroſolymitanam, anteq̃ Romana eccleſia eſ
ſet? An non Petrus uerbo dei Romanam eccleſiam conſtituit? Verum ſi de digni-
tatis conſtitutione loquitur, non de ſubſtantia eccleſiæ. Tunc arguo ſic. Romana ec
cleſia eſt alijs ſuperior diuino uerbo cõſtituta, ergo neceſſe erit, ut eodem uerbo cę-
teræ eccleſiæ ſint ei inferiores ſtatutæ, qa non poteſt ſtatui ſuperior niſi ſint quibus
ſuperior ſtatui poſſit, ubi ergo eſt, quod ſupra dixit, inferiores cæterarum eccleſia-
rum ordines a Romana eccleſia inſtitui, non uerbo diuino, quo uult ſola conſtitui ip-
ſa? nam quomodo Chriſtus potuit ſtatui dominus niſi ſimul gentes & termini terrę
ſubijcerentur, & mons Syon, cui rex præficeretur.

Adde

¶ Adde his,ſi quis dicat,Si Romana eccleſia diuino uerbo fundatur ſuper omnes, Obiectio.8.
Oportet ergo & eas certas nominari quæ uerbo diuino ſubijciantur. Age,eſto er-
go hæc ſententia diuina,Romana eccleſia eſt alijs ſuperior, dic ubi ſcriptū ſit eius
correlatiuum,Eccleſia Mediolanē.eſt eius inferior, aut ulla alia? Si nulla nomina-
tur,nulla ſubeſſe debet,pręcepto ſaltem diuino.Quid hic melius dici poteſt, quam
quod uerbum Chriſti,nec de ſuperioritate, nec de inferioritate eccleſiarū intelligi
poſſit.Sed de ſola, eadē, inuicta que fide & poteſtate omnium eccleſiaꝝ ęqualiter.
¶ Sequitur in Canone,Illius certe priuilegio fungitur, cuius authoritate fulcitur. Obiectio.9.
Vide inquit diuerſarius, quę correlaria inferat uerbū Chriſti, de fide,ad poteſtatis
ſignificationem detortum,priuilegium fit Romanæ eccleſię in uerbo, quod cōmu-
niter omnibus eccleſijs conuenit,quia Chriſtus dicit.Super hanc petram ędificabo
eccleſiam meam,meam inquit.Si eccleſia alia quælibet eſt eccleſia Chriſti, ipſa cer-
te ædificata eſt ſuper eandē petrā,& nullum eſt ulli priuilegium,Si non eſt eccleſia
Chriſti,& ſola Roma. eccleſia,priuilegium non ſtat,quia nulla eſt eccleſia,cui Ro-
mana ſuperior eſſe poſſit.Iterum dico pronomē meam,aut ſignificat ſolam Roma- Obiectio.10.
nam eccleſiam,aut omnem eccleſiam.Si ſolam, habet priuilegium præ cæteris. Si
omnem, iterum non habet priuilegium præ cæteris Eligat ergo quod uult, per
hoc uerbū Chriſti Romana eccleſia,aut erit ſola,aut non erit prima,digreditur dein
ad conuicia,ſed hæc Theologicā maieſtatē non referunt.
¶ Sequitur in Canone. Vnde non eſt dubiū,quia quiſquis cuilibet eccleſię ius ſuum Obiectio.11.
detrahit iniuſtitiam facit,Qui autem Romanę eccleſię priuilegium,ab ipſo ſummo
omnium eccleſiarum capite traditum(uide hyatum illum ſtentoreum)auferre co- Immodeſtia
natur:hic procul dubio in hæreſim labitur,ſuper quę diuerſarius hyſtrionem aut pa Ludderi.
raſitum ſcenicum agēs,hæc iocatur.Eccleſia Romana nō habet ius, ſed priuilegiū,
quod? quod eſt ſupra petrā fidei ædificata. Hoc enim ſolius Roma. eccleſ.eſt, iſto
authore,deinde petrā fidei intelligit prælationem hanc Primatus terreni. nam hæc
duo perpetuo miſcet & confundit,hæc palea.Obſecro quanta patientia eſt iſta tol-
lerare? Primum ſicut dixi,ſi petra fidem ſignat,eadem eſt omnium eccleſiaꝝ, nullo
reliquo priuilegio.Si autem non omnium eſt eadem, ſola erit eccleſia Romana non
habens cui pręferatur.Secundo ſi petra fidei dignitatem ſignificat iam ſibi ipſi con-
tradicit in eodē uerbo, uerbumq; Chriſti adulterat fidei ſignificationē in poteſtatis
ſignificationem ſubuertens,& ſpiritum in carnem, Chriſtum ad mundum trahēs.
Non eſt ergo hæreticus,qui negat hoc priuilegiū Romanæ eccleſię,ſed ille depra-
uator eſt uerbi dei,qui per fidei petrā, intelligit priuilegium potentiæ temporalis.
¶ Quod autem in fine Ambroſium adducit,qui ſe matrem eccleſiarum aſſerit ſequi Dilutio.12.
Romanam,utinam & idem faceret cum Ambroſio. Eccleſia Romana mater eſt, Ambroſi.
ſed non omnium eccleſiarum. Nam & Metropolis quælibet eſt mater eccleſiaꝝ,
iuxta patrum ſtatuta.Deinde Romana eccleſia, nunq̃ uerbis CHRISTI has
contumelias fecit,quas hęc palea fecit,ſed per petram fidem intelligit,non tyranni-
dis ambitionem.Hæc diuerſarius adhuc etiam multo proteruius adduxit,quoniam
plura uerba aculeata,ſtudioſe omiſimus ob beati illius Pontificis reuerentiam.

Reſpondetur ad obiectiones iiij. & de fundatione eccleſiæ ſuper petra ac φ Romana eccleſia Catholica ſit, explicatur. Capit.XXX.

NOn latebit prudētem lectorē can.inferior propoſito nō deſeruiſſe licet in- Solu. obiect. 11
tentioni diuerſarij deſeruiret,plura coaceruātis quo mordeat,& lacerando
eruditionem,uel ignauiam ſuam oſtendat: Obiter ergo in Canonem obie
cta diluā. Dum.n. Iſaiam attuliſſet.cap.x. (non xiiij.ut oberrat diuerſarius) ď ſecuri Ludder lapſus.

& ſecante, infert mox Canonem facere deum ex Papa: & tam puerilis eſt ille cauillus, ut ferme pigeat dilutionis. Symbolum affert propheta pro comparatione dei ad creaturam, quod cum Sum. Pon. accomodet Canoni: infert quod iam audiuimus, quaſi Symbolum dei, nō poſſet eſſe Symbolum Papæ: & tamen Papa non ſit deus.

Symbolica theologia.

Inſignis inſcitia diuerſarij hic detegitur Symbolicam Theologiam ignorãtis: & Sophyſta captioſe argutatur. hoc eſt Symbolum dei, & eſt Symbolum Papæ: quare Papa eſt deus. Et ut detegat manifeſtiſſime diuerſarij imperitia, hoc dicã in Theologia Symbolica ſæpius idem eſſe Symbolum rerum diuerſarum: hoc oſtendi in diſputatione Lypſica propugnatori Ludderano, & ſimilibus erroribus ac hæreſibus

Error Carlſtadij.

Augu.

Symbola diuerſorum & contrariorum.

implicito, Andreæ Carlſtadio, ex Auguſtino lib. iiij. Hyponoſticon, ubi iumentum facit Symbolum gratiæ, & dein liberi arbitrij. Et quod plus eſt, idem eſt Symbolum rerum contrariarum ſeu deſperatorum: nonne Leo de tribu Iuda eſt Symbolum Chriſti, tamen leo eſt etiam Symbolum diaboli. Ignis Symbolũ eſt diuini amoris, Symbolum eſt carnalis concupiſcentiæ, ſic de aqua, de umbra, de frigore &c. & innumeris alijs. Non ergo facit ex deo Papam, ſed Symbolum a creatura tranſlatum in deum, tranſfert in creaturam. Et profecto ſcienti artem Symbolicam hoc uidetur neceſſarium: quod in rebus infimis deſumptum ad ſignificandum diſtantius, poteſt ſignare minus diſtans, at hæc alibi.

¶ Improperat Canoni, quia cæteros Epiſcopos nō homines faciat, ſed inſtrumenta, hic uides ſyncere lector, quam ſe non intelligat diuerſarius, ex hoc enim, quod ſecãtem Papæ, ſecurim inferioribus Epiſcopis per Symbolum aſcribit, mox inſurgit, eum facere alios Epiſcopos inſtrumenta, homines: ſed age, cum propheta Symbolum deo dedit ſecantis, hominibus, ſecuris. Itaq; homines fecit non homines, ſed inſtrumenta, modo argumentandi ipſius diuerſarij: ſic ſacras tractat literas, ſic alios optime & accomodatiſſime tractantes, repræhendit & caſtigat.

Homines quomodo inſtrumẽta.

¶ Hoc nouerunt omnes boni & docti, omnem cauſam ſecundariam & minus principalem eſſe quaſi inſtrumentum cauſę prioris a qua dirigitur: & quia Patriarchæ diriguntur a Papa, Primates a Patriarchis, Archiepiſcopi a Primatibus, Epiſcopi ab Archiepiſcopis, Archipræſbyteri, ab Epiſcopis, Plębani ab Archipræſbyteris, uicarij & adiutores a plæbanis, & ſic ſemper inferior eſt, quaſi membrum & inſtrumentum ſuperioris: de ratione autem Phyſica inſtrumenti huic loco non attinet, quia ſolum utimur inſtrumento Symbolicæ.

Solu. Obiect. 2.

Hoc bene dicit cap. Non decet cum concord. Diſ. 12.

Lapſus Ludder

Argumentum hæreticorum.

¶ Improbat dein Canonem inferior, quia in fine uocet Romanam eccleſiam matrem omnium eccleſiarum. In quo mirũ eſt quod ſomnij obuenerit diuerſario, ꝙ Canoni imponit, qđ in eo non habetur, ſed finxit, ut liberius carperet. Immo plures ſunt Canones ſequentes in Gratiano Nicolai, in nullo tamen eorum hoc dictum continetur. At quia eſt ueriſſimum, & pluribꝰ Cano. atteſtatum, ideo Sophyſmata Ludderi in contrarium repellamus.

I.	Papa
II.	Patriarcha
III.	Primas
IIII.	Archiepiſcopus
V.	Epiſcopus
VI.	Archipræſbyter.
VII.	Plębanus
VIII.	Adiutor.

Vnde cum primo opponit de eccleſia Iudęa, dico quod hoc fuit argumẽtum, Epiſcoporum Orientalium hæreticorum quando ſcripſerunt Iulio Papę contra S. Athanaſium, & quęſiuerunt ſchyſma contra Romanam eccleſiam. Ita .n. ſcripſerunt. Domino beatiſſimo & honorabili patri Iulio, Apoſtolicę ſedis uenerabili Epiſcopo, Euſebius Theoginus, Theodorus, & Berinthus una cum reliquis fratribus, & Coepiſcopis noſtris in Antiochia congregatis. Licet circa omnes Romanam eccleſiam ſciamus eſſe munificam, & Apoſtolicam habere curam, & ſemper matrem exiſtere pietatis: quãq; ab oriente ad ea prędicatores ueritatis aduenerunt,

Iudæa eccleſia mater.

& infra

& infra, Optaremus, nec nos ſecundo loco habendos cum ijs, qui ex his partibus ad uos uſq; dogmatiſantes Apoſtoli peruenerunt.

¶ Reſpondeo ergo, quia eccleſia Romana non eſt mater aliarum: niſi quia eſt Petri ſedes & ſucceſſorum eius, & Petrus ſucceſſit CHRISTO: ideo facile eſt uidere, Iudæam eccleſiam fuiſſe filiam Petri, & primo CHRISTI. Bene ergo probat & hoc uult Apoſtolus, Iudæam eſſe matrem & radicem aliarum eccleſiarum origine: nam ex iudæis prophetæ, CHRISTVS & Apoſtoli exierunt, ut interpretatur Paulum Athanaſius: ideo pro eis elemoſynam petit Paulus ex gentibus: Attamen Romana eccleſia eſt mater omnium, fidei ſtabilitate, dignitate, & poteſtate: quæ adhuc fidem Chriſti tenet, cum Iudæa, Aegyptus, & Græcia illam amiſit. Item uerum eſt eccleſiam gentium poſteriorem eſſe tempore eccleſiæ Iudæorũ: tamen a deo, Petro medio, conſtituta eſt prima: quę tot periculis quaſſata, fluctuat, non perit: Salus ergo origine eſt ex Iudęis, immo dignitas Romanæ eccleſiæ eſt ex iudęo Petro: qua accepta omnium eccleſiarum mater exiſtit.

Sol. obiectio. 3.

Athanaſius.

¶ Amarulentas autem ſoluturus obiectiones, contra indubitatum Nicolai can. omnes, ab initio obiter intellectum Sum. Ponti. explanabo: quo facto confeſtim patebit, omnia obiecta, non ſtudio ueri quærendi, ſed mordendi libidine fore adducta, canoni penitus in fundamento nihil aduerſantia. Vnde quia Chriſtus per illa uerba ſæpe renarrata, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Pollicitus eſt ſe ædificaturum eccleſiam ſuper petrum, & ſucceſſores, uti Cypria. Hierony. Auguſt. Ambro. Grego. Chryſoſto. & alij uoluerunt ſuperius citati, uiri ſancti & ſpiritu dei pleni: hanc pollicitationem pręſtitit indubie dominus Petro: qua exhibita, nactus eſt Petrus poteſtatem ſuper eccleſia dei, cuius paſtor effectus eſt. Et quia iuſſu dei finaliter ſibi ſedem, & ſucceſſorem delegit Romę in plenitudine ſuę poteſtatis, ita connexione quadam & conſecutiue per unionem Petri cum eccleſia Romana, ipſa a Chriſto per Petrum, hãc poteſtatem accepit: & cunctis alijs eſt prælata: quod ſi manſiſſet Antiochiæ uſq; ad diem obitus ſui, niſi deus aliter ſucceſſoribus pręcepiſſet, tunc Antiochena fuiſſet ſuprema omnium.

Senſus ca. oẽs diſt. 22.

¶ Et ita Petrus factus eſt Epiſcopus Romanus iuſſu domini, quod etiam nunc credo fieri poſſe, ut ſi deus mandaret Papę, ut transferret ſedem ſuam, & omnia quę ſunt ſedis, ad eccleſiam Colonienſem pro ſe & ſucceſſoribus: quod tunc Colonienſis eccleſia foret ſuprema omnium. In alijs autem locis, facti ſunt & ordinati Epiſcopi iuſſu ipſius Petri, ita quod uſus eſt poteſtate ſua, etiam conſtituendo Primates teſtatur hoc Clemens. In illis inquit ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atq; primi legis doctores erant, Epiſcoporum Primatus & Patriarchas B. Petrus poni iuſſit: qui reliquorum cauſas Epiſcoporum & maiora negotia in fide agitarent: proſequitur de Archiepiſcopis & Epiſcopis. In fine addit. Neq; inter Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed unus omnibus pręfuit, & eſt Can. vij. & viij. Clemen. pondera inęqualitatem eccleſiarum in ipſa inſtitutione earum. Sic Inno. declarat quomodo S. Petrus per Galliam, Hiſpaniam, Italiam, & Aphricam, Epiſcopos inſtituit: patet ergo quod illa primatuum, & Epiſcopatuum inſtitutio, Eccleſiarum diſtinctio uel unio, fuit uoluntaria ad rationabile arbitrium ſummi Ponti. & ab eo ordinatorum: quod in hodiernum diem contingit, quando noui eriguntur Epiſcopatus, ſicut ad petitionem Frideri. iij. Impera. in Vvienna Pannonię erectus fuit Epiſcopatus, & alter in noua Ciuitate: hoc quoq; aduerte, nemini eſſe ambiguum, quin eccleſiam meam, in uerbis Chriſti ad uniuerſalem referatur eccleſiam: ſed ratione petrę, quę fuit Petrus Roma. Ponti. pertinet ad Romanam eccleſiam: & eius dignitatem declarat, & probat: & quia diuerſarius in hoc errat, & ob huius ignorantiam has tenebras nobis offundit.

Clemens. diſ. 80. In illis.

Innocen. diſ. 11. quis neſciat.

VVienna Neuenſtat.

Romana eccleſia prior alijs.

¶ Non ergo deus ædificauit eccleſiam ſuam ſuper Romanam eccleſiam,nec ſuper
poteſtate Romanæ eccleſiæ;ſed quia Chriſtus ædificauit eccleſiam ſuam ſuper pe-
tram,ſuper petrum: per illum habet ſuam dignitatem & prælationẽ: quare Petrus
ſpecialiter fuit Epiſcopus Romanus: & tamen paſtor uniuerſalis eccleſiæ,ſic Roma
na eccl'ia eſt prior in uniuerſitate eccleſiaꝝ,alijs eccleſijs particularib. Sic ergo decla
rat Nicolaus Pont.Romanam eccleſiam eſſe ſuperiorem alijs,quia Petro eius præ-
ſidenti Chriſtus filius dei,uerbum patris dedit Primatum ſuper tota eccleſia. At nõ
ſic eccleſiæ alię hoc ius prætendere poſſunt,dempta Antiochia,quę ad certum tem
Marcellus. pus hoc habuit priuilegium,ſed ceſſit Romanę eccleſiæ, ut ait Marcellus Martyr.
His ſic prælibatis ſomnia & pręſtigia Ludderana propulſemus.
Sol.obiec.4 ¶ Primo ergo cum aſſumit,& alias eſſe eccleſias Chriſti & credant: & non ſint ſup
harenam ædificatę.Reſpondeo argutatori,unam eſſe eccleſiam dei,unam ſponſam,
unam columbam,unam perfectam, unam formoſam per uniuerſum terrarum or-
bem,quæ ædificata eſt ſupra petram immobilem.Secundo dico ſpecialiter Roma-
nam eccleſiam eſſe fundatam ſuper petram: quia Petrus ſuper quem promiſſa eſt
ædificari eccleſia: licet totius eccleſiæ fuerit paſtor: tamen ſingulariter eccleſiã Ro-
manam in qua ſedit,honorauit,& præ cæteris dominus per illum extulit, uelut in
regno regia,caput aliarum ciuitatum conſtituitur:quare priuilegia habet a deo Ro
Platina. mana eccleſia,quæ alia non habet, niſi per illam: ita ſcribit platina de B.Gregorio,
Grego. quod reſponderit Michaeli Imperatori,poteſtatem ligandi & ſoluendi Petro tradi
tam,eiuſq́ ſucceſſoribus,non Epiſcopis Conſtantinopolitanis: quod equidem non
ſic accipiendum credo,quaſi uoluerit illos Epiſcopos non habuiſſe claues: ſed quia
uniuerſalem poteſtatem clauium non habent,uel quia non primo acceperunt a deo,
aut quia miniſterio acceperunt humanæ ſuperioritatis.
¶ Qualis enim eſt comparatio præſidentis,talis & eccleſiarum adinuicem eſſe uide
Bernard. tur,ut pulchræ Bernard.lib.ij.de conſideratiõe ad Eugenium teſtatur. Indagemus
diligentius inquit,quis ſis,quam geras pro tempore perſonam in eccleſia dei: quis
Papæ laus. es,ſacerdos magnus,Pontifex ſummus. Tu princeps Epiſcopoꝝ. Tu hæres Apo-
ſtolorum,Tu primatu Abel,gubernatu Noe,Patriarchatu Abraham,ordine Mel
chiſedech,dignitate Aaron,authoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, poteſtate Pe-
trus,unctione Chriſtus.Tu es cui claues traditę, cui oues creditæ ſunt.Sunt qui-
dem & alij cœli ianitores,& gregum paſtores,ſed tu tanto glorioſius,quanto & dif-
ferentius utriuſq́ præ cæteris nomen hereditaſti: habent illi aſſignatos greges, ſin-
guli ſingulos,tibi uniuerſi crediti uni,unus nec modo ouium, ſed & paſtorum: tu
unus omnium paſtor,& lib.iij. Appellatur ad te de toto mundo: id quidem in teſti-
monium ſingularis primatus tui: at tu ſi ſapis, non primatu gaudebis, ſed fructu.
Quare liquet Romanam eccleſiam, quam diu eſt ſedes Petri, immediatius eſſe
ędificatam a CHRISTO,& fundatam ſuper petram,quam alias eccleſias(non lo
quor de immediatione actionis, quia ſic omnia immediate fiũt a deo,ſed ut negat de
riuationem ab alia poteſtate humana ſuperiori: ſcimus enim neminem dare claues
infimo ſacerdoti,niſi deum: tamen hoc facit per Epiſcopum)Hinc eſt quod uel alijs
Eccleſia Ro- eccleſijs deficientibus,ut in Aſia, Aphrica,& Europa Orientali. Aut tarde conuer
mana non defi- ſis ad fidem,ut Lituania,Pruſſia,Polonia &c.Eccleſia Romana hactenus a fide Pe-
cit. tri non deficit.Habes ergo candide lector, quomodo differenter aliæ eccleſiæ ſunt
fundatę ſuper petram fidei,ab eccleſia Romana: quoniam de nulla alia particula-
ri eccleſia dicitur.Et portę inferi non præualebunt aduerſus eam,ſicut de Romana
Grego. dici poteſt quamdiu manet ſedes Petri,ſicut bene applicat B.Gregorius contra ec
cleſiam Conſtantinopolitanam libro.iiij. cap.xxix.In regiſtro,a qua non ſolum hæ
retici,ſed & hæreſiarchę exierunt. Vnde cuilibet intelligenti,iam eſt obuium,diuer
ſarium

ſarium nunq̃ penetraſſe ad ueram intelligentiam: quomodo eccleſię ędificentur ſuper petrā,& ita inaniter calumniari ſummorum Pontificum decreta,contra quā Chriſtianum hominē decet. Quare ſcomma qnod in decretum ludit, faciliter repellitur, quando aſſumit,& alias eccleſias eſſe eccleſias Chrī,& ita ędificatas ſupra petrā:quoniam iam declarauimus ſępius,unam eſſe eccleſiam uniuerſalem,quæ ſupra petram fundata eſt, & omnes eccleſię particulares in tantum fundantur in petra, in quantū coniunguntur Romanæ ut mox probabimus.

¶ Similis calumnia eſt,ꝙ aſſumit peruertendo uerba decreti ſiniſtra interpretatione, quaſi dixiſſet,Ego ædificabo eccleſiam Romanam ſupra petram quæ eſt mea,Romana eccleſia ædificat alias eccleſias non meas ſuper ſuam: Hoc enim delyrium eſt Ludderanum, non ſancti Pontificis. Vna enim eſt uniuerſalis eccleſia totius orbis a Chriſto ſupra petram ædificata:& ita omnes eccleſię inſtituuntur & deſtituuntur a Romana:quę ob pręſidentiam Petri Apoſtolorum primi,ſuperior omnium eſt cōſtituta:& ſic omnes ędificantur ſupra petram, ſed per Romanā:& ut hoc ſit clariſſimum omni recte mentato, audiamus Florentiſſimum Epiſcopum Ambroſium, auctoritate ſancti martyris Cypriani hoc diffinientem. Aduocauit ad ſe Cyprianus Epiſcopum Satyrum:nec ullam putauit ueram, niſi uere fidei gratiam,percunctatuſq; ex eodem eſt,utrum nam de catholicis Epiſcopis eſſet,hoc eſt ſi cum Romana eccleſia conueniret, hoc Ambro. teſtatur Cyprianum feciſſe, eo ꝙ in illo loco ſchyſma erat ob Luciferum, qui ſe a communione fidelium diuiſerat: qui adeo pertinax fuit quod etiam pro fide ſua exularet,& ſubdit. Nam etſi fidem erga deum tenerent, tamen fidem erga eccleſiam dei non tenebant: cuius patiebantur uelut quoſdam artus diuidi & membra lacerari: etenim cum propter eccleſiam Chriſtus paſſus ſit, & corpus Chriſti ſit eccleſia: non uidetur ab his uera fides exhiberi Chriſto, a quibus euacuatur paſſio eius atq; diſtrahitur &cę. Expende quiſquis hęc legeris Cypriani, & Ambroſij ſententiam,qui exiſtimant eum non eſſe de eccleſia,quæ eſt corpus Chriſti,propter quam Chriſtus paſſus eſt,qui cum Romana eccleſia non conueniret, q̃uis Cyprianus, Satyrus, & Lucifer Aphricanæ fuerint eccleſię tranſmare: licet magna temeritate, diuerſarius neget Aphros unq̃ fuiſſe ſub Romana eccleſia, quod lib.ij.euoluemus.

Ludder peruertit uerba Papæ.
Eccleſia Ro. Catholica.
Ambroſi. Cypria.
24.q.1. aduocauit.
Lucifer hæreticus exul.
Sentire oportet cum eccleſia Romana.

¶ Simile dicit in prędictorum robur Pelagius Papa diui Auguſtini auctoritate. Et enim cum ſicut dicimus,eccleſia una ſit,cui in Canticis Canticorum dicitur. una eſt columba mea,nullam aliam eſſe conſtat: niſi quæ in Apoſtolica radice eſt fundata: a quibus ipſam fidem uniuerſo orbe propagatam eſſe,non poteſt dubitari:Quod beati quoq; Auguſtini teſtimonio comprobemus. Audite quid in quodam opere ſuo præclariſſimus doctor dicat eccleſiæ. Ait enim, quod ſi nullo modo recte dici poteſt eccleſia, in qua ſchyſma eſt, reſtat, ut quoniam eccleſia nulla eſſe poteſt: quam ea quę ſit in ſedis Apoſtolicę per ſucceſſiones Epiſcoporum radice conſtituta,quam nullorum malorum hominum malitia,ullo modo ualeat extinguere. Vide omnes eccleſias conſtitutas in radice Apoſtolicę ſedis, pie lector hic omnes libri impreſſi, q̃s uiderim ſunt mendoſi, ideo ad emunctos codices uetuſtos & ſcriptos habe recurſum:& inuenies me fideliter hunc locum deprauatū reſtituiſſe, uolunt ergo hunc eſſe ſchyſmaticum,et ſcindentem tunicam domini,ut Aug.ait de quinq; hæreſibus,qui cum Romana eccleſia omnium aliarum radice non conuenit.

Pelagius.
Augu.
24.q.1.pudēda
Locus Gratiani emendatus.
Augu.

Obiectio alia diluitur contra ca. Omnes,& hic attingit an Papa habeat utrunq; gladium. Cap.XXXI.

DEcretalem dein abijcit,ꝙ affirmet,Petro cœleſtis & terreni imperij iura cōmiſſa,facile liquet nihil eſſe tam bene dictum,quod non a malignis interpre

Solu. obiect. 5.

tibus poſſit calumniari, uti & capiti noſtro domino Iheſu a perfidis contigit Iudæis,
diuina uerba inuertentibus. Recte ergo alius precabatur dictis ſuis. Abſit malignus
interpres, & inſignis ille pictor Fuggerorum tabellis ſuis ſuffixit. Citius quis carpet,
ꝗ imitabitur: nam uocem Papę, dicit diuerſarius eſſe blaſphemam, Petrum iura cœ
Petrꝰ habet iura cœli. leſtis imperij tenere, cum ſolum miniſterium teneat uerbi in terra; ſed miſere tor-
quet uerba Summi Pontificis: quis enim ita deſiperet, ut crederet Petro uiatori com
miſſum eſſe imperium cœli: ut in cœlo iam ſecurus imperaret, & omnia pro nutu di
ſponeret: ſed quia permiſſione Chriſti, quæ ſolueret & ligaret in terris, erant ſoluta
& ligata in cœlis: hinc dicitur tenere iura cœleſtis imperij, ſcilicet, ſoluendo & ligan-
Origenes. do: quam poteſtatem extollens Origenes ait, uide quantam poteſtatem habet petra
Honor & dignitas ſacerdotij. ſuper quam ædificatur eccleſia, ut etiam iudicia eius maneant firma, quaſi deo iudi-
cante per eam. Et Chryſoſt. de Petro ait. Ei enim ſe promittit daturum, quę ſunt pro
Chryſoſto. pria ſolius dei, ſcilicet peccata ſoluere, et eccleſiam immutabilem facere inter tot per
Grego. ſecutionum & tentationum procellas. Ideo recte dixit B. Grego. in Homilia. Gran-
Ambro. dis honor, ſed graue pondus eſt iſtius honoris. Sic B. Ambro. ait de dignitate ſacerdo
cap. 7. tali. Honor & ſublimitas Epiſcopalis, nullis poterit comparationibus adęquari, ſi re-
gum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius: quam ſi plumbi
metallum ad auri fulgorem comparares, cum uideas regum colla & principum, ſub
mitti genibus ſacerdotū, & exoſculatas eorum dextras, orationibus eorum credant
ſe communiri, & cap. ſequen. Nihil eſt in hoc ſæculo excellentius ſacerdotibus, nihil
Grego. ſublimius reperitur Epiſcopis. Sic B. Gregori. ad Hermannum Meteñ. Epiſcopum
Gratianus. ſcribit, & renarrat Gratianus. Quis dubitet ſacerdotes Chriſti, Regum, & princi-
Diſ. 96. quis dubitet. pum, omniumq; fidelium patres cenſeri: nonne inſanię miſerabilis eſſe dinoſcitur, ſi fi
lius patrem, diſcipulus magiſtrum, ſibi ſubiugare conetur, & iniquis obligationibus
illum ſuæ poteſtati ſubijcere, a quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cœlis ſe li-
gari poſſe & ſolui. Et uerba ipſa Chriſti hoc indicant. Tibi dabo claues regni cœlo-
rum, quid aliud ſignificant hic claues niſi Symbolice poteſtatem quandam, & ius q̃d
dam ad cœlos: tale quid & nihil aliud uoluit dicere Nicolaus Papa, Petrum accepiſ-
Augu. ſe iura cœleſtis imperij, uti & B. Augu. ſimile quid dicit lib. de quinq; hæreſibus, de
diuina & cœleſti auctoritate dimittendi peccata.

¶ Porro quomodo Papa habeat ſe ad temporale dominium, & an conferat imperi-
um: an exemerit Reges Galliæ, & Hyſpanię ab Imperio, ſicut illorum ambaſiatores
proteſtabantur in Concilio Conſtantienſi, ſe non ueniſſe ob uocationem Imperato-
rum, quaſi imperator aliquod ius in eas haberet: hæc inquam materia latior eſt, ꝗ ut
nos eam attingamus, in quam tot ab antiquioribus ſcripta ſunt, præſertim poſteaꝗ
Diſcordia Imper. & Ponti. Henricus iiij. Gregorium. vij. Henricus v. contra Paſcalem ij. & Caliſtum ij. Frideri-
cus i. potentiſſimus Impera. Sueuus contra Alexandrum iij. Fridericus ij. Sueuus
contra Innocen. iij. Honorium iij. Gregorium ix. Philippus Sueuus cōtra Innocen.
iij. Ludouicus Bauarus contra Iohan. xxij. diſcordijs & diſſenſionibus maximis labo
Occam licet infenſiſſimus Papæ, damnat tñ Ludderi errorem. rarunt: pro Ludouico Bauaro multa ſcripſit Guil. Occam Anglicus, qui tamen licet
Papæ plurimum aduerſetur: tamen conſtanter aſſerit eccleſię Romanę Primatum
iure diuino datum: & oppoſitum iudicat hereticum: quem tamen diuerſarius adula-
torem incuſare non poteſt, quod extorris cum Michaele de Zezenna. Henrico de
Kelheim, Franciſco de Eſcula, fratre bona gratia, in monachio degeret, timore Pa-
pæ. Quamuis in Germanorum annalibus legamus eos prius fuiſſe abſolutos: diſcor
dia hyſtoriarum uenit, quia aliqui ſub Iohanne in excōmunicatione ex fratribꝰ ſunt
Occam nō mortuus in excommunicatione. mortui, ſed qui ad Benedicti tempora uixerunt, fuerunt ad pœnitentiam reuerſi, &
abſoluti. Vnde G. Occam Iohanne xxij. mortuo, uixit temporibus Benedicti xij. uſq;
ad annum ſecundum Clemen. ſexti, quare G. Occam hac nota inurendus non eſt.

Habeo

Habeo adhuc unum eius libellum contra Papam, nondum a calcographis exaratū. *Zacha. Papa.*
¶ Plura & fortia in utranq; partem afferuntur, Zacharias depoſuit Hildericum *Hildericus rex*
Francorum Regem, & Pipinum, Caroli magni patrē ſubſtituit c. alius. xvi. quæſti. *Gaguinus.*
vi. Vide Rob. Gaguinum, ſic Leo iiij. tranſtulit Imperium ex Græcis in Germanos *Leo. 4.*
in perſonam magnifici Caroli magni ca. uenerabilem de elec. Gregorius vij. depo- *Carolus.*
ſuit Henricum iiij. & Rudolphum Ducem Sueuię, eligi curauit. Sic Innocent. iij. re- *Henricus 4.*
iecit Philippum magni Friderici Barbaroſſę filium, & Ottonem Brunſuicen. confir *Rudolphus*
mauit, quo dein depoſito, Fridericum ij. eligi procurauit, quo iterum per Papam de- *Sueuus.*
poſito, Thuringiæ Lantgrauius eius iuſſu electus eſt, licet per Chunradum Sueuū *Philippus Sue-*
apud Franckfordiam uictus fuerit & fugatus, ut hęc latiſſime in annalibus noſtratū *uus.*
leguntur. Sic Benedictus xi. Luchinum Vicecomitem Mediolani confirmauit, Ma *Otto Brunſui.*
ſtinum Scaligerum Veronę, & Vincentiæ, Philippinum Gonzagam Mantuę, Al *Frideri. ſucuus*
bertinum Rhegij, Carrarien. Patauij, Aſtenſem Ferrariæ, & Mutinę. Sic Clemens *Mediolanen.*
vi. Carolum Bœhemię Regem contra Lud. fecit in Regem Romanorum eligi: ſed *Scaliger.*
non obtinuit: tribus etiam poſt mortem Ludouici ſuffectis. Sic Imp. electus a Papa, *Gonzaga.*
confirmatur, inungitur, conſecratur, coronatur, & Impera. ei iurat cap. tibi domino. *Carrarien.*
lxiij. dinſtin. Supplet etiam defectum Impe. in interregno cap. licet de ſor. compe- *Ferrarien.*
ten. Et ita plures uolunt in toto corpore myſtico eſſe unum caput, tam laycorum, q̄ *Carolus Bœhe*
ſacerdotum, & illud ſit Papa habens penes ſe utriuſq; gladij poteſtatem, quamuis *mus.*
gladium temporalem conuertiſſe debeat in uaginam: quem nimis ſanguinolentum
etiam noſtra ętate uidimus euaginari: plus laborantes pro patrimonio Petri q̄ fide
Chriſti dilatanda. Hinc dialogus Iulij, & Genij natus eſt. Quamuis nemini ſit ambi *Patrimonium*
guum, etiam temporibus B. Gregorij eccleſiam habuiſſe patrimonium, ut patet in *eccleſiæ tēpore*
eius regiſtro lib. i. Epiſtola ij. de Sicilia & lib. v. Epiſtola x. de partibus Halliæ lib. *Grego.*
vi. Epiſto. xxiij. Et ita uolunt Papam habere etiam gladium temporalem in habitu, *Bernard.*
non in exercitio. Huius ſententię exprę ſſe fuit Bernhard. lib. iiij. de conſideratione
ad Eugenium.

¶ Alijs fortiſſimis motiuis contra ſentientibus, quibus facile non reſiſtatur, nam & *Alia ſententia.*
Chriſtus ſub Cęſare natus eſt, ſic Chriſtus dixit. Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari. *Luc. 2.*
Et confirmauit Auguſtale Imperium. Non haberes poteſtatem illam in me, ait *Math. 22.*
Pylato, niſi datum eſſet tibi deſuper. S. Paulus ciuem Romanum ſe dixit. Ad tri- *Iohan. 19.*
bunal Cæſaris ſto, ubi oportet me iudicari, Cæſarem appello. Ideo dixit CHRI- *Act. 16. & 22.*
STVS Apoſtolis. Reges gentium dominantur eorum & cęte. Vos autem non ſic. *Actu. 25.*
Et iuueni dicenti CHRISTO, dic fratri meo, ut diuidat mecum hęreditatem, re- *Luc. 22.*
ſpondit. O homo, quis me conſtituit iudicem ſuper uos? Regnum quoq; a turbis ob *Math. 20.*
latum reſpuit & ſe regem eſſe negauit. Apoſtolus prohibet militantem ſe implicare *Luc. 12.*
negocijs ſęcularibus, ubi notabilis Gloſ. Ambroſij. Gloſ. in cap. quoniam idem. di- *Iohan. 6.*
ſtin. x. ait Imperium non habetur a Papa. Exercitus olim faciebat Imper. Gloſ. *2. Timoth. 2.*
in capitulo legimus, & capitulo. cum ad uerum. xcvi. diſtinctione. ubi notabilis *Ambroſi.*
tex. cum ad uerum uentum eſt, ultra ſibi nec Impe. iura Pontificatus arripiat, nec *Gloſſa.*
Pontifex nomen Imperatorium uſurpet. Adde tex. & Gloſ. xcvi. diſtinctione ca
pitulo. cum duo, & capitulo. nouit de iud. Et beatus Petrus loquitur Clementi. xi. *Petrus.*
quęſtione prima. te quidem. Et Bernhardus Eugenio ſcribit in Criminibus, non *Bernhar.*
in poſſeſſionibus eſt poteſtas ueſtra. Vnde Herodes metuit CHRISTVM
aſſumpturum regnum temporale. Ideo in Hymno Sedulij canitur. Non arripit *Ambroſi.*
mortalia, qui regna dat cœleſtia. De quo Auguſtinus ſuper Iohannem. Leo in *Augu.*
Homilia, de Epiphania, Chryſoſtomus, & alij. At non eſt noſtrum tantas compo- *Leo.*
nere lites. *Chryſoſto.*

¶ Vtcunq; ſit de illo, attamen non erat exibilanda decretalis illa Nicolai cum non

ſit ita ſiniſtime interpretanda, uelut diuerſarius, infecti guſtus, omnia amara iudicat. Nam cum primo opponit, Petrum non tenere iura cœleſtis imperij: quia ſolum teneat miniſterium uerbi in terra. Vide ſyncere lector q̃ ieiunum & captioſum obtrudit cauillum. Quis. n. unq̃ illa uerba Nicolai ſic accepit, ut Petrus iura habuerit militantis & triumphantis eccleſię. Miniſterium itaq; Petrus accepit in terra: ſed tale quo cœli aperiunt, quare non inepte dixit, Petr⁹ tenere iura cœleſtis imperij. Sic & terreni imperij, nõ referre oportet ad Imperatoriam maieſtatẽ: ſufficiat ꝙ hic in terris Pontifex, ius habeat cœlos claudendi, & tale ius habeat ſuper Cęſare, Regib. ac quibuſcunq; terreno Imperio ſub eccleſia ſplendentibus: ꝙ ubi materia peccati uertitur, *c. nouit de iud.* oẽs ſubiacent Pontificis imperio. Non affero uarias huius loci ſententias. Non. n. deſunt, qui per illa duo iura Imperij bonos & malos intelligant. Alij eo applicant, quia ptãtem habet ſpiritualia ſeminandi, & metendi tpalia, quodcunq; hor⁹ dixeris, beneuole interpretando, non ſupcilio Phariſaico lacerando, torquẽdo, & corrumpẽdo textum, uidebis iniuria tam ſanctũ, & innocentẽ Pontificẽ, a fratre iſto, notari impietatis, & blaſphemię: pari ratione prius adducta, non explico iã quid uoluerit Chrs. Regnum meũ non eſt de hoc mundo, & cur Petrus Neronẽ paſſus eſt, qm̃ ſi conſentirem dicentibus Papam utrũq; gladiũ habere facile dicerẽ, Petr⁹ in habitu habuiſſe, qđ Nero exercitio & tyrannide occupauit, unde exercitium noluit Neroni auferre ſicut nec Chriſtus, qui uelut agnus ad occiſionem ductus eſt, nõ aperuit os ſuũ &c.

Diluuntur aliæ obiectiones, Nicolaus Papa laudatur, & eccleſiæ Romanæ, Primatus noua ratione probatur. Cap. XXXII.

TErtio loco oppugnat, illam decretalem ꝙ ait eccleſiam Romanam uerbo dei fundatam: cum nihil ſit factum ſine illo, piget proſequi has inutiles ſtrophas. Scimus omnia eſſe a deo, ut prima omnium cauſa, & ꝙ ſine ipſo factũ eſt nihil: attamen quia uerbum quod eſt caro factum, expreſſit ſuper Petro ædificãdam eccleſiam: qui ſuam dignitatem iuſſu dei, Romanę contulit eccleſiæ: ideo uerbo *Euacuatur obiectio 6.* dei ſpecialiter eccleſia illa fundata dicitur: nõ ſic aliæ eccleſiæ: nõ ſic omnia alia a deo creata: Alioquin ſecundum obtuſum ſenſum diuerſarij, diceremus ordines mendicantium a Chriſto inſtitutos, quia ſine illo uerbo nihil eſt factum: licet Ludder uellet *Quõ oĩa uerbo dei facta.* nullum ordinem mendicantium eſſe: immo ne dum de eccleſijs Chriſtianis, ſed & de Synagogis Iudæorum, Meſquitis Mahumeticis, eccleſijs Huſſiticis, & Ruthenicis, & innumeris alijs abhominationibus, dici deberet diuerſarij ſententia: ꝙ eſſent uerbo dei fundatæ: quia ſine ipſo factum eſt nihil: Sic intollerabili impietate, ac deteſtanda inſcitia ſeipſum inuoluit diuerſarius: dum nihil aliud agit: q̃ꝙ ſanctum mor*Laus Nicolai Papæ.* deat Pontificem: qui adhuc iuuenis nullum pietatis omiſit genus, & homo minime ambitioſus, in Pontificem creatus, fugit, & latuit in uaticano, uitandi honoris cauſa: in*Platina.* uentus tandem nolens, in Apoſtolico ſolio locatus eſt: de quo platina teſtatur, eum tantę fuiſſe uenerationis & maieſtatis, tantę fuiſſe eloquentiæ & doctrinæ: ut ab omnibus tanq̃ numen coleretur: & in fine appellat eum unicum in omni genere uirtu*Immodeſtia Ludderi.* tis exemplum: Et iam præteriere anni 6 6 o. quod in uiuis fuit: & diuerſarius audet eum licet immeritum, arguere delyrij, impietatis, inſaniæ, blaſphemiæ, arrogantiæ, ambitionis, inſcitiæ, deprauationis uerbi dei: quaſi uerba Chriſti peruerterit, ſine timore dei ſacras literas tractauerit, cum illuſione ſpiritum in carnem, Chriſtum ad mundum traxerit: quę omnia uel ſuſpicari de tali, & tam digno Pontifice iniquiſſimum eſt, uel ab Ethnico: taceo ꝙ Chriſtianus, ꝙ Sacerdos, ꝙ Theologus, ꝙ Religioſus ex fratribus mendicantibus, tam uirulentam linguam audet in ſanctum Pontificem exercere.

¶Expro-

¶ Exprobrat dein Pontifici, quia uerba Chriſti de fide uniuerſalis eccleſiæ torqueat ad unius hominis poteſtatem &c. adhuc deſipit aduerſarius, & non intelligit, qua ratione Roma. eccleſia dicatur fundata iſtis uerbis Chriſti: quibus tamen totam uniuerſalem fundauit eccleſiam: Vnde iniquiter imponit Pontifici, ꝙ dicat ſolam Romanam eccleſiam fundatam uerbo Chriſti: ſed comparando eam ad eccleſias particulares: tunc uerum eſt, ut explicauimus ab initio huius Canonis uentilati: quoniam ſic iure S. Petro a Chriſto tradito, ipſa eſt prima: falſum ergo imponit: ꝙ torqueat uerba: cum legitimus & germanus ſenſus uerborum deſeruiat, ſoli Petro, & ſucceſſoribus ſuis: ut ab initio ſæpe probauimus: poſſet tamen ſententia etiam coaptari, confeſſioni fidei Petri, ſecundum Auguſt. *Auguſti.*

¶ Accipe ſic intelligentiam dictorum, omnes in eccleſia ſumus unum corpus, & membra Chriſti: qui eſt caput noſtrum ſecundum Apoſtolum: & ſic S. Petrus eſt membrũ CHRISTI, & quilibet Pontifex: & tamen cũ hoc, adhuc S. Petrus fuit caput eccleſiarum, uicarius ueri capitis CHRISTI. Immo quilibet Epiſcopus eſt caput in ordine ad ſibi ſubiectos: Ita & in pręſentia, tota eccleſia uniuerſalis eſt ſponſa CHRISTI, & eccleſia Romana, & aliæ eccleſiæ particulares ſunt uelut membra: Attamen comparando eccleſias particulares adinuicem, eccleſia Romana cunctis alijs pręfertur, & eſt caput aliarum: quod tota uis, medulla, ac firmitas in Romana eccleſia contineatur. *1. Corinth. 12*

¶ Sic ergo terrena ſententia ſtatutæ ſunt alię eccleſię: quia uoluntaria diſpoſitione ſecundum qualitatem, locorum, temporum, & perſonarum, erexerunt eccleſias, uniuerunt diuiſas, & unitas diuiſerunt, ut ex hyſtorijs latiſſime patet: uocem tamen Petri, licet humanam, oportet tamen audire uelut diuinam: nam ſic nobis præcipit dominus, qui uos audit, me audit, qui uos ſpernit, me ſpernit. Vnde hoc eſt ius Euangelicum: quod qui contempſerit, uel reſpuerit, erit mihi ſicut ethnicus & publicanus: Iure ergo diuino præcipitur audiri uox humana: & pro tanto poteſt dici diuina uox. Infantiliter quoque quærit, quis conſtituerit eccleſiam Hieroſolymitanam? Nam hoc ſcimus ex S. Martyris Anacleti auctoritate, Iacobum conſtitutum & ordinatum a S. Petro Epiſcopum Hieroſolymitanum, ut legitur apud Gratianum. Et ne pro ſua temeritate ſolita dicat Gratianum finxiſſe, eſt Canon decimus Anacleti. Porro & Hieroſolymitarum primus Archiepiſcopus beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem Domini nuncupatus eſt frater, a Petro Iohanne & Iacobo Apoſtolis ordinatus eſt, ſucceſſoribus, uidelicet, dantibus formam &cæte.

Solu. 7. obiect. *Luce. 10.* *Vox Petri audienda ut dei.* *Petrus ordinauit Epiſcopum Hieroſoly.* *Anacletus. Diſ. 67.*

¶ Quis autem non rideat cauillum, qui ſequitur, Eccleſia Romana eſt alijs iure diuino ſuperior conſtituta: ergo eodem iure cæterę eccleſiæ ſunt ei inferiores ſtatutæ: Dico. n. ſicut cuilibet eſt obuium: eo ipſo ꝙ Romana eccleſia eſt alijs iure diuino declarata ſuperior, cæteræ ei ſubſunt: nam ſic relatiua ſunt ſimul natura: ſed quia dialectice hallucinatur: ſi aliæ eccleſię ſunt inferiores uerbo dei: igitur ſunt fundatę uerbo dei. Inualida profecto conſequentia: quaſi inſtituto in aliqua prouincia domino, oporteat omnes ruſticos & ciuiles eſſe natos: qui futuri ſunt ab eo. Vnde aliud eſt fundari eccleſiam, & eam eſſe inferiorem: quia ex ſuppoſitione fundationis, decernitur inferioritas. Vnde iuſſu Imperatoris Dux Bauarus efficitur dominus omnium Ciuium Rotemburgi, de nouo aliqui ſint ciues iniuſſu Imperatoris: tamen iuſſu Impera. Bauarus erit dux eorum: Sic uerbo dei & iure diuino Romana eccleſia eſt alijs ſuperior: & eodem iure aliæ ſunt ei ſubiectę: ſed non ſequitur, ꝙ eodem iure ſint fundatę, ut diuerſarius ſophiſticatur: & ita labitur per dialecticæ inſcitiam.

¶ Puerile eſt & hoc, quod infert eccleſia Roma. ſuper alias conſtituta, oportere & certas nominari inferiores, quæ ei ſubijciantur: quaſi non ſufficiat in uniuerſum con- *Solu. obiect. 8.*

ſtituere dominum,nullo ſubdito nominato in ſpeciali. Sic Epiſcopus efficitur domi
nus eccleſiæ primum natę in dioceſi ſua: eſto quod in ſua inſtitutione illa eccleſia non
Diluitur 9. obiectio. modo non fuerit nominata, ſed nec fuerit, ut de eccleſia montis S. Annæ. Abeat er
go in rem malam diuerſarius, cum ſuo erroneo & hæretico conſilio: quod uerba
CHRISTI nec de inferioritate, nec ſuperioritate eccleſiarum intelligantur; ſed
quod eadem ſit fides & poteſtas omnium eccleſiarum æqualiter: hoc enim eſt legē
a Chriſto datā peruertere: pulcherrimum ordinē hierarchicum eccleſię deſtruere:
omnia confuſioni, temeritati, & erroribus exponere. Sanctius itaqꝫ eſt nos obſerua-
re ea quæ patres noſtri a quingentis, a Mille quingentis ferme annis obſeruauere; &
cucullam iſtam dimittere: cuius conſilio omnis ablata eſſet obedientia: maxime de-
linquentium impunitas; rebellionibus aditus conceſſus; ut ſic omnium malorum fe-
ces congererentur.

¶ Dixerat Nicolaus Papa, Illius priuilegio fungitur: cuius auctoritate fulcitur. Ob
ſtat diuerſarius, quia & alię eccleſię ſint fundatę ſuper petram, ergo illud priuilegiū
commune ſit omnibus eccleſijs; ſed quod malum, diuerſarium nondum intelligere:
quomodo aliæ eccleſię ędificatæ ſint ſupra petram, de quo iam ſępe diximus. dein
cum Chriſtus dixiſſet, eccleſiam meam ſingulariter, diuerſarius diſſuit tunicam do-
Diſſuit tunicā inconſutilem Ludder. mini inconſutilem, tot partiendo eccleſias. Vnde conſidera attentius ſtudioſe lector
quantum malum ſit in limine & in ueſtibulo errare; nam omnia reliqua ruinoſa eſſe
oportet. Vna eſt ergo eccleſia fundata ſuper petram: Licet eccleſia Romana plus a-
lijs particularibus eccleſijs dicatur eſſe fundata ſupra petram: quare non eſt commu
ne priuilegium, ſed ſpeciale Romanę eccleſiæ, & iam Ann. Do. 9 > 5. obtentū &
Priuilegium eccleſiæ inexpugnabile. conſeruatum: licet tot Imperatores, tot Reges, tot Principes, tot Patriarchę & Ar-
chiepiſcopi, Gręci & Latini potentiſſime illud expugnare tentauerint: ſed omnes ta
les rebelles, & inobedientes ubi non reſipuerunt, dati ſunt in reprobum ſenſum.

¶ Stat ergo ſententia, & alię eccleſiæ cum Romana, quæ eſt caput earum, ſunt mē-
Obiec. 10. euacuatur. bra eccleſiæ uniuerſalis Chriſti, non ſicut erronee exiſtimat diuerſarius: quamlibet
eccleſiam per ſe eſſe fundatam in petra, ſed ſolum in quantum unitur Petro, & eius
ſucceſſoribus: qui ſunt uera petra, ſuper qua Chriſtus ędificauit eccleſiam ſuam. Et
ita diſſutus eſt ſequens paralogyſmus de pronomine meam (eccleſiam meam) quo-
niam nec Romanam, nec ullam eccleſiam particularem demonſtrat, ſed eccleſiam
catholicam. Vide pie lector ab initio huius Canonis uentilationem.

Obiec. 11. diluitur. ¶ Et pondera ꝙ laboret, ſudet & algeat diuerſarius, ut euinceret ęqualitatem eccleſi
aꝝ, capite negato. Hęc cōmunis eſt & antiqua omnium hæreticoꝝ infirmitas, ut ca-
put adoriantur: qm̄ capite ſaluo, nouerunt ſuos errores non poſſe manere incolumes:
Hæretici ferme omnes contra ptātē Papæ ideo cupiunt debellare caput: quo deiecto iam impune ſeminarent hęreſes. Sed uni
uerſali eccleſia ſupra petram fundata, do eius nobiliſſimā, & primariam partem eſſe
Romanam eccleſiam, uelut aliaꝝ caput. Etiamſi Armeni, Græci, Rutheni, Huſſitæ,
& Ludderani rumpantur: uerum eſt ergo Romanę eccleſiæ priuilegiū: quod qui
auferre nititur, hæreticus a ſancto & innocente Pontifice, diffinitur. Deſinat ergo di
uerſarius hoc improbare, ne pro quali ſit habendus, hoc Decreto oſtendatur.

¶ Ne efficiatur hęreticus, adhuc diuerſarius impugnat decretalem. ubi primo fal-
ſum imponit ſancto Pōtifici, ſolam Romanam eccleſiam fundatam ſuper petra, quo
niam ingenue omnis fidelis fatetur eccleſiam catholicam. Vnam ſponſam domini ſu
pra petram fundatam eſſe, licet Romana eccleſia in ordine ad alias eccleſias particu
lares ſit ſpecialiter ſupra petram fundata. Et in hoc quoqꝫ falſum ei imponit ꝙ per
petram fidei intelligat prælationem Primatus terreni: ſed quia Petro ſuper quem
Chriſtus fundauit eccleſiam, dedit hanc dignitatem, & per hunc contulit Romanæ

eccleſiæ,

eccleſiæ, ipſe autem Petrus fuit petra, ut ab initio & dein ſæpe probauimus. Hoc ergo priuilegio Romana eccleſia in fidei ſtabilitate firmata, nō deficiet in fide: quod euentus rei hactenus probauit, ubi ſuperba Conſtantinopolis in fide cecidit, Hierosolymis, Antiochia, & Alexandria, lapſę ſunt.

¶ Hoc addo iam minorem apparentiam eſſe negandi Romanam eccleſiam iure diuino eſſe ſupremam quam unq̃ fuit M. C C C C. annis poſt uirgineum partum, quod iam reliquis patriarchatibus deficientibus, ſolus Romanus patriarchatus adhuc ſubſiſtit. Ex quo inuictam ſummo rationem, contra errorem Ludderanum, quando toties inculcat nobis, quod & Antiochena eccleſia ſit eccleſia CHRISTI, Epheſina, Alexandrina, & ſic de alijs, & de qualibet earum uerum ſit quod Chriſtus dixit: Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: quia de qualibet earum uerū ſit, & dixerit Chriſtus, eſt eccleſia mea: quam indocte & erronee hoc faciat: liquet ex eo, quod oportet etiam conferre ſequentia, Et portæ inferi non præualebūt aduerſus eam, loquitur de eccleſia. Hoc autem dictum, eccleſiæ catholicæ & eccleſiæ Romanæ competit. De Epheſina autem Theſſalonicenſi, Antiochena & alijs id uerificari nequid: cum portæ inferorum, uerſutiæ hæreticorum, præualuerint apud Orientales ſchyſmaticos, ut infra probabimus: præualuit & infidelium manus, quę totas extirpauit. Ex his liquet quomodo iniurietur tam ſancto Pontifici, quod ſine omni cauſa increpat eum adulterātem uerba dei: nunq̃ enim dixit Papa, petram fidei ſignificare dignitatem Primatus terreni: ſed ex hoc eccleſia Roma. habet dignitatem, quia eſt fundata ſupra petram.

Eccleſia Ro. iam pot.ßimū dicit iudicari iure diuino ſuprema.

Ro. inuicta cōtra Ludder.

¶ Citauerat poſtremo Nicolaus B. Ambroſium, cuius uerbis illudere tentat diuerſarius: quia etſi Romana eccleſia dicatur a Florentiſſimo Epiſcopo mater eccleſiarum: non tamen omnium: ſed quis non intelligit hæc ſophyſmata, hos captioſos cauillos, quaſi neſciamus indefinitam in ijs ęquipollere uniuerſali, & ex loco Ambro. Vbi ſatis innuit ſe in uniuerſum intellexiſſe: quod hunc ſolum catholicum exiſtimat, qui eccleſiæ conſentit. Inanis eſt cauillus de Metropoli: nam indubitatum eſt, Metropolim ſolum eſſe matrem certarum eccleſiarum ſibi ſubditarum: at Papa eſt uniuerſalis eccleſiæ Epiſcopus, ut latius probabimus, ſat ſit in præſentia, ſanctum, impolutum, ſegregatum a peccatoribus Pontificē, contra tanta crimina, & rabiem maledicendi, defendiſſe, quæ omnia boni conſulas. Depingamus ergo hic in pagella, Summos Pontifices contemptos cum eorum canonibus.

Infringitur ſolutio Ludderi ad Ambroſi. 24. q. 1. aduocauit. Ambroſi.

Anacletus	c. In nouo diſ. 21.		Gelaſius	c. quamuis. diſ. 21.
	c. ſacroſancta. diſ. 22.		Iſidorus	c. cleros diſ. 20.
Leo iij.	c. Ita dominus diſ. 19.		Nicolaus	c. Inferior diſ. 21.
Leo iiij.	c. de libellis diſ. 20.			c. omnes diſ. 22.

¶ Fuimus prolixiores in hoc primo loco Candide Lector, explicando & defendendo: quod certiſſimū & ueriſſimū fundamentū, diuerſarius niſus eſt pluribus cauillis, torſionibus, falſitatibus, ſophyſmatibus euellere & diruere: cœlum & terra tranſibunt, uerba autem Chriſti non præteribunt. Curabimus autē impenſius, ut loci ſequentes breuibus abſoluantur.

Math. 24.

¶ Secundus locus Euangelicus eſt Iohan. ulti. Paſce oues meas, & quod ex eo probetur Primatus Petri, Oſtendam ſanctorum Patrum authoritate ſcz.

Cypriani	Gregorij	Bedæ
Auguſtini	Theophili	Bernardi
Hieronymi	Ambroſij	Concilij Hildrenſis
Maximi	Leonis	Martini. II.
Chryſoſtomi	Altuini	Innocentij. III.

Petrum conſtitutum paſtorem, & quod paſcere ſit regentium & præſidentium probatur. Cap. XXXIII.

ACtum fuit prolixius iure diuino Petrum obtinuiſſe Primatum uniuerſa-
Math. 16. lis eccleſiæ ex promiſſione Chriſti facta, Tu es Petrus &c. & ob diuerſa-
rij calumnias latius ſumus per ſanctorum conciliorum Romanorum Pon
tificum, & Eccleſiaſticorum patrum teſtimonia digreſſi quibus comprobauimus
Sufficit proba- hanc eſſe uerborum Chriſti intelligentiam. At quia per hoc ſolum probauimus Pri
re dñm promi- matum eſſe promiſſum: ideo forte diuerſarius peteret, ubi Primatus fuiſſet com-
ſiſſe. miſſus. Etſi adhoc non poſſet me adigere: cum ſufficeret oſtendiſſe Primatum fuiſ
ſe promiſſum: quia infallibilis ueritas, & immenſa poteſtas promittentis, abunde
ſufficeret. Vt nullum fidelem ſuſpicari liceat, Chriſtum promiſſa non ſeruaſſe: tamē
oſtendamus hanc poteſtatem, etiam præſtitam S. Petro Scribit enim S. Iohannes.
Ioan. 21. Cum ergo prandiſſent, dixit Symoni Petro Ieſus. Symon Iohannis diligis me plus
ijs? dicit ei. Etiam domine, Tu ſcis quia amo te, dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei
iterum. Symon Iohannes diligis me? ait ille, Etiam domine tu ſcis, quia amo te, dicit
ei Paſce agnos meos. Dicit tertio. Symon Iohannis amas me? Contriſtatus eſt Pe-
trus, quia dixit ei tertio, amas me, & dicit ei, Domine, Tu ſcis omnia, tu ſcis quia
amo te. Dicit ei, paſce oues meas. Hic dominus Ieſus Chriſtus, eccleſiæ ſuæ proui-
Petrus paſtor dit de ſucceſſore idoneo. Præſentibus enim, Iohanne, Iacobo, Nathaniele, Thoma,
uniuerſis. & alijs duobus diſcipulis, ſoli Petro ſuarum ouium cuſtodiam committit, nullum
faciens diſcrimen iſtarum uel illarum ouium: ſed diligentiſſimo præhabito ſcruti-
nio, an eum dilexerit, tertio dixit paſce oues meas.

Iohan. 10. ¶ Hic ergo D. Ieſus dedit Petro poteſtatem prius promiſſam, & ſuper eum funda-
uit eccleſiam. Nihil enim dixit de hoc, Iohanni Apoſtolo dilecto, nihil ſancto & ad
mirabili Iacobo, nihil Thomæ, & alijs diſcipulis, quibus tamen poſtea commiſſæ ſunt
oues particulares: Petro autem uniuerſitas ouiū commiſſa eſt, & ita Primatū a Chri
ſto obtinuit totius eccleſiæ, ut ſic fieret unus paſtor, & unum ouile, ita ait Saluator.
En alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uo-
cem meam audient, & fiet unum ouile, & unus paſtor. Vbi dominus per ouile intel
ligit eccleſiam congregandam ex Iudæis & gentibus: quæ debebat fieri unum oui
Tacite ſolutio- le, debebat ergo eſſe unus paſtor Papa. Nec loquitur Chriſtus de ſeipſo, quia ipſe
nis excluſio. erat paſtor, ſicut ſæpe ibi dicit. Ego ſum paſtor bonus: ſed ipſe loquitur hic de paſto
re futuro, per uoculam fiet.

¶ Et quod per illa uerba, paſce oues meas, datus ſit primatus prælationis Petro, pa-
tebit profunde ponderando uerba. Quāuis enim dominus, Iohan. xx. omnibus
Ioan. 20. Apoſtolis in communi claues dederit, & Math. xviij. (licet huius cōmiſſionis prin-
Math. 18. ceps fuerit S. Petrus) Similiter omnibus diſcipulis præcepit prædicare Euangeliū
Mar. ult. omni creaturæ, apud Marcum per uerbum prædicare, apud Mathæum per uerbū
Mat. ulti. docete: at in his regimen non deſignatur, ſicut in uerbo paſce quoniā & reges di-
Paſcere eſt re cuntur paſtores. Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oues nō haben
gentium. tes paſtorem, prophetabat Micheas de fuga futura & diſperſione populi in Ra-
3. Reg. 22. moth, Galaad, Achab, Rege interfecto. Hoc idem conuincitur ex Iſaia propheta.
Iſa. 44. Qui dico Cyro, Paſtor meus es, & omnem uoluntatem meam complebis: nemo nō
nouit Cyrum potentiſſimum fuiſſe Regem, qui Aſtiage auo materno interfecto,
Iſa. 56. tranſtulit regnum a medis in perſas, & infra. Speculatores eius cœci omnes, neſcie-
runt uniuerſi, canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & aman-
tes ſomnia, & canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignoraue-
runt intelligentiam. Primo taxat ſpeculatores, dein paſtores, uelut maiores regen-
tes, non

tes, non ſolum ſuper intendentes. Ita etiam notanter ſeiungit Hiere. Sacerdotes non dixerunt ubi eſt dominus, & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me, & ſequen. cap. clariſſime hoc explicat. Et dabo uobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent uos ſcientia, & doctrina. Capite quoq; xxij. Poſt comminationē factam Ioachim, filio Ioſiæ, dicit ad ſubditos. Omnes paſtores tuos paſcet uentus, ubi indubitatū eſt eum loqui de Regentibus & Principibus, & cap. ſequen. Vę paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregē paſcuæ meæ dicit dominus. Ideo hæc dicit dominus deus Iſrael ad paſtores qui paſcunt populum meum. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non uiſitaſtis eos. In quibus omnibus liquet in ſcriptura appellatos paſtores eos, qui alijs præfuerunt in regimine & dignitate quare Petro conſtituto paſtore, Primatus prælationis, & regiminis ei datus eſt. *Hiere. 2* *Hiere. 22.* *Hiere. 23.*

¶ Liquet hoc etiam ex Ezechiele (nam ad hoc propoſitum citat eum Cyprianus ad Stephanum Papam lib. iij. Epiſto. xiij. Fili hominis, ait dominus, Propheta de paſtoribus Iſrael Propheta, & dices paſtoribus, hæc dicit dominus deus. Vę paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges a paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis. Gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ęgrotum, non ſanaſtis, quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & infra. Propterea paſtores audite uerbum domini. Viuo ego dixit dominus deus, pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & totum caput eſt de paſtore & paſtura. Modo errantes oues quærere, reportare inuentas eſt regiminis & poteſtatis, ſic conſolidare, ſanare, alligare, reducere, quærere &c. Simile caput integrum habes apud Zachariam de paſtore, quibus omnibus clarum eſt, quam amplum & poteſtatis plenum ſit paſture uocabulum. *Ezech. 34.* *Cypria.* *Officia paſtorum negatiue detecta.* *Zacha. 10.*

¶ Conſtituto ergo Petro paſtore eccleſiæ, datus eſt etiam ei Primatus ſuper eccleſia: non enim diſtinxit inter has uel illas oues: & ita omnes uidetur ſubieciſſe eius paſturæ, etiā Apoſtolos. Nam his pręſentibus & audientibus ſoli Petro oues tertio cōmendauit, ob id ſignificantiſſime uſus eſt uerbo generaliori ſcilicet paſcēdi. Nā dando poteſtates Apoſtolis, utitur uerbo docendi, prædicandi, baptizandi, abſoluendi &c. quæ omnia & maiora, uelut propheticis audiuimus teſtimonijs, includit cū adminiſtratione regiminis, uocula paſturę. Et quid opus eſt pluribus immorari. teſtis eſt ipſa ueritas, D. Ieſus, qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt, ouium, huic enim oſtiarius aperit, & oues uocem eius audiunt, & proprias oues uocat nominatim & educit eas, & cum proprias oues emiſerit ante eas uadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt uocem eius, explicatiſſima ſententia, quæ ſit poteſtas paſtoris in oues, quia ipſe uocat eas, et ipſi audiunt uocem eius per obedientiam, educit eas, uadit ante eas &c. Talem paſtorem loco ſuo conſtituit CHRISTVS Petrum, qui præſidentiam & regimen totius ouilis ſanctæ eccleſiæ iure diuino pro ſe & ſucceſſoribus accepit. *Iohan. 10.*

Petrum conſtitutum uniuerſalem paſtorem eccleſiæ oſtenditur ex Cypriano, Auguſtino, Maximo, Hieronymo, Chriſoſtomo, Theophilo. Cap. XXXIIII.

CVm aūt nihil ſit tam indubitatū: quin ſollicitā recipiat dubitationē, & a proteruis etiam cōtradictionem. Ideo contra uerba ſacrę ſcripturę, cōtra ſacra Cōcilia, plura apparenter opponi poſſūt & captioſe: Sicut diuerſarius apd' ſuę farinę indoctos, ſed ſuperbos hoēs obtinet: dū ſacrarū literaꝝ teſtimonijs abutit̄, & earꝫ obtutu ſimplices ſeducit, ſtultos & inanis glorię cupidos inflāmat. Euenit. n.

Clemens. quod uerisſime Clemens ait, Sunt multa uerba in ſcripturis diuinis, quę posſunt tra
Interpretari hi ad eum ſenſum, quē ſibi unusquiſq; præſumpſerit: & quod hoc fieri non debeat,
ſcripturas ſecū ibi prohibet: diligenter obſeruandum eſt inquit, ut cum lex dei legitur, non ſecun-
dum antiquos. dum propriam ingenij intelligentiam legatur uel doceatur. Et ideo oportet intelli-
gentiam diſcere ſcripturarum ab eo, qui eam a maioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam ſeruat. Vnde maxime temerarium eſt, immo ſtulta & horribilis eſt temeritas, contradicere ſenſui per ſanctos Patres ad intelligentiam ſacræ ſcripturæ dato. Ideo non innitendo proprio capiti ſententiam prioris capitis eccleſiaſticorum patrū, probemus teſtimonijs.

Cypria. ¶ Primo hoc fuit de mente S. Martyris & Epiſcopi Cypriani de ſimplicitate prælatorum, dum meminit Petrum alijs Apoſtolis Prælatum, quod ab eo uno, unitatis proficiſcatur exordium, & quod ſuper Petrum ædificata eſſet eccleſia. Addit & hoc, quod eidem & poſt Reſurrectionem ſuam Chriſtus dixit, paſce oues meas, probaturus quoq; unitatem eccleſię eo. lib. adducit illud Iohan. Iohan. 10. Et erit unus grex, & unus paſtor, patet S. Martyrem uoluiſſe Petrū eſſe illū unū pa- Augu. ſtorem, illius unius ouilis, totius ſanctæ eccleſiæ: conſentit B. Auguſtinus pluribus locis. In ſermone enim de uinculis Petri, ſi ipſe ſaltem fuit author horum. Tanq; paſtor bonus tuendū gregem accepit: ut qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentū: & quia ipſe tentatione interrogationis negauerat, cæteros fidei ſtabili- q. 75. tract. 42. tate fundaret: & in quæſtionibus Vete. & No. teſtamenti, de Petro ait, Ipſum enim Augu. cōſtituit caput eorum, & ut eſſet paſtor gregis domini, & ſuper Iohan. Ideo Petro, quem facere uolebat paſtorem bonum ait, Petre amas me, paſce oues meas. Libro quoq; de paſtoribus ca. xiij. Immo in ipſo Petro unitatē commendauit: multi erant Apoſtoli, & uni dicitur. Paſce oues meas. His S. Auguſtinus commendat unitatem in uno Chriſto, & ſimiliter in uno Petro, & proſequitur ad longum: ſufficiat demonſtraſſe locum.

Maximus. ¶ Hanc uerborum Chriſti eſſe intelligentiam, uoluit S. Maximus in ſermone Incip. Glorioſisſimos, de ſanctis Petro, & Paulo habito, iam neceſſarium reor, & proprias eorum, Apoſtolorū Petri & Pauli, ſpecialeſq; uirtutes (pro ut ariditas noſtræ lingue, ingeniiq; tenuitas patitur. Immo ut miſericors deus annuit) proloquamur, & infra. Hic eſt Petrus cui Chriſtus aſcenſurus ad patrē, paſcendas ouiculas ſuas, oueſq; commendat: ut quos ille pietate, miſerationeq; redimerat: hic ſidei ſuæ uirtute ſeruaret & recte & arbiter ocultorum dei filius, paſcēdas oues ſuas tuendaſq; commiſit: cui nouerat in nutriendo grege dominico, nec ſtudium deeſſe, nec fidem. Hic magnus eccleſiæ doctor luculenter deſcribit Petrum paſtorem gregis dominici conſtitutum a domino.

Hierony. ¶ Aſtipulatur huic noſtræ ſententiæ B. Hierony. ad Euſtochium de uinculis Petri (quāuis aliqui dubitent de authore) loquens de inſtitutione huius feſti, inducit Conſtantinus. Conſtantinum magnum de eadem ſollennitate. Notum eſſe uolumus omnibus Chriſtum pie colentibus B. Petrum Apoſtolum a deo nobis datum paſtorem & principem, ſummo ſtudio uenerari uelle aſſidue, & maxime in hoc die Kalendarū Auguſtarum: in quo ut deus, a uobis ſoliti eramus adorari: ut ipſe pius paſtor precibus deo fuſis, nos & imperium noſtrum adiuuare dignetur. Valete, & infra, Ecce Apoſtolo pœnitenti ſuccurritur, qui eſt Epiſcoporum Epiſcopus, & maior gradus redditur ploranti, quā ſublatus eſt neganti. Quod ut doceam, illud oſtendo, quod nullus Apoſtolorum, paſtoris nomen accepit. Soli enim huius nominis poteſtatem poſt Reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti Dominus conceſſit: & negatus, quā ſolus habuit, Petro tribuit poteſtatem: ut non ſolum recuperaſſe, quod amiſerat, probaretur: Verum & multo amplius pœnitendo, quam negando perdiderat, acquiſiſſe. Habes magnum eccleſiæ doctorem, Petrum Epiſcopum Epiſcoporum, poteſtatem accepiſſe, quam ſolus dominus prius habuit.

Pleniſſimis

¶ Pleniſſimis ſuffragijs ſubſcribit S. Chryſoſtomus, qui dum referret uerba Chriſti, ita ſubdit ſuper Iohanne. Quid tandem alijs omiſſis, dumtaxat Petrum affatur, os erat Apoſtolorum & princeps. Propterea, & Paulus eum præter alios uiſurus aſcendit; ſimul ut ei oſtenderet, iam ſibi fiduciam habendam. Tanquam enim negationis obliuiſceretur, fratrum ei curam committit, neque negationis meminit, neque exprobrat. Tantum dicit, ſi amas me, fratrum curam ſuſcipias: & quam in omnibus dilectionem oſtendiſti, & qua dilectione, nunc oſtende: & animam quā pro me poſiturum dixiſti, pro ouibus meis trade, & infra. Ter autem interrogat & ſemper idē præcipit: ut demonſtret quanti ouium ſuarum curam faciat: & quod hoc maximum ſit amoris argumentum: nam cum magna CHRISTVS communicaſſet Petro, orbis terrarum curam demandaſſet, Martyrium prædixiſſet &c. Audis luculentiſſimum ſcripturæ interpretē, CHRISTVM, duntaxat locutum ad Petrum, & ne cauilleris, Petrum perſonam aliorum Apoſtolorum geſſiſſe, explicat cauſam ſpecialem affirmationis temerariæ a Petro factę, ſimiliter & negationis, quæ proprie ad Petrum pertinent. Et hoc quoque pondera, quod S. Chryſoſtomus, totius orbis terrarum curam, ei teſtatur demandatam, & fratrum quoque curam commiſſam: ſed qui ſunt alij fratres Petri, niſi Apoſtoli & diſcipuli domini: quare & horum cura ſibi commiſſa fuit. Concordat S. Chryſoſtomus Homilia 80. de pœnitentia. Sed eadem nocte Petrus lapſus eſt & reſurrexit poſt illum graue caſum, rurſum eum ad priorem honorem duxit pœnitentia, & ei totum orbem terrarum, eccleſiæ prępſidentiam tradidit: Si hæc manifeſtiſſima & apertiſſima uerba Sancti uiri, alioſum quis torquere nititur, nihil erit reliquum ad aliquid probandum.

Chryſo. *Gala. 2* *Chryſo.*

¶ S. Thomas in Continuo adducit S. Theophilum dicētem. Finito prandio commiſſionem ouium mundi commendat Petro, & non alij, aduerte Candide Lector, ouium mundi, & non alij: quare credamus apertiſſimo textui, clariſſimis ſanctorum teſtimonijs, ſolum Petrum ex Apoſtolis uniuerſalis eccleſiæ paſtorem conſtitutum a CHRISTO, & ita iure diuino.

Theophilus. *Credo, uelit Theophylact.*

Vniuerſalis paſtura Petri probatur ex Gregorio, Ambroſio, & Leone. Cap. XXXV.

FOrtius adhuc noſtra Roboremus: & accedat imprimis magnus ille et ſanctitate conſpicuus Gregorius in Homil. xxij. Super illo Marci. xvi. Maria Magdalenę, Maria Iacobi, & Salomę emerunt aromata &c. Quęrendum nobis eſt ait Gregorius cur nominatis diſcipulis Petrus deſignatur ex nomine. Sed ſi hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magiſtrum negauerat, uenire inter diſcipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne deſperet ex negatione: qua in re conſiderandum nobis eſt, Cur omnipotens deus eum, quem cunctæ eccleſiæ pręferre diſpoſuerat, ancille uocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit: quod nimirum magne actum eſſe pietatis diſpoſitione cognoſcimus, ut is qui futurus erat paſtor eccleſię, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet: prius itaque oſtendit eum ſibi: & tunc præpoſuit eum cæteris: ut ex ſua infirmitate cognoſceret, quā miſericorditer aliena infirma tolleraret. Magnus ille Gregorius. Petrum dicit futurum paſtorem: præſidentia ergo prius erat promiſſa: ſed die reſurrectionis nondum commiſſa: Etſi Petrus ſolum certæ plębis fuiſſet conſtituendus paſtor, ſicut alij Apoſtoli, iam ratio Gregorij non militaret plus de Petro, quam de quocumque alio Apoſtolo.

Grego. *1. diſ. conſiderādum.* *Grego.*

¶ Scribit præterea Sanctiſſimus Pontifex ad Cyriacum Conſtantinopolitanum. In ſcriptis ueſtris uos magnopere requiem quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralem ſollicitudinem uos congrue ueniſſe oſtenditis: quia ſicut locus regiminis deſi

derantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus eſt, & ſicut ſcriptum eſt, nec quiſq; ſumat ſibi honorẽ, ſed qui uocatur a deo tanq; Aaron, & infra. Paſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur. Symon Iohannis amas me, paſce oues meas, ex quibus uerbis colligitur, quia ſi is qui ualet, omnipotentis dei oues rennuit paſcere, oſtendit ſe paſtorem ſummum minime amare. Gratianus tranſcripſit in decreto.

Repetit in paſtorali. cap. 5.

8. q. 1. i ſcriptis

¶ Adhuc clarius hoc idem explicat B. Grego. Homil. xxiiij. Super illo Iohan. ulti. Manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tyberiadis, ait enim ſic. Captis tam magnis piſcibus, aſcendit Symon Petrus, & traxit rete in terram. Iam credo quod charitas ueſtra aduertat, quid eſt quod Petrus rete ad terrã trahit. Ipſi quippe S. Eccleſia eſt commiſſa, ipſi quippe ſpecialiter dicitur. Symon Iohannis amas me? Paſce oues meas; quod ergo poſtmodum aperitur in uoce, hoc nunc ſignatur in opere: quia ergo prædicare eccleſiæ, nos a mundi huius fluctibus ſeparat: nimirum neceſſe eſt, ut rete plenum piſcibus, Petrus ad terram ducat. Nihil expreſſius dicere poterat Beatus & magnus Papa, quã quod S. Petro eccleſia ſibi commiſſa, quod ipſi ſpecialiter dicitur, paſce oues meas: quod ſi uerbũ Chriſti torſeris ad particulares oues, quibus prædicauit S. Petrus, ut Apoſtolus: iam hoc fuiſſet commune omnibus Apoſtolis: & ita nihil ſpecialiter fuiſſet commiſſum S. Petro prę alijs Apoſtolis contra b. Gregorium, & alios ſanctos Patres, ac rotundum textum ſacræ ſcripturæ. Et ne audaculus reſiſtere ualeat, addam ſole clariora uerba B. Gregorij ad Mauritium Impera. Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quod uoce dominica ſancto & omnium Apoſtolorum principi, Petro Apoſtolo totius eccleſiæ cura cõmiſſa eſt, ipſi quippe dicitur. Petre amas me, paſce oues meas: qui hic obſtrepit, radios ſolares negare audebit.

Grego.

Ambroſi.

¶ Aſtipulatur Florentiſſimus Antiſtes Ambroſius ſermone de pœnitentia Petri Apoſtoli, ubi inter alia ſic inquit. Deniq; imitemur Petrum dicentem alibi. Cum eni tertio interrogaretur a domino. Symon amas me? reſpondit tertio. Domine tu ſcis, quia diligo te, ait dominus, paſce oues meas, & hoc tertio, quod quidem dictum ad compenſationem prioris fecit erroris: qui enim dominum tertio negauerat, tertio confitetur: & quotiens culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiam diligendo conquirit. Videte ergo quantum fletus profuerit Petro, anteq; fleret, lapſus eſt: poſtea quã fleuit, electus eſt: qui ante lachrymas præuaricator extitit: poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt; & alios regendos accepit; qui prius ſeipſum non rexit. Audis pie lector, Petrum conſtitutũ paſtorem, ad compenſationem prioris erroris: quia ex præuaricatore factus eſt paſtor, & ne euadas eum certarum ouium fuiſſe tantum paſtorem, non omnium; adduco tibi alium locum diui Ambroſij, qui hanc uiolentam interpretationem non patitur.

Ambro.

¶ Ait enim b. Epiſcopus in ſermone de fide Petri Apoſtoli; aſtruximus ſuperiore dominica, S. Petrum in ſaluatoris paſſione ſine erroribus profeciſſe, & poſteaq; negauit dominum deum, fuiſſe meliorem: fidelior factus eſt poſtq; fidem ſe perdidiſſe defleuit: atq; ideo maiorem gratiam reperit, quã amiſit. Tanq; bonus paſtor tuendũ gregem accepit: ut qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Et tranſcripſit Gratianus. Vides Petrũ conſtitutum firmamentum omniũ & paſtorẽ.

Diſ. 50. fidelior

Ambroſ.

¶ Semper ſibi ſimilis S. Ambroſius idem teſtatur ſuper Lucam. Vbi dum Petrum pluribus laudibus extuliſſet: tandem uerborum illorum mentionem faciẽs. Dicit ei Ieſus, paſce oues meas, bene conſcius ſui (ait Ambro.) non ad tempus aſſumptum, ſed iam dudum deo cognitum Petrus teſtificatur affectum: quis eſt enim alius, qui de ſe hoc facile poſſit profiteri. Et ideo quia ſolus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur. Deniq; tertio dominus, non iam diligis me, ſed amas me interrogauit; &

iam non

iam non agnos, ut primo quodam lacte ueſcẽdos, nec ouiculas ut ſecundo, ſed oues
paſcere iubetur perfectiores: ut perfectior gubernaret: arbitror his omni ſenſato eſſe
manifeſtarium diuum Ambroſium, ſic accepiſſe Euangelicum ſcriptum, ut Petrus
uniuerſalis eccleſiæ princeps ſit conſtitutus.

¶ Addamus his maximum illum & ſanctum Pontificem Leonem I. qui ſermone *Leo.*
de Aſcenſione domini ait, Petro Apoſtolo ſupra cęteros poſt regni claues, ouilis do
minici cura mandatur, & ſermone tertio de anniuerſario die Pontificiæ ſuæ aſſum-
ptionis, De toto mundo eligatur unus Petrus: qui & uniuerſarum gentium uocatio- *Petrus præla-*
ni, & omnibus Apoſtolis, cunctiſq; eccleſię patribus pręponatur: & ꝗuis in populo *tus paſtorum.*
dei multi ſunt ſacerdotes, multiq; paſtores: omnes tamen regat Petrus, quos principa
liter regit & Chriſtus. Magnum & mirabile dilectiſſimi, huic uiro conſortium potẽ-
tiæ ſuæ tribuit diuina dignatio: & ſi quid commune cæteris uoluit eſſe principibus,
nunq̃ niſi per ipſum dedit, quicquid alijs non negauit. Vide Candide Lector ſanctũ
uirum ſpiritu dei plenum, dicentem multos eſſe paſtores, ſed Petrum omnibus eſſe
præpoſitum, etiam qui regat omnes paſtores, ut manifeſtiſſimum ſit Petrum uniuer
ſalis eccleſiæ deſcriptum Pontificem. Idem ſanctiſſimus Papa in Synodo ſermone *Leo.*
habito dixit, Admonente diuinę uocis imperio, quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus,
trina admonitione myſticis ſanctionibus imbuitur, ut Chriſti oues, qui Chriſtum di
ligit, paſcat: & ipſius ſedis cui per habundantiam diuinę gratiæ pręſumus, pro reue-
rentia coartamur, ne profeſſio ſummi Apoſtoli, non inueniatur in nobis: quia quotiẽs
quis negligenter paſcit dominicum gregem commendatum, totiens conuincit ſum-
mum non amare paſtorem, tranſcripſit Gratianus, tantos autem teſtes, tam ſanctos, *11.q.1. diuinis.*
rogo quis ſine extrema temeritate audebit repellere.

Petri paſtura probatur denuo ex Altuino, pluribus gloſſis ordinarijs, Beda, Bernhardo, Concilio Hilderenſi, Martino, Innocentio. Cap. XXXVI.

MEns fuit iſta, Gloſſę ordinariæ, quę eſt altuini Caroli magni præceptoris, et *Altuinus.*
fœlicis ſtudij Parrhiſien. inceptoris, eo loco ſuper Iohãnem, ſcripſit etenim
in quatuor Euangelia. Velut ſuos commentarios uidimus in originalibus,
ait autem ſic, Trinæ negationi redditur trina confeſſio: ne minus amori lingua ſerui-
at ꝗ timori: & ſicut fuit iudicium timoris negare paſtorem, ſic officium amoris pa-
ſcere: domini gregem, & infra, Paſcere oues eſt credentes ne deficiant confortare, ter *Paſcere qđ ſit.*
rena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis prouidere: exempla uirtutum prębere: aduerſa-
rijs reſiſtere: peccantes corrigere. Liquidum eſt hic, ꝗmõ paſcere ad p̃tãtem p̃tineat:
q̃m eſt cõfortare, ꝓuidere, obſiſtere, corrigere, q̃ regimen pętendunt & prælationẽ.

¶ Alia gloſſa ibidem loquitur de triplici paſtu, Ter dictum eſt paſce inquit, ad ſigni *Gloſſa.*
ficandum, ꝙ habens curam animarum debet ſubditos paſcere, paſtu uerbi dei & bo-
ni exempli, & prout etiam poteſt ſubſidio tẽporali. Et hoc ſignificantius aperit gloſ.
ord. 1. Pet. v. ſuper illo. Paſcite qui eſt in uobis gregem dei. Sicut dñs Petro toti9 gre
gis curam habere iuſſit, ita Petrus ſequentibus eccleſiæ paſtorib. iure mandat, ut eũ
quiſq; qui ſecum eſt, gregem dei ſollicita gubernatione paſcere tenetur. Alia quoq; *Gloſſa.*
gloſ. ord. Iohan. xxi. ait. Amẽ amen dico tibi, cum eſſes iunior &c. Per hoc quod dici
tur hic, paſſio Petri futura ſignificabatur: eo ꝙ tunc eccleſiæ præficiebatur: nam in pri
mitiua eccleſia, ille qui populis præficiebatur, primus ad tormenta ducebatur.

¶ Accedat tandem & uenerabilis Beda in Homilia dicens, Recte primus Apoſto- *Beda.*
lorum de amore requiritur: qui. n. regem cœlorum maiori dilectione præ cæteris
confeſſus eſt, merito præ cęteris, ipſe collatis clauib9, regni cœleſtis, donatus eſt. Qđ

enim dicit hic, paſce oues meas, hoc eſt utiq; quod ei ante paſſionem dixerat apertius Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua.

Luc. 22.

Bernhar.

¶ Subſcribit his omnibus ſacer Bernhardus in ſermone tertio de ſeptem panibus, Vbi ait. Teſtis eſt Paulus gentium doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit. Teſtis eſt Mathæus de teloneo electus in Apoſtolum, cui etiam noui teſtamēti primum ſcriptorem eſſe donatum eſt. Teſtis & Petrus, cui poſt trinam negationē, totius eccleſiæ paſtoralis cura commiſſa eſt. Fuſius hoc agit lib. ſecundo de Conſideratione ad Eugenium, Cui. n. non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolute et indiſcrete totæ commiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius uel illius ciuitatis populos aut regionis aut certi regni? oues meas inquit, cui non planū non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe oēs? Nihil excipit, ubi nihil diſtinguitur. Et forte præſentes cęteri cōdiſcipuli erant, cum cōmittens uni. Vnitatē omnibus cōmendaret, in uno grege & uno paſtore, ſecundū illud. Vna eſt columba mea, formoſa mea, perfecta mea. Vbi unitas, ibi perfectio, reliqui numeri perfectionē non habent, ſed diuiſionē, recedētes ab unitate: inde eſt, φ alij ſinguli, ſingulas ſortiti ſunt plębes, ſcientes ſacramentum. Deniq; Iacobus, qui uidebatur columna eccleſiæ, una contentus eſt, Hieroſolyma, Petro uniuerſitatē cedens: pulchre uero ibi poſitus eſt ſuſcitare ſemen defuncti fratris, ubi occiſus eſt ille, nam dictus eſt frater dn̄i. Porro cedente domini fratre, quis ſe alter ingerat Petri prærogatiuę? ergo iuxta Canones tuos alij in partē ſollicitudinis, tu in plenitudinē poteſtatis, uocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus: tua extenditur & in ipſos, qui poteſtatē ſuper alios acceperunt. Nonne ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere ſathanæ potes. Stat ergo inconuerſum priuilegium tuū tibi, tam in datis clauibus, ꝗ̄ in commendatis ouibus. Hic tam lucide noſtram affirmat ſententiam, ut nulla inductione, nulla applicatione opus ſit.

Oēs oues commiſſæ Petro.

In Papa plenitudo ptātis.

Concilium Hilderenſe.

Diſ. 50. hi qui.

¶ Faſſi ſunt hoc patres in Hilderenſi Concilio, ut renarrat Gratianus, Sed exemplo B. Petri, qui poſtꝗ̄ trinę negationis maculas, confeſſione diluit amoris, non ſolum in gradu ſui Apoſtolatus remanſit. Verum etiam in paſtorem totius eccleſiæ a Chr̄o inſtitui meruit: & ita non ſoli eccleſię latinę, ſed toti eccleſię catholicæ prælatus eſt S. Petrus. Voluit hoc S. Martinus Papa. Petrus negauit Chriſtum & poſtea princeps Apoſtolorum factus eſt. Iuniores adducere non audeo, Innocentium iij. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum ca. ſolitę. de maior. & obedi. Paſchaſium in cap. ſignificaſti. de elect. ad Archiepiſcopum Panormitanum. Nicolaum iij. in cap. fundamenta. de elect. lib. vi. Hos. n. forte diuerſarius contemneret, licet hoc facere nō deberet, ut ſupra oſtendimus de decretalibus epiſtolis Romanorum Pontificum.

Martinus.

Diſ. 50. Si poſt

Innocen.

Paſchaſius.

Nicolaus.

S. mater eccl'ia

¶ Et quiſquis eſt eccleſiæ filius, matrem audiat ſanctam eccleſiam Catholicam canētem & orantem de S. Petro. Tu es paſtor ouium, princeps Apoſtolorum, tibi tradidit deus omnia regna mundi: & ideo traditæ ſunt tibi claues regni cœlorum. Iſtud unum ſanctę matris eccleſię dictum, quoruncunq; malignantium ora obſtruere deberet: nam reuera, quiſquis fuerit, qui hanc eccleſię uocem non audierit, erit merito a fidelibus, uelut ethnicus & publicanus habendus.

Epilogus.

¶ Conſtat ergo cuilibet Chriſtiana fide, non proteruia hæretica infecto, Petrum cōſtitutū paſtorem totius eccleſię a domino Iheſu: & ita iure diuino omnibus alijs ſuperiorem: quod cum textus ſit apertus & luculentus: clariſſima tamen acceſſere patrum teſtimonia S. Cypriani, Auguſtini, Maximi, Hieronymi, Theophili, Gregorij, Ambroſij, Leonis, Bedæ, & Bernhardi. Hi pręcipui ſacrę ſcripturæ interpretes a tota eccleſia uenerabiliter ſuſcepti, hoc ſentiunt, hoc prædicant, uerba Chriſti in hanc intelligentiam ſuſcipiunt. Compeſcat igitur fidelis temeritatē linguę ſuę: & tam ſanctis patribus non aduerſetur: ſed eum quem deus præfecit paſtorem uniuerſo

gregi

gregi Chriſtiano,ſuſpiciat ut maiorem,ueneretur ut patrem : ne principi maledicēs, ſibi maledictionem & ęternam mortem ſeminet. Sancte Petre ora pro nobis.

Obijcit diuerſarius Petrum non eſſe uniuerſalem paſtorem a Chriſto inſtitutum. Cap.XXXVII.

CVm diuina illa Chriſti ſententia in Petri paſtorali inſtitutione ſuper tota eccleſia, ſit apertiſſimis ſanctorum patrum teſtimonijs explicata. Tanta tamē adhuc eſt hominum temeritas, ut uelut olim Gigantes in fabulis narrantur Iouem uoluiſſe e cœlis deturbare:ita aliqui s. Petrum,qui ante tot annos Primatum obtinuit,nituntur ſua dignitate & honore priuare ; quod hic omnibus neruis facere laborat diuerſarius,his potiſſimum innixus paralogiſmis.

Obiectio 1.

¶ Primo inquit certiſſimum eſt,a Petro nullum Apoſtolorum eſſe,uel creatum,uel miſſum,quare nec uerum eſt nec poſſibile Petro omnes oues eſſe commiſſas:ſed generali ſententia omnibus dictum eſt,paſce oues meas. Non enim dicit omnes, ſicut ad omnes Apoſtolos dicit. Ite in orbem uniuerſum,& docete omnes gentes. *Obiectio 2.* Verum ego non poſſum ſatis admirari; ꝙ tot & tanti uiri,cōtra tam expreſſas ſcripturas,tam euidentes experientias omnes oues Petro arrogant: qui tamen unanimiter confiteri coguntur,ſingulos Apoſtolos in ſuas ſortes eſſe miſſos: & Paulum de cœlo in Apoſtolatum gentium uocatum:in quibus omnibus,quomodo Petrum adhuc omnium paſtorem aſſerere audemus? qui nullum illorum miſit,preſertim Paulū, ut ad Gala.1.multis uerbis contendit. Sunt hęc tam aperta,ut confutatione non egeant. Illi (inquit Marcus) profecti prædicauerunt ubiq;. *Mar.ulti.*

Obiect.3.

¶ Sequitur ergo,uel Petro & ſucceſſori ſuo non eſſe omnes Chriſti oues commiſſas,aut oues quas non Petrus,ſed Paulus & cæteri Apoſtoli pauerunt,ad oues Chriſti non pertinere: quo quid blaſphemius? ergo Corinthij, Galatæ,Philippenſes,& alię gentes,quia nec paſcente,nec paſtores mittente Petro,paſtæ ſunt,oues Chriſti intelligendæ non ſunt,ſed quid moror in re tam aperta.

Rn̄det obiec.

¶ Si dicis, At uerbum Chriſti ad ſolum Petrū dicit,paſce oues meas reſpondeo, non dixit omnes oues meas. Alioquin peccaſſet Petrus,ſi non omnes pauiſſet ſolus, ſine cæteris Apoſtolis:peccaret etiam hodie Roma. Pont. ꝙ non paſcit,nec paſtores mittit ad Turcas & alias prouincias.

Obiect.4.

¶ Quin aliud dicam. Ex iſto uerbo nihil poteſt cogi aliud : ꝗ ut Petrus paſceret oues quæ fuerunt ex ouili Iudęorum: & ſic nihil ad eum pertinet,nec ad Roma. Pontificem,& ſucceſſorem eius, aut non ad ſolum eum pertinet:quod ex Apoſtolo Paulo ad Gala.ij. probo, ubi Petrum uocat Apoſtolum circunciſionis, & ſe Apoſtolum gentium. *Gala.2.* Ergo ſi quis pertinax eſſet,nulla ui poſſet cogi,hoc uerbo Chriſti aliud intelligi,ꝗ paſturam ouium,quæ fuerunt ex circunciſione,aut ſi extenditur ad Roma. Pontificem,iam nec prohiberi poteſt,quin ad omnes pertineat,& extendi pari negocio ad omnes quæat. hęc Ludder.

Obiecta diluuntur,& an S. Petrus potuit Apoſtolum facere dubitatur,ac quomodo uerbum paſce oues,proprie Petro dictum ſit. Cap.XXXVIII.

TAcula illa facile deprecabimur: ꝙ nullum habeant, uel fucum,uel nucleū: & cuilibet docto ſunt obuia: nam cum primo aſſumit nullum Apoſtolorū uel creatum uel miſſum a Petro:& ita non fuerit uniuerſalis paſtor:poſſem ego in dubium reuocare aſſumptum, ut mox dicam, tamen primo ego declino illa.

tionem, Petrus nullum creauit Apoſtolum, ergo non fuit paſtor uniuerſalis. Nam
Officium Apoſtolatus à ſolo deo.
hoc officium Apoſtolatus apparet mihi priuilegiatum, quod omnes Epiſcopi, & to-
ta eccleſia non poſſet conſtituere unum Apoſtolum: ſed Apoſtolatus immediate cō
fertur a deo: quare ſi S. Petrus non poſſet in Apoſtolatum; tamen nihilominus A-
poſtoli ut membra eccleſiæ fuerunt Petro ſubiecti, ut paſtori uniuerſalis eccleſiæ. Si
S. Vldricus.
non intelligis accipe ſimile. S. Vldricus Sueuorum patronus, habuit gratiam ſanan-
di infirmos. Bonifacius vij. papa, non potuit in illam gratiam: tamen fuit paſtor S. V-
dalrici, ſicut eum recognouit, & in fine uitę eum uiſitauit. Deinde accedit & aliud de
miſſione, quia uicarius quando pręuenitur a domino principali, non habet poteſta-
tem agendi. Sic Chriſtus principalis pręuenit Petrum, per ſe faciendo Apoſtolos &
Math. 10. Mar. 3. Luc. 6.
mittendo. Solus enim Chriſtus uocauit Apoſtolos. Et aſcendens in montem uoca-
uit ad ſe quos ipſe uoluit, & uenerunt ad eum, & fecit ut eſſent duodecim cum illo,
& ut mitteret eos pręducare, & Math. x. Et Iohan. xx. ait, Sicut me miſit pater, et ego
Miſsio & uocatio apoſtolorū.
mitto uos, & Math. ulti. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Qua
re nemini dubium fuit Apoſtolos auctoritatem docendi & fundandi eccleſiam per
doctrinam officio Apoſtolatus habuiſſe immediate a deo.

¶ Et q̃ electio Apoſtolatus non præiudicet prælationi Petri, probatur primo de S.
Iacobo, qui fuit Apoſtolus, tamen a S. Petro aſſumptis Iohanne, & Iacobo, ordinatꝰ
& conſtitutus eſt Epiſcopus Hieroſolymis, ut teſtatur Anacletus Martyr cap. x. re-
Diſ. 66. Porro Anacletus Hierony. Euſebius. Remigius. Chryſoſto. Homil. 87.
narrat Gratianus; teſtis eſt & B. Hierony. lib. de uiris illuſtribus. Licet Sophronius
author fuerit, Euſebius citat Clement. lib. vi. diſpoſitionum. Remigiꝰ quoq; Mat. x.
hoc idem refert. Suffragatur pulchre B. Chryſo. ſuper Iohanne. Quod ſi quis percū-
ctaretur, quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis acceperit? Reſponderem, hunc
totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe, loquitur ibi de S. Petro cui magiſterium totiꝰ
orbis ſit commiſſum: Licet etiam ſi nullum ordinaſſet Apoſtolum Petrus, non ſe-
quitur ob hoc eum non fuiſſe paſtorem: nam Papa ſemper fuit etiam orientalium
Epiſcoporum paſtor, ut lib. ij. latiſſime probabimus: tamen non ſe intromiſit de ordi-
natione Epiſcopi alterius patriarchatus: niſi in cauſa diſcordię & depoſitionis. Vnde
hoc ultimum probat Papam fuiſſe paſtorem ſupremum, quia alias Epiſcopi depo
ſiti in oriente, non potuiſſent ad eum appellaſſe: quia appellatio fit ad ſuperiorem. Q;
autem ſe non intromiſit ordinationi Epiſcoporum, probat non fore neceſſarium ad
prælationem, ut ſubditos ſuos ordinet.

Ludderi imperitia.
¶ Hic aperitur magna imperitia diuerſarij: qui in multis iam inuectiuis impreſſis ꝑ
conſtanti argumento aſſumit. Si Primatus Papę eſt de iure diuino, tunc S. Aug. Cy
pria. Grego. Nazanzenus, Athana. Baſilius, Ambro. Martinus, Nicolaus, omnes fu
Ordinatio epiſcopi à papa nō ē de iure diuino
erunt hęretici: quia non fuerunt ordinati a Papa, nec confirmati a Papa. Illa inquam
eſt una trufa & malitia: quia nunq̃ fuit aſſertum ab aliquo, illa duo eſſe de iure diui-
no, ſ. ordinationem Epiſcopi a Papa, & eius confirmationem: quia modo Papa, nec
eligit, nec ordinat Epiſcopos, ſolum confirmat: Et illa omnia tam electio q̃ ordinatio
& confirmatio ſunt in pertinentia primatui Papæ. Poſſunt enim uariari pro qualitate
locorum, perſonarum, temporum &c. tamen iſta tanta iactantia diuerſarius audet ꝓ
Ludder malitioſus.
nunciare: ut audacter nudis uerbis pronunciet, ad meam aſſertam concluſionem, Pri
matum Petri & ſucceſſorum eſſe de iure diuino, ſequi ſanctos illos Epiſcopos fuiſſe
hæreticos: quod omni uiro bono & erudito liquet non ſequi: niſi ſecundum deprauа
tam phantaſiam diuerſarij: cuius maledictione os plenum eſt. Et auſim dicere, nunq̃
me legiſſe uel audiſſe Theologiæ profeſſorem, qui ſuæ profeſſionis immemor, tan-
Ludder ad maledicēdū ꝑatus.
ta fuerit maledicendi & detrahendi libidine infectus.

Chryſo.
¶ Stat ergo inuicta ſententia, Petrum totius eccleſiæ, etiam Apoſtolorum paſto-
rem conſtitutum; quod pręter citata B. Chryſoſt. patenter inſinuet, ubi ſupra dicens.

quia

quia Petrus in cœna alteri delegat officium interrogandi Chriſtum,ſ. Iohanni. Hic
commiſſa ſibi cura fratrum, non modo alteri uicem ſuam non mandat: ſed & ipſe
magiſtrum interrogat,& Iohannes quidem tacet:ipſe autem loquitur. Vide Candi-
de Lector,curam fratrꝝ Petro cõmiſſam,& qui fuerunt fratres,niſi Apoſtoli,& diſci
puli dñi. Et quod ad miſſionem quidem attinet, teſtatur Clemens Petrum miſiſſe *Clemens.*
per orbem Epiſcopos. Epiſcopos autem inquit,per ſingulas ciuitates,quibus ille nõ *Cap. 11. recog.*
miſerat,doctos & prudentes,ſimplices ſicut columbas,iuxta domini præceptum,no
bis mittere pręcepit,quod & inchoauimus, & domino opem ferente facturi ſumus,
& hoc apparet mihi rectior ſolutio, Apoſtolatum a Chriſto immediate dari.
¶ Poſſet tamen alicui uideri,non improbabilem eſſe eorum ſententiam: qui a Petro *Opinio Apoſto*
Apoſtolatum dari potuiſſe exiſtimant. De Paulo inferius dicturi ſumus. Iam eorꝝ *latum etiam à*
probatio in Mathia audiatur. Arbitrantur ergo electionem quidem fuiſſe a deo ma- *Petro.*
nifeſtatam,ſed a Petro in ordinem & dignitatem auctoritate ſibi commiſſa fuerit aſ- *Actu. 1.*
ſumptus: probant hoc per B. Dionyſium Ariopagitam lib. de eccleſiaſtica hierar- *Dionyſ.*
chia. Cum ipſe quoq; ſupremus diſcipulus, cum æquali ſibi ſacerdotali de corde ad *c. 5. par. 2.*
ſacrum numerum duodenarium diſcipulorum perficiendum eſſet progreſſus, deo
reuerenter munus electionis permiſit. Oſtende inquiens,quem elegeris, eumq; quẽ
diuina declarauerat ſors in duodenarium ſacratiſſimum ſuffecit numerum. Perpen
de ſyncere lector,ſacerrimum patrem Dionyſium, Apoſtolorum ſynchronon & cõ-
temporarium ac diſcipulum, electionem Mathię deo tribuere, ordinationem uero
in Apoſtolum Petro:& illud conuenire uidetur textui. quia non dicitur Apoſtolus *Actu. 1.*
a deo,ſed ad preces eccleſiæ, exhortatione S. Petri factus, Mathiam ſorte declaratũ
eſſe ad aſſumendum, & facta declaratione per deum, tunc connumeratus eſt cum
undecim. Roborat ꝙ duos conſtituerunt in medio Mathiam,& Ioſeph iuſtum: Si S.
Petrus nullam habuiſſet poteſtatem deligendi Apoſtolum:quid tunc illos duos prę
elegiſſet,ut ex eis unus futurus eſſet Apoſtolus? Nam ſi nõ habuiſſet poteſtatẽ deli
gendi Apoſtolum & duodenarium ſupplendi (ita multum apparenter ratiocinant̃)
etiam non habuiſſet poteſtatem,ſignandi duos certos, ex quibus unus debebat fieri
Apoſtolus. Ita de Paulo & Barnaba dicunt iuſſu ſpiritus ſancti eos ſegregatos, & a
Petro aſſiſtentibus alĳs Apoſtolis,ordinatos in officio Apoſtolatus. Allegant hu-
iuſmodi ſententiæ defenſores Chryſoſt. pertractantem uerba Lucę Actu. 1. de Pe- *Chryſoſto.*
tro Mathiam non eligente. Quid ergo? eum eligere non poterat? utiq; poterat, ſed
ne uideretur ipſe gratiam dare:ideo non fecit. Si iſta eſſent Chryſo. uerba, quæ ta-
men apud eum me legiſſe,non memini: certum eſſet eum fuiſſe illis aſtipulatum, ꝙ
Petrus potuerit ordinare Apoſtolum: Et cum ab eis petitur,ergo iam Papa ſucceſ-
ſor Petri in plenitudine poteſtatis,poſſet ordinare Apoſtolum:id diffitentur:quoni-
am poteſtas ſit data Petro in ædificatione non in deſtructionem,quare pro fundãda *1. Corinth. 10.*
naſcente eccleſia in primigenĳs,opus fuerit Apoſtolorum officio,quod iam nullus a-
dipiſcitur,poſt adultam eccleſiam: minus iam ea quaſi decrepita: licet in dilatandis
eccleſĳs,& plantandis, infidelibus cõuertendis per imitationem Apoſtoli dicantur, *Plantatores di*
huiuſmodi plantatores. Nam ſic Dionyſius dicitur Galliarum Apoſtolus, Bonifaci- *cuntur Apli.*
us, Germanorum. Auguſtinus, Anglorum &c. Ita docte & acute defendunt ſuam
ſententiam,quæ eſt ualde probabilis.
¶ Tamen probabiliter mihi apparet ſententia quã & diuerſarius ſuſcipit, Apoſtola-
tum a ſolo Chriſto datum. Et ita Mathias Apoſtolatũ acceperit a deo: tamen inuali-
dum eſt argumentum diuerſarĳ, Petrꝝ ob hoc non conſtitutum paſtorem eccleſiæ.
Hoc ego ꝓbo etiam ex Gloſ. Interlineari, in diebus illis, exurgens Petrus in medio *Gloſ. Actu. 1.*
fratrum. Glo. paſtor ꝓ ouib. loquit̃,& Glo. ordi. quę eſt Rabani. In medio ſtetiſſe dr̃,
q̃ſi cõi cõmiſeratione cõdeſcendẽs, hoc exemplũ ſumendũ eſt paſtorib. eccleſiæ: q̃re

officiũ ſuũ declarauit S. Petrus: ut ꝗ paſtor eſſet cõſtitutus a Chr̃o, in medio fratrũ ex

Alij Apoſtoli non exempti a Petro. ¶ Petro Apoſtoli, nullibi leguntur exempti a poteſtate ſibi data illis (urgeret. uerbis, Paſce oues meas: ꝗ̃uis fuerint forte exempti, quo ad officium prædicationis, baptizandi, abſoluendi &c. ꝙ illa æqualiter commiſit Apoſtolis: tamen non uidetur Chriſtus, eos conſtituiſſe paſtores, niſi per Petrum: quia præteriens dixit ad Petrum, Paſce oues meas, ſecundum *Chryſoſto.* Chryſoſto. & ſic intelligatur Apoſtolus ad *Ephe. 4.* Epheſ. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad conſummatione ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti. Alia ergo conſtat ratione conſtitutos Apoſtolos, alia paſtores, alia Euangeliſtas.

¶ Igitur utcunq; ſit ſiue Petrus ordinauerit Mathiam in Apoſtolum, & alios Apoſtolos in Epiſcopos, aut minus, parum refert ad inſtitutum: tamen inualida eſt craſſę imaginationis illatio, quare nec uerum eſt, nec poſſibile, Petro omnes oues commiſſas. Illa inquam prærancida illatio nihil ſtringit: quoniam etiam ab alio ordinatus poteſt ſubijci curæ & pręlationi illius, quod ſi negas, nullus Epiſcopus ordinatus in una dioceſi, migrabit ad aliam: quoniã tunc alterius ſubijcitur prælaturæ, ꝗ̃ a quo fuerat ordinatus.

Non omnib. dictũ paſce oues. ¶ Conſectarium eſt ꝗ̃ friuolum ſit diuerſarij aſſumptum, cum ait, Generali ſententia omnibus dictum eſt, paſce oues meas. Et ita uult omnes Apoſtolos æqualiter conſtitutos paſtores: at ꝗ̃ falſum ſit, hoc patet ex Ambroſio, Bernhardo, Chryſo. Leone, & alijs, qui Petrum etiam paſtorem Apoſtolorum conſtitutum affirmant, & *Beda.* Beda alioquin, in Homilia de ſuper non dixiſſet Petrum primum Apoſtolorum. Similiter in Homilia, Exijt edictum a Cæſare Auguſto &c. Luc. ij. & in Homil. Erant paſtores in regione & cæt. Dicit eum ſummum paſtorem, ſimiliter in Homil. uigilię Petri & Pauli. Hoc ita contra diuerſarium ex quatuor probo.

Alij Ap̃li tunc non conſtituti paſtores. ¶ Primo ex comparatione interrogationis, a qua ſermo incepit dicens, Symon Iohãnis diligis me plus his, expende lector pie, plus his: quare Petro, ut ab his diſtincto, ad quod referebatur comparatio, loquebatur Chriſtus. Si diligis me, paſce oues meas &cę. Et hoc eſt inuictum argumentum cõtra diuerſarium Grammaticũ, quod ſoli Petro dixit, & non omnibus Apoſtolis.

¶ Secundo quia præſentibus Iohanne, Iacobo, & Thoma, & alijs, his præteritis ſoli Petro dicit, paſce oues meas: quare illud uerbum ad alios pertinere non poteſt, ut ſancti citati uoluerunt.

¶ Tertio quia non apparet, quomodo uerba iſta fuerint directa ad alios Apoſtolos: cum non omnes fuerint præſentes: nec omnes præſentes fuerint Apoſtoli, ut Nathanael: quare uelle dicere, uerba illa Petro dicta, etiam fuiſſe ad abſentes Apoſtolos directa eſt diuinari, ſacra ſcriptura abuti, uim facere uerbis diuinis, contra eccleſiaſticorum patrum, Romanorum Pontificum, auctoritatem, rectum & catholicum ſenſum. In quo nec ethnicus multominus Chriſtianus eſt audiendus.

¶ Quarta ratione pugnarem, contra rationem habentem. Verba per quæ aliquis ꝓmouetur ad aliquam dignitatem, uel officium, ad illum cui dicuntur in propria perſona, non in perſona aliorum diriguntur: alioquin uno conſtituto in dignitate, omnes pręſentes eiuſdem meriti in eadem dignitate conſtituerentur: quod ꝗ̃ ſit abſurdum, dubium nulli exiſtit. Sed Petrus per prædicta uerba paſce &cæ. Fuit conſtitutus in paſtorali officio, ſicut eſt omnium communis ſententia: quare iſta uerba dirigebãtur ad Petrum in propria perſona, & non in perſona aliorum Apoſtolorum: Sed ſcio *Vnde Ludder deceptus.* unde deceptus fuerit aduerſarius, quod Aug. ait. Hoc ad omnes dictũ eſſe, intelligit diuerſarius ęque alios Apoſtolos paſtores eccleſię a dño conſtitutos: at hic maiorem *Augu.* immodum fallitur: non eſt hęc diui Auguſtini intentio, ſed quia ad omẽs Apoſtolos dictum

dictum ſit in perſona Petri, quod ab eo alios deriuanda erat poteſtas, uolens ſicut formam dilectionis Petro præſcripſit paſtorum principi: ſic & ab omnibus paſtoribus dilectionem exigat, ſi gregem ſuum paſcere uelint, ut longe proſequitur, ſuper Iohanne: quod nos quoq; admittimus. *Tractat. 124.*

Probatur, Petrum fuiſſe uniuerſalem paſtorem. Et quomodo fuerit Apoſtolus circuncisionis declaratur. Cap. 39.

Contendit diuerſarius deinde, Petrū nō eſſe uniuerſalis eccleſię paſtorē: qa ei non omnes oues cōmiſerat: nos authoritate S. patrum oſtendimus omnes oues Petro his uerbis commiſſas. Sed obſtat diuerſarius, quoniā Chriſtus non dixit, paſce omnes oues meas: at licet non adiecerit uoculam omnes, tamē Sanctos patres recte intellexiſſe uniuerſaliter. Probo, quia conceſſio beneficij & priuilegij indeſinite facta & ſimpliciter, intelligitur uniuerſaliter facta. c. quia circa de priuileg. quare etiam commiſſio poteſtatis uel officij intelligitur uniuerſaliter facta, ut omnia intelligantur commiſſa, de quibus eſt eadem committendi, uel concedendi ratio: maxime quando eſt uerisimile: quod committens in ſpeciali minime conceſſiſſet uel commiſiſſet, ſi hoc fuiſſet actum: nam qui nihil excepit, & potuit excipere, ſic totum conceſſiſſe uidet, & ad hunc ſenſum recipitur illa uulgata theorica. Indefinitam æquiualere uniuerſali, Chriſtus autem indefinite dixit Petro, paſce oues meas, non dixit illas uel illas, ut recte ponderauit S. Bernhar. quare illa commiſſio generaliter debet intelligi, cum omnes æque indigebant paſtore. *Omnes oues petro commiſſas.* *Indefinita æquiualet uniuerſali* *Bernhar.*

¶ Confirmatur adhuc magis ſpecialiter, applicando indefinitam debere uniuerſaliter intelligi in caſu noſtro: quia ſicut iudices, non debent eſſe incerti, nec tutores, nec procuratores, nec arbitri, ita nec prælati: alioquin ſubditi eſſent in magno periculo, neſcientes ob illam incertitudinem, quis eſſet prælatus eorum. Sequitur ergo per illa uerba, paſce oues meas, omnes fideles debent intelligi, ne oues paſcendæ a Petro, ſint incertæ; niſi aliquæ oſtendantur exceptæ: quod in præſentia oſtendi nō poteſt: ut patebit cauillos omnes diluendo: & ita uſuuenire, ſæpiſſime in ſacra ſcriptura, indefinitam uniuerſaliter intelligendam, nullus negare auſit: niſi qui eam, uel non legit, uel lectam non intellexit. *Prælati non incerti.*

¶ Non obſtat fucus diuerſarij, non omnes oues Petro arrogandas: quoniam ſinguli Apoſtoli in ſuas ſortes miſſi fuerunt: piget tantę inſcitiæ reſpondere. Nemo enim negat unumquemq; Apoſtolum miſſum in ſuam ſortem: nam hoc, officium reſpicit Apoſtolatus, quo Chriſtus dixit, Sicut me miſit pater, & ego mitto uos. Sed per hoc non poteſt negare prelationem a Chriſto, quia unuſquiſq; Apoſtolorum miſſus eſt in ſortem ſuā: ita nec debet negare prelationē a uicario Chriſti. Nam quod ad rationem Apoſtolatus attinet, & ipſe Petrus ſortitus eſt ſuas prouincias, Ponthum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, ut Hieron. teſtatur, de uiris illuſtribus. ſed de hoc non impedit eum eſſe uniuerſalem paſtorem aliorum, ſicut Archiepiſcopus propriam obtinet dioceſim: & tamen prelatione præeſt Epiſcopis per totam prouinciam. Et iam Papa eſt Ponti. Roma. apud Iohannem in Laterano, & tamen eſt paſtor totius eccleſiæ. *Sol. obiec. 2.* *Sors Petri.* *Hierony.*

¶ Inanis ergo eſt cauillus, quod ex tam inualidis rationibus infert Petro non omnes oues eſſe cōmiſſas. Et quod doloſe ſubſumit, Corinthios, Galathas, Epheſios, Philippenſes, Theſſaloniceñ. oues Chriſti nō fuiſſe: quia Petrus eos nō pauerit, ſed Paulus: Dico enim hos, & alios fuiſſe fideles oues Chriſti, & ipſi recognouerunt Petrum, uelut ſupremum paſtorem, qualem & eorum doctor Paulus eum agnouit, ut mox oſtendemus. Fuerunt ergo ſub paſtura prelationis S. Petri omnes a S. Paulo ad fidē conuerſi: ſed ſomniat forte diuerſarius, Petrus eis non prędicauit, ergo eos nō pauit: *Sol. obiect. 3.* *Non ſolū docere eſt paſcere.*

quaſi non ſit alius modus paſcendi,quam prædicatione: cuius oppoſitum oſtendimus ab initio huius materiæ de paſtura. Ita pueriliter incepit,quod timet Petro cõſtituto paſtore omnium fidelium,cæteri Apoſtoli fuiſſent impediti paſcere. Paſcit *Plures paſtores* Papa, paſcit Epiſcopus, paſcit plæbanus, paſcit plæbani ſubſtitutus, ſolus tamen Papa eſt uniuerſalis paſtor authoritate & poteſtate:ſed neſcit diuerſarius adhuc pulchritudinem Hierarchiæ eccleſiaſticæ,quod plures poſſunt eſſe paſtores ſubordinati,non ſe impedientes,ſed adiuuantes. De Paulo quomodo fuerit miſſus a Petro conſeſtim dicemus. Omnes ergo pauit Petrus fideles, quod omnes,eius fuerunt ſubiecti poteſtati.

Reſponſionis datæ inualidatio.
Turcis mittendi prædicatores.
Bernhar.

¶ Sed quã deſipit diuerſarius: quod argutatur, Si Ro. Ponti. eſſet paſtor uniuerſalis: tunc peccaret,non paſcendo Turcas,quaſi Turcæ eſſent oues Chriſti, aut pertinerent ad ipſius ouile:nam oues ſibi commendauit dominus,non capras, non fœtidos hircos:ſed agnos, ouiculas, oues fideles. Turcæ autem ſunt hirci, quare hæc torquere non debet diuerſarius:Fateor tamen ingenue,ſi ſperaretur aliquis fructus in Turcia,ſicut olim in gentibus,bonum eſſet et laudabile adhuc ſeminare uerbum dei infidelibus,& Papam aliquos mittere,qui prædicarent, plantarẽt, eradicarent, & conuerterent,ſicut eleganter ſcribit Bernard. ad Eugenium Papam, & fortiter hunc adhortatur: ſed quod ipſe tam ſtrennue admonet,non fuit aggreſſus.

Solu. 4. obiect.
Galat. 2.
Petrus apoſtolus circunciſionis.

¶ Poſtremo affirmat diuerſarius,ex illo dicto,paſce oues meas,non poſſit aliud cogi,niſi quod Petrus paſceret Iudæos,ſicut a Paulo dictus eſt Apoſtolus circunciſionis &c. Accepit ut uideo diuerſarius uerbum Apoſtoli Pauli. Cum uidiſſent,quod creditum eſt mihi Euangeliũ,præpucij,ſicut & Petro circũciſionis: qui.n.operatus eſt Petro in Apoſtolatu circunciſionis,operatus eſt, & mihi inter gentes: Quod ſi intelligentiam Ludderanam imitabimur. Vide quid ſequatur, duos fuiſſe tantum paſtores,ſcilicet Petrum circunciſorum, Paulum præpucij: nam medium inter illa in uiris non cadet: quomodo tunc uerum erit,quod ille prius contendebat oẽs Apoſtolos ex æquo paſtores eſſe conſtitutos? Porro ſi Petrus eſt præfectus ſolum ouili Iudaico: quia illa uerba non plus cogant: ſit ita ut dicit diuerſarius,q̃uis ſit mera diuinatio. Ergo ſaltem illo intellectu,Petrus fuit uniuerſalis paſtor conuerſorum ex Iudæis,quia dominus non diſtinxit inter has & illas,nec aliquas oues excepit, ſed omnium fidelium cura in Iſrael fuit Petro commiſſa. Inter has autem oues Iſrael, præcipue fuerunt Apoſtoli: quare intelligentia diuerſarij,adhuc Petrus fuit paſtor Apoſtolorum,cui tam anxie reſiſtit.

Petrus gentib. prædicauit.
Act. 10.
Actu. 9.
Actu. 13.
Actu. 14.

¶ Intelligit autem mediocriter eruditus, diuerſarium,non habere catholicum ſenſum ſcripturæ ſacræ: quomodo Petrus ſit Apoſtolus circunciſionis. Non enim ita accipi debet,ut Paulus tantum fuerit doctor & prædicator gentium, Petrus uero Iudæorum: cum hoc ſcripturæ ſacræ apertiſſime repugnet. Petrus.n. prædicauit Cornelio Gentili in Cęſarea,ſicut teſtatur Lucas,& alijs amicis & cognatis Cornelij. Vnde obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui uenerant cum Petro: quia & in nationes gratia ſpiritusſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis & magnificantes dominum. Paulus autem, & Iudæis prædicauit. Et continuo ingreſſus Synagogas prædicabat Ieſum,quoniam hic eſt filius dei,& infra. Saulus autẽ multomagis inualeſcebat & confundebat Iudæos qui habitant Damaſci,affirmans,quoniam hic eſt Chriſtus. Et infra,dicitur de Paulo & ſocijs eius,& cum ueniſſent Salaminam,prædicabant uerbum dei in Synagogis Iudæorum. Sic & in Antiochia prędicabat Iudæis. Sic & in Iconio ingreſſus Iudæorum Synagogam,illis prędicauit. Sic Romani quibus ſcripſit Paulus fuerunt cõuerſi ex gentibus & Iudeis: Petrus in Antiochia docuit,& Paulus,uterq; Hieroſolymis & Romæ. Vnde ſenſus ille ſuſtineri non poteſt,quem diuerſarius inſinuat.

Voluit

¶ Voluit ergo paulus ſe plus intentum conuerſioni gentium, & Petrum plus con- *Verus ſenſus.*
uerſioni Iudæorum: quãuis uter utri prædicaret, oportunitate data nullum eſſet di-
ſcrimen, Stant tamen illa ſimul, quod S. Petrus ex officio Apoſtolatus ſui, Iudæis
diſperſis in quinq; prouincijs prædicabat, ſicut meminit in Epiſtola ſua prima, quæ
indubitate eſt Petri, ut Hierony. de uiris illuſtribus teſtatur. Et Euſebius. Et tamen *Hierony.*
Petrus de utriſq; conuertendis curam generalem, uelut ſummus paſtor habebat. *Euſebius lib. 4.*
Exemplum prius dedimus in Archiepiſcopo, & Suffraganeis. Hoc uoluit Gloſ. or-
dina. dicens. Ita tamen diſpenſatio diſtributa eſt eis, ut Petrus gentibus prædicaret,
ſi cauſa exegiſſet, & Paulus Iudæis: quod ſatis liquet, apud Euſebium, quomodo
fundauerint Eccleſiam Romanam, declarantem. Voluit hoc Gloſſa. interlinearis *Gloſſa.*
Actuum. x. Surge Petre, occide & manduca. Gloſ. recipe in unitatem corporis ec-
cleſiæ, cuius Petrus princeps: deſignari uoluit hoc Ambro. per plures naues, ubi uo- *Ambro.*
cãtur ſocij qui erant in alia naui, quæ eſt illa alia nauis, niſi Iudæa. Hi igitur de Syna- *Luc. 5.*
goga ad nauem Petri hoc eſt ad Eccleſiam, conuenirent, ut implerent ambas naui-
culas. Oẽs enim in nomine Iheſu genu flectunt, ſiue Iudæus, ſiue Græcus, omnia
& in omnibus Chriſtus. Sed Candide Lector, ubi creditum eſt Euangelium circũ- *Multa non ſcri-*
ciſionis Petro? forte reponendum eſt hoc, & inter alia, quæ Paulus dixit de CHRI- *pta.*
STO, & tamen in Euangelio non reperiuntur; quia multa ſunt facta, quæ non
ſcripta, uelut & illud. Deinde uiſus eſt pluſq; quingentis fratribus ſimul, & illud, *1. Cor. 15.*
quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare quam accipere, & illud. Qui in diebus *Act. 20.*
carnis ſuæ, preces ſupplicationeſq; ad deum, qui poſſet ſaluum illum facere a mor- *Heb. 5.*
te, cum amore, cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro reue-
rentia ſua. Gloſ. interlinearis ibi ait, Hoc non eſt in Euangelio.

¶ Gloſ. autem ordina. ſuper Epiſtola ad Galat. non inducta per aduerſarium dicit. *Gloſſa.*
Creditum eſt mihi Euangelium fidei principaliter, ſicut & Petro, quæ principali-
tas ad officiũ Apoſtolatus referri debet: in quo omnes Apoſtoli ſunt æquales, ut ſu-
perius ex Anacleto, Cypriano, & Hyerony. oſtendimus, licet non quo ad prælatio-
nem: Nam friuolum eſt & maxime temerarium, quod diuerſarius ad Galat. ex pro-
prio capite diuinatur, Apoſtolos decreuiſſe, ut quia Petrus, Iacobus, & Iohannes ui-
uente CHRISTO fuerant alijs maiores, Ideo eo mortuo, eſſent alijs minores: Quis
enim iſtam ſacrilegam audiat uocem: ut Apoſtoli quaſi inuidi, eos humiliarent do- *Error Ludderi*
mino abſente: qui præſentia domini præ alijs uenerabantur. Cur Paulus uocat eos
columnas, & qui uidebantur eſſe aliquid, qui ei dederũt dextras ſocietatis, cum qui-
bus contulit Euangelium: cur uidere cupiebat Petrum? abeant illa ſomnia, homi-
num figmenta, & uanæ coniecturæ, & tres illi Apoſtoli, ſicut uiuente, ita etiam
mortuo CHRISTO, & eo reſurgente, fuerunt ſemper honoratiores ab alijs habi-
ti & uenerati: non exiſtimes hic factum, quod poſt mortem principum ſæpe fieri ſo-
let in aulicis.

¶ Tota autem illa reſolutio de Apoſtolatu præputij & circunciſionis, eſt de in-
tentione B. Hieronymi, & Haymo. Occulta inquit, hic oritur quæſtio, quid igi- *Hierony.*
tur? Petrus ſi ueniſſet ex gentibus, nõ eos adducebat ad fidẽ? aut Paulus ſi aliquos *Haymo.*
ex circũciſione reperiſſet, non eos ad baptiſmum Chriſti prouocabat? Quę ita ſolui-
tur, ut, dicamus principale ſingulis in Iudæos & gẽtes fuiſſe mandatũ: ut q defende-
bant legem haberent, quod ſequerent: qui legi gratiã pręferebant, nõ deeſſet eis do-
ctor & pręuius (iſtas rationes etiã tangit Aug.) In cõmune uero hoc eos habuiſſe p- *Augu.*
poſiti: ut Chriſto ex cunctis gentibus eccleſiam congregarent. Legimus enim &
a Sancto Petro gentilem fuiſſe Baptizatum Cornelium, & a Paulo in Synagoga
Iudæorum CHRISTVM ſæpiſſime prædicatum. Hæc Hierony. ſtat ergo in-
uicta, patrum ſententia, Petro non ſolum paſturam ouilis Iudaici commiſſam, etiã

ſi Apoſtolatus ei & ſors obuenerit in circuncisionem. Sicut Epiſcopus Auguſtanus eſt ſubiectus Archiepiſcopo Moguntino, qui eſt eius ſuperior, quantumcumque Moguntinus propriam habeat dioceſim, cui peculiariter inuigilet, ſubditis Auguſtani eum non niſi per uiam quærelę adeuntibus. Fuit ergo Petrus peculiaris Iudęorum Apoſtolus, cæterum omnium communis paſtor, qui in uno ouili eccleſiæ erant congregati.

Obiectiones octo diuerſarij, per iſta, paſce oues meas, non probari primatum petri. Cap. XL.

Obiectio. 5. SEcundo diuerſarius reſiſtit probatæ prius ſententiæ, rogarem inquit, ut adulatores Roma. Ponti. omitterent hoc terribiliſſimum uerbum, allegare pro ſtatuendo eius Primatu: quod nullum aliud uerbum ſacræ ſcripturæ Roma. & omnem Pontificem magis terrere poſſet: primum, quia paſcere non ſignificat id quod eſt eſſe primum uel principem: ideo ex ipſo nihil aliud probatur, quã quod Roma. Ponti. debet prædicare, docereque uerbum dei: Quod ſi hoc debet, iam ei deponendus eſt, totus iſte Primatus, die & nocte in ſacris literis ei uerſandum, pure orandum, periculis & morti pro uerbo laborandũ: breuiter tota Roma, ut hodie eſt, longe in aliam faciem mutanda. Hæc enim uerba ſi Roma. Ponti. aptantur, ſequitur irrefragabiliter, doceat uerbum dei, aut ſi non docet, nihil ad eum ptinet.

Obiectio. 6. ¶ Verũ magis obſerua, Chriſtus nõ imponit paſturã Petro, niſi prius diligat, obſecro te, quid eſt hoc? Nonne ſequit̃, quod ſi nõ diligat, nõ ſit audiendus? At quis nos certos faciet, de amore paſtoris? Dubitamus ergo quem nam audiamus? Nam ſi audire nobis paſtorem neceſſe eſt, etiam illum amare Chriſtum neceſſe eſt, aut ſi amare Chriſtum non eſt neceſſe, nec audire paſtorem eſt neceſſe: cum utrumque Chriſtus copularit: nec paſturam niſi amanti commiſerit: quid hic faciemus? Scio quod ſi recte penſaret hoc uerbum, quilibet Epiſcopus, deſperaret ſe mediũ unius ciuitatis paſcere poſſe.

¶ Igitur hoc effecimus, quod iſta authoritate nihil probatur, nec ualet ad probandũ Primatum: ſi autem aliquid ualet, tunc hoc urgebit, non eſſe Epiſcopum in eccleſia, qui non doceat: nec docere aliquem debere, niſi diligat: Hoc inquam & non aliud iſta uerba concludunt, niſi noua Grammatica uſus dicas. Si diligis me, paſce oues meas, idem ſit quod, ſi diligis te, eſto primus ſuper totam eccleſiam. Rectius ergo facies, ſi hoc uerbum Chriſti, accipias pro exhortatione, immo præcepto, non quo oues ad ſubiectionem, ſed quo paſtores ad diligendum Chriſtum & paſcendum populum aſtringantur. Porro dilectio Chriſti (ut B. Aug. hic exponit) etiam mori pro ouibus CHRISTI requirit. Augu.

Obiectio. 7 ¶ Atque utinam hoc uerbum ad ſe pertinere crederent Roma. Pontifices. Hæc eſt enim totius orbis quærela: quod dilectionem & doctrinam aliis religantes, ad ſe nihil putant pertinere: Intelligunt. n. hęc uerba ad populum pertinere: ut per quæ cogere ad ſubiectionem omnes uolunt: et tamen paſcua, & auditũ uerbi (quod uerba ſonãt) nemo uocat. O fœlix ambitio, ſi quis uſque inueniretur: qui omnium paſtor eſſe ambiret: quis hunc non libentiſſime admitteret? Nunc autem libenter permittũt cuicumque, diligendi & paſcendi officium: ſibi uero titulum regendi & paſcendi, & quæ titulum ſequuntur, lucra. ſ. & honores, reſeruant.

Obiectio. 8. ¶ At dicis paſcere non poteſt niſi ſuperior, ergo licet non faciat officiũ paſtoris, nõ per hoc ſuperioris amittit locũ? Reſpondeo, quid hoc ad me? Quare ergo alia uerba, quibus locum poteſtatis aſſeras: hæc uerba, aut amantem aut paſcentem requirunt, aut prorſus nulli conueniunt: niſi iterum noua latinitate, diligere plus his accipias pro eo, quod eſt præeſſe cæteris omnibus. Et paſcere, omnium iura & opes

poſſidere

poſſidere: proinde nihil mirum: ſi primatum tanto æſtu quærunt: quē ſi uerbis in
ſuo ſignificatu acceptis gerere deberēt, nec deū ipſum ꝓ premio eſſent expectaturi.
¶ Sequitur ex ijs, quod præeſſe cæteris, & nec diligere, nec paſcere, non eſt Euan= *Obiect. 9.*
gelicum neqꝫ Chriſtianum officium, ſed mundanum & humanum. Dic mihi, ſi ſub
diti erecti aduerſus Pontificem dicerent: nolumus te audire, nec habere pro Pontifi
ce, quibus uelles uerbis compeſcere? Nunquid ijs paſce oues meas? At ipſi dicent,
quando autem paſcis? quando diligis? Vbi opus & res huius uerbi? Ergo alio uer
bo cogendi eſſent, non iſto: Quare ſequitur, quod his uerbis, nec ulla poteſtas, ne=
dum primatus committur: ſed poteſtatem habenti, officium diligendi & docendi
imponitur, ſicut Petro iam in Apoſtolatum uocato, hæc dicuntur.
¶ Dicis autem, ſufficiat quod per alium doceat & diligat: non eſt neceſſe, ut per ſe
ſolum faciat, reſpondeo, admitto: ſed hoc iſto uerbo Chriſti non traditur, & alio uer
bo hanc licentiam aſtrui oportet: hoc uerbum inſuperabiliter concludit, aut paſto=
res eſſe debere, etiam per ſeipſos amantes & docentes: aut ſi non per ſeipſos amant
& docent: nihil hoc uerbum ad eos pertinere: Atqꝫ ita nihil probatur ex ipſo ꝓ Mo
narchia Romana, ſed potius cōtra pugnāt, cū tot amari & paſci ab uno ſit īpoſſibile.
¶ Videmus quidem officia diligendi, & paſcendi a Pontificibus Romanis tradi Epi *Obiectio 10.*
ſcopis, retento titulo paſtoris & amatoris, & Epiſcopi eodē nomine ſeruato, tradūt
curatis, Curati, capellanis, nomen per omnes tranſit, & in nullo hæret, ſed & fratres
mēdicantes, ſumpto ab illis officio, ſtrēnue eos imitant. Maiores & magiſtri officiū
docēdi fratribus temerarijs imponūt, ipſi nomine officij cōtenti. Adeo moleſtum eſt
uerbū dei docere, diligere & paſcere, propter quod unum, filius dei uenit in mundū
miſitqꝫ ſpiritum ſanctum, & omnia fecit: ut hoc officium eſſet officioſiſſimum.
¶ Quod ſi ſatis eſt per alium docere: quid amplius facit Epiſcopus quā laicus? Nō *Obiectio 11.*
ne uel Turca poteſt iubere aut permittere, ut alius diligat ac paſcat? Quid ergo ne=
ceſſe fuit Petro tot uicibus repetitis mandare hoc officium, & tam inſtanter urgē=
re? Et iſte modus euangelij interpretandi, paſce oues meas, id eſt permitte, iube, ut
alius paſcat? Si ille alius itē per alium paſcat, & tertius per quartū, ac ſic ſine fine uſqꝫ
ad neminem: ubi manet uerbum Chriſti? aut qua decentia, cæteri ſequaces paſcent,
quando primores & qui plus ijs debent, non paſcunt? Cur Chriſtus non fecit idem? *Obiectio. 12*
cur Petrus non etiam ociatus per alios pauit? Igitur ſi iſta uerba ad Pontificiam po
teſtatem cogas ſeruire, in neruum res tua ibit, & concludes a tempore Gregorij ma
gni non fuiſſe paſtorem in Roma. eccleſia. Hic enim fere ultimus eſt eorum, qui ſa
cras literas tractauerunt: quare ſi gloriaris eſſe dictum Petro, diligis me plus his, be
ne, hoc fac et uiues, & dilige plus cæteris, paſce plus cęteris, Et induentur arietes oui *Pſalm. 113.*
um, & ualles habundabunt frumento, clamabunt & hymnū dicent. Quod ſi per Di
ligere plus his, intelliges, maiorē te alijs eſſe: iam uerbo Chriſti, alienam intrudis in=
telligentiam. Non enim aliquid iubetur ſubditis per hæc uerba: ſed Petro non dicit,
eſtote oues ſub Petro, ſed Petre paſce oues meas, & tamen illud uolunt, hoc nolunt.

Quales eſſe debent ſacerdotes exponitur, adulatores uituperan= tur, paſcere multiplex aſſignatur, ſophyſmata deteguntur diuerſarij. Capit. XLI.

ANteqꝫ obiecta illa diluam, præfabor in præſentia. Nollē me hoc præſenti *Proteſtatio autoris.*
libro, aut alias ubicunqꝫ, exceſſus, abuſus, enormitates, negligentias, tyranni
des, & ſi qua ſunt huiuſmodi, excuſare uel purgare in Epiſcopis & prælatis
eccleſiæ, ſi officium eis diuinitus cōmiſſum minus digne ac legitime exequerent: de
quo deo diſtrictiſſimā ſunt reddituri rationē: nam his adulatoribus principum mi= *In adulatores.*
natur dominus per Ezechielem. Vę his qui conſuunt puluillos ſub omni cubito, & *Ezech. 13.*

Grego. ſaciunt ceruícalia ſub capite, uniuerſæ ætatis, quod ſecundũ B. Grego. facit, qui ma-
le agentibus adulatur. Non enim neſcio, quales eſſe deberent ſacerdotes, prælati &
miniſtri, nec me prҿterit, quales ſint.

¶ Docuit Chriſtus ſacerdotes intrare per oſtium, non per ſymoniam, potentiam, in
ordinatum fauorem, ſiniſtram practicam. Docuit iuſte, honeſte, pie uiuere, non in
luxu omnium rerum, non in crapula, in pompa, & ſuperbia, non in tyrannide. Doc-
In ſacerdotum uitam. uit populos charitatiue regere, uerbo, exemplo, correctione, indulgentia, oratione,
ut hҿc latiſſime deſcribi poſſent, & copioſe tam ab antiquis, quam a recentioribus eſt fa-
ctum, ut facile apud Ambro. Augu. Grego. Bernhar. & alios ſtudioſus lector inue
niet. Vnde licet omnes prҿlati, tamen prҿcipue eccleſiaſtici, caſtigatorium illud uer-
Sapien. 6. bum ante oculos habere deberent. Iudicium duriſſimum his qui præſunt fiet. Imo
totum hoc caput: tamen quia diuerſarius hoc non agit ut inſtruat, quomodo paſto-
res de malo regimine & negligentia paſturҿ arctiſſimam debeant deo reddere ratio
Bernhar. nem, ut Bernhar. in quadam epiſtola prҿ aliis rigide hoc proſequitur: ſed rebellionẽ
Ludderi conatus. parat ſubditorum, & inobedientiam in primates eccleſiaſticos: quos nititur oſtendẽ
re non eſſe paſtores. Ideo his calumniis obuiandum duxi, & obiectamẽta temeraria
& diſpellere ac euacuare.

Obiectio. 1. repellitur. ¶ Primo autem cum aſſumit, illud eſſe terribile uerbum Epiſcopo. Si diligis me, pa
ſce oues meas, fateor, cum exprimat conditionem paſtoris, qualis eſſe debeat paſtor
Augu. .ſ. diligens deum: non qui ſe diligat ſuper uel contra deum, ut copioſiſſime Augu.
Infra cap. 43. ibi explicat: & cum probat primo paſcere non ſit primum uel principem eſſe. Dico
hoc eſſe falſum, quia in ſacris literis, paſcere eſt etiam regere, gubernare &c. et ergo
ille qui eſt ſummus paſtor omnium, eſt primus omnium, ut ab initio oſtendimus ex
Hieremia & Ezech. ſimiliter quia iuxta uerba ſaluatoris Paſtoris eſt aperire oſtiũ,
emittere & educere oues, uocare oues, uadere ante eos &c. quæ omnia ſunt regimi-
Beda. nis, & prædictis adde Bedam Homil. ult. ſuper Iohan. quamuis ſolertius, intuendũ:
Paſcere. quod eadẽ paſtio gregis dominici, non uniformi, ſed multimoda eſt ſollicitudine ge-
renda: nam & terrena ſubſidia neceſſe eſt, ut ſubditis rector, ne deſint, diligenter pro
uideat, & exempla uirtutis ſimul cum uerbo prædicationis eiſdem ſollicitus impen
dat: & ſi quos aut ſpiritualibus eorum commodis, aduerſantes depræhenderit, horũ
uiolentiҿ, quantum ualet obſiſtat. Ipſos quoque cum errauerint ſubiectos, iuxta Pſali-
Pſalm. 140. ſtҿ uocem corripiat, iuſtus in miſericordia increpet, neque oleo noxiҿ conſenſionis
corda eorum demulceat, & hoc enim, ad pii officium paſtoris pertinet. Idem Beda
Beda. ait. Commiſſione Petro facta, meas oues commendatas tibi ſcito, & has quaſi meas
regere, ſi me perfecte amas recole, & infra. Paſcẽdas ſuas oues Petro, hoc eſt plҿbes
docendas, gubernandasque commiſit. Hic uenerabilis Beda aperte pro paſcere ponit
regere, & prius uarios modos paſcendi regendique explicauit.

Error diuerſarii de paſcere. ¶ Iam patet error diuerſarii, quia cum uerbum paſcendi ſit ampliſſimũ, & maxima
in ſe munera cõplectatur: iſte conſtringit & coartat ipſum in ſolum munus docẽdi
& prædicandi, quare paſtorem cogere uult. Si paſcat ergo prҿdicet, doceat &c. Et
ex prioribus liquet inualidam eſſe hanc illationem, a ſuperiori ad quodcumque inferius,
cum ſint plures alii modi paſcendi, prҿter doctrinam: paſcit enim ſi corrigit exceſſus:
ſi bonos tutatur ab incurſu malorum: ſi pauperibus ſubuenit: dum commodam ordi
nat ſacramentorum adminiſtrationem: dum eccleſiҿ uiduҿ de bono prouidet paſtore
&c. Debeat etiam prouidere ouibus de paſtura, ſi non habent: ſic in primitiua eccle
ſia paſſim mittebantur diſcipuli ab apoſtolis, ac Summis Pontificibus. Sic Dionyſius
miſſus ad Gallias, ſic Maternus ad Rheni fluenta. Sic B. Gregorius Auguſtinũ ad
Anglos conuertendos miſit, & Grego. ii. Bonifacium per germaniã miſit, ſic alii ali-
os miſerunt. Vnde diuerſarius, cum ſint plures modi paſcendi, non debuit paſtorem

coartare ad

coartare ad unum officium docendi. Niſi cum immineret periculum erroris, & non adſunt, qui laborent, pro extirpatione errorum, ne latius euagentur: profecto tunc non excuſarem Epiſcopum a peccato mortali: ſi non paſceret uerbo & ſana doctrina, pro extirpatione errorum in ſuis ouibus. Nam ei præcipitur capere uulpeculam, quę demolitur uineam eccleſiæ, & lupum abigere a caulis ouiũ. In hoc ergo euentu non uideo, quomodo Epiſcopus eſſet excuſatus: qui non paſceret ſalutari doctrina oues ſibi commiſſas: ſed ita in communi, inualida eſt diuerſarij illatio. *Canti.2.*

¶ Ponderat dein tenorem uerborum diuerſarius. Ait enim text. Si diligis me plꝰ his paſce oues meas, ex quo infert. Si non diligat, ergo non paſcat, non ſit paſtor, non ſit audiendus uelut paſtor &c. Falſam hanc & inſulſam obiectionem multipliciter uitare poſſumus, non enim ſtringit. *Ad obiec.4.*

¶ Primo enim argumentum eſt captioſum & ſophyſticum, uelut eſt pueris in dialectica obuium. Si diligis me plus his, paſce oues meas. Itaq; ſi me non diligis, non paſcis oues meas. A deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, omnino puerilis cauillus. Si eſt homo, eſt animal, itaq; ſi non eſt homo, non eſt animal. Vide ꝙ ridicule argutatur in dialectica. *Sophyſticus diuerſarius.*

¶ Dico ſecundo huiuſmodi illepida conſequentia deceptum & ſophyſticatum etiã S. Cyprianum martyrem pluribus locis, ſufficiat unus in præſentia ad magnum lib. v. Epiſt. vi. Poſt reſurrectionem enim diſcipulos ſuos mittens, loquitur ad eos & dixit. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Hoc cum dixiſſet, inſufflauit, et ait illis. Accipite ſpiritum ſanctum, ſi cuius remiſeritis peccata, remittuntur illi, & ſi cuius retinueritis, tenebuntur: quo in loco oſtendit eum ſolum poſſe baptizare, & remiſſionẽ peccatorum dare, qui habet ſpiritum ſanctum, quaſi ratiocinaretur. Ergo ſi non accipiunt ſpiritũ ſanctum, tunc quæ abſoluent, non erunt abſoluta. Sic plures ſophyſmate iſto decepti ſunt pro parte Donatiſtarꝫ argumẽtantes in Concilio Aphricano, ut eorum errata elidit B. Auguſtinus lib. vij. contra Donatiſtas de Baptiſmo. *Cyprianus ſimili ſophyſmate fuit deceptꝰ* *Donatiſtæ. Augu.*

¶ Dico tertio in uerbis Chriſti nullam eſſe conſequentiam uel illationem: quare diuerſarius inepte argutatur, a negatione unius uel alterius partis. Immo uocabulo ſequitur, non poteſt hic uti, ſine errore: quia ſi constructiue inferas, ſi diligit, paſcit, male argutaris, ꝙ plures ſunt fideles & iuſti deum diligentes, qui tamẽ non paſcunt, ſed paſcuntur. Neq; licet uertere eadem ratione ſi non paſcit, non diligit, quia ſubditus fidelis non paſcit, & tamen diligit, neq; affirmatiue licet uertere, ſi paſcit, diligit, quoniam multi ſunt paſtores, deum non diligentes, ſed paſcentes ſeipſos, ut cõquęritur dominus per prophetam Ezech. & Hiere. ut audiuimus: fallitur ergo per imperitiam diuerſarius, exiſtimans eſſe connexionem illationis ubi nulla eſt. *Non eſt conſequentia ſi diligis paſce.*

¶ Dico quarto hanc eſſe Huſſiticam conſequentiam, & pauperum de Lugduno, ac Vualdenſium, ac olim Donatiſtarum. Si non diligit, non eſt audiendus paſtor. Bene enim hic oſtendit Chriſtus: qualis debeat eſſe paſtor quia diligens deum: & ita eſt ibi conditio, non illationis, uel connexionis, ſeu conſequentiæ, ut praue cœpit diuerſarius, more Vualdenſium & Huſſitarum, ſed eſt conditio qualitatis: quoniam paſtor bonus debet habere illam conditionem & qualitatem, ꝙ diligat deum, ſicut de talibus loquitur propheta. Et dabo uobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcẽt uos paſcentes cum diſciplina. Et ita neceſſe eſt amare paſtorem Chriſtum, neceſſitate præcepti: quia officium ſuum, non digne exequitur ſine charitate dei, tamen non eſt neceſſe, neceſſitate exiſtentię, quia ſine charitate adhuc exiſtit paſtor: quia per amiſſionem charitatis, non deſinit eſſe paſtor: quod Chriſtus etiam in nouo teſtamẽto ſatis etiam teſtatur. Si autem dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, moram faciet dominus meus uenire, & cœperit ꝑcutere ſeruos ſuos, ueniet dominus ſerui illius &c. Cum concordantibus. Ludit ergo diuerſarius hic Huſſitico more, dum quęrit, quis *Charitas neceſſaria paſtori.* *Hiere.3.* *Math.24.* *Mos Huſſiticꝰ*

Eccle. 9. 1. Corin. 4. Marſilius. Lugdunen. Walden. Wiclefiſt. Hußita.

nos faciet certos de amore paſtoris: quid moleſtus es quæſo? Nemo ſcit an amore, uel odio dignus ſit. Imitares potius Paulum Apoſtolum, qui non erat certus de omnimoda iuſticia ſua, dum diceret: nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non iuſtificatus ſum: qui tamen prius dixit. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti. Error contrarius fuit Marſilij de Padua, pauperum de Lugduno, Vualdenſium, Vuiclefiſtarum, & Huſſitarum.

¶ Conſtat ergo hoc textu, paſce oues meas, bene probari Primatum: & debere paſtorem etiam docere pro tempore; licet plures alij notabiles actus ſint & charitatiui; quibus poſſit paſcere, ut expreſſimus: quare eſt paſtor, etiam ſi non doceat, & docet etiã, ſi non diligat; licet boni & peruigilis paſtoris ſit et docere, & diligere, corripere & cę. quod etſi iam minus fiat ab Epiſcopis Germaniæ noſtræ, ꝙ doceant: totus defectus eſt, quod in eccleſijs Cathedralibus Canonici, ex quibus Epiſcopus deligitur, uel contemnunt, uel negligunt Theologiam, cum magna Chriſtianæ fidei iactura; nec Epiſcopi Theologos in precio habent (quod eſt uenturæ perſecutionis prę̨latorum non paruum indicium) ſed magis armigeros, aut qui profeſſionis ſunt humanæ, amplectuntur: cum ego ſolus ſim inter Canonicos eccleſię cathedralis Eichſteteñ. Theologica profeſſione inſignitus: non deſunt confratres: qui id grauiter ferant, me Theologum eorum numero aſſociatum: Sed ut dixi, urgentiſſimus eſt locus pro primatu, paſce oues meas: licet diuerſarius encomium canat ante uictoriam: gloriatus ſe effeciſſe, illa auctoritate nihil probari: ita ſe iactat ob prærancidos paralogiſmos, iã a nobis conuulſos. Et dato ꝙ ualeat: nego ſequi, eum non eſſe Epiſcopum, qui nõ doceat: cum plura alia ſint munera Epiſcopalia: quibus dignitas ſeruetur ſibi incolumis: ſicut illud Huſſiticum eſt & falſiſſimum, nullum docere debere, niſi diligat; licet ſi bene uelit uti ſuo officio, debeat deum diligere: ne ei exprobret deus doctrinam, cũ Dauide. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iuſticias meas &c. quare Grãmaticę Theologię doctor, non ita ridicule exponet hyſtrionico more inuertendo ꝟba & perſonas. Si diligis me, ideſt ſi diligis te &c.

Cur epiſcopi in Germania non doceant. Epiſcopi contẽnunt Theologos, hoc eſt futuræ pſecutionis ſignum in clerum.

Pſalm. 49.

Quod ſit Epiſcoporum officium, non deeſſe iam uerbum diuinum, & de Bulla Leonis Papæ contra Ludderum. Cap. XLII.

PRophetarum ſanctorum patrum. Immo Chriſti ſecuti ſententiam, quid paſcere ſit oſtendimus; quare nullam nouam quærimus Grammaticam, aut extortam interpretationem. Vt calumniatur diuerſarius: accipiat ipſe, ut uelit ſuo arbitrio, & libito pro exhortatione, comminatione, uel præcepto; nos uſurpamus in ſenſu, quem ſpiritus ſanctus efflagitat: & per ſe ſanctiſſimos eccleſię doctores, pulcherrima eccleſię lumina, ante multos annos eſt explanatus, licet ſibiĳpſi repugnans, & contrarium ſit Ludderi dictum: illud dictum referri ad paſtores, & nõ ad oues: quaſi unꝙ̃ aliquis cõſtituerit paſtorem, ſine ouibus ſubiectis, quid ergo paſcet, culices? Commiſſa eſt ergo Petro paſtura, ſuper toto ouili Chriſtiano.

Epiſcoporum negligentia.

¶ Negligentiam Epiſcoporum nõ excuſo: ubi eſt defectus uerbi diuini, uel ubi pullulant errores: ſicut iam in Saxonia errores diuerſarij: tunc enim deberent ſedulo docere, & ut doceretur, curare. Non excuſo eos, qui plurifaciunt, honorem & dignitatem & lucra, ꝙ̃ officium: ſi non diligunt deum, ſed inanem gloriam, luxum, tyrannidem, eos excuſare nec poſſum, nec uolo: ſunt enim tunc ſecutores mammonę. Habeant zelum iuſticiæ, deum diligant, ſacra ordinate fieri in prouincia curent: excedẽtes corrigant: uim paſſos ſuſtentẽt: paupibus ſubueniant: cleꝝ in bono regimine teneãt: conſuetudines noxias extirpent: penſum orationis debitum: religioſa mẽte perſoluãt:

Epiſcoporum officia.

neminem

neminem opprimant:requiſiti pro ſubditorum indigentia,paſtorali beneficio ſubueniant.Ne ſubditis offendiculo ſint,imprimis caueant:ne aliquem ſcandalizent paruulorum,uiduarum,& orphanorum, ac pupillorum cauſas paterne agant, patrimoniũ Chriſti,prudenter exponant:non ad pompam nimis:uenatoribus & canibus plus impendendo,q̃ pauperibus,quorum tam magnam curam habuerũt Apoſtoli, ut Paulo committerent Petrus, Iacobus, Iohannes,tantum ut pauperum memor eſſet, & inquit Paulus.ꝙ etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere.Ita etiam teſtatur ad Ro. Nũc igitur proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare ſanctis:probauerunt.n. Macedonia, & Achaia collatiõem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem. Iſtud eſſet perfecte paſcere populum ſibi ſubiectum,hoc eſſet epiſcopi officium,ad iſta facienda admonendi ſunt,hortandi ſunt,& cum patientia increpandi,ſi non fecerint.Iſta negligentes,non excuſo,nolo conſuere puluillos ſub cubita eorum.

In Epiſcopos. *Gala.2* *Roma.15.* *Author inadulabilis.*

¶ Tamen noſtra ætate non deeſt populo fideli auditus uerbi diuini ; ideo minus iuſte conquęritur diuerſarius ſuper paſtoribus:ꝙ ſit defectus doctrinæ paſcendo:cum tot fiant in omni uico ſermones ad populum:ut uerbum dei, quaſi ueniat in contemptum. Ideo Chriſtianiſſimus Cancellarius Iohan. Gerſon, dubitat, an expediens ſit ouibus,tam frequens diuini uerbi prædicatio.Vnde ſuperior paſtor tunc docere debet,uel curare ut doceatur:cum uiderit doctrinę defectum, uel erroris ortum:et ſic magis appareret mihi neceſſarium paſtoribus noſtro ſæculo,ut examinarent prædicanda,q̃ ut curarent prędicationem:Sic Apoſtoli cum audiſſent,qui erant Hieroſolymis:quia recepiſſet Samaria uerbum dei,miſerunt ad eam Petrum, & Iohannem. Sic Leo X.Roma.Pontifex fideles pauit,errores diuerſarij circa ſacramentum pœnitentiæ,purgationes animarum,& indulgentias excludendo,ꝙ autem & poſteritati fiat manifeſtarium,quomodo Leo Papa X. pauerit & docuerit ; placuit illius doctrinæ tenorem inſerere.

Satis ſi non nimium prædicatur. *Gerſon.* *Epiſcopi plus prædicãda examinent quam prædicent.* *Actu.8.* *Non effert magnis Epithetis Papã autor ne Ludder dicat eum adulatorẽ*

Bulla Leonis Papæ contra Ludderum.

¶ LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei,dilecto filio Thomæ titu.S.Sixti,ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum Imperatorem, electum, noſtro & Sed.Apoſto.legato.Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum poſtq̃ circumſpectio tua Germaniam applicuerat,ad aures noſtras perueniſſet:ꝙ nonnulli religioſi, etiam ad Euangelizandum uerbum dei deputati, ſuper indulgentijs a nobis & Romanis Pontificibus,prædeceſſoribus noſtris ab immemorabili tempore citra concedi ſolitis, publice prędicando, multorum cordibus imprimerent errores. Idq; nobis intelligere nimis graue & moleſtum eſſet, alijs noſtris literis eidem circunſpectioni tuæ(De qua propter eius ſingularem doctrinam,& in rebus agendis experientiam, ſpecialem in domino fiduciam obtinemus) commiſimus, ut auctoritate noſtra,approbatione digna approbares: ea uero quæ minus recte dicta eſſent,etiã per eos qui Romanæ eccleſiæ doctrinam ſe ſequi paratos aſſererent,reprobare & damnare curares: Et ne de cætero quiſquam ignorantiã doctrinę Romanę eccleſię,circa huiuſmodi indulgentias,& illarum efficatiam allegare,aut ignorantiæ huiuſmodi prætextu,ſe excuſare, aut conficta proteſtatione ſe iuuare ; ſed ut ipſi de notorio, mendacio conuinci , & merito damnari poſſint , per præſentes tibi ſignificandum duximus,Romanam eccleſiam,quam reliquę tanq̃ matrem ſequi tenentur,tradidiſſe Romanum Pontificem Petri clauigeri ſucceſſorem, & Iheſu Chriſti in terris uicarium poteſtate clauium,quarum eſt aperire,tollendo illius in Chriſtifidelibus impedimenta,culpam ſcilicet & pœnam,pro actualibus peccatis debitam,culpam quidem mediante ſacramento pœnitentiæ,pœnam uero temporalem,ꝓ actualibus peccatis ſecundum diuinam iuſtitiam debitam,mediante eccleſiaſtica indulgentia,poſſe

pro rationalibus cauſis concedere, eiſdem Chriſtifidelibus, qui charitate iungente membra ſunt Chriſti, ſiue in hac uita ſunt, ſiue in purgatorio, indulgentias ex ſuperabundātia meritorum Chriſti & ſanctorum, ac tam pro uiuis, ꝙ pro defunctis Apoſtolica auctoritate indulgentiam concedendo, theſaurum meritorum Iheſu Chriſti & ſanctorum diſpenſare, per modum abſolutionis indulgentiam ipſam conferre, uel per modum ſuffragij illam transferre conſueuiſſe. Ac propterea omnes tam uiuos ꝙ defunctos, qui ueraciter omnes indulgentias huiuſmodi conſecuti fuerint, a tanta temporali pœna ſecundum diuinam iuſticiam pro peccatis ſuis actualibus debita liberari, quante conceſſę, & acquiſitę indulgentię ęquiualet. Et ita ab omnibus teneri & prędicari deberi ſub excommunicationis latę ſententię pœna, a qua illam incurrentes, ab alio ꝙ a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Auctoritate Apoſtolica earundem tenore pręſentium decernimus. Et ne quiſquā de pręmiſſis ualeat ignorantiam allegare, circunſpectioni tuæ mandamus, quatenus uniuerſos & ſingulos Germaniæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios locorum ordinarios, in uirtute ſanctę obedientiæ & ſub ſuſpenſionis a diuinis pœna, moneas, eiſq; diſtricte præcipiendo mandes. Vt præſentes literas, ſiue earum tranſumptum, infra tempus per circunſpectionem tuam eis præfigendum, in eorum eccleſijs, dum ibi populi multitudo ad diuina conuenerit, publicare, & circa indulgentias prædictas ſupradicta ſub ſimili excommunicationis latæ ſententiæ pœna tenere & prædicare debeant. Et nullus contra ea quouis modo directe, uel indirecte uenire pręſumat. Tibi nihilominus contra præſumentes & inobedientes procedendi, illoſq; debitis pœnis, quibus tibi uidebitur puniendi, plenam & liberam, etiā per pręſentes concedimus facultatem. In contrarium non obſtantibus quibuſcunq;. Et quia difficile foret eaſdem, pręſentes literas, ad ſingula quęq; loca in quibus expediens fuerit deferre uolumus, & dicta auctoritate decernimus, illarum tranſumptis manu publici notarij inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius pręlati ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, uel curię eccleſiaſticæ ea prorſus in iudicio & extra, ac alias ubilibet fides adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi fuiſſent oſtenſę uel exhibitæ. Datum Romę apud S. Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XVIII. quinto Idus Nouemb. Pontificatus noſtri Anno VI.

¶ Sana & catholica, catholici paſtoris conſtitutio: qui ſi non uerbo prędicat, paſcit tamen decretis, conſtitutionibus, & alijs ad paſtorem pertinentibus: qui ſi negligens
Marcellus. fuerit, de eo dicere poſſum, quod Concilium de Marcello Martyre, quando grana
Symachus. thuris Idolis obtulit, & Concilium de Symacho Papa dixit. Symachus Papa ſedis Apoſtolicę pręſul ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis & liber, cuius cauſam totā dei iudicio reſeruamus. Ita modeſte Sy
Theodericus Rex. nodus Theoderici Regis iuſſu congregata, de Romano præſule ſenſit. At ꝙ modeſte Ro. Ponti. obſeruet diuerſarius, Immo omnes epiſcopos, prudens lector ſuarum ſcriptionum facile intelligit. Fœlicem dicit ambitionem. Si quis uſq; inueniretur, qui omnium paſtor eſſe ambiret, unius ouilis unum eſſe paſtorem, Chriſtus ueritas præ
Iohan. 10. dixit. Et cum non omnes mali: Immo maior pars fuerit bonorum, ſequens eſt uſq; fuiſſe & eſſe Roma. Pontifices, paſtores omnium fidelium: qui ſi titulos ambiūt ſolum, & non re paſcunt, committo eos iudicio dei. Mox tamen ſequenti capite explicabimus & annotabimus plures fideliſſimos paſtores uniuerſalis eccleſię.

De paſtura, quomodo Epiſcopi debent ei intendere, & licet eis per alios docere, tamen honeſtas exigeret, ut & per ſe docerent aliquando. Cap. XLIII.

Sophyſti.

SOphiſtico more diuerſariꝰ ſibi parat ſolutionem,quam poſſit facile infrin- gere,paſcere non poteſt,niſi ſuperior: ergo licet non faciat officium paſto- ris:tamen per hoc non amittit locum ſuperioris.Sed cum paſtor ut ex pro- phetis & patribus docuimus,plura includat,euenit aliquem paſcere,qui ſuperior nō exiſtit,paſcit nos quotidie S.Aug.ſua doctrina ſaluberrima: qui tamen Apher nullā ſuper me prælationem habuit:proximus meus uel æqualis uel inferior paſcit me bo- no exemplo: & tamen non eſt ſuperior meus. Hoc autem uerum eſt, cui paſtura in uniuerſum committitur.Huic intelligitur regimen & ſuperioritas commiſſa:hinc reges dicuntur paſtores apud prophetas.Captioſe ergo aſſumit,ſuperior paſcit,ideo paſcere non poteſt niſi ſuperior. Eſt.n.ſophyſma conſequentis currens mouetur, ta- mē uitioſe argutaris, non moueri niſi currentē,ita & infantiliter hic argutat̄:nō mirꝝ de diuerſario,ꝙ in has Symplegades,& pueriles ſcopulos paralogiſmis īpingit.Quo- niam Dialecticam contemnit & reſpuit,quaſi omnis illa ſit ſophyſtica: quo fit,ut dū Sophyſmata negligere ſe credat,maxime cauillis illis,captionibus & ſophiſmatibus irretiatur,& captiuetur:quare omnia quæ affert de germano uocabuli ſignificato.ſ. paſcere,friuola ſunt:ꝙ nunꝗ huius intelligentiam ſit aſſecutus:quam nos ex ipſo ſal uatore,ex prophetis,& patribus ſuperius produximus. Vnde quæ per deriſum af- fert hyſtrionico more diuerſarius de noua latinitate uerbi paſcere,præterimus, tanꝗ ſomnia lymphatici, cum quicquid in buccam uenerit, ſtatim ſine omni pudore, ſine recto rationis libramine proferat. Quale eſt hoc cœcutiens dictum, & minime ſibi conſtans hallucinatio, prælatos nec deum pro premio expectaturos, ſi primatum in ſuo ſignificatu gerere debeant:quaſi ullum aliud maius premium,uel deſiderari, uel expectari poſſit a bono paſtore,ꝗ deus: quis non ſentit has inſanas uoces temerarias & ſacrilegas,plus in ore,ꝗ pectore natas eſſe.Applica ſi placet de S. Leone I. opti- mo præſule & ſummo omnium fidelium uniuerſali paſtore: ſicut ei acclamatum eſt in ſacroſancta Calcedonenſi Synodo:quæ una eſt ex quatuor illis euāgelicis Synodis, a toto orbe Chriſtiano approbatis,& eadem ſancta Synodus huiuſmodi ſubſcriptio- nem legatorum ſuorum fieri paſſa eſt,ut ſecundo libro explicabimus.

Obiectio.8. diluitur. — *Sophyſma Ludderi.* — *Ludder contē- nit Dialecticā. ideo inuoluitur Sophyſmatibꝰ.* — *Immodeſtia Ludderi.* — *S.Leo uniuer- ſalis Pontifex.*

¶ Ex prædictis liquet,ꝗ inane ſit corrolarium quod infert,aliquem pręeſſe & nō pa ſcere,quaſi aliquis poſſit eſſe præſidens & non paſtor: quod omnino diſſidet,& com plicat q̄d inintelligibile:ſed ex ruinoſis principijs,ruitura conſurgunt ędificia, Sit ma lus pręlatus,ſit a domino abiectus,ut aſſummā a diuerſario affirmata:negabit ne quiſ piam eum eſſe paſtorem et paſcere:cur tunc dominus Iheſus ait,Ego ſum paſtor bo nus,niſi quia aliqui paſtores ſunt mali, cur aliquibus paſtoribus dicitur Væ per pro phetam,Vę paſtoribus Iſrael &c.Paſtores illos Euangelicos uoces uel minus,nō cu ro: ſi non euangelice faciunt,uiderint ipſi quomodo arctiſſimam reddituri ſunt Deo rationem.Quare facile ſubditi,non felle amaricati proteruię, compeſci poſſunt: ubi docuerint ſe habere penuriam doctrinæ:cogitur tunc Ro.Pont.eis ꝓuidere: ſed nō audio hanc quæſtionem motam, niſi a ſciolis & ſibi placentibus: quinimmo maior quęſtio eſt in uulgo,ſermones multiplicari:itaqꝫ laterem lauat,de iſta captioſa ſubdi- torum interrogatione,an paſtor diligat? ubi quęſo ſubdito mandatur inquirere, an ſuperior diligat? quam hic diuerſarius inſtruit rebellionem ſubditoꝝ? Quis unꝗ au diuit tātam temeritatem, ut ſuperior dilectionis ſuę ad deum,ſubditis rationem red dere cogatur. Auſim dicere,nullius ſubditi, etiam ſi inſolentia Ludderum ſuperet, eſſe interrogare ſuperiorem? an deum diligat? Hoc.n.nouit ſcrutator cordium, & inſpector conſcientiarum,non quilibet e uulgo:immo ſine magna p̄ſumptione, præ latus reſpondere non poſſet,ſe deum diligere,cum nemo ſciat, an odio uel amore di gnus ſit,maxime fidelis ſubditus,ita quærere non debet, cum Chriſtus ei id ꝓhibue rit.Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & Phariſęi:omnia ergo quæcūqꝫ dixe-

Obiectio.9. diluitur. — *Aliqui paſto- res mali.* — *Ezech.34.* — *Subditus nō in- quirat an præ- latus diligat.* — *Eccle.9.* — *Math.23.*

rint uobis ſeruatæ,& facite,ſecundum opera uero eorum,nolite facere.Dicunt enī,
& non faciunt.Alligant autem onera grauia &cę.Iam uides quibus uerbis compe-
I.Pet.2. ſcendi ſint ſubditi in temeraria inſultatione,ꝙ Petrus etiam diſcolis dominis obediē-
dum præcepit.Et omnino pueriliter labitur diuerſarius: ꝙ exiſtimat Petro hic offici
um docendi iniunctum: & ꝙ paſcere arbitratur ſolum pertinere ad doctrinā. Nam
docendi officium Chriſtus non tanta ſolennitate,nec ſingulariter Petro, ſed omnibꝰ
Mat.ulti. Apoſtolis ſimul commiſit.Euntes ergo docete omnes gentes, Baptizantes eos in no
mine patris & filij & ſpiritus ſancti,docentes ſeruare omnia,quæcunq; mandaui uo-
Mar.ulti. bis.Et iterum.Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creatu
ræ.Non ergo Petrus illam poteſtatem paſtoralem prius habuit:ſed primo omnium
patrum ſententia accepit.

Euacuatur 10. obiect. ¶Alium cauillum adfert,quaſi deo amabiles Epiſcopi ſe tueantur:quia per alios do-
ceant & diligant, concludens paſtorem per ſe debere docere. At hic affirmatiſſime
Per alium docere licitum. dico paſtorem non oportere per ſe docere:ſed ſufficit ad hoc quod paſcat, ut proui
deat ſubditos:ne careant aut defectum patiantur doctrinæ,alios docentes, ſua aucto
ritate ſi excedant,corripiant & emendent. Hoc enim ad regimē paſturæ pertinet,&
quod per alios docere poſſit,liquet ex domino,qui per Apoſtolos docuit: & ideo iuſ
Math.9. ſit diſcipulos rogare dominum meſſis,ut mittat operarios ſuos in meſſem ſuā. Meſ-
Luc.10. ſis quidem multa,operarij pauci.Et ita ipſe deſignauit ob hoc lxxij.diſcipulos, & mi-
ſit illos binos ante faciem ſuam.Vnde Chorebo ſtultior eſt, qui arbitratur paſtorem
per ſe docere debere omnes ſibi commiſſos:nam ſic Clementem induximus iuſſa Pe
tri exequentem pro mittendis ad ciuitates paſtoribus. Quis enim ſacrarum literarū
lector ignorat, Moyſen ductorē fuiſſe uniuerſi populi Iſraelitici,ſicut Petrꝰ uniuer-
ſi populi Chriſtiani ductor & paſtor fuit,dicente Auguſtino lib.xxij.contra Fauſtū.
Augu. cap.70. Quid ergo incongruum,ſi Petrus poſt peccatum factus eſt paſtor eccleſię(loquitur
de amputatione auriculæ) ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptum,factus eſt re-
Exo.18. ctor Synagogæ illius,& tamen in Exod.legimus Ietro dixiſſe Moyſi, quid eſt quod
facis in plæbe: cur ſolus ſedes,& omnis populus pręſtolatur de mane uſq; ad ueſpe-
ram,& infra.Non bonam rem facis,ſtulto labore conſumeris, & populus iſte qui te-
cum eſt:ultra uires tuas eſt hoc negocium, ſolus illud non poteris ſuſtinere:ſed audi
uerba mea atq; conſilia,& erit dominus tecum. Eſto in populo in his quæ ad Deum
pertinent:ut referas quæ dicuntur ad eum: oſtendaſq; populo cæremonias & ritum
colendi,uiamq; per quam ingredi debeant,& opus quod facere debeant.Prouide ti
bi de omni plæbe uiros ſapientes,& timentes deum,in quibus ſit ueritas,& qui ode-
rint auaritiam:& conſtitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & de
canos:qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant
ad te:Si hoc feceris,implebis imperium domini,& præcepta eius poteris ſuſtinere.
Huc accedat & legat, quiſquis contendat populum doceri deberi per ſe a paſtore,
cum minora alijs,maiora negocia dumtaxat ſibi paſtor reſeruet: minora enim nego-
Petrus. cia alijs magiſtratibus per urbes diſpoſitis demandantur. Sicut Petrus fecit. Per
Diſ.80. In illis hoc tamen nolim excuſare Epiſcopos,ſi inuerſo ordine agant, & minora & minima
omnia per ſe expedire uelint. ſ. temporalia. Maiora autem & maxima, ſpiritualia &
quæ dei ſunt committunt uicarijs in Pontificalibus,in ſpiritualibus, in iudicialibus.
Hoc enim eſt Cymbam aduerſus aquam ducere, quos ſi ſolos improbaret diuerſa-
Epiſcoporū abuſus. rius,ob hos et ſimiles abuſus,adeo nihil eſſet ꝙ ei aduerſarer,ut etiam haberet me ad
iutorem,ſi Apoſtolica uteretur forma.

Ruſtica argumenta diuerſarij. ¶ Liquet ꝗ a ſylogiſtica, laicorum ſuperbientium more,plura adducit aduerſarius:
quæ nec rationis ſunt , nec rationi conſentanea. Aſſumit impoſſibile eſſe unum
tot paſcere: quoniam ſemper inſiſtit huic uni, ꝙ paſcere ſit per ſe docere. Vnde

doceat per ſe paſtor ubi opus eſt, aut curet ut doceantur: paratus ſit reddere ratio-
nem omni poſcenti, de ea quæ in ipſo eſt Spe & Fide. traditur enim titulus paſto-
ralis Epiſcopo, tanq; uocato in partẽ ſollicitudinis, non in plenitudinẽ poteſtatis. ut
ait b. Greg. Paſtor ergo uniuerſalis Papa, habet plenitudinẽ poteſtatis. Nam q̃d offi *Grego. 1. q. 6. decret.*
cium paſcendi & amandi in nullo hæreat paſtore, titulo apud oẽs remanente, exiſti
mamus minime ſobrie dictum: cum non ſit inſpector cordiũ quoad amorem: & *Plures modo*
quo ad doctrinam, ſatis multi reperiuntur curati: qui paſcunt uerbo & exemplo, *optime paſcũt.*
Epiſcopi multi paſcunt, fratres mendicantes, plures paſcunt. Non loquor de *In fratres Lud*
illis qui paſcunt ſeipſos, ſeorſum in tablinis cõuenientes parantes cõuiuia, & eleemo *deri Ertphor-*
ſynas pauperũ in crapulas expendentes, alijs religioſis patribus panem doloris com- *diæ & Witem*
medentibus, maxime quando ſeniores patres non aſſumuntur: quod taliũ collatio- *bergæ.*
num ſunt exprobratores. Chriſtus uenit in mundum peccatores ſaluos facere, hoc
eſt omnium principaliſſimum, cur filius dei uenit in mundum: licet multa ob hoc
fecerit, docuerit, paſſus fuerit, ut ad ſalutem illam humanum genus perduceret. *Ad obiectio. 11*
¶ Sed obſtat diuerſarius, laicum etiam poſſe per alium docere: uerum nulla eſt au
thoritas uel poteſtas penes laicum, ſicut apud epiſcopum iubendi alium docere; licet *Epiſcopi debẽt*
non in ſola doctrina conſiſtat paſtura, ut ſæpe oſtendimus. Ingenue tamẽ fateor, lau *prædicare.*
dabile eſſet Epiſcopis, ut ꝑ ſe etiã docerent, ſicut D. Adolphus ex illuſtribus princi *Roffen.*
pibus de Anhalt, Epiſcopus Merſburgẽ. non raro ſermonẽ ad populũ facit: nã ſic *1. Pet. 5.*
docẽtes Ludderanas iniurias & contumelias uitarent. Omnibus. n. ait S. Petrus. Pa
ſcite qui in uobis eſt gregem dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum
deum neq; turpis lucri gratia, ſed uoluntarie, neq; ut dominantes in clerũ, ſed forma
facti gregis ex animo: & cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſi *Plures prædica*
bilem gloriæ coronam. Vnde gratia dei tantus eſt numerus prædicatorꝝ, ut diuerſa *turæ nouiter*
rius deſcendere non poſſit uſq; ad neminem, qui paſcat. Et in ſuperiori Germania ad *erectæ.*
Rhenũ, Necharꝝ & Danubium, mea ætate & paulo ſupra, plurimæ paſſim ſunt ere
ctæ præbendæ ꝓ his, ꝗ inuigilare debent ſeminationi uerbi diuini. Arbitror ego ſu-
premos, medios & infimos prælatos paſcere: licet non oẽs doceant. Excedentes uel
negligentes nõ excuſo: nolo ocioſum paſtorẽ, uigilet, paſcat, educet, uocet, reducet. *Beda.*
Ociari nõ patior paſtorẽ, ut pulchre Beda proſequit̃ in Homil. Et paſtores erant in
regione eadem uigilantes & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum, quod *Ezech. 14.*
ſi paſtor hæc nõ fecerit, erit quidẽ paſtor, ſed talis, quẽ dominus ꝑ Ezechiã increpet.

Declarantur Epiſcopi Romani docti a temporibus Gregorij magni contra impudens mendacium diuerſarij. Cap XLIIII.

EXcutere adhuc reſtat unum diuerſarij dictum, horrendum ſatis, & omni- *Ad obiectiones*
bus Romanis Pontificibus centum ſexaginta duobus a tempore Grego- *7. & 11.*
rij iniurioſum: Nam ſi iſta uerba pertinent ad Pontificiam dignitatem, in-
quit, a tempore Gregorij magni non fuit paſtor: quãuis perpetuo errore labatur,
quod paſcere torquet ſemper ad docere: tamen oſtendamus & hoc eſſe falſiſſimũ,
& libidine detrahendi Pontificiæ dignitati a diuerſario allatum: non meminit diuer
ſarius recentia, quomodo ſciet antiqua, quis enim ignorat eruditionem Theologi-
cam Sixti. iiij. Minoritæ. Nicolai. v. omnium literatorum patroni, Petrũ de Candia, *Sixtus. 4.*
Alexandrum. v. appellatum quis ignorat fuiſſe Theologotaton. Nam ob inſignẽ *Nico. 5.*
eruditionem, & morum integritatem: a concilio Piſano in ſummum Pontificium *Alexan. 5.*
eſt euectus: eius adhuc extant egregij commentarij Theologici: quis non audiuit
petrum de Tarantaſia ordinis prædicato. celebrem doctorem in Papatu ſuo Inno
centium. v. appellatum: negligens eſt lector, qui Innocentij tertij ſcripta non uidit, *Innocen. 5.*
de officio Miſſæ, de Sacramentis, de conditione miſeriæ humanæ.

¶ Dum hæc ſtatim eſſent mihi obuia legenti libellum diuerſarij, & quod optime
noram, Michaelem de Zezenna cum complicibus, omnem anſam latrandi contra
Iohan.22. Iohan.xxij. accepiſſe ex Homilijs & ſermonibus eius ad populum: confeſtim intel-
ligere potui, iſta a diuerſario pronunciata abſq; examine ueri & iudicio: quod ta-
Ludder Theologus non debebat mentiri. men in re graui fieri non debet: & cum omnis homo uerax eſſe debeat, ne alteri per
calumniam falſum imponat: tamen in primis dedecet Theologum mentiri in famã
proximi, Pius.ij. maiorum noſtrorum memoria ſermones ad populum habuit, &
Pius.2. orationem exhortatoriam contra Turcas ad omnes fideles in conuentu Mantuano.
Platina. Vt omnibus autem patentior ſit ueritas, mox ad Platinam cucurri, uellicatim uitas
Sum. Pon. uiſurus: quod huic plurimum authoritatis in hyſtoria tribuat Ludder, et
Bonifa.5. a tempore B. Gregorij incipiendo, De Bonifatio.v. ait. Bonifacius autem Pontifex
uir ſingularis humanitatis & clementię, magna in omnes benignitate et gratia utẽs,
Honor.1. nullum genus officij, quod paſtorem bonum deceat prætermiſit. De Honorio. I.
ait. Honorius autem a rebus externis aliquantulum quietis adeptus doctrina, mori
bus ſanctiſſimis, omnem prope clerum renouauit. Hic habes paſturæ tuæ nomen,
Theodorus.1. doctrinam. De Theodoro. I. ait. Theodorus Pontificatum iniens, omnia quę ad dig
nitatem religionis Chriſtianæ pertinere arbitrabatur circumſpiciebat, ut bonũ pa-
ſtorem decet: docere autem in primis ad paſtorem pertinet diuerſarij ſententia: quia
Martinus.1. hoc ſit officium officioſiſſimum. Martinus. I. eodem teſte, Paulum Conſtantinopoli
Agatho. tanum ab errore reuocare, nuncijs & literis ſtuduit. De Agathone ſcribit, quod tan
tæ fuerit ſanctitatis, ut Leproſum obuium factum, oſculo ſanauerit, & hic plurimũ
curauit Conſtantinopolitanos paſcere, & Monothelitarum errores extirpare. De
Leo.2. Leone. II. ait. At Leo in quo præter doctrinam & eloquentiam, ſingularis religio,
mira pietas & clementia fuit, quiq; omnes uerbo & exemplo ad iuſtitiam & fortitu-
dinem, humanitatem, benignitatẽ hortabatur. Non eſt hoc paſcere, uerbo & exem-
Benedictus.2. plo docere. Eadem teſtatur de Benedicto.ij. Benedictus ab ineunte ætate Chriſto
militans, diuinæ ſcripturæ ita operam dedit: ut doctrina & exercitatione in rebus di
Conſtantinus. uinis, ſingularis tum haberetur: Sanctitate ſua permouit Conſtantinum Impera.
Grego.2. Pertharim Longobardorum Regem, & Reginam Rhodolindam. Laudatis Con
Grego.3. ſtantino. I. & Grego.ij. De Greg.iij. ſcribit. Fuit uir ſingularis doctrinæ & humani-
tatis præcipue, Gręca atq; Latina lingua eruditus: mentẽ diuinæ ſcripturæ ita callẽs,
ut nemo tum diſertior prædicatione atq; interpretatione rerum occultarum & ad-
mirabilium haberetur. Præterea uero, ne uerbo tantum & cohortatione populos
mouiſſe arbitreris, omnia quæ exemplo mouere poſſunt, ita aſſidue obibat, ut iudi-
care difficile ſit: promptior ne lingua quã opere habendus eſſet: Orthodoxę fidei:
ita acerrimus defenſor fuit: ut ob eam rem maximorum principum graues ſimulta-
tes & inimicitias ſuſceperit &c. Commendat deinde eius charitatem in pauperes,
captiuos, uiduas, pupillos. Vide Candide Lector an nullus fuerit paſtor in Romana
Zacharias. ſede, ſi uerba Chriſti paſce oues meas de Pontificia dignitate intelligantur: Zacha-
Stephanus.2. riam quoq; commendat, cuius ſermone Luitprandus Longobardorum rex per
motus, pacem toti Italiæ dedit. Stephanum ij. extollit. Vir erat inquit, ſingularis reli-
gionis & prudentię, amator cleri, reſtitutor eccleſiarum, Chriſtianę doctrinæ, dili-
gens prędicator & ſcriptor, pater pauperum, pupillorum & uiduarum defenſor, &
infra. Stephanus habita Synodo oues ſuas, atq; earum paſtores recenſet, delinquen-
tes caſtigat, errantes in uiam rectam deducit, ignaros docet, quid deceat Epiſcopũ,
quid prę ſbyterum, quid deniq; omnes ſacris initiatos proponit. non habes hic dig-
num per omnia paſtorem? Tam bonus paſtor fuit & Paulus. I. quem tantę pietatis
Paulus.1. fuiſſe ſcribit: ut noctu cum duobus aut tribus familiaribus cubicula pauperũ, egro-
tantium circuiret, unumquemq; eorum, & uerbis, & eleemoſynis ad recuperandam
ualetudinẽ

ualetudinem cohortatum,carceres adiens, plærosq; dimittebat, pupillos, & uiduas
tuebatur,& eleemoſynis ſuſtentabat,Celebrat,& Stephanum,iij. Stephanus inquit *Stephanus.3.*
paſtor diligentiſſimus & uerus Petri ſucceſſor,ac Chriſti imitator morit. Non mi-
norem laudem tribuit Leoni.iij. Ab ineunte inquit ætate, ita erat educatus, & eru- *Leo.3.*
ditus diſciplina eccleſiaſtica:ut dignus eſſet,qui cæteris anteferretur; Fuit præterea
uir caſtus,integer,pudicus,facundus,doctorũ uirorum amator: prçterea çgrotos ui
ſere: eoſq; ad pacientiam adhortari: eleemoſynas indigentibus præbere; deſperatos
conſolari:errantes in uiam rectam deducere: prædicationibus,admonitionibus,qui
bus plurimum ob eloquentiam & doctrinã ualebat,ei peculiare fuit: Et quid aliud
in optimo paſtore,poſſet deſiderari: laudat & Eugenium.ij.quod ita pauperum,pu *Eugenius.2.*
pillorum,uiduarum,cauſas & uitã tutatus eſt,ut ab omnibus merito pauperum pa-
ter diceretur: & quod huius opera & precibus captiui oẽs & exules ex Gallia di
miſſi ſunt: quos ipſe ſuis facultatib. ſuſtentauit,& in uita retinuit.Porro Greg.iiij. *Grego.4.*
ita prçdicauit, Grego. Ponti.nobilitate inſignis,ſanctitate clarus,doctrina & eloquẽ
tia præcipuus,diligentia ac ſolicitudine, tum in rebus diuinis,tũ in humanis admira
tione dignus: nam & populi ſui commoda mirum immodum curauit,diuites in of-
ficio cõtinendo,pauperes paſcendo,deſperatos cõſolando,errantes ſanis admonitio
nibus in uiam rectam deducendo, Electos in ſortem domini doctrina & exemplo,
quoad uixit in officio continuit, Agnoſcis ne uerum iam paſtorem, Laudes Leo-
nis,iiij.ſuperius explicauimus,eius decretum defenſando, Nec Benedicti,iij. præco- *Benedictus.3*
nia obticuit. Sacerdotum funeribus ſemper interfuit,ægrotos præterea inuiſit,pau-
peres aluit,deſperatos & calamitoſos conſolatus eſt, Viduas et pupillos acerrime tu
tabatur, his artibus uitam arctiſſime traduxit,an hoc non eſt paſcere, inuiſere,ſ. ale-
re,conſolari,tutari:Pares laudes profert Nico. 1. qui Bulgarorum Regem cum om *Nico.1.*
ni prouincia ad fidẽ Chriſti literis & ſanis admonitionibus conuertit, eiſdemq; Bul-
garis Epiſcopos in præſbyteros dedit, qui Neophitos in fide continuarent, pulſo *Bulgar.*
Photino,cuius fraude Bulgari in errorem fuerant lapſi: Adriano, ij. hoc laudis ex *Adrianus.2.*
hibet præconium.Adrianus inquit,Pontificatum adeptus, omnia quæ ad honorẽ
ſummi dei pertinerent,diligenter circumſpiciebat,uerbis,exemplo,authoritate tum
ſua,tum maiorum, unumquemq; ad bene beateq; uiuendum cohortatus, Photio
pulſo,Ignatium reſtituit,Bulgaris,ut in fide continerentur,tres inſignes uiros miſit,
Syluestrum ſubdiaconum,Leopardum Anconitanum,Dominicum Taruiſinum,
non amplius proſequor hiſtoriam, quid poſtea Romã. Pontifices a 650. annis
fecerint: ne perpetuo ſtilo hiſtoriæ, lectoris delicatum ſtomachum nauſea afficiã.
Sufficiat pluribus oſtendiſſe ueriſſimos fuiſſe in Petri ſede Epiſcopos,qui pleniſſi-
me uerbum Chriſti proſecuti ſunt,ipſum diligendo,& oues eius paſcendo.
¶ Poſtremo & hoc ridiculum eſt,quod ſubdit. Non enim aliquid mandatur ſubdi
tis,ſed Petro,& quid hoc mõſtri eſt: quaſi nõ ſufficeret aliquẽ conſtituere paſtorẽ
ouium,niſi,& ouibus præcipiatur,ut ſint ſubditæ: quaſi ullus hominum uſq; ita in-
ſaniuerit,ut dubitarit oues ſubditas fore paſtori:licet et ſcriptura hoc non obticuerit,
oues pro ſubditis uſurpari.Vñ Dauid inquit. Nos autem populus tuus & oues pa- *Pſalm.78.*
ſcuæ tuæ, & dixit Dauid ad dominum. Ego ſum qui peccaui, ego inique egi, iſti *2.Reg.24.*
qui oues ſunt,quid fecerunt,CHRISTVS,ait. Et oues uocem eius audiunt, quid *Ioan.10.*
eſt hic audire,niſi obedire. Sufficiebat ergo conſtituere paſtorem ouium Chriſti:
quo conſtituto,mox conſectarium eſt oues fideles fore ſubiectas: iam itaq; manife-
ſtarium eſt,has duas Euangelij authoritates Math. xvi. & Iohan.xxi. maxime pro *Epilogus.*
bare Primatum prælationis & regiminis uniuerſalis, Petri ſuper alios, quod om-
nium ſæculorum patribus fuit receptũ, probatum & teſtatiſſimum; & cum ſenſus
literç hoc exhibeat, & tot Sancti patres ita intelligant; neq; ullus unquam repertus

fuerit: qui ſenſum iſtum reprobrauerit, uel negauerit, etiam ſi aliquando aliter fuerint interpretati, iam ferme. M. D. ann. Ideo nouis his prophetis, uerba dei adulterantibus, & lacerantibus, ac pro libito ſuo torquentibus ad ſiniſtram interpretationem, fideles Chriſtiani, fidem adhibere non debent: ſed cum ſancta matre eccleſia credant Petrum eſſe paſtorem ouium, principem Apoſtolorum, cui deus dedit omnia regna mundi. Soli deo gloria. Hæc enim eſt matris eccleſiæ authoritas, ait Auguſt. quod quiſquis cõtra hunc inexpugnabilem murum arietat, ipſe confringitur. Nam et ſi plures reperiantur qui ſcripſerunt contra Pontifices Romanos, ut Petrus de uineis contra Innoc. iij. & Honorium, Guillermus Occam contra Ioan. xxij. Cuſanus, & Iohan. Antiochenus contra Eugenium. iiij. Hampurgius contra Pium. ij. Iacobus Almain, & Philippus Decius contra Iulium. ij. & alij: nullus tamen tam inſignis fuit temeritatis: qui uerba Chriſti hactenus uentilata, negaſſet ſpecialiter ad Petrum & Romanum Pontificem pertinere.

Augu. Scribitur cõtra Roma. Ponti. Petrus de uineis Guil. Occam. Cuſanus. Antiochenus Hampurgius. Valla.

¶ Tertius locus Euangelicus pro Primatu Petri afferendus eſt. Luc. xxij. rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: Cuius loci teſtes ſunt.

Leo. i.	Agatho	Bernhardus	Cyrillus
Auguſtinus	Theophilus	Chryſoſtomus	Innocentius.
Marcus	Iulius	Beda	

Petri Primatus probatur ex indefectibilitate fidei, & confirmatione authoritatiua. Cap. XLV.

DVos adduximus in ſuperioribus Euangelicos locos, & eos pregnantes, uerborum Iheſu Chriſti: quibus Petrus cæteris apertiſſime præfertur: Neq; diuerſarius plurium meminit: ſed non deſunt plures: Addo enim prioribus illum. Vbi ait Dominus Symoni. Symon ecce ſathanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Arrige aures quæſo ſyncere lector, & perpende: quoniam alijs Apoſtolis præſentibus, ad ſolum Petrum dixit Chriſtus, Rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & hoc perpenſo: quod alij Apoſtoli fuerunt præſentes ſtatim inuincibiliter concludes, Petrum primatum omnium habuiſſe: cui ſpecialiter hoc dixit: expendas queſo, quod primo nominatim eum appellat Symõ, quaſi ex alijs eum uocando, & diſcretim alloquendo, Symon ait: dein quod commu nem futuram prædixit eorum tentationẽ, expetiuit uos. Dein tertio reuertitur ſpecialiter dicendo, ego rogaui pro te, non dixit pro uobis, & iterum ut non deficiat fides tua, tua dicit, non ueſtra. Et ne aliquid dubitationis ſubeſſet, addit, & tu. In præſentia aliorum Apoſtolorum. Et ut indubitatiſſime ab alijs eſſet diſtinctus, addit cõfirma fratres tuos: qui erant diſcipuli & Apoſtoli. Et ſi apertiſſime diceret Chriſtus. Ego tui, tu aliorum curam habeas.

Luc. 22. Põderatio uerborum.

¶ Neq; ita accipiendum eſt uerbum Chriſti, quaſi Petrus non eſſet amiſſurus fidẽ: nam e ueſtigio prædixit futuram negationem Petri. Inquit enim Lucas. Qui dixit ei. Domine, tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. at ille dixit. Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me: ſed uerba ſunt ſatis aperta Domini, quod fides eius non ſit defectura: quoniã ut Chryſoſtomus ait, Chriſtus non dixit, rogaui, ut non neges, ſed ne deſeras fidem: fides enim Petri non defecit, licet negarit: quia mox conuerſus, in caſu non manſit: fides quidem intermiſſa, ſed mox reſpirans non defecit, quod Theophylactus aſſumit. Nam & ſi paululum agitandus ſis: tamen habes reconditum ſemen fidei, quãuis deijciet folia ſpiritus tentatoris: uiget tamen radix. Ideo prius prædixit Chriſtus eius caſum pœnitentiam & reſtitutionem ad priorem ſtatum. Et tu conuerſus &c. Ac ſi diceret, poſtq̃

Intelligẽtia falſa reijcitur. Chryſo. Theophylactus

me ne.

me negato ploraueris,ac pœnitueris,corrobora cæteros,cum te principem Apoſto
lorum deputauerim,hoc enim decet te,qui mecum robores,& petra eccleſiæ.Hęc
S.Thomas ex Theophylacto,quem perperam Theophilum nominat. *S.Thomas.*

¶ Pro Primatu autem Petri facit non ſolum indefectibilitas fidei ſuæ: ſed & pote- *Petrus confor-*
ſtas confirmandi fideles & fratres: Quãuis enim unus alium commilitonem confor *tat alios.*
tare poſſit adhortando.Vbi etiam minor confortat aliquando maiorem; ſed qui ex
poteſtate ſibi tradita,alium eſt confirmaturus,eſt maior confirmato: & ita Apoſto-
li fratres Petri,confirmandi a Petro erant in hoc eo minores.Non enim dixit, Sicut
dux exercitus facere ſolet æqualibus,fratres roborate uos inuicẽ,adhortamini et for
tes eſtote: ſed ſpecialiter Petro hoc confirmationis munus eſt commiſſum; qui niſi
aliĳs ſpecialiter eſſet prælatus,non fuiſſet iuſſus cõfortare: non dico uulgũ,plębeculã
infirmiores,ſed etiam columnas eccleſiæ, fratres, Apoſtolos, diſcipulos. Ob id ait
Gloſ.interlinea.quæ eſt Bedę.Sicut ego tuam fidem ne deficiat,orando protexi: ita *Beda.*
tu infirmiores fratres,exemplo pœnitentię tuæ,ne de uenia tua deſperent,conforta.

¶ Nec patiar aliquem ſacræ ſcripturæ laceratorem, hæc uerba torquere ad fidem *Quod non in-*
uniuerſalis eccleſiæ: nam cum fides eccleſiæ uniuerſalis non ſolum ſit indefectibilis, *telligatur de fi-*
ſed etiam inuariabilis,ei non poteſt dici.Et tu aliquando conuerſus.non enim lapſa *de uniuerſalis*
eſt uniuerſalis fides eccleſiæ,ut conuertatur.Porro & hoc obſtat huiuſmodi diuina- *eccleſiæ.*
tori: quoniam fideles non ſunt fratres eccleſiæ,ſed filĳ.Hic autem præcipitur,ut fra-
tres cõfirmet. Stat ergo inuicta ſententia Chriſtũ oraſſe ꝓ fide Petri: & ꝗa hoc pri-
uilegium ſe etiam extendit ad ſedem Petri,ut inferius probabimus: ita quod in ca-
thedra ſua,ſemper catholica uigeret doctrina, & iudicium ſedis Apoſtolicæ,nulla
erroris inquinaretur macula: quæ licet nondum erat,fundanda tamen erat per Pe-
trum.Rogauit enim ſpecialiter dominus pro fide Petri,non ſic aliorum Apoſtolo-
rum: & quia exauditus eſt,pro reuerentia ſua,ut ait Apoſtolus. Concludamus,Pe- *Heb.5.*
trum ob fidei indefectibilitatem & poteſtatiuam confirmationem Apoſtolis, & ſic
totę eccleſiæ fuiſſe prælatum: Et ne quiſpiam cauillari poſſit,iſtum non eſſe ſenſum
ſacræ ſcripturæ,& uerborum Chriſti,quare inſtitutum noſtrum non probent: quã-
uis ille ſit germanus,& genuinus intellectus. Volo tamen aſtruere per uiros ſpiri-
tuſancto edoctos,ſenſum præfatum eſſe bonum,uerum,ſanum, & a Chriſto inten
tum.Non enim me præterit,nullam ſcripturam tam claram haberi: quę non poſſit *Scripturæ ſa-*
extorte exponendo in errorem trahi,ſed ueritas tunc inuenitur, cum planus ſcrip- *cræ ſenſus.*
turę ſenſus,iuxta ſanctorum patrum interpretationem quęritur. Inquiramus ergo
S.Patres, & primo prodeat magnus ille Leo.1.eruditione & ſanctitate conſpicuus *Leo.*
in ſermone tertio,de anniuerſario Pontificiæ aſſumptionis die,ubi ſic ait.Commune
erat omnibus Apoſtolis de tentatione periculum,fortitudinis & diuinę protectio-
nis auxilio pariter indigebant: quando diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat
elidere: & tamen ſpecialis cura Petri a domino ſuſcipitur, & pro fide Petri proprie
ſupplicatur: tanꝗ̃ aliorum ſtatus certior ſit futurus: ſi mens principis uicta non fue-
rit.In Petro ergo omnium fortitudo munitur & diuinę gratię ita ordinatur auxiliũ:
ut firmitas quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur.
Perpende optime Lector,& uidebis Leonẽ nedum ſenſum,ſed & uerba tenere ſen
tentiæ noſtræ. Proprie.n.rogauit pro Petro dñs: ut ſic ſtatus aliorum certior eſſet.
Senſit hoc idẽ Leo in Epiſtola ad Petrum Antiochenum Patriarchã.Vbi poſt mul *Leo.*
ta de dignitate Petri & pręrogatiua ſedis eius, ait. Nimirꝫ ſolus eſt ,pro quo ne de-
ficeret fides eius,dñs & ſaluator aſſerit ſe rogaſſe dicens.Symon ecce ſathanas expe
tĳt uos,ut cribraret ſicut triticũ: ego autẽ rogaui pro te: ut non deficiat fides tua. Et
tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.Quę uenerabilis & efficax oratio ob-
tinuit,quod hactenus fides Petri nõ defecit,nec defectura credit̃ in throno illius i ſe-

culum ſæculi: ſed confirmabit corda fratrum uarijs concutiendo fidei periclitationibus, ſicut hucuſq; confirmare non ceſſauit.

Augu. q.75. ¶ Ita Euangelica & ueritatis uerba intellexit B. Auguſt. de quæſtionibus Vete. & No. teſtamenti. Vbi petrum aſſeruit principem & caput Apoſtolorum, & gregis dominici paſtorem, ſubdit. Nam inter cætera dicit diſcipulis Vigilate, & orate, ne in- *Math. 26.* tretis in tentationem. Et Petro dicit. Ecce ſathanas expoſtulauit, ut uos uentilet, ſicut triticum: ego autem pro te rogaui: ut non deficiat fides tua: & tu tandem conuerſus confirma fratres tuos, quid ambigitur? Pro Petro rogabat, pro Iacobo, & Iohanne non rogabat, ut cæteros taceam: manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, quia et alio loco dicit. Ego pro his rogo, quos mihi dediſti pater, et uolo ut ubi ego ſum, *Iohan. 17.* & illi ſint mecum, quomodo ergo omnes continentur in Petro, niſi ſicut inferius in *Cyrillus.* ſuo ſuperiori, ſicut ſubditi in ſuo principe. Et ob id Cyrillus ait ſuper Iohan. Chriſtus omiſſis cæteris uenit ad Petrum cæteris prælatum: neq; admittam aliquem temerarium, uerba D. Ihesu infringere uolentem: quaſi oratio eius exaudita non fue- *Chryſoſto.* rit. Cum poſtea Petrus Chriſtum negauerit. Nam ut Chryſo. ait. Nō dixit, rogaui, ut non neges, ſed ne deſeras fidem.

Bernhar. ¶ Beatus quoq; Bernhard. in Epiſtola ſecunda ad Innocen. Papam contra Petrum Abilardum ait. Oportet ad ueſtrum referri Apoſtolatum, pericula quæq; & ſcandala emergentia in regno dei: ea præſertim quæ de fide contingunt: dignum, namq; arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua ſedis: cui enim aliquando alteri dictum eſt. Ego pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. Ergo quod ſequitur a Petri ſucceſſore exigitur. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Id quidē modo neceſſarium eſt, tempus eſt, ut ueſtrum agnoſcatis pater amantiſſime principatum: probetis zelum, miniſterium honoretis, patet S. Bernhar. ſenſiſſe Chriſtum his uerbis prærogatiuam dediſſe Petro: quam adhuc retinet ſedes petri. Vnde idem Bernhar. in ſer- *Bernhar.* mone de priuilegijs S. Iohannis Baptiſtæ ait. Decimus honor eſt aſſertio matris eccleſiæ, texitur ora chlamydis, unguentumq; profuſum in capite, extremam ueſtimēti fimbriam inundanter perfudit. Hinc enim mater & magiſtra omnium eccleſiarum eccleſia Romana, cui dictum eſt. Ego pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. In honore Iohan. Bap. poſt ſaluatoris nomen conſecrata eſt, & ſignata: Dignum namq; erat, ut ſententiam ſponſi, ſponſæ ſequeretur authoritas, & ſingularem amicum eius illuc proueheret: Vbi principatum ipſa conſcendit: electio procul dubio ſingularis eſt, in illa ipſa urbe Iohannem uendicare Primatum eccleſiæ: quam duo cœli luminaria morte clariſſima conſecrarunt: teſtatur apertiſſime deuotus & deo plenus pater, principatum datū eccleſiæ & magiſterium, per uerba Chriſti ad Petrum. Ego pro te rogaui: loquitur autem de eccleſia Lateranenſi Romana, Papæ peculiariter commendata: quæ in honorem S. Iohannis eſt dedicata.

S. Marcus. ¶ Quod ſi nimis tibi recens apparet S. Bernhar. accipe teſtem uetuſtiorem S. Marcum Papam ſcribentem S. Athanaſio, & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis, ut Ar- *Eccleſia Romana non errat.* rianis reſiſterent. Inter alia enim ſic ait. Hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per omnipotentis dei gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis, nunq; erraſſe probatur: nec hæreticorum nouitatibus deprauanda ſuccubuit: ſed ut in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata finetenus manet, ſecundum ipſius domini ſaluatoris diuinam pollicitationē, qui ſuorum diſcipulorum principi in ſuis fatus eſt Euāgelijs, Petre inquiens, ecce ſathan expetiuit, ut cribraret uos, ſicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua, Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Conſideret namq; ueſtra excellens prudentia, quam bonū

ſit perſiſte-

ſit perſiſtere in diſpenſatiõe uobis credita, in fide recta, atq; hæreticis & ęmulis Chriſti repugnare, & nunq; a ueritatis tramite declinare: quoniam dominus ſaluator omnium, cuius fides eſt, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos ſanguine redemit: qui fidem B. Petri non defecturam promiſit: & confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos Pontifices meę exiguitatis prędeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum: eiuſdem ſententię eſt Iulius, Agatho ſcripſit Cõſtantino Imperatori, & ſexta Synodus acceptauit. Hęc Apoſtolica Chriſti eccleſia, per dei omnipotentis gratiam, a tramite Apoſtolicę traditionis nunquam erraſſe probatur &c. Eadem uerba in forma repetit, quę Marcus prius ſcripſerat, repetijt etiã eadem uerba Lucius Papa, ut legitur. Voluit hoc Innocentius iij. ſcribens Epiſcopo Arelaten. Maiores eccleſię cauſas, pręſertim articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelligit, qui eum quęrenti domino, quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpondiſſe notabis, tu es Chriſtus filius dei uiui, & pro eo dominum exoraſſe, ne deficiat fides eius.

Iulius. Agatho. 24.q.1.a recta. Lucius. Innocen. c.maiores, de bap. & ei9 eff.

Obiectio Ludderi contra prædicta. Cap. XLVI.

Licet autem ſententia illa grauiſſimis teſtimonijs adductis ſit roborata: adhuc tamen diuerſarius recalcitrat, & in iudicio per me dato ſuper articulis per Epiſcopũ Brandeburgen. mihi oblatis, nititur illum locum euacuare: quia nihil conferat ad Primatum Romanę eccleſię: q; Petri fides non ſit defectura: quia fides & poteſtas regiminis non ſunt idem: cum alioquin quicunq; haberent fidem Petri, eſſent principes, & uicarij Chriſti: omnes enim habent fidem Petri, una fides &c. Non enim de fide Petri perſonali locutus eſt dominus, quia hęc cecidit: ſed de fide eccleſię, quam Petrus tenebat. Nam ego (inquit) Petri fidem habeo, & ut Apoſtolus ait: habentes eundem ſpiritum fidei. Hęc inquam fides nec cadit, nec deficit unq;, quia in Petro deficiens, orta eſt in latrone.

Obiectio diuerſarij. Ephe. 4. 2. Corinth. 4

¶ Porro addit, confirmationem uſurpari binariam, primo modo poteſtatiue, & ſic non fuerit mens Chriſti. Secũdo conſolatiue & exhortatiue, & in hoc ſignificato uſ9 fuerit eo dominus. ut. ſ. lapſos corroboret uerbo: quod eſt fratrum officium, & charitatis, non primatus regiminis: Niſi. n. ſic intelligatur, abſurdum illud ſequetur, Papam malum non eſſe Papam. Sicut Donatiſtę & Pighardi dicunt: quia Petro committitur, ut confirmet fratres: non niſi conuerſo & indefectibilem fidem habenti: nihil ergo facit ad primatum regiminis fidei indefectibilitas.

¶ Hęc apud imperitum uulgum poſſent habere colorem, ſed introſpicienti patebũt eſſe floccis leuiora. Et ut de Philomena ait uulpes. Vox eſt aliud nihil: nam primo ſua uerba affert diuerſarius, & non munit antiquorum patrum teſtimonijs: contra, nos ſanctos adduximus patres, quomodo uerba CHRISTI ſunt intelligenda: & cum in omni re nolle credere antiquioribus ſtulticia ſit, ait Boethius in æditione prima Perihermenias, maxima tamen temeritas, immo peruerſitas nolle credere antiquis eccleſiaſticis uiris ſpiritu dei plenis, in his quæ ſunt fidei. Deſpiciamus tamẽ quid obmurmuret.

Vox eſt aliud nihil. Boethius.

¶ Primo negat hic dari regimen, ſed commendari fidem: fateor fidem commendari: ſed quia ſingulariter Petro dicitur, eminentia præſignatur: & quod rerum hactenus monſtrauit euentus: ueritatis uoce fuit prænunciatum: defecit fides in ſede Iohan. Iacobi, Marci &cæ. In ſede Petri manet inconcuſſa, & non labefacta fides. Vnde fides hic Petro commiſſa ſpecialiter nõ eſt poteſtas regiminis, ſed eſt ſignum huius poteſtatis.

Fides manet in ſede Petri.

Fides Ludderi *Immo eſt hæreticus.* *Athanaſius.*

¶ Q꞉ iactat diuerſarius, ſe habere fidem Petri, obiectiue non nego: ſic unum eſt Symbolum totius eccleſiæ: tamen non credo, eum fore tam arrogantem, ꝙ dicat apud eũ fidem non poſſe deficere: cum poſſit fieri hereticus, & ita eſt una fides apud Apoſtolum ſicut & Athanaſius ait. Hęc eſt fides Catholica. Et licet Petrus Chriſtum negauit, non tamen fidem deſeruit: ad quam mox per pœnitentiam rediјt. Fides autem Romanę eccleſię iam deficere non poteſt: cum uniuerſalis eccleſia ad unum Patriarchatum Romanum ſit coartata: neq; Petrus tamen tunc Papa fuit: ſed primo eum Papam conſtituit, poſt Reſurrectionem ſuam.

Ludder Sophyſta.

¶ De confirmatione ſatis eſt obuium: quos cauillos agat & paralogiſmos diuerſari9: nam ſi uoluiſſet dominus loqui de confirmatione ſolum conſolatoria & exhortatiua: non plus pertinuiſſent illa uerba ad Petrum, ꝙ ad alios Apoſtolos: At quia præſentibus aliјs Apoſtolis, conuerſus pręcipitur confirmare alios, & ei pollicetur fides indefectibilis: ideo non ſolum confirmabat Apoſtolos, ſicut unus ſocius alium, aut etiã inferior ſuperiorem: quoniam hoc ad omnes pertinebat: ſed ex poteſtate ſibi tradita & ex officio Petro incumbebat ſpecialiter & ſuis ſucceſſoribus alios conſolari & exhortari. Vnde & modo Roma. Ponti. debet conſolari & exhortari fideles exiſtentes in anguſtiјs, & dolore ſpiritus: quod ſi non fecerit, ubi poteſt, non uideo quomodo ſatisfaciat officio ſuo: de quo arctiſſimam deo eſt redditurus ratiõem. Quare friuole infert diuerſarius, ſequi hunc non eſſe Papam: qui non conuertatur, qui nõ credat, qui non confirmet fratres: ſed debuit inferre, hunc non digne explere officiũ ſuum, non eſſe bonum papam, non idonee exequi iniunctum, ſicut & omnes ſimiles locos intelligendos docuit Augu. contra Donatiſtas, & lib. iiij. contra Manichæos de natura boni, oſtendit cur dentur hominibus mali prælati. Vtcunq; ſit, liquidum fecimus ex ſuperioribus, ſanctiſſimorum patrum teſtimoniјs, Petro promiſſam indefectibilitatem fidei & confirmationem fratrum ob primatum: quod abunde comprobat inſtitutum noſtrum. Nam ſi exiget a nobis inique diuerſari9, expreſſa ꝟba Chriſti, ubi dixerit Petre eſto primas omnium & ſummus Pontifex. Dicam confeſtim, ſic non poſſe oſtendi in Euangelio, ubi Apoſtoli facti ſunt ſacerdotes, quod nullibi inquit ad Apoſtolorum aliquem, eſto ſacerdos, & uerbum hoc. Hoc facite in meã commemorationem, quod pro ſacerdotio adfertur, more Ludderano contra ſanctorum patrum ſententiam, poſſet torqueri ad quemlibet iuſtum deuote in ſacramenti ſumptione, paſſionem Chriſti rememorantem. Quare non innitamur proprię ſapientiæ, aut prudentię, ſed captiuemus intellectum noſtrum in obſequium fidei. At modo alios locos Euangelicos proferamus.

Auguſti. *Ratio contra diuerſarium.* *In Ludderũ.* *Luc. 22.* *Sicut iam faciunt Zuingliani*

¶ Quartus locus Euangelicus pro Primatu Petri eſt Math. xvij. Vbi Petrus iuſſus eſt dare didrachma, pro domino, & pro ſe, & ꝙ ex hoc innotuerit nobis Primatus Petri, clariſſimis patrum probatur teſtimoniјs.

Hieronymi.	Auguſtini.	Ambroſij.
Chryſoſtomi.	Origenis.	Gloſ. ordina.

Primatus Petri probatur ex ſolutione tributi ubi æquatus eſt domino Petrus. Cap. XLVII.

Mat. 17.

APud S. Mathæum legimus. Et cum ueniſſet Capharnaum acceſſerunt, qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei. Magiſter ueſter non ſoluit didrachma, ait etiam. Et cum intraſſet domum, pręuenit eum Iheſus dicens. Quid tibi uidetur Symon, reges terrę a quibus accipiunt tributum uel cenſum, a filiјs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit ab alienis. Dixit illi IHESVS. Ergo liberi ſunt filiј: ut autem non ſcandalizemus eos. Vade ad mare & mitte hamum

te hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me & te. Expendenti uerba ſaluatoris, & contextum ſcripturæ, liquet Chriſtum prætergiſſe abſq; ſolutione didrachmę. Volunt autem interpretes quæſiſſe exactores. An dominus teneretur ad ſolutionem uectigalis: pluribus autem diſcipulis præſentibus, pro ſe & ſolo Petro, reliquis Apoſtolis exclusis, iuſſit Chriſtus ſolui tributũ, æquando ſibi Petrum. Nam ſtater duo habet Didrachma, ait hic Hiero. & ſic quatuor Drachmas (nam in fœminino genere utit̃ ea uocula Ambro. in epiſtola ad Iuſtum, ut late ibi hoc factum proſequitur) licet neutrum ſit ad Græcam rationem. Nomine ergo duorum ſoluit ſtaterem Petrus, quo facto, non obſcure Chriſtus uoluit intelligere, Petrum reliquis Apoſtolis prælatum, & Apoſtolorum principem futurum. *Hierony.* *Ambroſ.*

¶ Et ne quis exiſtimet hunc eſſe ſenſum fictum oſtendamus illum maxime conuenire facto & uerbis Euangelij. Nam primo iſtam intelligentiam ex facto habuerunt alij Apoſtoli. Nam Euangeliſta proſequitur, in illa hora, acceſſerunt diſcipuli ad Iheſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cœlorum? Vbi B. Hierony. ait. Poſt inuentum ſtaterem, poſt tributa reddita, quid ſibi uult Apoſtolorum repentina interrogatio? In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Iheſum dicentes, quis putas maior eſt in regno cœlorum? & reſpondit. Quia uiderant pro Petro & domino idem tributũ redditum, ex æqualitate precij, arbitrati ſunt Petrum omnibus Apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus: Ideo interrogant, quis maior ſit in regno cœlorum. Hic pręfulgidum eccleſiæ lumen S. Hiero. clare explicat, etiam Apoſtolos habuiſſe hunc ſenſum, Petrum per ſolutionem tributi æquatũ Chriſto. Quod & B. Ambro. uoluit. Eſt inquit aliud piſcandi genus Apoſtolicum, quo genere ſolum Petrum piſcari dominus iubet, dicens. Mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit tolle, tranſcripſit Gratianus. Gloſſam non adduco ponderantem uerba B. Ambroſij, quod timeo diuerſarium aſpernari eam, qui etiam textum, uerba ſanctorum reijcit. Pulchre enim oſtendit per hamũ intelligi iuriſdictionem, quod ferro putridę canes reſecentur. Allegat Siritium Papam de lapſis dicentem. quia ferre neceſſe eſt, ut abſcindantur uulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam. Solus ergo Petrus piſcatur: qui ſolus in plenitudine poteſtatis accepit iuriſdictionem in tota eccleſia dei. *Mat. 18.* *Hiero.* *Ambroſi.* *24. q. 1. c. aliud.* *Siritius.* *82. diſ. quia aliquanti.*

¶ Conſenſit luculentiſſimus interpres ſcripturarum S. Auguſt. in quęſtionibus Noui, & Veteris teſtamenti. Vbi dum Petrum principem Apoſtolorum uocaſſet, ſubdit. Dicunt ergo exactores Didrachmę (utitur enim in fœminino genere) ad Petrũ Apoſtolum, Magiſter ueſter non ſoluit didrachmam &c. quo dicto, magiſtrum ut pro omnibus diſcipulis ſolueret, conuenerunt. Saluator autem cum pro ſe, & Petro dari iubet, pro omnibus ſoluiſſe uidetur: quia ſicut in ſaluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, ut paſtor eſſet dominici gregis. Quid apertius potuit dicere ſacer Auguſtinus eccleſiæ Doctor clariſſimus, non Romæ, ſed Hypponæ, trãſ mare, in Numidia, ne aſſentationis nota ei improperet̃, uel quod humana paſſus ſit Papæ conſentiens. Hæc enim diuerticula quęrit diuerſarius. Clare diffinit Auguſtinus in Petro omnes contineri etiam Apoſtolos, ipſum eſſe caput Apoſtolorum, paſtorem dominici gregis. *Augu. q. 75.*

¶ Suffragatur S. Chryſo. ſuper eodem loco dicens, uidiſti honoris excellentiam, uide nunc quanta philoſophia utitur. Hunc enim locum Marcus, qui Petri diſcipulus fuit, ideo non ſcripſiſſe uidetur, quoniam ingens hinc honor magiſtro deferebatur (pro me uero inquit & te) quoniam & Petrus primogenitus erat. Miraris omnipotentiam Chriſti. Mirare etiam diſcipuli fidem, qui ad rem ita natura incredibilem, il- *Chryſo.*

lico paruit:cuius quidem fidei retributionem confeſtim habuit, Chriſto, in ſolutiõe tributi coniunctus(in illa hora adierunt diſcipuli dicentes ad Iheſum, quis putas maior eſt in regno cœlorum) humanum quid paſſi ſunt diſcipuli,quod Euangeliſta q. ꝙ ſignificauit, dicens, in illa hora, quando ſcilicet cæteris omnibus Petrum prętulit, nam cum Iacobus,& Iohannes primogeniti eſſent,nihil tamen pro ipſis feciſſe uidetur. Veriti autem turbationem perferri ſuam (uel ut alia litera habet, Verecundati autem paſſionem confiteri ſuam)non aperte Petrum pręponi ſibi,ſed confuſe. Quis ergo maior eſt interrogauerunt,quando certos præferri conſpexerunt, nihil tale paſſi ſunt. Cum uero ad unum delatus honor eſt,tunc nimirum doluerunt,quamuis nõ ex hac re ſolum ſed ex alijs quoq; multis inflammati fuerunt. Tum quia dixit illi. Dabo tibi claues regni cœlorum. Tum etiam quia beatus es Symon Bariona. Tum etiã hic. Da eis pro me & te. Tum deniq; quia liberius eum multo,cum CHRISTO colloqui conſpiciebant. Vides Petrum hic omnibus prelatum, honorem ad eum unum delatum.

Origenes. ¶ Non latuit hoc Origenem Homil. v. dicentem Iheſus mittit Petrum cum hamo comprehendere piſcem. In cuius ore dicebat inueniendum eſſe ſtaterem,ut daretur pro ſe,& Petro:ego arbitror,quoniam maximum hunc honorem æſtimantes in Petrum,a Chriſto collatum, quaſi per hoc iudicaſſet eum cæteris diſcipulis meliorem: cupiebant quod ſuſpicabantur caute cognoſcere:ſimul autem & ſperabant, ꝙ & cauſam ipſam interrogationis reuelantes indicerent,hoc ergo oſtendere uolens Mathæus adijcit,propter illud quod ait. Hunc accipiens da propter me & te. In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Iheſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cœlorum: *Gloſſa or.* proſequitur adhuc plura Origenes,a Chryſoſt.non diſſentiens. Voluit hoc gloſ.ordi.ab initio ca.xviij.Math. Habes ergo teſtes irrefragabiles hoc loco probari primatum S.Petri,ſicut audiuimus,Hiero.Augu.Ambro. Chryſoſt.Origenem,& Gloſſam ordinariam.

Obiectio contra prædicta, Cap.XLVIII.

AT huic ueriſſimę ſententiæ,liquidiſſimis eccleſiaſticorum patrum ſententijs,neſcio quo oeſtro percitus opponit ſe diuerſarius, in maligno ſuo iudicio,quod ædidit ſuper declaratione quorundam articulorum mihi oblatorum ab Epiſcopo Brandemburgen. *Obiec.diuerſa.* Primo autem calumniatur, ꝙ diximus ſolum Petrum æquatum Chriſto. Nam ſi Petrus eſt æqualis domino: prius didicimus eũ inferiorem, & uicarium. Miratur cur æqualitas paſſionis, æqualitas miraculorum, æqualitas uerbi, & multa alia, Petrum non fecerunt principem, quarum quælibet eſt multo maior, quam ęqualitas tributi dati. Similiter omnes homines æquales ſunt in humanitate: quæ eſt omnium ſumma & admiranda æqualitas. Ex qua omnis dignitas hominum, & tamen nulli ex hac ſequitur Primatus regiminis.

Obiect.2. ¶ Porro ęqualitas illa cenſus indicat minoritatem Petri,ut quia alij Apoſtoli liberi a cenſu fuerunt: modo textus indicat, quod cenſum dare non ſit filiorum Regis, ſed ſeruorum & inferiorum. Ideo Chriſtus ſe cum Petro ſubiecit inferioribus:quod alijs Apoſtolis non præcepit. Sed Apoſtoli cum idem argumentum conciperent quod Eckius, ſuſpicantes Petrum ob id primum fore,cœperunt quærere quis eſſet maior. Acceperunt autem ſolutionem eiuſdem argumenti per interemptionem,ſequenti capitulo prohibiti, ne quis maior inter eos eſſe cuperet. Quod ſi quis dixerit CHRISTVM prohibuiſſe ambitionem,non maioritatem,eadem ratione dicturus ſum a CHRISTO non ſeruitutem, ſed cupiditatem ſeruitutis præceptam,

quando

quando dicit, Qui uult maior eſſe, ſit ueſter ſeruus: quare potius dicendum eſt Chri
ſtum occaſionem ambitionis amputaſſe, tollendo maioritatem, & præbuiſſe occaſio
nem humilitatis imponendo ſeruitutem. Ille ergo eſt maior in eccleſia, non qui mul
ta ditione dominatur: ſed qui multa humilitate ſeruit, & iſte eſt ſenſus purus Euan-
gelij. Addit diuerſarius uerba iniurioſa & conuitiorum plena ſuæ religionis, & ꝓ *Immodeſtiã*
feſſionis oblitus, quæ nos uelut Dauid haſtam, & gladium, & clypeum Goliath de- *Ludderi.*
ſpicimus: ſcientes hoc neq; Theologi, neq; uiri boni officium eſſe, lacerare famam al-
terius. Porro in fine addit, Ridendum fore, Si dominus, & ſeruus aliquo caſu ſimul
capiantur, ſimul ſoluant cenſum æqualiter, ſtatim hunc ſeruum cæteris omnibus dō
minum fieri hoc ipſo caſu.

¶ Sed ꝗ friuola ſint iſta ſatis ex adductis liquet: nam ſine omni authore, ex proprio *Diluuntur ob-*
ingenio & prudentia contemnens eccleſiaſticos patres, educit nouum ſenſum, reijci- *iecta.*
ens intelligentiam antiquorum. Ideo diluamus hæc temeraria. Nam cum primo
improbat Petrum æquatum in ſolutione tributi, quia Petrus ſit inferior, ridicula
prorſus ratio. Nam textus ſatis indicat Petrum æquatum in ſolutione tributi: quare
niſi extreme deſipiat hoc negare non audet: ſed quod æqualem fecerimus Petrum
CHRISTO diffitemur, cum omnis homo qui ſpirat, nouerit dominum maiorem
uicario: at quia uices eius tenet, & dominus ei commiſſurus erat plenitudinem pote-
ſtatis. In hoc dicitur ei æqualis, cũ limitatione. Nihil eſt de æqualitate paſſionis, quia
& S. Andreas in cruce obijt. Nihil eſt de æqualitate miraculorum, cum & S. Iohan
nes, & S. Mathæus, & alij maxima fecerunt miracula. Nihil de ęqualitate uerbi,
cum illa multiſona Euangelij tuba Paulus eum exceſſerit. Nihil de æqualitate in
humanitate CHRISTI, quę omnibus eſt æqualis, ſed ex ſolutione tributi ad
Sanctorum Patrum traditionem. Inditium dedit Dominus, futuri Primatus
Petri.

¶ Euanidum eſt & iſtud, quod dicit ex redditione tributi pro Petro probari mino *1. obie. diluitur*
rem eum alijs Apoſtolis: ſi enim ob ſolutum tributum eſſet minor alijs, ita & Chri-
ſtus quia ſoluit tributum eſſet minor Apoſtolis. Non aduertit diuerſarius patentiſſi
ma uerba textus, datum tributum ob ſcandali uitationem, ut ſatis manifeſtaret ſe
non obligatos ad ſolutionem tributi. Recte autem uel ſemel dixit diuerſarius, Apo
ſtolis idem argumentum fuiſſe ſuſpicatos, ſed perperam inducit Chriſtum ſoluiſſe *Quō maiori-*
argumentum per interemptionem: quia tulerit maioritatem. Hoc inquam falſum *tas prohibita.*
eſt, & deprauat ubiq; ſacram ſcripturam. Non enim prohibuit maioritatem, ſed ma-
ioritati modum addidit miniſterij, ut qui maior eſſet, fieret ſicut minor: hoc quidem
ſupponit aliquem eſſe maiorem dignitate: ſed quia in ſtatu altiſſimo profunda de-
bet eſſe humilitas: Ideo mandat talem maiorem dignitate eſſe minorem miniſterio
& humilitate: Vnde recte dixit Origenes. Sciebant diſcipuli hoc interrogantes, quia *Origenes.*
non eſt æqualitas ſanctorum in regno Dei, ſed qualiter maior, & qualiter minimus,
diſcere cupiebant: quod ſi ſententia diuerſarij eſſet uera, Primatus eccleſiaſticus, non
ſolum non eſſet de iure diuino, ſed etiam de iure diuino prohibitus: quo conſectari-
um eſſet omnes ſummos Pontifices, omnes Epiſcopos peccaſſe & eſſe damnatos:
quia contra prohibitionem Chriſti, contra Euangelium uſurpaſſent prælationem in
eccleſia dei. Abſit autem hoc ſuſpicari de ſanctiſſimis & ſpiritu dei plenis Epiſcopis,
at de hoc plura libro ij. Neque ad propoſitum conducit, de domino, & ſeruo ca-
ptiuis, quia hic iuſſu Domini, Petrus in ſolutiōe tributi ei æquatus eſt, non extorſio
ne exactoris.

¶ Liquet iam temeritas diuerſarij ubi ſupra aſſumentis, Petri ſucceſſor non ſit: niſi
qui æqualiter Chriſto & Petro ſoluerit tributum Imperatori. Nam ſi tributi ęquali- *Cauillus Lud-*
tas probat Primatum in Petro, debet etiam eundem probare in ſuo ſucceſſore: ne ſit *deri.*

Chriſto inęqualis,& Petro diſſimilis:& ſic impij erunt Roma. Pontiſi. ſtatuentes de rebus eccleſiæ liberis a cenſu uectigali tributo. Exclamat dein, quaſi ſic interpretari Euangelium,ſit dare principibus poteſtatem exigendi cenſum a clero: & cum Papa ſit ſummus ſacerdotum, maximum debeat ſoluere cenſum. Et ita magno boatu imponit mihi illos articulos,quaſi eos dixerim. Primus Ro. Pont. eſt hęreticus, quia exemplo Chriſti(quibus eſt æqualis)non pendit tributum. Secundus,clerus totus eſt hęreticus:quia non ſoluit principibus ſæcularibus tributum. Tertius, iura de priuilegijs,& immunitate eccleſiarum,& rerum,& perſonaꝝ ſunt hæretica: quia prohibent dari cenſum contra Chriſtum & Petrum ſoluentes.

Sicut ipſe iam docuit.

Articuli ficti p Ludder,& falſe Eckio ipoſiti

Euacuatio cauilli.

¶ Poſſem & ego obliuiſci modeſtię & dicere Luddero, ſicut Auguſtinus Iuliano, Mentiris, Hi. n. articuli non ſunt mei: ſed a te conficti ſecundũ nequitiam cordis tui: ſed quia probo ex hoc loco Petri Primatum, Ideo ipſe infert ex hoc loco hos articulos. At ego ei dico & Hiero. Aug. Ambro. Chryſo. & Origenem hoc loco affirmaſſe Petrum alijs prælatum. Nullum tamen eorum,hos perditiſſimos articulos intuliſſe ex eo. Vnde non debuit maledicax diuerſarius,propter ſophyſticas ſuas conſequẽtias,inualide,& captioſe inductas,alteri imponere articulos hæreticos;maxime cum ſciret alterum in alto,& baſſo diſſentire illis articulis.

Sophyſta Ludder.

¶ Sed infantiſſimas eius audiamus inductiones: quia dixi cum ſanctis patribus, Petrum prelatum alijs Apoſtolis in ſolutione tributi. Infert, Ergo & ſucceſſor Petri debet ſoluere tributum. Mirum eſt,ꝙ ille Sophyſta,non intulit,& Petrus,accepit ſtaterem ex piſce quem hamo cæpit , quare & ſucceſſor Petri debet ſtaterem accipere ex piſce hamo capto , ad ſoluendum tributum: quis hic non rideat, cum expreſſe dominus oſtenderit eos non ſoluiſſe tributum, niſi ob uitationem ſcandali: Et non nego, Papam, uel Epiſcopum etiam poſtea potius debuiſſe ſoluiſſe tributum: ꝗ ꝙ ſcandalum alicui dediſſent. At modo apud Chriſtianos principes, hoc non eſt neceſſarium, Sophyſtica eſt item illatio, tributi æqualitas probat Primatum in Petro. Debet ergo etiam probare in ſucceſſore Petri. Nam dico tributi æqualitas probat etiam primatum in Papa. Non autem tributi, quod Papa de nouo det: ſed tributi quod Petrus dedit. Vnde liquet Roma. Ponti. non feciſſe contra Euangeliũ, ſtatuendo pro immunitate eccleſiarum, ſed potius ex hoc loco Euangelij probatas fore illas conſtitutiones,cum Chriſtus ait, Quid tibi uidetur Symon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum uel cenſum,a filijs ſuis an ab alienis? at ille dixit, ab alienis, dixit illi IHESVS ergo liberi ſunt filij: quo dicto ſatis declarauit CHRISTVS & ſe & Apoſtolos,eorumq; ſucceſſores liberos fore a cenſibus. Vnde quod dominus uitandi ſcandali cauſa pro ſe & Petro fecit,non dat occaſionem principibus ſæcularibus exigendi cenſum a ſacerdotibus;ſed potius eis prohibet recipere cenſum: cum oſtendat illum eſſe indebitum, & filios non debere ſoluere tributum declaret. Quare inanes ſunt cauilli , inutiles argutationes , temerarij paralogiſmi, quibus articulos hos damnatiſſimos,ex probatione noſtra ineptiſſime deduxit. Pergamus iã & alium locũ oſtendere ex Euãgelio,Petrum obtinuiſſe Primatũ inter Apoſtolos.

Math. 17.

¶ Quintus locus Marci iij. pro Primatu Petri. Vbi primo loco ab Euangeliſta nuncupatur,teſtes huius loci ſunt.

Hieronymus. Chryſoſtomus. Gloſſa ordina. Rabanus.

Primatus Petri iam aſſeritur ex nominatione. Cap. XLIX.

TRes Euangeliſtę ſcripſerunt nomina Apoſtoloꝝ, uelut in catalogo illa recenſentes;qui omnes Petꝝ. 1. loco ordinãt,ſatis innuẽtes Petꝝ fuiſſe primũ

Apoſtolo

Apoſtolorum. S. Marcus. Sic ait. Et aſcendens in montem uocauit ad ſe quos uo- luit ipſe, & uenerunt ad eum, & fecit ut eſſent duodecim cum illo: Et cum mitteret eos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates; & eijciendi demonia. *Mar.3.*

¶ Et impoſuit Symoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedęi, & Iohannem fratrem Iacobi, & imponit eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui, & Andreã, & Phi- lippum, & Bartholomeum & Mathæum, & Thomam, & Iacobum Alphęi, & Thaddæum, & Symonem Cananęum, & Iudam Iſcharioten, qui & tradidit illum. Mathæus aũt ſic enumerat. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Pri- mus Symon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius &c. Luc. ait. Et cum dies fa ctus eſſet uocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit. Symonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius: Sic ubiq; Petrus uelut Apoſtolorum præcipuus, primo loco ab omnibus Euangeliſtis nominatur. Hoc non præterijt Hiero. dicentem. Ordinem Apoſtolorum, & meri- tum uniuſcuiuſq; illius fuit; diſtribuere, qui cordis arcana rimatur. Et Gloſ. ordina. ibi meminit. Voluit Dominus Apoſtolorum principem prius alio nomine uocari, ut ex communicatione nominis, ſacramenti uiuacitas commendaretur. Alia item gloſ. quę eſt Rabani. Symon, id eſt obediens, qui propter Primatum Apoſtolici or dinis uocatur Petrus, id eſt firmus. *Math.10.* *Luc.6.* *Hierony.* *Gloſ.ordina.* *Rabanus.*

¶ Non tamen me præterit, Euangeliſtas non perpetuo ſecutos ordinem dignitatis in nominandis Apoſtolis: quod ex eorum uariatione eſt cuiq; apertũ: ideo placuit in tres ordines Catalogum Apoſtolorum ſecundum tres Euangeliſtas diſtinguere.

Catalogus Apoſtolorum ſecundum Euangeliſtas.

Mathæus. x.		Marcus. iij.	Lucas. vi.
Petrus	1.	Petrus	Petrus.
Andreas	2.	Iacobus zebedę.	Andreas
Philippus	3.	Iohannes	Iacobus
Bartholomæus	4.	Andreas	Iohannes
Iacobus Zebedęi	5.	Philippus	Philippus
Iohannes	6.	Bartholomæus	Bartholomęus
Thomas	7.	Mathæus	Mathæus
Mathæus	8.	Thomas	Thomas
Iacobus Alphęi	9.	Iacobus Alphęi	Iacobus Alph.
Thaddæus	10.	Thaddæus	Symon zelotes
Symon Cananęus	11.	Symon Cananęus	Iudas Iacobi
Iudas Iſcariotes	12.	Iudas Iſcariotes	Iudas Iſcariotes.

Veritas.

xij. filij Iacobi. xij. Principes plębis Iſrael. xij. fontes reperti in Helim. xij. lapides in ueſte ſacerdotis. xij. panes propoſitionis. xij. exploratores a Moyſe miſſi. Duo- decim lapides a Iordane eleuati, Duodecim lapides altaris. xij. boues ſub mari æ- neo. xij. ſtellæ in corona. xij. fundamẽta. Duodecim portę. Duodecim denarij, Duo denarium Apoſtolorum ſignificant. *Figura.*

¶ Quare ex ſolo hoc ordine uelle probare dignitatẽ alicuius Apoſtoli, robur habe re non poſſet: tamen quia in Petro omnes conueniunt; ſatis innuitur illum indubie eſſe primum omnium, Aut ſaltem illud eſt uerum, quod Chryſoſt. Homil. xxxiij. ait. Et Marcus quidem ex dignitate ipſos numero collocauit. Si ergo alij non cu- rauerunt ſeriem dignitatis contexere, Apoſtolorum, ſaltem cum Marcus illam ob- ſeruauit: indicat nobis Petrum omnibus eſſe prælatũ. Ob id nos in initio huius ca- pitis a Marco, non a Mathæo exorſi ſumus: quod noſtro plus congrueret inſtituto. Hoc tamen addendum, nullum Euangeliſtarum in prædicta Apoſtolorum no- *Chryſoſto.*

Notula. minatione, obſeruaſſe ordinem uocationis: cum apud Iohannem legamus Petrum *Iohan. 1.* tertio loco uocatum: quãuis ſæpius fuerint uocati, & forte ut noſtri doctores exiſtimant, illa non fuit Apoſtolica, quam Iohan. cap. 1. cõmemorat.

Obiectio diuerſarij. ¶ Hic tumide ſatis inſurgit diuerſarius, quaſi omne robur belli, in hac poſuerim rõne. Opponit ergo primo de S. Andrea, qui iure uocatiõis eſſet primus, ſicut Petrus nominatione. Nam ſic Paulus uocat anteceſſores ſuos & magnos: quia ante eum fuiſſent uocati. Secundo, quia Ruben prior nominatione inter Patriarchas: & tamẽ iure diuino non fuit maior eorum. Tertio, quia Stephanus nominatur prior inter diaconos: itaq; iure diuino fuit rector eorum. Et Lucas ante Iohannem, & Marcus ante Lucam nominatur. Ergo ſemper unus fuit rector alterius. Quarto, ſic Iacobus poſt Petrum ante Iohannem nominatur, ergo Iacobus erit rector Iohannis, & ultimus Apoſtolus a penultimo regetur. Quinto, quia ſæpiſſime Petrus, Iacobus, Iohannes ſuo ordine numerantur. Et tamen apud Math. Andreas ſecundum locum *Gala. 2.* habet. Sexto, quia Paulus ad Galath. ij. poſtponit Petrum Iacobo minori Epiſcopo Hieroſolymitano. Sic Andreas primus uocatur & nominatur.

Euacuãtur obiecta. ¶ At quãuis hæc leuicula ex prioribus iam ſint euacuata, breuiter tamẽ illa denuo retexemus. Nam quod primo & ultimo adducit de S. Andrea, reſpondemus, ordinem uocationis non dare ordinem dignitatis, ſecus de nominatiõe, quia ſecundũ Chryſoſto. Marcus nominauit eos ex ordine dignitatis. Secundo, quia & Mathęus *Mat. 10.* nominaturus Apoſtolos expreſſe dicit. Duodecim Apoſtolorũ nomina ſunt hæc. *Petrus primun* Primus Petrus. Si ergo eſt primus Petrus, non eſt primus uocatione: quia ſic debuiſſet dixiſſe primus Andreas. Ergo loquitur de alio Primatu quã uocationis: & iſte eſt Primatus dignitatis & honoris, ac regiminis. De quo nos loquimur. Et quem nos defendimus: quare iam conſtat ex uocatione non ſumi Primatum. De Ruben, nihil eſt quod faciat, cum ſecundum ætatem numerantur Patriarchę. Hic autẽ Chryſoſtomo teſte ſecundum dignitatem: Sic & Apoſtoli non æqualiter ordinantur ab Euangeliſtis, cuius rationem dedimus. Attamen apud Marcum ordo dignitatis uenari debet, omnes quoq; in Petro concordant. Et Mathęus eum primum dicit, quę omnia non uult aduertere diuerſarius, Grammaticę Theologiæ, Doctor. Quod Paulus habita ratione loci, qua de Hieroſolymis loquebatur præpoſuit in narratione Iacobum Hieroſolymitanum Epiſcopum, non probat ex hoc Iacobum fuiſſe digniorem Petro. Ergo ratio illa perſuaſiua, Petrum a tribus Euangeliſtis, Primo loco nominatum, & a Mathęo primum nuncupatum eſſe, quia Primatum a Chriſto obtinuit ſuper reliquis Apoſtolis, accedentibus teſtimoniis præfatis: quamuis non ignorem hunc locum eſſe ſolum topicum & probabilem, non Apodixin.

LOCI ALII IN VNVM CONFERVNTVR.

LOCI			TESTES.
Sextus	Iohan.	xxi.	Bernhardus.
Septimus	Luc.	v.	Ambroſius.
Octauus	Math.	xviij.	Chryſoſtomus.
Nonus	Marc.	xiiij.	Beda. Auguſtinus.
Decimus	Iohan.	vi.	Gloſ. & Cyprianus
Vndecimus	Luc.	xxij.	Gregorius.
Duodecimus	Iohan.	ultimo.	Theophilus.

Petrus primus Apoſtolorum probatur ex ſeptem locis Euangelicis. Cap. L.

VT tandem finem faciamus, in unum faſcẽ reliquos locos colligamus, quos
a ſanctis Patribus deprehendimus intellectos pro Primatu Petri, ne deli-
catiſſimos ſtomachos lectorum offendamus. Et primo quidem adduco il
lud Iohan. Symon Petrus cum audiſſet, quia dominus eſt, tunica ſe ſuccinxit, erat *Iohan.21.*
enim nudus, et miſit ſe in mare: alij autem diſcipuli, nauigio uenerunt, non enim erāt
longe a terra, ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rete &c. Quod Petrus ſolus ſuper
aqua ad CHRISTVM peruenit, ſignare uidetur, ſibi ſoli poteſtatem, ſuper uni-
uerſo orbe traditam. Et quamuis a B. Auguſtino edoctus, non me prætereat, quan *Augu.*
tum ualeant argumenta Symbolica: tamen accedat & illa perſuaſio ſuperioribus,
maxime cum non ſit a me ficta, ſed a ſancto illo, & deuoto Bernhardo allata, qui *Bernhar.*
lib. ij. de conſideratione ad Eugenium, ſic inquit. Sciens Petrus, quia dominus eſt,
in mare ſe miſit, & ſic uenit ad ipſum, alijs nauigio præuenientibus. Quid iſtud?
Nempe ſignum ſingularis Pontificij Petri, per quod non nauem unam, ut cæteri
quiq; ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt,
naues eccleſiæ. Inde eſt quod altera uice, inſtar domini gradiens ſuper aquas. Vni- *Math.14.*
cum ſe CHRISTI uicarium deſignauit, qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe *Mar.6.*
deberet: ſiquidem aquæ multæ, populi multi. Ita eum quiſque cæterorum habeat *Apo.17.*
ſuam, tibi una commiſſa eſt grandiſſima nauis, facta ex omnibus, ipſa uniuerſalis ec-
cleſia, toto orbe diffuſa. Solus enī ſupra mare, iuſſus eſt uenire ad CHRISTVM,
ut daretur intelligi, quod totus orbis, qui per mare eſt deſignatus, ſuæ ditioni pare-
re deberet. Conſentit B. Gregorius Homil. xxiiij. ſuper illo Iohan. ulti. Manifeſta- *Grego.*
uit ſe iterum Iheſus ad mare tyberiadis, ſed ſuperius uerba eius induximus, quæ re-
legat Candidus Lector.

¶ Sacer Ambroſius floridiſſimus antiſtes (ut uerbis Auguſtini utar) alium adducit *Ambroſi.*
locum. Renarrat Gracianus. Deniq; etſi alijs imperatur, ut laxent retia ſua. Soli ta- *Luc.5.*
men Petro dicitur, duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum: quid enim *24.q.1.non tur*
eſt tam altum, quam altitudinem diuitiarum uidere, ſcire filium dei, & profeſſio- *batur.*
nem diuinæ generationis aſſumere: quam licet mens non queat humana, plenæ ra-
tionis inueſtigatione comprehendere: fidei tamē plenitudo complectitur, & prius
dixerat. Non turbatur nauis, quæ Petrum habet; turbatur illa quæ Iudam habet.
Sic & Beda per nauem Petri quam CHRISTVS aſcendit, ait eccleſiam ſignifica- *Beda.*
ri. Cui Auguſti. lib. ij. de quæſtionibus Euangeliorum cap. ij. non diſſentit dicēs. *Augu.*
Quod dominus de nauicula docet turbas, ſignificauit hoc tempus, quando domi-
nus authoritate eccleſiæ docet gentes, qui & illud uerbum Petri, exi a me, quia ho-
mo peccator ſum, quod tamen Chriſtus non fecit, docere inquit, munus eccleſiaſti-
cum non deſerendum, peccatorum turbatione. Vnde & alij laxant retia, ſed pro ut
Petrum facere conſpiciunt, in uerbo tuo ait, laxabo rete.

¶ Sic domino Iheſu docente fraternam correctionem. Si peccauerit in te frater tu- *Math.18.*
us &c. Tunc accedens Petrus ad eum dixit, Domine quotiens peccabit in me fra-
ter meus, & dimittam ei. Vbi Petrus tanq̃ futurus præſes eccleſiæ, fraterne corre-
ctionis modum diligenter præ alijs quæſiuit Apoſtolis, & ſeq. capit. Cum domi-
nus dixiſſet, quam difficile eſſet diuitem intrare ad regnum cœlorum. Tunc re-
ſpondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid
ergo erit nobis? Vbi Chryſoſtomus ait. Interrogat Petrus, ut tu inops diſcas, *Chryſoſto.*
quoniam in nullo hinc diminutus es: qui enim claues regni cœlorum accepe-
rat, pro his quæ ibi ſunt confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Iuxta nouiſſi-
mam tranſlationem ſic habet. Quærit inquam Petrus, ne ſi id a ſe perciperes, præ-
ſertim cum adhuc ſpiritusſancti gratia non habundaret: ambiguitate perplexus
iaceres, ſed ut ab ipſo eius magiſtro, prolata ſententia firma ſpe robores. Nam

quemadmodum etiam nos pro aliȷs diſputamus,ſic Apoſtolus quoq; ad uniuerſi
orbis commodum,non dubitauit interrogare.

¶ Inſtante quoq; tempore paſſionis ſoli Petro dicit. Symon dormis, non potuiſti
Mar.14. una hora uigilare mecum, quaſi dominus uoluiſſet oſtendere ipſum præ cæteris
ex commiſſo ſibi officio debuiſſe uigilaſſe.

Iohan.6. ¶ Sic dum multi diſcipulorum abiȷſſent retro dixit Iheſus ad duodecim. Nunquid
& uos uultis abire? Reſpondit ei Symon Petrus,Domine ad quem ibimus? Verba
uitæ æternę habes,& nos credimus & cognouimus,quia tu es Chriſtus filius dei,di
Gloſſa. cit gloſ.Vnus pro omnibus reſpōdet,q̄d et Cyprianus teſtatur Epiſtola.iij. ad Cor
Cypria. nelium Papam,cuius uerba ſuperius citauimus: hocidem & Cyrillus ibidem ſuper
Cyrillus. Iohanne. ¶ Poſſet & uerbum B. Grego.& Iohan. Patriarchæ Antiocheni ex
Grego. ornari ubi pertractant illud Lu.xxij.& Math.xxvi.de amputatione auriculæ,Mal
Luc.22. chi a Petro facta. Auguſtinum deſuper recitauimus, Gregorij unum uerbum ad-
Auguſt. ducamus,quod Gratianus renarrat.Tollit ergo Petrus aurem,quare Petrus? Quia
Grego. ipſe eſt qui accipit claues regni cœlorum: ille enim condemnat qui & abſoluit: quo
24.q.1. Si Pe- niam ligandi atq; ſoluendi idem adeptus eſt poteſtatem: tollit autem aurem male au
trus. dientis,tollit autem gladio ſpirituali aurem interiorem male intelligentis: caueamus
ne cui tollatur auricula,dum legitur Paſſio domini.Si autem ad diuinitatem referi-
mus infirmitate corporeę paſſionis exciditur auricula,& exciditur a Petro,q̄ nō paſ
ſus eſt Chriſtum prophetam ęſtimari,ſed dei filiū docuit fideli confeſſione ſignari.

Iohan. ulti. ¶ Sed properemus ad finem,& illum nouiſſimum locum producamus. Dixit do-
minus ad Petrum,Amen amen dico tibi,cum eſſes iunior,cingebas te, & ambula-
bas ubi uolebas, cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, &
ducet quo tu non uis,& infra dicit ei.Sequere me, quod non modo intellexit de ge-
Theophylactus nere Martyrij,ſed & ordine magiſterij,ut ait Theophy. Inde quidam recentior ait.
Sequere me,gerendo uices meas,& in officio paſtorali & Martyrio.

Epilogus. ¶ Hæc habui Candide Lector ex Euangelicis ſcripturis, conſentientibus Sancto-
rum patrum,ac Martyrum interpretationibus, pro Primatu Petri in eccleſia Chri-
ſti a quo optimo ſaluatore & amabili domino conſtitutus eſt Petrus princeps,& pa
ſtor totius eccleſiæ ac omnium fidelium,quem Primatum primo ei promiſit Mat-
thæi.xvi.& contulit Iohan.xxi. Varijs autem locis inſinuauit & teſtatam reliquit.
Excuſatio au- Non autem qnæſiuimus pompam uerborum,floſculos dicendi, ſententiarum exor
thoris. nationes,ac phaleras uocularum,& pictæ munia linguę: alioquin robuſtiſſima quæ
q; ab initio,& fine collocaſſemus,& imbellem turmam in medio: uerum Chriſtianę
ſtuduimus ſimplicitati,flocci habentes illam inſtructionis pompam, contenti ſanam
docuiſſe doctrinam & ueram: quam fideles Catholici ab ipſis principibus eccleſię
Apoſtolis ſemper tenuerūt illibatam: a qua nec hodie ullis captioſis ſophyſmatibus
auelli ſe patiantur.Reſpondi autem & rationibus diuerſarij,quantum ad malos,&
temerarios attinet,non ſatis,quātum aūt ad bonos & intelligentes,plus quam ſatis,
ut Auguſt.ad Bonifacium inquit.

¶ Laus ſit omnium bonorum authori D.Iheſu Chriſto,reparatori mundi.

Τελοσ.

¶ Iohannis Eckij artium Decretorum, ac Theologię Doctoris, Pro-
cancellarij Ingelſtadieñ.de Primatu Petri Liber primus explicit.

Primatus

PRIMATVS PETRI ET ROMA. PONTIFI. probatur ſacro Dionyſio, & Cypriano autho= ribus. Capit. I.

CVM inter omnes diuinas authoritates, quæ ſanctis literis continē=
tur Euangelium merito excellat: poterat ergo ſufficere fideli &
parato ueritatem audire & amplecti quod ſuperiori libro ſacri
Euangelij locis multipliciter diſputando uerſatis, & trutinatis, ef=
fecimus, Petrum ſcz conſtitutū primatem Apoſtolorum a domi
no Chriſto prælatione: preſtat tamen ad obſtruendum ora loquē
tium iniqua, idem ſanctorum patrum, eccleſiaſticorum doctorum ſententijs, robora
re: præter ſuperius enim allegata, euocabimus ſanctos patres Primatum Petri affir=
mantes: tumidas quoq; rationes diuerſarij iugulabimus: authoritates ſacræ ſcriptu=
ræ peruerſe ab eo inductas & dilaceratas reſtituemus. Quod ut ad utilitatem eccle
ſiæ, fidelium profectum, & diuini nominis laudem facere poſſimus, ipſam ſapientiā
& dei uirtutem D. Iheſum omnium bonorum largitorem. D. O. M. humillimis pre *Inuocatio di=*
cibus imploramus: ut qui hæc nobis dedit incipere, adiuuet ut perficiamus, ad glo= *uini nominis.*
riam nominis ſui, qui eſt benedictus in ſæcula. Soli deo gloria.
¶ Ex diuinæ ſcripturæ tractatoribus primus prodeat ſacer Dionyſius Areopagita
Pauli diſcipulus & Apoſtolorum contemporarius, qui de diuinis nominibus de Au *Dionyſ. cap. 3.*
guſtiſſimę & ſacroſanctæ uirginis MARIAE corpore ſcribēs ait. Namq; & apud
ipſos diuino ſpiritu plenos Pontifices noſtros, cum & nos (ut noſti) & plæriq; ex ſan
ctis fratribus noſtris, ad contuendum corpus illud, quod authorem uitæ, deumq;
cœperat, conueniſſemus. Aderat autem & frater domini Iacobus, & Petrus ſupre
mum decus, & antiquiſſimum Theologorum columen: ubi poſt contuitum pla=
cuit, ut infinite potentem, diuinæ infirmitatis bonitatem Pontifices laudarent om=
nes, quiſq; pro captu ſuo. Meminit ſacerrimus Dionyſius de conuentu Apoſtoloꝝ
& aliorum ſanctorum ad exequias uirginales diuę Marię. Liquet autem ex uerbis
ſancti patris, Titum, Timotheum, Hierotheum, & ſe cum multis alijs interfuiſſe: &
horum oīm etiā Apoſtoloꝝ. Petrū dicit ſupremū decus & antiquiſſimū columen
Id quoq; teſtatus eſt ſignificātius libro de cœleſti hierarchia, ubi eū appellat uerticē
Apl'oꝝ, uti eū induximus de tranſitu q̄q; Apoſtoloꝝ ad Timotheū ſcribit: tūc inq̄t *Dionyſius.*
Paulus Petro, pax tecum fundamentū eccleſiæ & paſtor ouium ac agnorum Chri
ſti. Is primitiuę eccleſiæ antiſtes agnouit Primatum S. Petri paſtorem eccleſię &c.
¶ Cyprianum S. Martyrem & Epiſcopum adducamus primę celebritatis doctorē, *Cyprianus.*
qui lib. 1. Eipiſtola. ad Cornelium Papam contra nouatianos ſcribit, quod Maximū *Epiſtô. 3.*
& Fortunatum Epiſcopos conſtituerāt, & ex inuidia ad Romam nauigarent: quo
rum perfidiam ita incuſat. poſt illa adhuc inſuper pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis
conſtituto, nauigare audent, ad Petri cathedram atq; principalem eccleſiam (unde
unitas ſacerdotalis exorta eſt) a ſciſmaticis & prophanis, literas ferre: nec cogitare
eos eſſe Romanos: quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, ad quos perfi=
dia non poſſit habere acceſſum. Vide ſanctum Martyrem agnoſcere petri cathe=
dram principalem eccleſiam (quāuis ipſe forte apher) a qua unitas ſacerdotalis ex=
orta ſit. Et cum ortus iſte non poſſit conferri in originem temporis, referendus eſt
ad originem dignitatis. Vnde non oportet opponere ſancto patri, quod ex eccleſia *Eraſio Ludde=*
Hieroſolymitana unitas ſacerdotalis exorta ſit, uti diuerſarius in Lipſica diſputatio= *rana nulla.*
ne faciebat, cum ſanctiſſimus pater in ſacris literis ſtrennue exercitus, ignorare
non potuit, Hieroſolymam fuiſſe primam tempore: quare de ortu dignitatis in Pe=
tro qui ſedem ſuam Romę diffiniuit, locutus eſt S. Martyr.

Cypria. epi.6. ¶ Idem S. Cyprianus, ſcribit ad Magnum. Eccleſia una eſt, quæ una intus eſſe & foris non poteſt. Si enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit. Si autem apud Cornelium fuit, qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſſit: & quem propter ſacerdotij honorem martyrio quoq; dominus glorificauit. Nouatianus in eccleſia non eſt: fuit autem Cornelius Papa Romanus, cum quo eccleſia fuit. Cui Nouatianus aduerſarius iudicatur a S. Martyre non eſſe in eccleſia dei, ſimile 24.q. 1. aduocauit. adduximus ſuperius ex Ambroſio, & Cypriano, uerba autem prius adducta, tranſcribit Gratianus: in eadem epiſtola increpat Nouatianos dicens eos ſchyſmaticos 24.q.1. dicimus eccleſiam dei ſcindentes, contra pacem & unitatem CHRISTI rebelles: quia cathedram ſibi conſtituant, Primatum aſſumant, præpoſitos irreligioſa temeritate cõtemnant: nolebant enim Roman. Pontifi. ut ſuperiorem agnoſcere: quod niſi eſſet contra ius diuinum, quo Roma. Ponti. eſt alijs prælatus, S. Cyprianus non dixiſſet, eos rebelles contra unitatem & pacem CHRISTI, eo potiſſimum tempore, quo Roma adhuc erat ſub imperatoribus idololatris Valeriano Gallo CHRISTVM non agnoſcentibus.

Cypria. Augu. .cap. 1. ¶ Cypriani epiſtolam ad Quintum in operibus ſuis non inueni: eam tamẽ citat Auguſtinus lib. ij. de baptiſmo contra Donatiſtas, in qua hæc Cypriani uerba refert. Nam nec Petrus, quem primum dominus elegit, & ſuper quem ædificauit eccleſiam ſuam, cum ſecum Paulus de circunciſione diſceptaret, poſtmodum uendicauit ſibi aliquid inſolenter, aut arroganter aſſumpſit, ut diceret ſe Primatum tenere, & obtemperari a nouellis & poſteris ſibi potius debere. Nihil expreſſius dici poterat pro primatu Petri, nec S. Auguſtinus illa reijcit, ſed approbat.

Cypria. epiſt.4 7.q.1. factus ¶ Idem Cyprianus Antoniano ſcribit lib. iiij. tranſcripſit Gratianus, ubi plurimum Cornelium laudauerat, cui numerus uniuerſus Epiſcoporum per totum mundum concordi unanimitate conſenſerit ita ſubdit. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de dei, & Chriſti eius iudicio &c. cum Fabiani locus, i. locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis uacaret: quo occupato de dei uoluntate, atq; oĩm noſtrum cõſenſione firmato, quiſquis iã Epiſcopus eſſe uoluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat eccleſię ordinationem: quia eccleſię non tenet unitatẽ & infra. Et cum poſt Primatum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unũ, qui ſolus eſſe debet factus eſt, non iã ſecundus ille, ſed nullus eſt. Attende Candide Lector uniuerſos Epiſcopos totius mundi in Corneliũ conſenſiſſe: eum nullũ eſſe qui ſe cõtra eum erigat, non ſeruare unitatẽ eccleſię, q̃d de alio Epiſcopo quã ſumo totius eccleſię capite dici non poſſet.

Cypria. 93. diſ. qui Cathedram. ¶ Vt autem omnes teneantur iure diuino agnoſcere Roma. Pontifi. idem ſatis declarat, contra Nouatianos dicens, Qui cathedram Petri ſuper quam fundata eſt eccleſia deſerit in eccleſia ſe eſſe non confidat tranſcripſit Gratianus. Et in confeſ-

Epiſto. 11. ſione Vrbani, Sydonij & Maximi: ſchyſmaticorum ad unitatem fidei redeuntium, ſcribit ad Cornelium Papam lib. iij. eos fuiſſe confeſſos. Syncera mens noſtra ſemper in eccleſia fuit, nec ignoramus unum eſſe deum, & unum CHRISTVM eſſe dominum, quem confeſſi ſumus, unum ſpiritum ſanctum, unum Epiſcopum in eccleſia eſſe debere, pondera unum Epiſcopũ: unum enim intelligere nequit niſi ſummum, cum in ſola Aphrica Epiſcopi fuerint catholici, nonaginta ſub Fabiano Papa, ut idem meminit Cypria. in epiſto. iij. lib. I. ad Corneliũ ſuperius allegata. Hoc quoq; propoſito noſtro ſuffragatur quod contra Cornelium Ro. Pon. Martianum Arleteñ. Epiſcopũ ſe erigentẽ deponendum curauit, quod adulterã cathedrã collocaret. Hæreſum quoq; cauſam dicturus ſcribit lib. iiij. ad florentium Pupinianum. Vnde. n. ſchyſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur, niſi dũ Eps, qui unus eſt, & eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contẽnitur: & homo dignatione dei honoratus, ab indignis hominibus iudicat. Attẽde Lector ſyncere, quod malum eſt

Omnes tamen Epiſcopatus Aphricæ numerauerunt. 434.

Epiſto. 9.

lum eſt unum illum Epiſcopum negligere & contemnere: ꝙ hinc hereſes oriantur. Hoc quoqꝫ notabile eſt quomodo unus dicatur Epiſcopatus, ꝙ ſit ab uno in uniuerſum orbem terraꝝ diffuſus, at hoc non eſt inſtituti noſtri, conſule Greg. in regiſtro & Cardinalem Brixieñ.

Primatus Petri fortiſſime probatur authore S. Athanaſio in Epiſtolis. Cap. II.

PErgamus ut accepimus celebres adducere patres quorum teſtimonijs ita firmetur, ita roboretur ſententia noſtra: ut impudentiſſimus ſit, qui contra audeat muſſitare. Scribit S. Athanaſius fidei Chriſtianæ defenſor acerrimus pro capitulis Niceni Concilij ad S. Marcum Papam dicens. Niceni Concilij capitula optamus, ut ueſtræ ſanctæ ſedis eccleſię auctoritate (quę eſt mater & caput omnium eccleſiaꝝ) ea ad correctionem & recreationem fidelium Orthodoxorum percipere mereamur: quatenus ueſtra fulti auctoritate, ueſtriſqꝫ precibus roborati, illęſi ab æmulis S. matris eccleſiæ, euadere ualeamus. Habes pie Lector, Romanã eccleſiam eſſe matrem & caput omnium eccleſiarum. Hoc non in Italia, non in Gallia, non in Germania, ſed in Alexandria trans mare, orientalis patriarcha, fortiſſimus fidei propugnator, a tota eccleſia receptus, Athanaſius teſtatur & pronunciat. *Athanaſius. Sed. Apo. mater.*

¶ Idem ſanctus Athanaſius cum Epiſcopis Aegyptijs ſcripſit Liberio Papæ, inquiens: per diuinorum eruditionem eloquiorum, ueſtra inſtruente admonitione exhortatoria, ſuperædificatur orthodoxa CHRISTI eccleſia, Apoſtolica inſtitutione fundata, & a fidelibus patribus firmiſſime roborata, ad quam omnes beatiſſimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi, populorum agmina conuertentes, pie ſancteque de tenebris ad lumen homines perduxerunt, & in fine ſubdit. Huius rei gratia uniuerſalis uobis a CHRISTO IHESV commiſſa eſt eccleſia: ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Huic reſpice Lector quam ingenue fatetur is Orientalis uniuerſalem eccleſiam Papæ commiſſam: & ne uelut lubricus anguis elabatur diuerſarius, dicendo hoc eſſe iure humano. Addit ſanctus Athanaſius commiſſionem factam a domino IHESV, & ita iure diuino. Vnde Apoſtolos honore & poteſtate æquiparat, & tamen Petrꝝ prelatione prefert. *S. Athana. Vl̃is eccleſia. Athana.*

¶ Vnde ijdem ad Felicem Papam ſcripſerunt. Ideo pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos, a ueſtra Apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus: & noſtri uos habere curam nouimus, prefatam Apoſtolicam & ſummã expetimus, iuxta Canonum decreta, ſedem, ut inde auxilium capiamus, & infra. Ad eam quoqꝫ, quaſi ad matrem recurrimus, ut eius uberibus nutriamur: quoniam nõ poteſt obliuiſci mater infantem ſuum, ſic & uos nolite obliuiſci uobis nos commiſſos, & infra. Ob id uos p̄deceſſoreſqꝫ ueſtros Apoſtolicos, uidelicet preſules in ſummitatis arce cõſtituit, omniumqꝫ eccleſiarum curam habere præcepit, ut nobis ſuccurratis. Et infra, ut Apoſtolica doctrina, nos Apoſtoloꝝ principe ſuffragante Petro ab imminentibus periculis liberare ualeat. Attende mi candide lector ꝙ ſynceriter fateanť ueritatem, hi uiri ſancti, beatiſſimum patrem appellant Papam, quod uelut recens & ſuperbum aſſentationis nomen, refugit diuerſarius: deinde Papam habere curam Orientalium. Adde quod Apoſtolica ſedes eſt ſumma, & quod ad eam appellant, ui Canonum Concilij Niceni. Ipſam quoqꝫ eſſe matrem eccleſiarum: annecte prioribus & hoc Romanos Pontifices in ſummitatis arce conſtitutos: quibus coniunge, quod omnium eccleſiarum cura eſt eis commiſſa. Et quod ſuffragium Petri Apoſtoloꝝ principis implorant. *Summa ſedes. Iſa. 49. Papa beatiſſi.*

L

¶ At multo maiora ſunt quæ ſequuntur, meminit enim conſtitutorum in Nicena
Synodo dicens, Similiter & a ſupradictis patribus eſt definitum conſonanter, ut ſi
quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitanum, aut comprouinciales, uel iudices ſu-
ſpectos habuerit, ueſtram Romanam ſanctam interpellent ſedem; cui ab ipſo domi
no poteſtas ligandi, ac ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa enim
firmamentum adeò fixum & immobile præſepe, quoniam ipſam formam uniuerſo
rum titulorum lucidiſſimam dominus IHESVS Chriſtus ueram Apoſtolicam
Eccleſiæ Ro. dignitas. conſtituit ſedem; ipſa enim eſt ſacer uertex, in quo omnes uertuntur, ſuſtentantur,
leuantur, & ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petro & in Chriſto renouantur eccle-
ſiæ. Tu es enim ſicut diuinum teſtatur ueraciter eloquium Petrus, & ſuper funda-
mentum tuum eccleſiæ columna, id eſt CHRISTI, qui eccleſiam ſuſtinere, &
proprijs humeris portare debes, ſunt confirmati, tibiq; regni cœlorum claues com-
miſit, atq; ligare & ſoluere poteſtatiue, quæ in terra & quæ in cœlis ſunt promulga
Papa. uit. Tu prophanarum hæreſum, & imperitorum atq; omnium infeſtantium depo-
ſitor princeps, & doctor, caputq; omnium, orthodoxę doctrinæ, & immaculatę fi-
dei exiſtis; igitur ne deſpicias patrum tuorum pater pietatem, bonamq; intentionem.
Papa excōmunicat. Et ſicut illi patres, & prædeceſſores noſtros, a multis liberauerunt oppreſſionibus,
& anguſtijs: ita nos liberare digneris. Nam fuit ſemper ueſtrę ſanctę & Apoſtolicæ
Omnia Athanaſij hæc ſunt. ſedi licentia iniuſte damnatos, uel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſti
tuere, & ſua eis omnia reddere, & illos qui eos condemnauerunt, aut excommunica
Papa pater patrum. uerunt Apoſtolico punire priuilegio. O ſanctiſſime pater patrum abſcinde blaſphe
mias, & iactantiam uaniloquiorum & inſidiantium infeſtationes nos & fratres nr̄os
opprimentium, atq; perdere uolentiū, qui ad uos, quaſi ad caput confugimus, ut ur̄o
ſuffulti auxilio liberemur.

Ludder. ¶ Quid adhuc uis Ludder, nondum ſapis, nondum intelligis eccleſiam Romanam
primam eſſe, & ſupremam a domino conſtitutam. Q; ſi quis noſtra ætate huiuſmo
di dixiſſet, quot adulationum, aſſentationum nominibus eum notaſſes. Cadit ergo
erronea tua & hæretica doctrina eccleſiam Romanā non fuiſſe alijs ſuperiorē, ma-
xime Gręcis, ante tempora B. Gregorij. Mendacij. n. te conuincit S. Athanaſius cū
Aegyptijs & Lybiæ Epiſcopis, qui plus ducentis annis Gregorium præceſſerunt,
& tamen de antiquiori tempore teſtimonium perhibent.

¶ Sed ne habeat diuerſarius quo hiſcere poſſit, addamus & ſequentia. Antiquis enī
regulis ſancitum eſt: ut quicquid quamuis in remotis aut longinquis poſitis prouin-
cijs, ſuper Epiſcoporum quęrelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractādum
uel accipiendum eſſet: quam ad notitiam almę ſedis ueſtræ fuiſſet pronunciatio fa-
cta: qua firmaretur uel infirmaretur, indeq; ſumeret normam. unde eccleſiæ ſum-
pſere exordium prędicationis, ne paſſim ab inſidiatoribus columnę euerterentur ec
cleſiæ. Certum eſt enim eidem ſanctę ſedi ueſtrę in honorem beatiſſimi Petri, patrę
decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam pro rebus inquirendis atq; determinan-
Priuilegium Sed. Apoſto. dis: quas ſollicite decet, iuſteq; ab ipſo præſulum examinare Apoſtolico uertice: cu-
ius ſollicitudo ſemper fuit, & eſt, tam mala damnare, ꝙ probare laudanda. Quoni-
am humiliſſimum ueſtro Apoſtolico culmini perſoluentes obſequium: ut ipſe do-
minus pręcepit, & ſanctorum patrum decreta ſtatuerunt &cæ. Vides ne a remo-
tis etiam appellari Papam, eccleſias ſumpſiſſe exordium a Roma, ut ſuperius dete-
ximus in Cypriano: agnoſcis ne Apoſtolicum uerticem Romę: Quę ſi omnia contē
nere uelis, uel hic uide orientales & Aegyptios ex pręcepto dn̄i, & ita diuino iure, ꝑ-
ſoluentes obſequium culmini Romano: fuimus prolixiores in renarrandis illis epiſto
lis, ꝙ nemo Chriſtianus eſt, qui Athanaſium non celebret; cuius Symbolum eccleſia
ad quotidianas preces tranſtulit; qui ſatis uicinus fuit primitiuę eccleſiæ. Iunior ta-

men

men Cypriano. Vnde epiſtolæ eius & confratrum poſſent totæ inſeri. At nos breuitati ſtuduimus,& pauca ex his renarrabimus lib. iij. Sed iam uelit, nolit, diuerſarius cogitur admittere Orientales,& Aegyptios fuiſſe ſub Romano Pontifice, etiã ante tempora B. Gregorij.

Primatus Petri probatur authoribus Euſebio & Auguſtino. Cap.III.

AVditis S. martyribus Dionyſio & Cypriano,& magno illo confeſſore Athanaſio. Iam alia uideamus eccleſiæ lumina & accedat huc Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus ueterum hiſtoriarum, fidei & religionis noſtrę impenſe doctus:is lib. ſecundo hiſtoriæ eccleſiaſticę ſic ait. In ipſis Claudij temporibus clemẽtia diuinæ prouidentiæ,probatiſſimum omnium Apoſtolorum: & maximum fidei magnificẽtia & uirtutis merito,primorum principem Petrum ad urbem Romam, uelut aduerſum humani generis communem perniciem repugnaturum deducit, ducem quendam & magiſtrum militiæ ſuæ, ſcientem diuina prælia gerere, & uirtutum caſtra ductare. Iſte adueniens ex orientis partibus,ut cœleſtis quidem negociator, mercimonia diuini luminis ſi qs uelit cõparare, aduexit: & ſalutaris prædicationis ỽbo primus in urbe Roma Euangelij ſui clauibus, ianuam regni cœleſtis aperuit: hic regulam hiſtorię ſeruans Euſebius appellat Petrum probatiſſimum Apoſtolorum, maximum principem etiam primorum, & qui fuerunt hi primi, niſi Apoſtoli. *Euſebi.cap.14*

¶ Splendidiſſimum illud eccleſiæ lumen Auguſtinum,ut deſpiciamus oportet,quẽ & in plures locos Euangelicos interpretantem lib. primo audiuimus: præſtat tamen alia eius dicta afferre,inſtitutum noſtrum promouentia. Et primo aſtipulatur ſentẽtiæ noſtræ in epiſtola ad Glorium Eleuſium, & Felicem Grãmaticum Donatiſtas, poſtq̃ plura in Secũdum Tigiſitanum dixiſſet,ꝙ non debeat abſentes damnaſſe in Carthagine,ſubdit. Tanto magis enim timere debuit,ne pax unitatis uiolaretur:qñto erat Carthago ciuitas ampla & illuſtris. Vnde ſe per totum Aphricæ corpus malum,quod ibi eſſet exortum,tanq̃ a uertice effunderet:erat etiam tranſmarinis uicina regionibus,& fama celeberrima nobilis. Vnde non mediocris utiq; auctoritatis habebat Epiſcopum: qui poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimicorum: cum ſe uideret & Romanæ eccleſię in q̃ ſemper Apoſtolicę Cathedrę uiguit principatus,& cęteris terris. Vnde Euangelium ad ipſam Aphricam uenit per cõmunicatorias literas eſſe coniunctum: ubi paratus eſſet cauſam ſuam dicere:ſi aduerſarij eius,ab eo illas eccleſias alienare conãtur. Vides ſtudioſe lector Auguſtino placere quod Ceciliano quem defendit contra Secundum,paratus erat accipere ius Romę, & ꝙ ibi ſemper uiguit principatus Apoſtolicæ cathedræ. *Augu.* *Epiſtola 162.*

¶ Plenioribus uotis agit hoc lib. ij. de Baptiſmo contra Donatiſtas,dicens. Commemorat Cyprianus ꝙ etiam nos in ſcripturis ſanctis didicimus, Apoſtolum Petrum, in quo primatus Apoſtolorum tam excellenti gratia preeminet,aliter q̃ ueritas poſtulabat, de Circunciſione agere ſolitum, a poſteriori Apoſtolo Paulo fuiſſe correctum,& infra. Puto ꝙ ſine ulla ſui contumelia. Cyprianus Epiſcopus Petro Apoſtolo comparatur quantum attinet ad martyrij coronam:cæterum magis uereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam : quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatu cuilibet Epiſcopatui preferendum : ſed & ſi diſtat cathedrarum gratia, una tamen eſt Martyrum gloria. pars poſterior renarratur per Gratianum. Sed expende quæſo dicta,in Petro Apoſtolorum Primatus excellenti gratia præeminet. Vnde manifeſtarium eſt eum non loqui de Somniatorio Primatu diuerſarij,locationis: ſed de primatu excellentiarum gratiæ ; quo præeminebat Petrus reliquos Apoſtolos. *Augu.cap.1.* *Principatu Petri.* *2.q. 7. puto.*

Expende & hoc, ꝙ inquit Petrus & Cyprianum plus differre cathedrarum grã, quàm mar-
tyrum gloria: nam ſi Epiſcopatus eſſent ęquales iure diuino: imo ut hallucinatur diuer-
ſarius, Epiſcopos, & ſimplices ſacerdotes eſſe ęquales iure diuino: iam nõ differrent,
Auguſt. Petrus & Cyprianus Cathedrarum gratia: cuius oppoſitum hic aſtruit Auguſtinus.
Cap. 1. ¶ Similis ferme ſententia legitur in Auguſtino lib. vij. de Baptiſmo contra Donati-
ſtas, ubi de falſis Chriſtianis Nazarenis loquens, pręputia carnalia circuncidentibus
ſubdit. Sicut ergo illi, Petro in Primatu Apoſtolorum Martyrij gloria coronato, in
ſua peruerſitate, pręciſi ab eccleſia remanſerunt. Sic iſti Cypriano per abundantiam
charitatis in ſorte ſanctorum paſſionis charitate ſuſcepto, ſeipſos exules, unitatis agno
ſcunt, & contra unitatis patriam, pro ſuis calumnijs ciuem unitatis oponunt, Augu-
Cap. 70. ſtinum lib. xxij. contra Fauſtum ſuperius induximus.
Augu. ¶ Idem Auguſtinus confutaturus duas epiſtolas Pelagianorum, ſcribit ad Bonifaci
um Papam. Cum uero non deſinant fremere ad dominici gregis caulas atq; ad diri-
piendas tanto precio redemptas oues, aditus undecunq; rimari, communiſq; ſit om-
nibus nobis, qui fungimur Epiſcopatus officio (quàmuis ipſe in ea pręemineas celſiore
Faſtigiũ Papæ. faſtigio) ſpecula paſtoralis. Hic Auguſtinus ſub infula Pontificali, uidit Papam prę-
eminere in ſpecula paſtorali, quod Ludder non poterit uidere in ſordida cuculla. Et
in eadem epiſtola ſuperius dixerat, Tanto maior in me tuæ ſanctitatis eſt facta noti-
tia, quanto certior amicitia: neq; enim dedignaris, qui non alta ſapis, quàmuis altius præſi-
deas eſſe amicus humilium, & amorem rependere impenſum. Habes ſtudioſe Le-
ctor Aphrum illum numidianum agnoſcentem Papam ſuperiorem Bonifaciũ, qui
plus centum quinquaginta annis pręceſſit B. Gregorium.
Auguſt. ¶ Et ne quicquam ambigas de S. Auguſtino, adduco locum, quo omnem tollit am
biguitatem, omnem excludit euaſionem. Nam in libro quęſtionum Noui & Veteris
Cap. 27. teſtamenti quæſt. Certe. S. Iohannes Caſtimonię fuit cuſtos, condiſcipulus autem ei
Petrꝰ Iohanni us. S. Petrus uxorem habuiſſe cognoſcitur, & Primatum ut acciperet inter tot Apo-
uirgini præla- ſtolos, non ei obſtitit filiorum generatio. Hunc locum legat diuerſarius, & maſtican
tus. do ruminet, Petrum prælatum in Primatu omnibus Apoſtolis, etiam S. Iohanni, quàm-
uis Iohannes uirgo, Petrus pater eſſet.
Augu. ¶ Immo exiſtimat diuus A. Auguſtinus, nullum Chriſtianum latere, hunc obtinere
tract. 56. Primatum. Ait enim ſuper Iohanne. Quis enim neſciat primum Apoſtolorum eſſe
beatiſſi. Petrum, quod & gloſ. interli. Iohan. xiij. indicarat, uenit ad Symonem Petrum,
gloſ. non poſt alios, ſed prius ad principem Apoſtolorum. Ideo expauit, ꝙ deus la-
uet pedes hominis.
Augu. ¶ De agone quoq; Chriſtiano ait, non. n. ſine cauſa inter omnes Apoſtolos huius ec
cap. 30. cleſię catholicę perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim claues eccleſię, regni cœlorum
datę ſunt: debet ergo eccleſia catholica correctis & pietate firmatis filijs libenter igno
ſcere, cum ipſi Petro perſonam eius geſtanti (enumerat facta Petri) uidemus ueniam
eſſe conceſſam: eumq; correctum & firmatum uſq; ad dominicę paſſionis gloriam p-
ueniſſe: habes cauſam hic expreſſam, cur Petrus geſſerit perſonam eccleſiæ, ob Pri-
Cap. 8. & 9. matum: quam rationem pluribus declarauimus lib. 1. ideo ne acta agamus, ad eundẽ
locum lectorem remittimus.

Hieronymum fuiſſe Cardinalem, & non recens eſſe Cardinalium officium. Cap. IIII.

ASſurgat nobis in adiutoriũ hereticorum malleus, barbatus ille Hiero. eccle-
ſię Romanę ſacerdos: quẽ ob id nõ iniuria Cardinalẽ appellamus, etiã ſi no
mẽ Cardinalis in uita nõ habuerit, mõ rem habuerit: et qa diuerſarius negat

eum

eum fuiſſe Cardinalem;quia recens ſit Cardinalium nomen, nos etiam hunc lapidē uoluamus:primo dicamus,non tam recens eſſe nomen Cardinalium, q̄ eius memi- nerit Stephanus Papa ut ex decreto Concilij ſui Romani cernitur & renarrat Gra- tianus,oportebat ut hæc ſancta domina noſtra Romana eccleſia,iuxta quod a B.Pe tro & eius ſucceſſoribus,inſtitutum eſt,rite ordinaretur,& ad Apoſtolatus culmen unus de Cardinalibus prẹſbyteris aut diaconibus ordinaretur. Is fuit Stephanus iij. qui rexit anno gratię 771. & Synodum collegit in Laterano; occaſionem dederat huic conſtitutioni Conſtantinus,qui uiolentia Tattonis Nepuſini Ducis ex laico ad Papatum fuerat aſſumptus. Habes iam teſtem uoculæ, nomen fuiſſe Cardinalium ante 750.annos;ſed & re antea fuiſſe ſemper in eccleſia Romana,patet q̄ uocati fu erunt prẹſbyteri & diaconi Romano Pontifici aſſiſtentes,ad certas eccleſias ſub cer tis titulis,liquet,ex Synodo autentica & approbata Gregorij ſecundi, qui iunior etiā appellatur qui Synodum in Laterano celebrauit. Anno gratiæ 724. Subſcriptio huius Synodi in codice Canonum autentico ita habetur.

Cardinaliū officiū antiquum.
Stephanus.
Diſ.79.oportebat.
Grego.2.

¶ Gregorius Epiſcopus ſanctę catholicę atq; Apoſtolicę Romanę eccleſiæ,huic cō ſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.

¶ Sequuntur deinde Epiſcopi xxi.Deinde prẹſ- byteri & Diaconi ſe ſubſcripſerunt.

¶ Siſinnius humilis præſbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ Titu.ſancti Laurentij, qui appellatur Lucanę.Huic conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.

Subſcriptio Cardinaliū.

¶ Iohannes præſbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ Tit.S.Ceciliæ,huic conſtituto a no bis promulgato ſubſcripſi.

¶ Siſinnius præſbyter ſanctę Romanæ eccleſiæ Titu.S.Sixti,huic conſtituto,a no- bis promulgato ſubſcripſi.

¶ Iohannes præſbyter Titu. ſancti Marcelli,huic conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.

¶ Iohannes prẹſbyter humilis S.Romanę eccleſiæ titu.S.Suſannę,huic conſtituto, a nobis promulgato ſubſcripſi.

¶ Euſtratius humilis prẹſbyter S.Romanæ eccleſię Tit.S.Anaſtaſię,huic conſtitu- to,a nobis promulgato ſubſcripſi.

¶ Thalaſius humilis prẹſbyter S.Romanæ eccleſiæ Titu. ſanctę dei genitricis, qui appellatur Calixti trans tyberim,huic conſtituto,a nobis promulgato ſubſcripſi. Sic & alij ſubſcripſerunt.

¶ Georgius tit.S.Iohannis & Pauli.Martinus tit.S.Sauinę.Conſtantinus titu.S.Ci- riaci.Georgius tit.S.Clementis.Epiphanius tit.S.Laurentij.Martinus tit.Apoſtolo- rum.Iohannes.tit.S.Priſcæ.

¶ Petrus indignus Archidiaconus ſanctę ſedis Apoſtolicę. Gregorius Diaconus, Muſchus Diaconus, Benedictus Diaconus die nona Aprilis Impe. diuo pijſſimo Auguſto Leone,a deo coronato,magno.Impe.anno eius ſexto, ſed & Conſtantino Impe.eius filio,anno ſecundo indit.quarta.

¶ Similia habes in Cōcilio B.Gregorij.Similiter in Synodo Symachi Papæ,ubi ſub ſcripſerunt LXIIII.præſbyteri habentes Titu.Romæ; qui fuit anno gratiæ 499. liquet igitur priſcis etiam temporibus fuiſſe in uſu, ut Titulos eccleſiarum tenerent ſacerdotes Summo Pontifici aſtantes: quos iam Cardinales appellamus: quos Ti- tulos in urbe Roma primus diuiſit & conſtituit ſanctus Euariſtus Papa & Mar- tyr, & reliqui deinde auxerunt, ut res ſit antiquiſſima de Titulis Cardinalium, & de horum numero fuit S. Hieronymus, ut ipſe de ſeipſo ſæpius & Auguſt. pluri- bus locis ſcribit.

¶ Anteq̄ pergamus, & hoc quoq; admonere uolumus ſtudioſum Lectorem; quia

anno ſuperiori multa diligentia libri omnes Gregorij caſtigate ex Parrhiſiorum officina prodierunt. Calcographi forte harum rerum minus periti, dum in fine decreta repoſuiſſent Gregorij Magni in Synodo Romana conſtituta, mox altera pagina addiderunt alia decreta; quaſi eiuſdem B. Gregorij: quę tamen ſunt Gregorij ſecũdi, ut ex Codice Canonũ apertiſſime liquet, & ex decreto Paſchaſij: Huius euidẽs argumẽtũ eſt, ꝙ Synodus Greg. magni fuit habita tp̄e Impe. Mauricij an̄. Impe. eius xiij. indic. xiiij. v. die Iulij, Synodus Greg. iunioris, in qua Canon. primus eſt. Si quis presbyteram duxerit in coniugium, anathema ſit &c. celebrata eſt anno vi. Leonis, finita die ix. Aprilis, ubi inter Mauricium, & Leõem interſunt plures ꝗ C. anni. Nõ deſunt qui dicant Syluestrum conſtituiſſe in Concilio Romano cap. I. quot teſtes requirantur ad damnationem Cardinalis, cuius Concilij copiam, dum non habeam, nihil dicere poſſum. Sufficiat nobis antiquum eſſe Cardinalium aliquod officium: neꝗ adeo recens eſſe nomen, ut diuerſarius exiſtimat At ad inſtitutum, unde digreſſi ſumus reuertamur.

Caſtigatio in Greg. librum.

Synodus.

Grego. I.

Grego. 2.

Syluester.

Vide orationẽ Leonelli Concordiẽſ. de origine Cardinalium.

Primatus Petri probatur authoribus Hieronymo, & Ambroſio. Cap. V.

Hiero.

24. q. 1. quoniã uetus.

DIuus Hierony. præter locos ſuperius libro I. adductos ſuffragatur ſententiæ noſtræ pluribus locis: nam primo in epiſtola ad Damaſum Papam incipiente. Quoniã uetus, ait, Ideo mihi cathedrã petri & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam, inde nunc meę animæ poſtulans cibum, unde olim Chriſti ueſtimenta ſuſcepi, & infra. Profligato a ſobole mala patrimonio, apud uos ſolos incorrupta patrũ ſeruatur hæreditas: conquęritur in oriente ueritatem obnubilari, quæ reluceat in occidente, ſubdit uerba iam citata, Quanꝗ igitur tui me terreat magnitudo, inuitat humanitas, a ſacerdote uictimã ſalutis, faceſſat inuidia, Romani culminis recedat ambitio: cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor: ego nullũ primũ, niſi Chriſtum, ſequens, beatitudini tuæ conſotior, ſuper illam ædificatã eccleſiam ſcio, quicunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt, Si qs in archa Noe non fuerit, peribit regnante diluuio, & inf. Quicunq; tecum non colligit, ſpargit; liquido uult omnem eccleſiam eſſe ſubiectam Romanę, ꝙ extra hanc domum uult eſſe prophanos, & ꝙ ſpargit, qui cum Romano Pontifice non colligat.

Eraſ. Rotero.

Quod & Eraſmus Roterodamus animaduertit in ſcholijs docte & prudenter inquiens. Hiero. omnino uidetur ſentire oẽs eccleſias debere eſſe ſubiectas Romanę ſedi,

Hierony.

¶ In alia quoq; epiſtola ad Damaſum incipente Oportuna, ait. Ego interim clamito, ſi quis cathedrę Petri iungitur, meus eſt, hoc dixit S. pater non in Italia, nõ in Gallia, aut Pannonia, ſed in Barbaro limite Syrię, in tres partes ſciſſa orientis eccleſia, ut epiſtola indicat.

Hierony.

¶ Aduerſus Luciferianos diſputans orthodoxus ait. Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in eccleſijs efficientur ſchyſmata, quot ſacerdotes. Nota candide lector ſalutem eccleſiæ pendere in dignitate ſacerdotis ſummi. Et reddit huius cauſam, propter oborientia ſchyſmata plurima. Si non auctoritate ſupremi hierarchę in eccleſia illa extirpentur; ideo uult ei dari eminentem poteſtatem ab omnibus.

Augu.

¶ In epiſtola ad Auguſtinũ incipiente Tres ſimul epiſtolas &c. appellat eum principem Apoſtolorum, nam ob hoc Porphyrius Paulum procacitatis redargueratt, ꝙ principem Apoſtolorum reprehendiſſet.

Hiero.

24. q. 1. hæc eſt fides.

¶ B. Hierony. in expoſitione Symboli ad Damaſum ait. Hęc eſt fides Papa beatiſſime quam in catholica didicimus eccleſia; quamq; ſemper tenuimus; in qua ſi minus

perite

perite, aut parum caute forte aliquid poſitum eſt, emendari cupimus a te, qui Petri ſedem & fidem tenes. Si autem hęc noſtra cõfeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare uoluerit, ſe imperitum uel maleuolum, uel etiam non catholicum, ſed hæreticum comprobabit, uerba quæ ſequuntur, non ſunt Hieronymi, nec Gratiani, ſed Iulij papæ ad Athanaſium, ut infra loco ſuo recitabimus, quod nota Lector decreti: ne uerba Iulij pro Hieronymo cites: præfulgidum iubar eccleſiæ S. Hieronymus licet in oriente, fidem tamen & ſedem Petri habet pro doctore, Papam in ſede Petri ſedentem. Cuius ſententiam, catholicam: repugnantis, hæreticam, iudicat. *Caſtigatio Gratiani.*

¶ Ad Euagrium ſcripſit. Non altera Romanæ urbis eccleſia, altera totius orbis: at cribrabitur hic locus libro. iij. quoniam diuerſarius hunc pro ſe adducit. De uiris quoq; illuſtribus idem Hieronym. ait. Symon Petrus filius Iohannis, prouinciæ Galileæ uico Betſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & Apoſtolorum princeps quod alibi ſæpe facit, & nos poſterius plura ex eo adferemus. *Hierony.*

¶ Copulabimus Hieronymo Florentiſſimum Epiſcopum Ambroſium, qui & noſtram firmat ſententiam, libro enim primo de pœnitentia, loquitur contra Nouatianos. Non habent Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent: quam impia diuiſione diſcerpunt. Exciderant enim ab unitate eccleſiæ. Vnde extra eccleſiam Romanam exiſtentes, arbitratur Beatus Ambroſius hæreditatis Petri incapaces. Expreſſius eſt quod libro. iij. de ſacramentis ait. Non ignoramus, quod eccleſia Romana, hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur & formam. Hanc enim conſuetudinem non habet, ut pedes lauet, & infra. In omnibus cupio ſequi eccleſiam Romanam: ſed tamen & nos homines ſenſum habemus: ideo quod alibi rectius ſeruatur, & nos recte cuſtodimus, ipſum ſequimur Apoſtolũ Petrum, ipſius inhæremus deuotioni. *Ambroſ. cap. 6.* *Ambroſi. cap. 1.*

¶ Agnouit hoc Ambroſius in Syritio Papa, cum alijs collegis ad eum ſcribens, recognouimus literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias: qui fideliter tibi commiſſam ianuam ſerues, & pia ſollicitudine CHRISTI ouile cuſtodias. Dignũq; quẽ oues domini audiant & ſequantur: & ideo quia noſti ouiculas CHRISTI, lupos facile deprehẽdes: & occurres quaſi prouidus paſtor: ne iſti morſibus perfidiæ ſuę, feraliq; uultu, dominicum ouile diſpergant. Agnoſcas & tu Candide Lector Papã paſtorem ouilis CHRISTI, cui ſollicitudo ouium commiſſa ſit. Et ad Theophilum cauſam Euagrij & Flauij prius in Capnenſi Synodo actitatam, præſentibus Aegyptijs Epiſcopis, cenſet deferendam ad Roma. Pontificem. *Ambro.* *Epiſtola. 78.*

Primatus Petri probatur authore Gregorio. Cap. VI.

GRegorius magnus adeo pleno ore aſſerit noſtram ſententiam: ut uel indoctum, uel maleuolum ſe ſtatim iudicet quis opera eius legens, aliter eum ſenſiſſe pronunciat. Vnde ſcribit uniuerſis Epiſcopis per Dalmatiam conſtitutis. Sed poſtq̃ mores ueſtri, ita ſecularibus ſunt traducti negotijs: obliuiſcentes omnem ſacerdotalis in uobis honoris tramitem: cunctumq; superni metus intuitum, nõ quid deo, ſed quid uobis placeat ſtudeatis explere: neceſſe habuimus hec ad uos deſtrictiora ſpecialiter ſcripta trãſmittere: quibus ex beati Petri principis Apoſtolorum authoritate præcipimus: ut nulli pœnitus extra conſenſum, permiſſionemq; noſtram, quantum ad Epiſcopatus ordinationem pertinet. In Salonitana ciuitate, manus præſumatis imponere, & infra. Confidimus enim in omnipotentem dominum: quia quantum ad intentionem noſtram attinet, nunq̃ quod noſtram grauare poſſit animam, ſinimus fieri, quod noſtram poſſit grauare eccleſiam. *Grego.*

In Ludderum. ¶ Hoc eo libentius induximus, quod intelligat diuerſarius, nec b. Gregorium ſemel inſtituto in eccleſia Epiſcopo, eam deinceps diſpoſitioni dei commiſiſſe: quod tamen faciendum conſulit Romano Pontifici diuerſarius. Et hoc Gregorius authoritate Petri Apoſtolorum principis ſe facere aſſeuerat. Sic in charta relicta de letania maiore in Baſilica S. Mariæ. Sexta igitur feria ueniente a titulo Be. Laurentij Martyris, qui appellatur Lucinæ, egredientes, ad B. Petrum Apoſtolorum principem domino ſupplicantes &c. Sic Geradio patricio & exarcho Aphricę ſcribit. Plurima .n. pro paſcendis ouibus B. Petri Apoſtolorum principis utilitatibus, excellentiam ueſtram preſtitiſſe didicimus: ita ut nō parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, daticiorum habitatoribus reſtauraſſet. Scribit præterea Epiſcopo Riſinien. præterea iudico ſuggeſtionem me apud pijſſimos dominos ſummis precibus plenam feciſſe, & uirum beatiſſimum dominum Anaſtaſium Patriarchā conceſſo uſu pallij, ad b. Petri Apoſtolorum principis limina mecum celebraturꝝ ſolemnia miſſarum tranſmittere debuiſſet.

¶ Et eidem Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno ſcribit, præterea iudico, quia a sereniſſimis dominis, quātis ualui precibus poſtulaui: ut uos honore reſtituto ad S. Petri Apoſtolorum principis limina uenire, & quouſq; ita deo placuerit, hic mecum uiuere concedant. Vide quam peruigil paſtor curauit Antiochenum Patriarchā depoſitum reſtitui, & ad limina, Petri principis Apoſtolorum uenire: ita integre, & in uniuerſum B. pater Petro primatum & principatum tribuit.

Theodelinda. Bauarica. ¶ Scribit etiam Theodelindę Longobardorum Reginæ, quæ ex nobiliſſimo Bauarico ſanguine lucidiſſima ſtella prodijt. Cum itaq; integritatem noſtram ex aperta mea traditione ſeu profeſſione cognoſcitis, Dignum eſt, ut de eccleſia B. Petri Apoſtolorum principis, nullum ulterius ſcrupulum dubietatis habeatis. Sed in uera fide perſiſtite, & uitam ueſtram in petram eccleſię, hoc eſt in confeſſione B. Petri Apoſtolorum principis ſolidate. Nec tot ueſtrę lachrymę, tantaq; bona opera pereunt: ſi a fide uera inueniuntur aliena. Vides iam petram eccleſię, confeſſionem Petri, & ne anſam hic arripiat diuerſarius quaſi petra ſit fides, non Petrus, quamuis ſatis clarū ſit ex uerbis Beati uiri hanc ſuam non eſſe ſententiam, quia uult eam ſolidare in confeſſione Petri a qua uenit firmitas eccleſiæ.

¶ Tamen niſi diuerſarius Euangelium non legerit, moueat eum B. Grego. Mauritio Imperatori ſcribens. Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quod uoce dominica ſancto & omnium Apoſtolorum principi Petro Apoſtolo, totius eccleſię cura commiſſa eſt. Ipſi dicitur. Petre amas me, paſce oues meas, ipſi dicitur. Ecce ſathanas expetijt cribrare uos ſicut triticum &c. Ipſi dicitur. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, quid hoc luculentius.

¶ Et ad Iohan. Conſtantinopolitanum ſcribit. Certe Petrus Apoſtolus primū membrum ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ eſt. Paulus, Andreas, Iohannes, quid aliud quā ſingularium ſunt plebium capita, & tamen ſub uno capite, oēs ſunt mēbra eccleſiæ.

¶ Sic Epiſcopo Vieñ. Deſyderio, Siagrio, & Auguſtino ſcribens idē facit, & in multis alijs epiſtolis, appellat ſemper ipſum principem Apoſtoloꝝ quas omnes referre eſſet faſtidioſum, enarremus epiſtolas per capita.

¶ Sic enim eum laudat in epiſtola ad

10. Venantium Epiſcopum Luneñ.
11. Ruſticianum patriciam.
12. Baſilium.
13. Secundinum ſeruum dei incluſu. ter.
14. Ocilianum tribunum.
15. Brunichildem Reginā Francorum.
16. Leandrum Hyſpaniarum Epiſcopū.
17. Nekaredum Viſigothorum Regem.
18. Innocentium Epiſcopum Aphricanū.
19. Decimum Lillabitanum Epiſcoporū
02. Quirinum Epiſcopum Hibernię
21. Candidum præſbyterum Gallię.
22. Barbaram, & Antoniam.

Sauinellam

23. Sauinellam. | Protaſium Epiſcopum. 27.
24. Baſſium Epiſcopum Firmañ. | Martinum Diaconum. 28.
25. Eulogium Alexandrinum | Theoſticam & Andream. 29.
26. In priuilegio monaſterij Sueſſioñ. | Theodorũ Medicũ Conſtantinopolitanũ 30.

¶ In quibus omnibus præfert Petrum principatu alijs Apoſtolis. Non erit tamen inutile aliquas prægnãtiores afferre. Nam aperte multum hoc teſtatur ad Eulogiũ Alexandrinum Epiſcopum dicens. Suauiſſima mihi ſanctitas ueſtra, multa in Epiſtolis ſuis, de Sancti Petri Apoſtolorum principis cathedra locuta eſt, dicens, quod ipſe in ea nunc uſq; in ſuis ſucceſſoribus ſedeat. Et quidem ego me indignum eſſe non ſolum in honore præſidentium: ſed etiam in numero ſtantiũ agnoſco: Sed cuncta quæ dicta ſunt in eo libenter accepi, quod ille mihi de cathedra Petri locutus eſt, qui in cathedra Petri ſedet, & cum me ſpecialis honor, nullo modo delectet. Valde tamen lætatus ſum, quia uos ſanctiſſimi, quod mihi impendiſtis: uobiſmetipſis dediſtis. Quis enim neſciat ſanctam eccleſiam, in Apoſtolorum principis ſoliditate firmatam: qui firmitatem mentis traxit a nomine, ut Petrus a petra uocaretur, cui ueritatis uoce dicitur. Tibi dabo claues regni cœlorum &c. Itaq; cum multi ſunt Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu, ſola Apoſtolorum principis ſedis in authoritate conualuit, habes quod iam petis pro Primatu Petri, & pro Primatu Sedis eius. *Principatus ſedis Apoſtolicæ*

¶ Contra Ciriacum quoq; Conſtantinopolitanum ſcribit Theſſaloniceñ. Epiſcopo. Sine Apoſtolicę ſedis authoritate atq; conſenſu nullas quæq; acta ſunt in Synodo Conſtantinopoli, uires habere. Et in fine. Nam ſi quis (quod non credimus) ſcripta præſentia, aliqua in parte neglexerit, a B. Petri Apoſtolorum principis pace, ſe nouerit ſegregatum. XXXI.

¶ Notabilis eſt illa Epiſtola ad Gulfarum Magiſtrum militũ in Hiſtria. Cognouimus inquit, inter cæteras curas iniunctę uobis gubernationis illarum partium, præcipuam de animarum lucris, ſollicitudinem habeatis: & ita errantium corda, ad unitatem feſtinate uos eccleſię reuocare, ut quantum ad deſiderium ueſtrum pertinet, nullum illic ab Apoſtolica ſegregatum, remanere uelitis eccleſia: tantuſq; uos B. Petri Apoſtolorum principis amor accenderit: ut nullæ ipſius, cui a domino omnium creatore, oues ſunt traditę, ſummo reintegrare cum deſiderio cupiatis. Et in alia epiſtola ad Eulogium, audiamus quid primus omnium paſtorum dicit, loquitur de Petro. Iſta omnia cum ſunt apertiſſima, non ueniunt per nos ponderanda, cum cuilibet, etiam Grammatico ſatiſfacient lectori. XXXII. XXXIII.

¶ Notabilis eſt & iſte locus ad Theotiſtam patritiam ſuper reprehenſione Petri a diſcipulis facta. Ideo eum renarremus, Petrus Apoſtolorum primus, tanto donorum gratia repletus, tanta miraculorum poteſtate ſuffultus, querelæ fidelium non ex poteſtate, ſed ex ratione reſpondit, & infra. Si enim cum a fidelibus culparetur, authoritatem quam in ſancta eccleſia acceperat, attendiſſet, poterat reſpondere. Vt paſtorem ſuum, oues quæ ei commiſſę fuerant, reprehendere non auderent, & infra. Si ergo paſtor eccleſiæ Apoſtolorum princeps ſigna & miracula ſingulariter faciens, non dedignatus eſt in cauſa ſuæ reprehenſionis, rationem humiliter reddere: quanto magis nos peccatores, cum reprehendimur, reprehenſores noſtros, ratione humili placare debemus. Quia diuerſarius crepat ſuper uerbis B. Gregorij, & ampulloſis uerbis iactat Gregorium affirmatorem ſuæ ſententię, ut libro. iij. Inanẽ eius & elatam iactantiam euacuabimus. Ideo hic operoſius proſecuti ſumus ſancti uiri teſtimonia: ut patentiſſimum faceremus eum ſemper ſenſiſſe, Petrum fuiſſe Apoſtolorum principem, totius eccleſiæ paſtorem, cui omnes fideles in ſucceſſoribus obedire teneantur. XXXIIII. *Actu. 9.* *In Ludderum.*

Primatus Petri probatur authoribus Cyrillo, Chryſoſtomo, & Leone. Capit. VII.

Cyrillus. cap. 35. Cap. 41.

PRoducantur alij iam fortiſſimi ueritatis propugnatores, in noſtram ſententiam. Et primo Cyrillus Alexandrinus lib. ix. ſuper Iohan. ait, diſcipuli non dubitarũt exclamare per principem conſortij ſui, Tu es Chriſtus filius dei uiui, & libro. x. Beatus enim Petrus diſcipulorum omnium princeps narranti quæ paſſurus erat ſaluatori, reſiſtebat, clamans, propitius tibi eſto domine. Et alio loco ait, ut membra moueamus in capite noſtro, in Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, a quo noſtrum eſt quærere, quid credere & quid tenere teneamur, ipſum uenerantes præ omnibus.

Cyrillus. S. Thomas. In orignali ad huc nõ reperi.

¶ Cyrillum citat S. Thomas in catena aurea Math. xvi. ſecundum domini promiſſionem eccleſia Apoſtolica Petri ab omni ſeductione, hæreticaq; circumuentione manet immaculata ſuper omnes præpoſitos & Epiſcopos, & ſuper omnes Primates eccleſiarum & populorum in ſuis Pontificibus, in fide pleniſſima & authoritate Petri, & cum aliæ eccleſiæ quorundã errore ſint uerecundatæ, ſtabilita ipa inquaſſibiliter ſola regnat, ſilentium imponens, & omnium ora obdurans hæreticorum. Et nos neceſſitate ſalutis, non decepti ſuperbia, nec uino ſuperbiæ inebriati, typum ueritatis & Apoſtolicæ traditionis una cum ipſa confitemur, & prædicamus, hic orientalis Epiſcopus, & Patriarcha, libere pronunciat eccleſiam Romanã eſſe primam.

Chryſo.

¶ Succedat patriarchæ Alexandrino, alius Conſtantinopolitanus Iohan. Chryſoſtomus, qui a principio ſuper Mathæo ait, Quatuor mirabiles imitatores fecit deus: de piſcatore primum eccleſiæ paſtorem: de perſecutore doctorem gentium & magiſtrum: De publicano primum Euangeliſtam: & de latrone primum cœlicolam. Ita citatur ab alijs, licet uerba noſtræ tranſlationis, qua utimur non concordent. At ſæpius fuit auditus Chryſoſto. libro. 1. ut minime ſit ambigendũ de eius ſententia.

Leo magnus.

¶ Sanctum porro Leonem magnum illum Pontificem, magna grauitate pronunciantem aſcribamus ſermõe. iij. de anniuerſario die aſſumptionis ſuæ. De toto mundo eligitur unus Petrus, qui & uniuerſarum gentium uocationi & omnibus Apoſtolis, cunctiſq; eccleſiæ patribus præponatur, ut quamuis in populo dei multi ſint ſacerdotes, multiq; paſtores, omnes tamen regat Petrus: quos principaliter regit & Chriſtus, magnum eſt mirabile dilectiſſimi, huic uiro conſortium potentiæ ſuę tribuit diuina dignatio: & ſi quid commune uoluit eſſe cæteris principibus, nunq; niſi per ipſum dedit, quicquid alijs non negauit. Quid hic dicerere poteſt contra diuerſarius, Petrus ex toto mundo deligitur, ut omnes regat: & tu uis eum artare intra anguſtias Iudeę. Et quicquid alijs tribuit, hoc fecit per Petrum: hoc iuniores Canones dicunt, alij ſunt uocati in partem ſollicitudinis, ſed Petrus cum ſucceſſoribus in plenitudinem poteſtatis.

Leo.

¶ Præterea idem S. Leo ſcribit ad Anaſtaſium Theſſalonicẽ. inter alia decreta, uelut in Codice Canonum plenius continentur. Connexio totius corporis, unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit: & hęc quidem connexio, totius corporis unanimitatem requirit, ſed pęcipue exigit concordiam ſacerdotum: Quibus & ſi dignitas communis non eſt: tamen ordo generalis eſt. Quomodo & inter beatiſſimos Apoſtolos, in ſimilitudine honoris, fuit quędam diſcretio poteſtatis, & cum omniũ par eſſet electio: uni tamen datum eſt, ut cęteris præemineret, de qua forma, Epiſcoporum quoq; eſt orta diſtinctio. Et magna diſpoſitione prouiſum eſt: ne omnes ſibi omnia uendicarent: ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli: quorum inter fratres haberetur prima ſententia. Et rurſum quidem in maioribus urbibus conſtituti, ſollicitudinem eius ſuſceperant ampliorem, per quos ad unã Petri ſedem, uniuerſalis

eccleſię

ecclesiæ cura confluerer,& nihil uſq; a ſuo capite diſſideret.Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum: non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam quam exigit: etiam ipſe depēdat: & ſicut non uult,grauis oneris ſarcinam ferre: ita non audeat alij importabile pondus imponere,hæc Canone.xli. Cuius dicta ſi probe expenderis totam hiſtoriam & totum neruum negocij noſtri reperis enucleatū: nec opus eſt eum qui certus eſt,ulterius certiorari.

¶ In ſermone quoq; ſecundo ſui anniuerſarij ait. Manet ergo diſpoſitio ueritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine perſeuerans, ſuſcepta eccleſiæ gubernacula non relinquit.Sic enim ordinatus eſt præ cæteris: ut dum petra dicitur: dum fundamentum pronunciatur: dum regni cœlorum ianitor conſtituitur: dum ligandorū ſoluendorumq; arbiter,manſura etiam in cœlis iudiciorum ſuorum defunctiōe, pręficitur: qualis ipſi cum Chriſto ſocietas eſſet, per ipſa appellationum nomina noſceremus & infra.Si quid itaq; a nobis recte agitur recteq; diſcernitur: ſiquid a miſericordia dei quotidianis ſupplicationibus obtinetur: illius eſt operum atq; meritorum,cuius in ſede uiuit poteſtas & excellit authoritas.Hoc enim obtinuit dilectiſſimi illa confeſſio: quæ a deo patre Apoſtolico inſpirata cordi omnium humanarum operationum in terra tranſcendit altitudinem: & firmitatem quæ nullis impulſionibus quateretur,recepit.Quomodo adhuc aliquis deſipit Petrum non conſecutum Primatum in eccleſia ob glorioſam confeſſionem. Leo.

¶ Et de Natali ſanctorum in ſermone ait. Beatiſſimus Petrus princeps Apoſtolici ordinis,ad arcem Romani Imperij deſtinatur,ut lux ueritatis quæ in omniū gentiū reuelabatur ſalute,efficatius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Leo.

¶ Vides Lector Caput Apoſtolorum, ad caput mundi deſtinatum: ut totum corpus uegetaretur capitis uirtute.Non moror diutius,quoniam nemo ſane mentis aliter exiſtimare poterit, quam Leonem affirmatiſſime ubiq; noſtram probare ſententiam.

Primatus Petri probatur authorib. Maximo,Beda,Bernhardo,Anſelmo,Optato,Lactantio,Paulino,Franciſco. Cap.VIII.

MAximum pro hoc parte libr.I. adduximus,paucas illius doctoris habemus Homilias.Vtinam deus faciat integra illius opera ad nos peruenire: ſupereſt unus locus ex Homilia de Apoſtolis. Quanti ergo meriti apud dominum ſuum Petrus erat,ut ei poſt nauiculæ paruæ remigium,totius eccleſiæ gubernacula traderentur. *Maximus.*

¶ Venerabilis Beda citatur ſuper Apocalipſi,& angelo eccleſiæ Epheſi ſcribe. Sola Romana eccleſia ſua authoritate ualet iudicare de omnibus,de ea uero nulli iudicare permittitur,tranſcribuntur hæc uerba per Gratianum. *Beda.* *9.q.3.epiſcopo*

¶ Sanctus uero Bernhar.mellifluus uerbi diuini pręco,ubiq; hāc intonat ſententiā, ut ex allegatis libro.I.liquet: quibus addamus illud in Epiſtola ad Eugenium,incipiente, Auditum eſt,inquit,altiorē locum ſortitus eſt, ſed non tutiorem, ſublimiorem,non ſecuriorem,terribilis,prorſus terribilis eſt locus iſte, locus inquam in quo ſtas,terra ſancta eſt,locus Petri eſt, locus principis Apoſtolorum, ubi ſteterunt pedes eius: locus illius quem conſtituit dominus dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ. *Bernhar.*

¶ In Epiſtola quoq; incipiente, Importunus ſum,peremptoriam dare ſententiam ad Epiſcoporum depoſitionem, ſolius Romani Pontificis eſſe dinoſcitur: pro eo nimirum,quod & ſi alij multi uocati ſint in partem ſollicitudinis,ſolus ipſe habet plenitudinem poteſtatis: ſolus proinde (ſi dicere audeam) in culpa eſt,ſi culpa non feritur,quę ferienda eſt,& eo impetu quo fuerit ferienda. *Bernhar.*

Bernhar. ¶ Et alio loco ait, alij in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis uocatus es. Aliorum poteſtas certis artatur limitibus, tua extenditur & in ipſos, qui ſuper alios poteſtatem acceperunt. Et in epiſtola ad Piſanos incipiente, Benefaciat uobis deus, ait, honora tuum, & uniuerſitatis patrem. En uniuerſitatis patrem appellat Innocentium Papam, ij. hactenus Bernhardus qui & ſi parum fidei obtineat apud diuerſarium: quippe qui eius authoritatem floccifaciat: lubenter tamen eum adduximus: q fideles multi, qui caſtioribus ſunt auribus, tanto patri aſſenſum prębebũt.

Anſelmus. ¶ Anſelmus Canthuarienſis eiuſdem eſt ſententiæ & fidei ad Vrbanum Pontificẽ dicens, Domino & patri uniuerſæ eccleſiæ, in terra peregrinationis Summo pontifici Vrbano (.II.) Anſelmus uita peccator, Habitu monachus, debitam ſubiectionem &c. Quoniam diuina prouidentia ueſtram elegit ſanctitatem, cui & fidem & uiam Chriſtianam cuſtodiendam, & eccleſiam ſuam regendam committeret: ad nullum rectius refertur, ſi quid contra catholicam fidem in eccleſia, ut eius authoritate corrigatur: nec ulli alij tutius ſiquid contra errorem reſpondetur, oſtenditur: ut eius prudentia examinetur: qua propter ſicut nulli dignius poſſum, ita nulli libentius præſentem epiſtolam quam ueſtræ deſtino ſapientiæ, quatenus ſi quid in ea corrigendum eſt: ueſtra cenſura corrigatur & caſtigetur, & quod regula ueritatis tenet, ueſtra authoritate roboret. Expende Lector Anſelmum exiſtimare Papam eſſe regulam & amuſſim ueritatis: quam ſi acceptaret diuerſarius iam lis finem conſeſtim haberet.

Optatus. ¶ Cardinalis Brixieñ. citat. Optatum lib. ij. contra Parmenianum. una cathedra eſt priuilegium unius eccleſiæ & primum. Ideo non adhærens unitati cathedræ, non

Cathedra pria. adhæret unitati eccleſiæ. Cathedra una eſt, & negare non audes ſcire te in urbe Roma, Petro cathedram eſſe collatam, in qua ſederat omnium Apoſtolorum caput Petrus: in quo uno, cathedrę unitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli, ſingulas ſibi quiſq; defenderet: ut iam ſchyſmaticus eſſet, qui contra unam cathedram, alteram ſibi collocaret. Ergo cathedra unica eſt, quæ eſt prima de dotib9, & in ea ſedit primus Petrus, ſucceſſit Linus, Lino, Clemens, cui Anacletus, & ſequentes Damaſo Siritius, qui hodie noſter ſocius eſt. & infra. Contra portas inferi claues ſalutares legimus Petrum principem noſtrum recepiſſe. Cui a Chriſto dictum eſt, tibi dabo claues. Vnde eſt ergo, quod claues regni cœlorum, uobis uſurpare contenditis: qui contra cathedram Petri, ueſtris præſumptionibus, & audacijs ſacrilege militatis, & infra. Igitur de dotibus eccleſiæ cathedra prima eſt, quam probauimus per Petrum noſtram eſſe, quæ ducit ad ſe angelum. Angelus enim qui datur eccleſiæ, ei non coniungitur, qui ſe cathedrę Petri non coniungit, & infra. Vos dico abſciſos palmites a uite. Vos riuum conciſum a fonte: non enim poteſt origo eſſe riuus, qui paruus eſt, & non de ſe naſcitur, & arbor a ramo conciſo exſecta ante areſcit.

¶ Expende Chariſſime Lector. Vnam ſolam eſſe cathedram in eccleſia, quod ſucceſſione e regiõe aſcendatur ad Petrum, in quo omnes uniantur Epiſcopi, & quod angelus dei non coniũgatur illi, qui non coniungitur cathedræ Petri.

Lanctantius. Roma manente nõ ueniet antichriſtus. ¶ Vnde auſim hic dicere cum Lactantio, qui optant, uel deſiderant tolli Primatum a Roma, & eius deſolationem fieri cupiũt, ſunt pręcurſores antichriſti. Stante enim Roma non ueniet ille miraculorum mendacij artifex: ita enim ſcribit Lactantius libro. vij. inſtitutionum diuinarum de fine mundi. Etiam res ipſa declarat lapſum ruinamq; breui fore, niſi quod incolumi urbe Roma, nihil iſtius uidetur metuendum.

ῥύμη At uero cum caput illud orbis ceciderit, ῥύμη eſſe cœperit, quod Sybillę fore aiũt. Quis dubitet ueniſſe iam finem rebus humanis, orbiq; terrarum. Illa eſt ciuitas, quę adhuc ſuſtentat omnia, precanduſq; nobis deus cœli & adorandus eſt, ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt, ne citius quam putemus, tyrannus ille abominandus ue-

dus ueniat, qui tantum facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipſe lapſurus eſt. Hæc Lactantius quamuis me non prætereat non omnia eiuſdem capitis dicta, ab omnibus probari. Vide ſi libitum eſt Auguſtinum epiſtola lxxx. ad Eſitium. Augu.

¶ Lubet ſcribere uerſus S. Paulini de Roma in honorem S. Felicis Nolani. Paulinus.

Credas innumeris, ut ingenia dilatari hoſpitibus, ſic Nola adſurgit imagine Romę.
Tu quoq; poſt urbem, titulo ſortita ſecundos.
Nam prius imperio tantum, & uictoribus armis.
Nunc & Apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.

¶ Addatur poſtremo minor ille S. Franciſcus ſigillis ſtygmatum approbatus, fratres & ordinem ſuum, immo totum mundum remiſit ad obedientiam ſedis Apoſto. & fidē eccleſiæ fortiter, & firmiter tenēdam, ut patet in pricipio & fine regulę ſuę, & primo cantico de eodē. Franciſcus uir catholicus et totus apoſtolicus, eccleſię tenere ſedē Roma. docuit. Et ut ſemel dicā, euaſiões & ratiões diuerſarij nō cœperūt hodie uentilari: ſed ab antiquis temporibus, quoties aliqua factio, hæreſim nouam conſtituere propoſuit, cœpit cauillari illos locos, Velut Vualdeñ. Marſiliani, Pauperes de Lugduno, Vuicleſiſtæ, Huſſitæ, Pighardi, Græci ſchyſmatici, Armenij, & Aphri ſchyſmatici, Bulgari quoque cum ab eccleſia recederent. Sufficiat ergo diuerſario caput ſuum cum hæreticis in intellectu ſacrarum literarum, mihi ſufficit auctoritas eccleſię, Conciliorum, patrum, Doctorum, & uniuerſitatum, qui ſacram ſcripturam intellexerunt pro Primatu Petri, de quo me refero ad omnes pręſentes & futuros uere catholicos.

S. Franciſcus. Omnes hæretici contra Romam. Waldeñ. Marſiliani. Lugduni. Wicleſiſtæ. Huſſitæ. Pighardi. Græci.

Primatus Petri & Papæ probatur Pontificum auctoritate, Clemente, Anacleto, Sixto & Iulio. Cap. IX.

LVculentiſſimis ſacrarum literarum interpretibus monſtrauimus a domino Iheſu conſtitutum paſtorem ſuper tota eccleſia: expoſtulat iam ſeries, ut illud idem Summorum Pontificum Auguſtali auctoritate probemus. Et ne diuerſarius calumnietur nos frigidiſſimis decretis a 400. annis natis hoc aſtruere, diuinos & ſanctos imprimis adducamus patres, Martyres glorioſos, & charitate dei ardentes: qui eo uixerunt tempore: ubi nondum charitas refriguit, qui æſtuabant zelo fidei, & amore dei. Aduocemus autem inter priores magnum illum hierarcham Clementem Pontificem, & Martyrem, qui refert uerba beati Petri, Trado ipſi Clementi a domino traditam mihi poteſtatem ligandi & ſoluendi: ut de omnibus, quibuſcunq; decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis: ligabit enim qd' oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanquam ad liquidum eccleſiæ regulam nouerit: ipſum ergo audite, ſcientes quia quicunq; contriſtauerit doctorem ueritatis peccat in CHRISTVM, ubi S. Petrus non loquitur de poteſtate ordinis. Cum S. Clemens dudum eſſet ab eo ſacerdos ordinatus, conſectarium eſt eum loqui de poteſtate regiminis, quam moriturus Clementi uelut ſucceſſori commendauit. Canonem ſeptimum dudum citauimus. Scio quod plures reclamant, quaſi illi Canones non ſint Clementis. Eo quod in his legatur deſtinari deberi epiſtolam ad Iacobum Hieroſolymis: qui tamen octo annis & amplius ante Petrum Martyrio coronatus eſt: & hæc eſt una ratio, quam allegat Beda, cui epiſtola Iacobi inter Canonicas ſit prima. At dico primo non referre iſta. Sufficere receptos illos Canones pro autenticis a plurimis annis. Secūdo, ratio aduerſarij non oppugnat cū in primitiua

Clemens Cano. I. Canões an ſint Clementis. li. I. cap. 30. Beda. Vide c. ſequēti ſub Fabiano.

Coadiutores aſſumpti i primitiua eccleſia. eccleſia frequens fuerit, ut ſeniores coadiutores aſſumerent in Epiſcopatu. Et Petrum conſtat uiuentem delegiſſe Clementem. Sic ſanctus Auguſtinus non ſolum coadiutor aſſumptus eſt a beato ſene Valerio, ſed & obtento fauore Primatis Charthagineñ. Epiſcopus ordinatus eſt uiuente Valerio: quod tum fuiſſe ſolitum *Poſſidonius* in tranſmarinis & Aphricanis eccleſijs, Poſſidonius teſtatur, quibus exemplis motus Auguſtinus qui prius recuſabat, Epiſcopatum aſſumpſit. Contra Concilij Niceni ſacratiſſimi decreta: licet hoc ignorans fecerit. *Auguſt. delegit ſucceſſorem* Vnde & ipſe Auguſtinus uiuens ſucceſſorem ſibi Epiſcopum delegit, ut in actione eius eccleſiaſtica habetur loco Epiſtolæ 110. Eradum præſbyterum ſucceſſorem mihi uolo, & Seuerus Mileuitanus idem fecerat, deſignato ergo Clemente, poterat adhuc pluribus annis ſuperſtes uiuere Petrus: ſed omnino contendas, hanc epiſtolam ſcriptam non eſſe a Clemente, quia iniunctum ei fuerit, ut mortuo Petro ſcriberet Iacobo, quod hiſtoria non patiatur, neque credibile ſit toto octennio Petrum ignoraſſe Iacobi obitum. At contra dico nec egere ſanctum PETRVM, uel Romanam eccleſiam ambiguis iſtis argumentis, dum dilucida ueritas ex indubitatis certis & approbatis ſacris ſcripturis, & patrum ſententijs habeatur abſque heſitatione, ut quiſque catholicus fateatur Petrum, & modo Romanam eccleſiam, primam fore, ſummæ poteſtatis & excellentiæ inter cunctas alias ſedes: inducamus ergo præter allegata indubitatos Canones Martyrum: quos habemus in manibus antiquiſſimorum exemplarium.

Anacletus. ¶ Anacletus enim uenerabilis ſenex, & martyr fuit auditus in duobus Canonibus, quibus addamus Canonem octauum, ubi pręcepit maiores cauſas referri ad ſedem Apoſtolicam. Canone ix. ſtatuit ordinationes Epiſcoporum Apoſtolica fieri auctoritate, Canone item xvij. conſtituit ſumma negocia, poſt Apoſtolicam ſedem pertinere ad primates.

Sixtus. ¶ S. Sixtus martyr ait. Memor ſum me ſub illius nomine, eccleſiæ pręſidere: cuius confeſſio a Domino glorificata eſt: cuius & fides nullam hæreſim fouet unquam, ſed quidem omnes hęreſes deſtruit. Intelligo autem aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua uniuerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur, impēdam *24. q. 1. memor* tranſcripſit Gratianus.

Iulius. ¶ Iulius 1. Athanaſio ſcribit, & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis, Et ſancta Romana eccleſia, quę ſemper immaculata manſit, & domino prouidente, & B. Apoſtolo Petro, opem ferente, in futuro manebit, ſine ulla hęreticorum inſultatione, firma, & immobilis, omni tempore perſiſtet. Et ad orientales Epiſcopos ſcribit, porro dudum a ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribusq; eorum, in pręfatis antiquis ſtatutis decretum fuerat, quæ hactenus ſancta & uniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia. Non oportere pręter ſententiam Romani Ponti. Concilia celebrari, nec Epiſcopum damnari, quoniā ſancta Romana eccleſia Primatem omnium eccleſiarum eſſe uoluerunt, & ſicut B. Petrus Apoſtolus fuit primus omnium Apoſtolorum. Ita & hæc eccleſia ſuo nomine conſecrata domino inſtituente Primas & caput ſit cæterarum: & ad eam quaſi ad matrem atq; apicem, omnes eccleſiæ maiores cauſæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant: & iuxta eius ſententiam, terminum ſumant. Nec extra Romanum quicquā ex his decerni debere Pontificem, prior pars ſcribitur xxiiij. q. 1. hæc eſt fides, nam *Hierony.* totus Canon non eſt Hierony. altera pars tranſcribitur iij. q. vi. dudum. proſequitur Iulius, quibus etſi dignitas communis non eſt, tamen ordo generalis eſt, quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos &c. ut ſuperius Leonē citauimus, nam eadem uerba, quę poſuit Iulius repetijt Leo.

Iulius. ¶ Vnde orientales Epiſcopi licet hæretici, tamen hoc agnouerunt. Euſebius, Theoginus, Theodorus, & Berinthus, & Iulio reſcripſerunt, licet circa omnes Romanam

manam eccleſiam ſciamus eſſe munificam, & Apoſtolicam habere curam, & ſemper pietatis matrem exiſtere.

¶ Idem B. Iulius in ſecunda epiſtola ad eoſdem ſcribit. Decuerat uos &c. & infra. Canonibus præcipientibus nihil extra Romanum Pontificem decerni. Cui hæc & maiora eccleſiarum negocia, tam ab ipſo domino, quam ab omnibus uniuerſorum Conciliorum patribus, ſpeciali priuilegio ſunt tradita, & infra. Quare miror uos tã audaces eſſe, & tam impudenter egiſſe, & terminos ac iura B. Petri Apoſtolorum principis inuaſiſſe. Ideo ſummopere mihi, cui uice Apoſtolorum principis uniuerſalis eccleſiæ cura commiſſa eſt, prouidendum auxiliante ipſo ſummo Apoſtolo, ne deinceps talia fiant. Nempe huic ſanctæ ſedi prefata priuilegia, ideo ſpecialiter ſunt conceſſa de congregandis Concilijs, tam de iudicijs quam reſtitutionibus Epiſcoporum. Iſta uerba in parte renarrat Gratianus, quæ ſunt adeo aperta, ut ſiquid addere uellem, uiderer ſolẽ facibus iuuare. Ait ibidem improbando eos, quod Athanaſium in Synodo depoſuerant, regula ueſtra nullas habet uires, nec habere poterit, quando nec ab Orthodoxis Epiſcopis, hoc Concilium actum eſt, nec Romanæ eccleſię legatus interfuit, Canonibus præcipientibus, ſine eius auctoritate, Concilia fieri non debere, nec ullum ratum eſſe Concilium, aut erit unquam, quod eius non fuerit fulcitum auctoritate. Alium eius Canonem renarrat S. Iuo lib. iiij. Iulius Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, omnibus Epiſcopis, Habet ſancta Romana eccleſia poteſtatem ſingulari priuilegio ſibi conceſſam, aperire & claudere ianuas regni cœleſtis. Alium citat Gratianus. Satis enim condignum eſt, quemquam uel Põtificum, uel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam B. Petri ſedem & ſequi uiderit & docere: multum enim conuenit: ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordat: quæ inde auctoritatem habet, ubi dominus totius eccleſiæ poſuit principatum. Elegans eſt Canon in decreto Paſchaſij illius Iulij ſuper eadem re, quem tamen breuitatis ſtudio omittimus.

Iulius. / *2.q.6.ideo.* / *S.Iuo.* / *Diſ. 11. nolite.*

Primatus Petri probatur auctoritate martyrum Sixti, Anicij, Eleutherij, Sepherini, Antherij, Fabiani, Sixti II. Marcelli, Melchiadis. Cap. X.

TRaxit nos Iulij auſteritas, ſanctitas, eruditio & magnanimitas: ut præmature eum adduxerimus, maxime quod maximum defenderit Athanaſium, omnibus catholicis cognitiſſimum. Studebimus iam obſeruare rationem ætatis: & ideo emarginabimus, quo anno gratię, quiſque uixerit. Et poſt Clementem & Anacletum redeo ad S. Sixtum martyrem omnibus in Chriſto fratribus ſcribentem Canone ij. placuit. Si quis fratrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam appellat ſedem & ad eam quaſi ad caput ſuffragium habeat, renarrat Gratianus, & Canone ſequente ait S. Martyr. Ab hac enim ſancta ſede a ſanctis Apoſtolis tueri defendi, & liberari iuſſi ſunt Epiſcopi: ut ſicut eorũ diſpoſitione ordinante domino primitus ſunt conſtituti: ſic huius ſanctæ ſedis cuius diſpoſitioni eorum cauſas & iudicia ſeruauerunt protectione futuris temporibus ſint liberi. Expende lector non iure humano, ſed domino ordinante, hanc eſſe poteſtatem ſedis Apoſtolicæ.

¶ Anicius martyr, & Papa Canone iiij. ait. ſi Metropolitanus incorrigibilis apparuerit, ad hanc ſedem Apoſtolicam, cui omnium iudiciorum referri pręcepta ſunt, eius contumacia referatur: ut uindicta de eo fiat, & cæteri de eo timorem habeant, renarratur a Gratiano, uide Lector & expende, perpetuam eſſe hanc poteſtatem in ſede Apoſtolica, qua ſancti iſti martyres uſi ſunt.

Sixtus. 129. / *2.q.6.ſiquis.* / *Anicius. 189.* / *9.q.3.ſi autem*

Eleutherius 177. ¶ Porro Eleutherius Papa & martyr Canone I. ait. Incipiente, de accuſationibus.
Quoniam ꝙuis apud comprouinciales, & Metropolitanas atq; primates eorum lice
at uentilare accuſationes, uel criminationes, non tamen licet diffinire ſine huius ſan-
ctæ ſedis auctoritate, ſicut ab Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus, multorum conſenſu
Epiſcoporum iam eſt definitum, nec in eorum eccleſijs alij aut præponantur, aut or-
9.q.6.q̃uis. dinentur anteq̃ hic eorum iuſte terminentur negocia: tranſumpta, per Gratianum.
Attende Lector ab Apoſtolis definitum, quod non fecerunt Apoſtoli, niſi diuina in
ſtitutione ornati.

Zepherinus. 208. ¶ Zepherinus Papa & martyr glorioſus, Canone I. prohibet Epiſcopũ iudicari abſ-
q; ſedi. Apoſt. conſenſu, & dein ait. Ad Romanam eccleſiam ab omnibus, maxime
tamen ab oppreſſis eſt appellandum, & concurrendum, quaſi ad matrem: ut eius u-
beribus nutriantur, auctoritate defendantur, a ſuis oppreſſionibus releuentur: quia
2.q.6.ad Romanam. non poteſt, nec debet obliuiſci mater filium ſuum, renarrat Gratianus. Habes
in primitiua eccleſia, Apoſtolicam ſedem habitam pro matre fidelium & eccle-
ſiarum.

Anterius. 239. ¶ Anterius Papa & martyr Canone I. Toletanę ſcribit prouinciæ, de mutatione E-
piſcoporum. Vnde ſanctam ſedem Apoſtolicam, conſulere uoluiſtis, ſcitote eam cõ
muni utilitate, & neceſſitate, fieri licere: ſed non libitu cuiuſquam, aut dominatione.
Petrus ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia utilitatis cau
Euſebius. ſa translatus eſt Romã, ut ibidẽ potius proficere poſſet. Euſebius quoq; de quadã par
Gratianus. ua ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt Romam. Renarrat Gratianus, habes
cur Petrus tranſtulit ſe ad Romam.

Fabianus. 242. ¶ Fabianus Martyr miniſtris eccleſiæ ſcribit. B. Apoſtolorum princeps Petrus in
ordine Clementis alloquens populum ait. Si inimicus eſt iſte Clemens, alicui pro a-
ctibus ſuis, uos nolite expectare, ut uobis dicat, cum illo nolite amici eſſe. Vide Can-
dide Lector noluiſſe S. Petrum hunc habendum pro amico, cui ſum. Ponti. inimica-
Epiſtola Clemẽtis approbata. retur. Habes hic ualidum argumentum pro Epiſtola Clementis, quod ſit appro-
bata, quam tamen ſanctus Martyr citat & allegat, quod Fabiani ortus, non lon-
ge fuerit ab occaſu, & morte Clementis: ideo præſumitur habuiſſe e uicinia tem-
poris notitiam huius Epiſtolæ cap. quanto. de præſum. cap. quoſdam eo. cum con
cordantibus.

¶ Idem Fabianus in Epiſtola ad orientales, quæ incipit. Exigit dilectio ueſtra. Si. n.
deuiauerit a fide Epiſcopus: tunc erit accuſandus apud primates ſuos: q; ſi incorrigi-
bilis (quod abſit) apparuerit: tunc erit accuſandus apud ſedem Apoſtolicam: ꝑ alijs
enim actibus magis eſt tollerandus a ſubditis ſuis, q̃ accuſandus.

Sixtus 2. 264. ¶ Conſentit plenis ſuffragijs uenerandus ille ſenex Sixtus ij. martyr & Papa Cano-
ne ij. dicens. Quis comprouincialibus Epiſcopis cauſam ſcrutari liceat: non tamẽ dif
finire inconſulto Romano Ponti. permiſſum eſt, cum B. Petro Apoſtolo, non ab alio
q̃ a domino ſit dictum: quęcunq; ligaueris ſuper terram &c.

Marcellus. 308 ¶ Marcellus Papa & martyr Maxentio Epiſcopo ſcribit, & eſt Canon ij. Synodum
Epiſcoporum abſq; huius ſedis Romanæ auctoritate (quanq̃ poſſitis quoſdam Epi
ſcopos congregare) non poteſtis regulariter facere: neq; ullum Epiſcopum qui hãc
appellauerit ſedem Apoſtolicam damnare, anteq̃ hic ſententia diffinitiua proce-
Diſ.17.ſynodũ dat, reſcripſit Gratianus. Idem Papa ait. Ad Romanam ſedem omnes Epiſcopi, qui
uoluerint, uel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuum confugere, eamq; appellare
debent, ut inde accipiant tuitionem, unde accipiunt conſecrationem, renarrat Grati
anus ij. q. vi. ad Roma. eccle. &c.

Melchiades ¶ Melchiades Papa & martyr Canone v. ait de Conſtantino, denique idem pre-
fatus princeps donaria immenſa, & fabricam templi primæ ſedis B. Petri principis
Apoſtolo.

Apoſtolorum inſtituit, adeo ut ſedem Imperialem, quam Romani Principes poſſe
derant, relinqueret, & B. Petro ſuiſq; præſulibus præfuturam concederet. Scio non
deeſſe, qui nolunt hunc canonem eſſe Melchiadis, ſed Sylueſtri, & ita eum citat Bri *Canones Mel*
xieñ. Cardi. quibus ego omnino accedo. Ex duobus potiſſime motus. Primo quia *chiadi aſcripti*
Canon ſequens vi. Idem uero & vij. decreuit ſancta Synodus, loquuntur de Syno- *ſunt Sylueſtri.*
do Nicena, quid in ea decretum ſit de ſæcularibus negocijs, & quomodo Conſtan-
tinus noluerit iudicare Epiſcopos: contra quos tamen libellos ſuſceperat, cuius rei
etiam Ruffinus meminit in additione lib. i. ad hiſtoriam eccleſiaſticam Euſebij: ſed *Ruffinus.*
omnibꝰ eſt notiſſimum Nicenum Concilium eſſe celebratum primo poſt mortem *Nicenum.*
Melchiadis ſub Sylueſtro Papa, & Conſtantino Imperatore uelut omnes conſo-
nant. Vnde S. Syluester deſtinauit ad illud Concilium Oſium Cordubenſem Epi- *Sylueſter.*
ſcopum, Victorem & Vincentium pręſbyteros Romanos; quare Melchiades non *Oſius.*
potuit ſcribere de actis Concilij Niceni, poſt mortem ſuam. Aliud argumentum
eſt, quod decretum illud omnium ferme Roma. Pontifi. habens decreta, uſq; ad Pa
ſchaſium, nihil omnino habet de conſtitutionibus Sylueſtri, qui tamen ſedit XXI.
ann. Ideo ſignum eſt, quod facta eſt confuſio decretorum Melchiadis & Sylueſtri,
& ſic ceſſat argumentum Laurentij Vallæ (de Canone iiij. Melchiadis incip. Futu- *Valla.*
ram, & renarrat Gratianus) libro de Donatione Conſtanti. quoniam ex primo iun- *12.q.1.futuram*
cto argumento ſatis arbitror oſtenſum cap. iiij. v. vi. vij. eſſe Sylueſtri, non Melchia *Cuſanus negat*
dis. Mallem tamen doctioris audire iudicium ſuper eo, aut Romana uidere origina- *illum canonem*
lia; quia in Codice Canonum Syricij decreta, mox ſequuntur poſt Canones Apoſto *Melchiadis &*
lorum & Conciliorum. *dicit fore de mē te unius gloſſæ*

Pontificem Romanum eſſe ſupremum probatur per Damaſum, Innocentium, & Concilium Aphricanum. Cap. XI.

DAmaſum doctum illum & ſanctum Papam, Hieronymi Synchronon, ci- *Damaſus. 371.*
tat Cardina. Brixieñ. in epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Maurita
niæ in Concilio Aphricano incip. Lectis fraternitatis ueſtræ literis, ubi aſſe
rat ſuper eccleſiam uniuerſalem, Papam habere Epiſcopale miniſterium, & Roma-
nam eccleſiam uerticem eccleſiarum, & quod uice Petri legatione pro Chriſto uti-
tur, quiſquis Romanus Ponti. decernit etiam ibi quod in Metropolitano Concilio
de omni concordia, cauſæ tractari debent omnium, ſed definire ſummas quærelas
cauſarum, uel damnare Epiſcopos, abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate minime li-
cet: quam omnes approbare, ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam
Synodum ſine eius auctoritate fieri, non eſt catholicum, nec Epiſcopus niſi in Sy-
nodo legitima & ſuo tempore, Apoſtolica auctoritate congregata, definite dam
nari non poteſt, nec ulla unquam rata leguntur Concilia, quæ non ſunt fulta Apo
ſtolica auctoritate.

¶ Ita dum Synodus Carthagineñ. (in qua lxij. ſe ſubſcripſerunt Epiſcopi) ad Inno- *Innocent. 1.*
centium Papam ſcriberet de geſtis contra Pelagium, & Celeſtium. Hoc itaq; ge- *Concilium A-*
ſtum domine frater ſanctę charitati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtrę me *phrica. 408.*
dio charitatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute mul-
torum & quorundam peruerſitate corrigenda. Reſcripſit illis Innocentius Papa
in requirendis de his rebus, quas omni ſollicitudine decet a ſacerdotibus, maxime
uero a iuſto & catholico tractari Concilio, antiquę traditionis ſeruantes, & eccleſia-
ſticæ memores diſciplinæ, ueſtræ religionis uigorem non minus nunc in conſulen-
do quam antea cum pronunciaretis, uera ratione firmatis, qui ad noſtrum referen-
dum approbaſtis iudicium. Scientes quid Apoſtolicæ ſedi, (cum omnes hoc loco

poſiti, ipſum ſequi deſideremus Apoſtolum) debeatur a quo ipſe Epiſcopatus, &
tota auctoritas huius nominis emerſit: quem ſequentes, tam mala iam damnare no-
uimus, q̃ probare laudanda, Id uero quod patrum inſtituta, ſacerdotali cuſtodientes
officio, non cenſetis calcanda, quod illi non humana, ſed diuina decreuere ſententia:
ut quicquid de diſiunctis, remotiſq; prouincijs ageretur, non prius ducerent diffiniē-
dum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret: ubi tota huius auctoritate, infra quę ſue
rit pronunciatio firmaretur, indeq; ſumerent cæterę eccleſiæ, uelut de natali ſuo fon-
te, aquę cunctæ procederent: & per diuerſas totius mundi regiones, puri capitis in-
corruptę manerent: quos pręcipere, quos abluere, quos uelut in ſceno inemundabi-
li ſordidatos, mundis digna corporibus unda uitaret. Expende Candide Lector E-
piſcopatum, & totam auctoritatem emerſiſſe a Petro, omnia ad ſed. Apoſt. uelut ad
Epiſto. 92. fontem referenda: leguntur illa inter epiſtolas S. Auguſtini.
Auguſti. ¶ Scripſit ad eundem Innocentium Papam B. Auguſtinus ex Concilio Mileuita-
no, Quia te dominus gratię ſuę pręcipuo munere, in ſede Apoſtolica collocauit, ta-
lemq; noſtris temporibus pręſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentię ualeat, ſi a-
pud tuam uenerationem, quę pro eccleſia ſuggerenda ſunt tacuerimus, quam ea tu
Innocentius. poſſis, uel negligenter, uel faſtidioſe accipere. Reſcripſit B. Innocentius. Inter cęteras
Romanę eccleſię curas, & Apoſtolicę ſedis occupationes, quibus diuerſorum con-
ſulta fideli ac modica diſceptatione tractamus, & infra. Diligenter ergo & congrue
Apoſtolico conſulitis honori, Honori inquam illius: quoniam pręter illa quę ſunt ex
trinſecus, ſollicitudo manet omninm eccleſiaꝝ ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda
ſententia, antiquæ S, regulę formā ſecuti, quā toto ſemp ab orbe, mecum noſtis eſſe
ſeruatam, Neque enim hoc credo ueſtram latere prudentiam: qui id etiam actione
firmaſtis, uere ſcientes quod per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus,
reſponſa ſemper emanent: pręſertim quotiens fidei ratio uentilatur, arbitror omnes
fratres, & Coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, ideſt ſui nominis & honoris au-
thorem referre debere: uelut nunc ueſtra dilectio retulit: quod per totum mundum
Epiſtola 93. omnibus poſſet prodeſſe eccleſijs, legitur ubi ſupra uide tranſmarinos non unum uel
alterum, ſed tota Concilia Carthaginenſe & Aphricanum: alterum, Romanum ag-
noſcere Pontificem, uelut ſupremum eccleſiæ caput. Eiuſdem Canonem ad Egu-
Diſ. 11. quis binum decentium, arbitror ſuperius, ſcriptum quem renarrat Gratianus. plura
neſciat. eius capita pro inſtituto noſtro ſcribuntur in originalibus, quas breuitatis ſtu-
dio pręterimus, unum tamen referamus, quo iſta ſtatuit. Nemo iudicabit pri-
mam ſedem, iuſtitiam temperare deſiderantem. Neque enim ab Auguſto, ne-
que ab omni clero, neque ab Regibus, neq; a populo iudex iudicabitur. Renar-
9.q.3 nemo. rat Gratianus.

Primatus Petri probatur authoribus Liberio, Felice, Leone, Gelaſio, Anaſtaſio, & Hilario. Cap. XII.

Liberius. 354. LIberium & Felicem Romanos Pontifices ſuo ordine pręteriuimus: ideo
adhuc in ordinem ſunt reponēdi. Scribit enim Liberius Papa, dum adhuc
integram ſeruaret fidem, Athanaſio & Epiſcopis Aegypti. Olim ab initio
tantam percepimus a B. Petro Apoſtolorum principe fiduciam ut habeamꝰ aucto
ritatem pro uniuerſali eccleſia, ad rectam fidem defendendam.
Felix. 370. ¶ Sic Felix Papa, quem etſi B. Hieronymus, uelut propenſiorem in Arrianos no-
Lib. 3. tat: tamen ab hac nota eum purgabimus. Is ſcribit Athanaſio, & uniuerſis Ae-
gyptiorum, Thebaidarum, Lybiorumque Epiſcopis. Inſpiciamus ergo adiu-
uante

uante deo,& ſancto Petro Apoſtolo,per quem,& Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto cœpit exordiũ,& infra.Cum primatuum, & Archiepiſcopatuum faceret mentionem ſubdit,Salua in omnibus Apoſtolicæ ſedis dignitate: quæ ei ab ipſo domino eſt conceſſa,& poſtea a ſanctis patribus roborata,& infra. Anteceſſores noſtros egiſſe bene noſti Athanaſi,quando tu & Paulus Conſtantinopolitanus,Aſclepius Gazę,& Lucianus Adnopolites,ab Epiſcopis orientalibus, inconſulto ſanctæ memoriæ Iulio pdeceſſore noſtro dãnati eſtis,& ad eũ, quaſi ad totius orbis caput, ut ſemper huic ſanctæ ſedi licitum fuit confugiſtis, & infra. Tali enim priuilegio hui9 ſanctæ ſedis,tu & fratres tui proprias recepiſtis ſedes. His enim & alijs plurimis documentis,manifeſtum eſt nullum damnari, aut ſuis expoliari rebus debere Epiſcopum,qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit,aut ſibi defenſatricem aſciuerit,donec iudicium de eo noſtrę Apoſtolicæ authoritatis,hoc eſt principis Apoſtolorum Petri Agnoſcat,quia ſolum Chriſtus Iheſus, huic ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, hoc facere commiſit,utpote,quoniam ſolus atq; prę omnibus præfatus princeps apoſtolorum creditus eſt,atq; percipere meruit a rege regum Chriſto claues regni cœlorum.Vides Candide Lector ſedis Apoſtolicæ diuinam authoritatem. *Authoritas ſedis Apoſtolicæ*

¶ Leo ſanctus & magnus,eſt adeo apertus in noſtram ſententiã: ut nemo niſi Chorebo ſtultior id negare poſſit: adduximus plæraq; eius in ſuperioribus; poſſemus totum addere quod ad Anaſtaſium Theſſaloniceñ.Epiſcopum, Papæ per Græciam uicarium ſcribit.At breuitati ſtudentes tranſeamus.Increpat eni eũ,quod Epiſcopum inconſulto Roma.Ponti.depoſuerat,cuius debebat expectaſſe reſcriptum ſubdens,uices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati,ut in partem uocatus ſis ſollicitudinis non in plenitudinẽ poteſtatis. Vide in codice Canonum a Canone.xxxi. uſq; ad xli. Renarrat Gratianus.Et Dioſcoro Alexandrino ſcribit.Cum Beatiſſimus Petrus Apoſtolus a domino acceperit principatum.Et Romana eccleſia in eius permaneat inſtitutis: nephas eſt credere quod S.Epiſcopus diſcipulus illius Marcus, qui Alexandrinam primus gubernauit Eccleſiam,alijs regulis,& traditionibus ſuis decreta firmauerit &c.Renarrat Gratianus.Idem Leo in ſermone habito in Synodo ait.Admonente diuinæ uocis imperio,quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus, trina admonitione myſticis ſanctionibus imbuitur: Vt Chriſti oues,qui Chriſtum diligit,paſcat,& ipſius ſedis, cui per abundantiam gratiæ diuinæ præſumus, pro reuerentia coartamur: ut periculum deſidiæ quantum poſſumus declinemus,ne pro feſſio ſumi Apoſtoli,qua ſe amatorem domini teſtatus eſt, non inueniatur in nobis quia quotiens quis negligẽter paſcit gregem domini,cum totiens conuincitur ſummum non amare paſtorem.Renarrat Gratianus. *Leo.444.* *3.q.6.multum.* *24.q.1.cũ beatiſſimus.* *25.q.1.diuinis præceptis.*

¶ Aſtipulatur pleniſſime Gelaſius Papa ca.iij.dicens ad Fauſtum magiſtrum fungentem officio legationis Conſtantinopolim.Ipſi ſint Canones, qui appellationes totius eccleſię ad huius ſedis examen uoluere deferri: ab ipſa uero nuſq; prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius unq; pręceperunt iudicio iudicari. Sententiamq; eius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.In alio Canone ait.Confidimus quod nullus iam ueraciter Chriſtianus ignoret uniuſcuiuſq; Synodi conſtitutum, quod uniuerſalis eccleſię probauit aſſenſus nullum magis exequi ſedem prę cęteris oportere, quam primam: quæ & unamquã que Synodum ſua authoritate firmauit,& continuata moderatione cuſtodit, tranſcripſit Gratianus. *Gelaſius.* *9.q.3.ipſi ſunt*

¶ Idem Gelaſius ſcribit uniuerſis Epiſcopis per Dardanam conſtitutis. Apoſtolicam ſedem ſine ulla Synodo more maiorum abſoluit,inique a Synodo condemnatos,ſicut ſine Synodo habuit quos oportuit damnandi poteſtatem. *25.q.1.Confidimus.*

Anaſtaſius. 498.

¶ Succeſſor eius proximus Anaſtaſius ſecundus ſcribit Anaſtaſio imperatori in epi ſtola incip. Diuinum fauorem, quod conſonantia mea in nominis tui Auguſtiſſimi, non dubium præſarat auxilium: ut ſicut præcelſum uocabulum pietatis tuæ per uniuerſas gentes toto orbe præfulget, ita per miniſteriū meæ humilitatis, ſicut ſem per eſt, ſedes beatiſſimi Petri in uniuerſali eccleſia adſignatū ſibi a domino teneat principatum.

Adrianus. 465

¶ Sic præſidente Hylario in Synodo Ro. iuſſit Paulum notarium recitare epiſto lam Epiſcoporum Hyſpaniæ ad Papam: domino beatiſſimo & Apoſtolica reuerē tia a nobis in Chriſto colendo Papę Hylario, Aſcanius & uniuerſi Epiſcopi Tarra coneñ. prouinciæ. Etiam ſi nulla extaret neceſſitas eccleſiaſticæ diſciplinæ, expeten dum nobis reuera fuerat illud priuilegium ſedis ueſtrę, quo ſuſceptis regni clauibus poſt Reſurrectionem ſaluatoris, per totum orbem beatiſſimi Petri ſingularis prædi catio uniuerſorum inluminatione proſpexit: cuius uicarij principatus, ſicut eminet, ita metuendus eſt, & amandus: proinde nos deum in uobis primitus adorantes, cui ſine quærela ſeruitutis, ad fidem recurrimus Apoſtolico ore laudatam: Inde reſpon ſa quærentes, unde nihil errore, nihil præſumptione, ſed Pontificali totum delibera tione præcipitur: poſt lectionem acclamatum eſt ab uniuerſo Concilio. Ordinatio Apoſtolica inlibata ſeruetur dictum. viij. Exaudi Chriſte Hylario uita dictum. v. dignus Papa doctor dictum. viij.

Mos antiquitꝰ acclamandi in Concilio.

Primatus Papæ probatur authoribus Symacho, Vigilio, Iohanne, Pelagio, Gregorio. Cap. XIII.

Symachus. 499

SYmachus qui anaſtaſio ſucceſſit, quatuor Concilia Romę habuit, inter alia decreuit Concilia ſacerdotum eccleſiaſticis legibus quotannis decreta ꝑ prouincias, quia præſentiā Papæ nō habēt, ualetudinē perdiderunt, legiſtis inſaniſſimi aliquando in illis prouincijs maioribus, præter Apoſtolici apicis ſanctio nem, aliquid conſtitutū, & non de maioribus negocijs ad conſultationem (ſi quid oc currerit) præfatę ſedis arbitrio fuiſſe reſeruatum, deinde Canon meminit, quod Epi ſcopi ſcientes quod eius primum Petri Apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſſione do mini Conciliorum uenerandorum authoritas, ſingularem in eccleſijs dedit poteſta tem nec antedictę ſedis antiſtitem, minorum ſubiacere iudicio. Subſcripſerunt Lau rentius Mediolaneñ. Petrus Rauennatis & lxxv. Epiſcopi, prior pars eſt Canonis tertij Renarrat Gratianus.

Diſ. 17. Cōcilia
Vigilius. 535.

¶ Vigilius Papa ſcribit Canone. ij. Qui ſe ſcit alijs eſſe prępoſitum, non moleſte fe rat aliquem ſibi eſſe prælatum: ipſa namq; eccleſia quæ prima eſt, ita reliquis eccle ſijs uices ſuas credidit eſſe largiendas: ut in parte uocatæ ſint ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem Epiſco porum iudicia, & cunctarum maiora negocia cauſarum, eidem ſedi reſeruata eſſe liquet: pręſertim cum in his omnibus, eius ſemper ſit expectandum conſultum.

Vigilius. In Ludderum qui ſe ficte eleu therium uocat.

¶ Idem Papa ſcribit Eleutherio fratri (non Luddero, qui iam ſe ficto nomine Eleu therium ſcribit, et nominat, forte perteſus antiquū nomē Ludder cōueniens rei) nul li uel tenuiter ſcienti, uel pleniter ſapienti dubium eſt, quod eccleſia Romana funda mentum ſit, & forma eccleſiarum: a qua omnem eccleſiam principium ſumpſiſſe, nemo recte credentium ignorat, non reuoco ad trutinam uerba iſtorum Pontificū, ita aperta ſunt & manifeſta, quę lecta ſtatim clareſcant, & ſine inductione, aut inter prete, abunde probent intentum noſtrum. Renarrat priora uerba Gratianus, licet male aſcribatur Iulio, cum ſit Vigilij, bene ſimilem Canonem habuit Leo primus, & in decreto Paſcaſij recitatur. xxvij. loco.

Gratianus reſti tutꝰ 2. q. 6. qui ſe ſcit.

Iohan. 3. 563.

¶ Iohannes iij. Canone unico ait. Si Petrus princeps Apoſtolorum, adiutores Linū,

& Cletum

& Cletum aſciuit,non tamen poteſtatem Pontificij, aut ligandi & ſoluendi normã eis tradidit,ſed ſucceſſori ſuo Clementi.Renarrat Gratianus. 8.q.1.Si petrus Gratianus.

¶ Pelagius magni animi Papa huius nominis ſecundus. Canone. ij. ſcribit Epiſcopis Conſtantinopoli conſtitutis.Relatum eſt ad Apoſtolicam ſedem Iohannẽ Conſtantinopolitanum,Epiſcopum uniuerſalem ſe ſcribere.Voſq; ex hac præſumptione ad Synodum conuocaſſe generalem, cum generales Synodos conuocandi authoritas, Apoſtolicæ B.Petri Apoſtoli ſedi, ſingulari priuilegio ſit tradita,& nullaunq; Synodus rata legatur,quæ Apoſtolica authoritate non fuerit fulta: qua propter quicquid in prædicto ueſtro conuenticulo(quia Synodus taliter præſumpta eſſe non potuit)ſtatuiſtis ex authoritate S.Petri Apoſtolorum principis, & domini ſaluatoris uoce,qua B.Petro poteſtatem ſoluendi & ligandi, ipſe ſaluator dedit, quæ etiam poteſtas in ſucceſſores eius indubitanter tranſiuit: præcipio omnia,quæ ibi ſtatuiſtis,uana & caſſa eſſe,ita ut deinceps nunq; appareant. Similis ferme Canon narratur a Gratiano eiuſdem Pelagij.Expende duo hic. Primo inſanum errorem diuerſarij,dicentis Græcos non fuiſſe ſub Romana eccleſia: quod ſi eſſet uerum,quid ibi præcepiſſet pelagius ſibi non ſubditis. Secundo poteſtatem generalem a domino accepiſſe Petrum,quæ tranſiuit in ſucceſſores. Pelagius. 580. Dis.17.multis.

¶ Huius ſententiæ meminit conſone B. Gregorius, ut uidere licet lib. vij. Epiſtola.lxix.ubi pleniſſime illa eadem teſtatur contra Ciriacum Conſtantinopolitanum, qui ſimili faſtu erigebat ſe contra Gregorium,ſicut Iohannes contra Pelagium. Vnde idem Gregorius,contra præſumptionem Michaelis Conſtantinopolitani graphice ita dicit.Quiſquis Romanæ eccleſiæ authoritatem,uel priuilegia euacuare nititur,non hic unus eccleſiæ,ſed totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitũ machinatur: cuius compaſſione,uel ſuſtentatione ulterius reſpirabunt filiæ, a quouis oppreſſę unica illa matre ſuffocata? cuius refugium appellabunt? ad quem habebunt refugium? ipſa enim Athanaſium,ipſa omnes catholicos ſuſcepit, fouit, defendit,& proprijs ſedibus pulſos reſtituit.Ergo diuerſarius nõ ſolum eccleſiã, ſed Chriſtianitatem nititur ſubuertere,iudicio S.Gregorij: multa ſcribit in hanc ſententiam Mauritio Agusto, Conſtantiæ Auguſtę,Eulogio Alexandrino, Anaſtaſio Antiocheno,Aniano Conſtantinopolitano contra Iohannem Conſtantinopolitanum. Et ſimilia ſcripſit Euſebio Theſſalonicẽ.Eulogio & alijs contra Ciriacum. Grego. 590 Cap.38.

¶ Idem B. Gregorius lib.x.regiſtri ſui ponit formam abiurationis ſchyſmatis & hęreſis.In qua abiurans promittit Papæ & per Papam Petro Apoſtolorum principi, ſe permanſurum in unitate ſanctæ eccleſiæ catholicę,& cõmunione Romani Pontificis per omnia.Renarrat Gratianus.Habes ex hac forma dilucida,ſchyſmaticum iudicari,qui non tenet communionem Romani Pontificis: multa ſancti uiri dicta expoſuimus libro. 1. multa iſto libro, dum in ordinem doctorum eum inſtruximus. Grego. 1.q.7. quoties.

Primatus Papæ probatur authorib. Agathone,Leone,Adriano,Nicolao,Stephano,Leone,Sancta matre eccleſia. Cap.XIIII.

AGathon Papa ſuffragatur nobis,dum ſcribit Conſtantino quarto Imperatori,Heracleo,& Tyberio Auguſtis, cum uniuerſis Synodis ſubiacentibus Concilio Apoſtolicę ſedis,poſt multa ſic ait.Nos autem licet humillimi, ſummis uiribus enitemur, ut Chriſtiani ueſtri imperij reſp.in qua Beati Petri Apoſtolorum principis ſedes fundata eſt: cuius authoritate omnes Chriaſtianę nobiſcum regiones uenerantur & colunt,per ipſius Petri apoſtoli reuerentiam,omniũ gentium ſublimiſſima eſſe monſtretur.Et in ſuggeſtione quam ſextæ Synodo miſit Apoſtolicę ſedis authoritatem, utpote apoſtolorum omnium principis, ſemper Agatho. 671.

omnis catholica Chriſti eccleſia & uniuerſales Synodi fideliter amplectentes ſecutæ ſunt.

Leo. 851. ¶ Leo.iiij.uir ſanctus,ut primo libro induximus,is dum Leoninam ciuitatem a nomine ſuo appellaſſet & fundaſſet,ſub Petri Apoſtolorum principis patrocinio,portis precationes addidit quæ primatum Petri teſtantur.Vnde in ſecunda porta quę apud Molem Adriani ducit ad prata. hæc precatio inerat: deus qui ab ipſo huius mundi principio hanc ſanctam catholicam,& Apoſtolicam Romanam eccleſiam ab hoſtibus cuſtodire & confirmare dignatus es &c.

*Adrianus.*862. ¶ Adrianus.i.de ueneratione imaginum Conſtantino,& Hiereneo Impe.& toti cõcilio ſcripſit.Nam ipſe princeps Apoſtolorum B. Petrus qui primus Apoſtolicæ ſedi præſedit,ſui Apoſtolatus principatum , ac paſtoralis curæ ſucceſſoribus ſuis, qui in ſua ſanctiſſima ſede ſucceſſuri ſunt,perenniter dereliquit: quibus & authoritatis poteſtatem quemadmodum a ſaluatore noſtro, & domino deo ei conceſſa eſt: *Imagines.* ipſeq; tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus ſuis,quorum traditiõe Chriſti ſacram imaginem,genitricisq; eius Apoſtolorumq;,& omnium ſanctorum uenerantur imagines: repullulabat tum error de imaginibus quem olim infœlix Impe. Conſtantinus infœlici Synodo Conſtantiana firmauerat: cui primo reſiſtit Paulus Papa,damnauit Stephanus.iij.Adrianus denuo ſuppreſſit.

Nicolaus. 861. ¶ Nicolaus Papa Canone.v.Michaeli Imperatori Græco ſcripſit,patet profecto ſedis Apoſtolicæ,cuius authoritate maius non eſt iudicium,a nemine fore retractandum,neq; cuiq; de eius liceat iudicare iudicio:iuxta quod Bonifacius papa Rufo,& cæteris Epiſcopis,per Theſſaliam conſtitutis ſcribẽs,nemo ait,unq; Apoſtolico culmini, de cuius iudicio,non licet iudicare.Nemo enim in hoc rebellis fuit,niſi qui de ſe noluit iudicari,ad idem inducit Gelaſium,& infra. Per principalem igitur Apoſtolorum Petri & Pauli dextram,quam ſupra expoſuimus,& poteſtatem,& ius habemus,non ſolum in monachos,uerumetiam in clericos, de quacunq; dioceſi ,cum *Iuo.* neceſſe fuerit ad nos conuocare, prior pars , renarratur ab Iuone lib.iiij.& Gratiano,*9.q.3.patet.* niſi quod eſt macula in uulgatis libris in quibus Innocentius pro Bonifacio legitur: *Gratianus reſtitutus.* poſterior pars renarratur per Gratianum.

¶ Idem Nicolaus ad Phocium ait,in Epiſtola incip.Poſtq;,in qua deducit Primatũ *9.q.3.principalem.* Apoſtolicæ ſedis,& ex illo Primatu immineat Romano Pontifici,pro omnibus qui Chriſtiano cenſentur nomine,cura,cuius rationem in æterno examine reddere habeat: *Nicolaus* & quod uniuerſitas credentium a Romana eccleſia,doctrinam requirit , integritatem fidei depoſcit,& criminum ſolutionem a qua rectitudinem atq; ordinem in cunctis utilitatibus atq; eccleſiaſticis inſtitutionibus omnes eccleſiæ exquirunt. Sic Stephanus Papa ait, enimuero quia hic ſpecula & exemplũ Romana eccleſia, Cui nos Chriſtus præeſſe uoluit,poſita eſt,omnibus quicquid ſtatuit, quicquid ordinauit perpetuo irrefragabiliter obſeruandum eſt.

Leo.9 ¶ Poſtremo accedat Leo.ix.qui in Synodica ad Petrum Antiochenum ſcribit , ab Apoſtolica tua ſede noſtram catholicam conſulendo perpendimus tuam prudentiam,nolle deuiare a dominico , & omnium Sanctorum patrum concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in orbe terrarum eccleſijs,S.Romana eccleſia,& Apoſtolica ſedes caput præponitur: ad quam maiores,& difficiliores cauſæ omnium eccleſiarum definiendæ referantur:ſic omnia ueneranda Concilia,ſic leges humanæ promulgant: ſic ipſe ſanctus ſanctorum,rex regum,dominus dominantium confirmat: quatenus ibi principalis dignitatis,& totius eccleſiæ diſciplinæ,uenerabilis apex pręfulgeat,ac pręcellat: ubi ipſe uertex,& cardo Apoſtolorum Petrus carnis ſuę reſur*Eccleſia* rectionem beatam in nouiſſimo die expectat: ſic ſancta mater eccleſia, quando officium agit de Pontifice Romano utitur hoc Cantico,Qui dum eſſet ſummus Pontifex ter

tifex terrena non metuit,de nullo autem alio pontifice quantumuis ſancto illo can-
tico utitur.Hæc arbitror quemlibet fidelem debere mouere,niſi habeat marmoreũ
caput S.Petrum pro ſe & ſucceſſoribus accepiſſe Primatum a domino.

Excuſatio authoris cur decreta recentia a.cccc.annis nata adducat cum inductione innocentij. Capit.XV.

LIcet diuerſarij temeritas me prohiberet; ne ad recentiores Pontifices de-
ſcenderem: quorum decreta ait eſſe frigidiſſima a cccc. annis nata: at quia
lib.1.oſtendimus,cuius inuicti roboris ſint omnium Romanorum Pontifi-
cum decreta & non ſolum pro diuerſario ſcribimus:ſed ad fidelium ſalutem bonã,
& inſtructionem in communi.Et non ſpero defuturos apud quos Pontificum ius
& præſulum decreta,quæ in publicis leguntur gymnaſijs magno ſtipendio,& plæ-
riq; doctores inſignibus,in ipſis ornantur,ſuam obtineant authoritatem: idcirco uel
eis canam & muſis; ſi diuerſarius nolit auſcultare; nam ita recte explebimus iuſſa
Euangelica,ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi, quæcumq; dixe-
rint facite.Ideo perpetuo contextu aperiamus: hanc ſententiam ſemper conſtantiſ- *Math.23.*
ſimam fuiſſe in eccleſia:& cum a primitiua eccleſia hoc oſtẽderimus uſq; in mille an-
nos pergamus & hactenus hoc idẽ ſtrenue obſeruatum; & non obſeruato ordine
ætatis.Primo audiamus Innocentium tertiũ,ſcribentem decano & capitulo Ande *Innocen.*
gauenſi,nõ enim humana,ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſolui-
tur,cum per tranſlationem,depoſitionem,aut ceſſionem authoritate Roma. Ponti.
(quem conſtat eſſe uicarium Iheſu Chriſti)Epiſcopus ab eccleſia remoueatur,ſcri *ca.inter corpo*
pſit idem Innocen.ad Bertholdum tertium Zaringię ducem, ad eum qui nobile *ralia de tranſl.*
Friburgum Briſgogiæ condidit: ubi nos bonam partem adoleſcentiæ peregimus, *præl.*
pertinere ad Romanum Pontificem, & eius authoritatem examinandi perſonam *Friburgum.*
electam in regem, & uis promouendi ad imperium,qui electum regem inungat, *c. uenerabilem*
conſecret,& coronet: mendoſi ſunt hic aliqui libri qui inſcriptionem habent, duci *de elect.*
Thuringiæ: cum conſtet Thuringiam non eſſe ducatum,ſed Lantgrauium habe-
re quem præſidem prouinciæ dixeris: ideo uera inſcriptio eſt duci Zaringię: nam
maxime ſemper fuerunt ſimultates,grauiſſima odia, inter domum Sueuiæ, & du-
ces Zaringiæ: poſteaq; Fridericus de Stauffen,auus Friderici Barbaroſſæ ab Hen
rico quarto Imperatore,occiſo Rudolpho duce Sueuiæ,& eiecto ex Sueuia armis
Bertholdo Zaringo eius genero, in eodem ducatu inueſtitus eſt, unde prædictus
Bertholdus. iij. qui Conrado fratri in regimine ſucceſſerat, a Philippicis Sueuis in
Moltzhaim multis confoſſus uulneribus interijt: Ad Guidonem comitem montis
Peſſulani ſcribit Innocen.Locus quem elegit dominus Apoſtolica ſedes eſſe cogno
ſcitur: cum enim Petrus fugiens urbem exiuiſſet uolens eum dominus ad locum *Innocentius.*
quem elegerat reuocare. Interrogatus ab eo, domine quo uadis, reſpondit,
uenio ad Romam iterum crucifigi, quod intelligens pro ſe dictum ad locum *Egeſippus.li.3 ca.2.*
ipſum protinus eſt reuerſus,interrogatus Innoc.ab archiepiſcopo.Arelateñ.reſpõ-
dit,maiores eccleſiæ cauſas pręſertim articulos fidei cõtingentes ad Petri ſedẽ re- *ca.per uenera*
ferendas intelligit: qui eum quærenti dño quẽ diſcipuli dicerent ipſum eſſe, rñdiſſe *bilẽ, extra qui*
notabis,tu es Chriſtus filius dei uiui, & ꝓeo dominũ exoraſſe ne deficiat fides eius. *fil.ſint leg.*
Semper ſibi & ueritati ſimilis Innocen.ſcribit Patriarchę Antiocheno,cũ ex illo ge *ca.maiores ex*
nerali priuilegio quod a B.Petro, & per eum Romanę eccleſię dominus noſter in- *tra de bap. &*
dulſit,Canonica poſtmodum manauerint inſtituta, continentia, maiores eccleſiæ *eius effec.*
cauſas ad ſedem Apoſtolicam perferendas,ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum,
ac ſedium mutationes ad ſummum Apoſtolicæ ſedis antiſtitem,de iure pertineant,
nec ſuper his quicq; præter eius aſſenſum debeant immutari.Idem Innoc.adſumit,

c. ad honorem de auto. & uſu pal. *Ratio Pallij geſtandi. cap. 19.*

uulgatam ſententiam ſuperius quoq; adductam ex Leone, Symacho, B. Gregorio, B. Bernhardo, ait enim. ſane ſolus Romanus Pontifex in miſſarum ſolemnibus pallio ſemper utitur, & ubiq; quoniam adſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticę poteſtatis quæ per pallium ſignificatur, de ratione pallij geſtandi, uide ſingulariter B. Gregorium in Epiſtola ad Maximum Epiſcopum Solonitanũ, In regiſtro lib. viij. Alij autem eo, nec ſemper, nec ubiq;, ſed in eccleſia ſua, in qua eccleſiaſticam iuriſdictionem recuperant, certis debent uti diebus: quoniam uocati ſunt in partem ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis: ſcias tamen ex Epiſcopis Germanię ſolum Bambergeñ. Epiſcopum habere pallium: hinc exemptus eſt a ſuo metropolitano Moguntino.

Primatus Petri probatur authoribus Nicolao, Paſchali, Bonifacio & Conſtantino Imperatore, de quo plura & eius donatione. Cap. XVI.

Nicolaus. c. fundamenta de electi. lib. 6.

NIcolaus. iij. loquens de fundamentis eccleſię militantis in montibus ſanctis, mox repetit uerba ſancti Leonis. Huius autem muneris ſacramenti, ita dominus ad omnium Apoſtolorum uoluit officium pertinere, ut in B. Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret: ut ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, uelut in corpus omne diffunderet: hunc enim in conſortium indiuiduæ unitatis adſumptum id quod ipſe erat dominus uoluit nominari dicendo, Tu es Petrus &c. ut æterni templi ſtructura, deo ædificante conſtructa, mirabili munere gratiæ dei in Petri conſiſteret firmitate. Et infra dicit de Roma quod ſit per ſacram B. Petri ſedem caput totius orbis effecta. Paſchalis Papa ad Archiepiſcopum Panormitanum ſcribit, aiunt in concilijs ſtatutum non inueniri, quaſi Romanę eccleſiæ legem concilia uniuerſalia præfixerunt: cum omnia concilia per Romanæ eccleſiæ authoritatem & facta ſunt, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis patenter Romani Pontificis excipiatur authoritas. Bonifacius. viij. in prohœmio ſexti ſcribit doctoribus & ſcholaribus Bononienſibus ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ quam in perſcrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo uniuerſis diſpoſitione incommutabili pretulit eccleſijs: & totius orbis præcipuum obtinere uoluit magiſtratũ: regimini preſidentes, ſollicitamur curis continuis & aſſidua meditatione urgemur: ut iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium ſubditorum comodis intendamus. Idem Bonifacius. viij. ob id condemnauit Pauperes de Lugduno, ut patet in extrauaganti. Vnam ſanctam eccleſiam catholicam, & Apoſtolicam urgenti fide credere cogimur, extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio, & plura proſequitur de unitate eccleſiæ, & infra. Igitur eccleſię unius, & unicæ, unum corpus, & unũ caput, non duo capita, quaſi monſtrum. Chriſtus uidelicet & Chriſti uicarius Petrus Petriq; ſucceſſor, dicente domino ipſi Petro, paſce oues meas inquit, & generaliter non ſingulariter has, uel illas, per quod ſibi Cõmiſiſſe intelligitur uniuerſas: ſiue ergo Gręci, ſiue alij ſe dicant a domino Petro eiuſq; ſucceſſoribus non eſſe commiſſas fateantur neceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe, dicente domino, in Iohanne, unũ ouile, & unicum eſſe paſtorem, & in fine. Porro ſubeſſe Romano Pontifici, omni humanę creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis: ſufficiat hęc attigiſſe ex recentioribus Pontificib. quum abunde intentum ex eccleſiaſticis patribus, & martyribus poſt ſacras literas oſtenderimus: addamus pauca ex Romanis Impera. primo uulgata eſt Cõſtantini donatio, at mox inſtabit diuerſarius hanc eſſe inanem paleam ſine grano, quam dantes Florentinus & Laurentius Valla diu triturarunt: multi pręterea ex iureconſultis dubitant an ſit facta, ut Leupoldus Bebenburgius de iuribus imperij explicat, & qui credunt eam

Pſchalis. c. ſignificaſti de elect.

Bonifacius. 8.

Imperatores. Conſtantinus. 96. diſ. conſtantinus.

eſſe facta̅

eſſe factã adhuc dubitant an ualuerit L.legatus,ff.de offic.præſ. Bald.i L. Barbarius
Philippus, ff.de offic. p̃tor, uideant̃ notata docto.in c. ex ore, de his quæ fiũt a mai.
par.ca.& c. ex inſinuatione. de Simo. At utcunq; ſit tantę dubietatis Pelagum, hic
non expiſcabimur. Quia ut Cardinalis Cuſanus inquit, iſta quęſtio non eſt ſoluta ha
ctenus, nec ſoluetur ueriſimiliter unquam. Conſtat enim Exarchatum Rauennæ
ſemper manſiſſe Imperatori uſquequo Longobardi hunc ui cœperunt. Sed & hoc
conſtat dum Pipinus a Stephano ij. Papa inuocaretur, Aſtulphum Longobardo-
rũ eo compulit: ut oĩa ab imperio uſurpata relinqueret: quę Pipinus S.Petro dona-
uit. Sicut in geſtis eiuſdẽ Stephani in particulari oĩa bona donata continent̃. Sic De
ſiderio Longobardo plures huiuſmodi ciuitates p̱ uim occupãte, Carolus magnus
ad petitionẽ Adriani ſecundi eas iterũ recepit,& S.Petro ſolẽniter donauit: nõ eſt no
ſtrũ tantas cõponere lites; hoc tamen dico nouiſſime Bartholomeum Pincernũ de
monte arduo a Gręco in Latinum tranſtuliſſe hanc donationem: dein dici dona-
tionem illam tractam ex hiſtoria ſancti Sylueſtri, & hiſtoria ſancti Sylueſtri per *Diſ. 15. ſancta*
Gelaſium approbata eſt, licet non exprimat quam hiſtoriam approbet: cum plu- *Romana.*
res circumferantur Sylueſtri: & eſt ſatis ampla approbatio quod legi poſſit: diuer- *Conſtantinus*
ſi etiam, diuerſa loquuntur: non diſplicet beato Hieronymo Conſtantinum ab Eu- *baptizatus.*
ſebio Nicomediæ Epiſcopo baptizatum. Vide Vincentium, addo etiam hoc ut mi *li.24.inſi.*
rabere. Ex Auguſtino apertiſſime collegi Conſtantinum Imperatorem fuiſſe Chri *Epiſtola 162.*
ſtianum tempore Melchiadis Papæ: ait enim ad Glorium Eleuſinum, Felicem
Grammaticum,& alios, ubi ait, dein diximus aliquanto poſt Maiorini ordinationẽ
quam contra Cecilianũ nephario ſcelere leuauerunt erigentes altare, contra altare,&
unitatem CHRISTI diſcordijs furialibus diſſipantes eos petiſſe a Conſtantino, tunc
Imperatore, iudices Epiſcopos qui de ſuis quæſtionibus quæ in Aphrica exortę pa
cis uinculum dirimebant arbitrio medio iudicarent: quod poſteaquam factum eſt,
pręſente Ceciliano, & illis qui aduerſus eum nauigauerant iudicante Melchiade,
tunc Romanæ urbis Epiſcopo cum collegis ſuis, quos ad preces Donatiſtarum mi
ſerat Imperator, in Ceciliano nihil probari potuiſſe: ac per hoc illo in Epiſcopatu
confirmato, Donatum qui aduerſus eum tunc aderat, improbatum. Quibus rebus
peractis cum illi omnes in pertinacia ſceleſtiſſimi ſchyſmatis permanerent: poſt apud
Arelatũ memoratum Imperatorem eandem cauſam diligentius examinandam ter-
minandamque curaſſe: illos uero ab eccleſiaſtico iudicio prouocaſſe, ut cauſam
Conſtantinus audiret. Quo poſteaquam uentum eſt utraque parte aſſiſtente Inno
centem Cecilianum fuiſſe iudicatum: atque illos receſſiſſe ſuperatos, & in eadem
tamen peruerſitate manſiſſe: nec me præterit quid Leo viij. in Synodo Romana
cum ſubſcriptione Epiſcoporum & clericorum, ac ciuium Romanorum Ottoni I.
Saxoni reſtituerit: ſed quid dicere debeo, uel antiquorum negligentia aut quod ſę
pe uolentes, uel coactia iure conceſſo receſſerunt: aut ſcribentium pro diuerſis ef-
fectibus uarietas; ut raro aliquid uetuſtatis adferatur, quod non poſſit per ingenio-
ſum controuerti, ueluti illa hora legi quendam pulchris motiuis conantem probare
Imperium non tranſlatum a Græcis ad Carolum magnum, nec Carolum fuiſſe *63. diſ. Adria-*
unquam Imperatorem Romanorum, ſed patricium. Et in antiquiſſimis codicibus *nus.*
non aliter legimus quam quod Rex fuerit Francorum, & Longobardorum, ac pa-
tricius Romanorum: me præterit quomodo inuitus huc rapiar, remotius euagan-
do quam fuerit inſtituti mei: non neſcius quod librum exigeret iuſtę magnitudi-
nis: & nos plura habemus recondita in utramque partem apud nos latentia: ſed
rogemus Deum optimum maximum, ut det eccleſiæ Romanæ, & Imperio pa-
cem, concordiam, & unitatem: ne peſſima illa tempora redeant Henricorum, &
Federicorum, Ludouicorum: quæ periculoſiſſima, maxima attulere fidelibus in-

commoda, impiiſſimis agentibus adulatoribus: qui utrinque procurarunt criſtas erigi: cecidit interea nobiliſſima Sueuorum domus, nondum reſtituta, iam hęc dixiſſe contenti.

Primatus Petri probatur ex Iuſtiniano, Valentiniano, Marciano, Phoca, & Carolo. Cap. XVII.

AT Sit ambigua Conſtantini Donatio, nos Academicorum more nihil decreuimus, neq; opus eſt, ut nos dubijs iuuemus argumentis: cum certa, & conſtantia nobis ſatis ſuppeditent, & auxilientur. Prodeat ergo imprimis *Iuſtinianus.* Iuſtinianus Imp, ubi dum Iohan. vi. Papa Imperatori ſcribit, ut laboret pro unitate *L. inter claros* fidei dicens. Inter claras ſapientiæ manſuetudinis ueſtrę laudes Chriſtianiſſime prin *C. de. ſum. tri.* cipum puriore luce, tanq aliquod ſydus irradiat. Quod amore fidei, quod charitatis *& fid. catho.* ſtudio edocti, eccleſiaſticis diſciplinis Romanę ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius deducitis unitatem, ad cuius authorem hoc eſt Apoſtolorum primum domino loquente pręceptum eſt, paſce oues meas: quam eſſe uere omnium eccleſiarum caput, & patrum regulę, & principum ſtatuta declarant. & reſpondet Iuſtinianus &c. Sanctiſſimo Archiepiſcopo almę urbis Romę, & Patriarchę Iohanni, reddentes honorem Apoſtolicę ſedi, & ueſtrę ſanctitati: quod ſemper nobis in uotis fuit, et eſt (ut decet patrem) honorantes ueſtram beatitudinem omnia quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinent feſtinamus ad noticiam ueſtræ deferri ſanctitati: quoniam ſemper fuit nobis magnum ſtudium unitatem ueſtræ Apoſtolicę ſedis, & ſtatum ſanctarum dei eccleſiarum cuſtodire: qui hactenus obtinet, & immote permanet, nulla intercidente contrarietate: ideoq; omnes ſacerdotes, uniuerſi orientalis tractus, & ſubijcere, & unire ſedi ueſtrę ſanctitatis properamus. In præſenti ergo quę commota ſunt, quis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundum Apoſto. ſedis ueſtræ doctrinam, ab omnibus ſemper ſacerdotibus firme cuſtodita & prædicata, neceſſarium duximus, ut ad noticiam ueſtræ ſanctitatis perueniant. Nec enim patimur quicquam quod ad eccleſiarum ſtatum pertinet quis manifeſtum ſit & indubitatum quod mouetur: ut non etiam ueſtræ innoteſcat ſanctitati: quia caput eſt omnium eccleſiarum ſanctarum, per omnia enim, ut dictum eſt, properamus honorem & auctoritatem ueſtræ ſedis creſcere: ad longum dein proſequitur ſuæ fidei proteſtationem, & quod hanc omnes ſequantur ſacerdotes, exceptis quibuſdam Monachis, cum Neſtorio adhuc ſentientibus. Expende Lector Iuſtinianum in Græcia agnouiſſe Romanam eccleſiam eſſe caput omnium eccleſiarum, & ei ſubijcit omnes ſacerdotes. Et ne crederet aliquis hoc eſſe nouum oſtendit prius ſemper fuiſſe: quia ſtatum hunc hactenus obtinet: qui immote permanet: dein Iohannes Papa denuo proſequitur multa quæ faciunt pro Primatu ſedis Apoſtolicę, quę nos breuitati ſtu*Iuſtinianus.* dentes libenter omittimus, in auct. quoq; ut Roma. eccle. col. iij. ait. Iuſtinianus & legum originem anterior Roma ſortita eſt, & ſummi Pontificatus apicem apud eam eſſe, nemo eſt qui dubitet. Vnde & nos neceſſarium duximus, patriam legum, fontem ſacerdotij, ſpeciali noſtri numinis, lege illuſtrari: ecce Iuſtinianus affirmare neminem eſſe qui dubitet. Roma. Pontifi. eſſe ſummum, & tamen non fuit centum an*Valentinianus* nis poſt beatum Gregorium: ſic Valentinianus ad Theodoſium ait. Beatiſſimus Romanæ ciuitatis Epiſcopus, cui principatum ſacerdocij ſuper omnes antiquitas contulit locum habeat, ac facultatem de fide iudicare: hi qui fuerunt anno gratiæ 380. perhibent teſtimonium, Papam ab antiquo habuiſſe principatum: ſic Martianus *Marcianus.* ſancto Leoni ſcripſit. Leoni Archiepiſcopo Romæ glorioſæ ciuitatis. Tuam ſanctitatem principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei poſſidentem, poſt Mauricium

Phocas

Phocas Imper. deſignatus contra Cyriacum pro Romano Pontifice determinauit: contra quem prius ſcripſerat beatus Gregorius, Placida Auguſta filio Auguſto ſcribit, quia Roma maxima ciuitatum, & domina omnium terrarum. Ideo Petrus in ea principatum ordinauit diuini Epiſcopatus. Carolus item Romæ contra Leonem iij. ceſſauit inquirere: quia intellexit Apoſtolicam ſedem a nemine iudicandam, ut Platina refert. & in Concilio Caroli Imperatoris legitur. in memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem: ut quę ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticę eſſe debet magiſtra rationis: quare obſeruanda eſt cum manſuetudine humilitatis: & licet uix ferendum ab illa ſede ſancta imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione tollamus: Sic omne uerum uero conſonat, ut manifeſtarium ſit Papam Roma. Pontifi. omnium eſſe primum, & ſupremum.

Phocas.
Placida Aug.
Carolus.

Primatus Romani Pontificis probatur ex Concilio Niceno, & ibi de numero Canonum Concilij. Cap. XVIII.

VT nihil omnino negligamus: quod ad tanti fundamenti eccleſiaſtici aſſertionem pertineat: præſtat iam ſanctiſſimorum conciliorum ſententias, & Canones adducere. Si Summi Pontifices, & Martyres diuerſario ſuſpecti uideantur. Vnde cum ſancta Nicena Synodus omnium conſenſu ſanctiſſimæ auctoritatis decernatur, a qua nullo fideli liceat recedere, & de qua legitur in Calcedonenſi Synodo, quod ſpiritus ſanctus manifeſte patribus conſedit. Et quod Romanus Pontifex ſit ſupremus, probatur ex eodem Concilio, in quo talis legitur Canon, placuit, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius & de gradu deiecerint eum, & appellaſſe uideatur, & confugerit, ad beatiſſimum Romanæ eccleſię Epiſcopum, & uoluerit audire, & iuſtum putauerit, ut renouetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur: qui in finitima & propinqua prouincia ſunt: ut ipſi diligenter omnia inquirant, & iuxta fidem ueritatis definiant: Quod ſi quis negat cauſam ſuam iterum audiri, & deprecatione ſua moueri Epiſcopum Romanum, ut e latere ſuo pręſbyterum mittat. Erit in poteſtate Epiſcopi quid uelit, & quod exiſtimet: Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent: habentes auctoritatem eius a quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio: Si uero crediderit ſufficere Epiſcopos, ut negatio terminum imponat: faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit. Et ita retulit Zozinius Papa (qui fuit uiceſimus quartus ante beatum Gregorium) in commonitorio dato Fauſtino Epiſcopo Potentianę plæbis, Philippo, & Aſello præſbyteris legatis Apoſtoli. ſed. ad Concilium Carthaginenſe, & legit Dauid notarius ad iuſſum Aurelij, ubi & ſanctus Auguſtinus interfuit, & reſponſum eius in Codice Canonum plenius continetur. Vnde ex hoc liquet plures fuiſſe Canones Concilij Niceni quam xx. & ſatis liquet ex beato Athanaſio qui idem Concilio interfuit cum ſene Alexandro Epiſcopo: quod fuerunt lxx. capitula ſicut ſcribit ad Marcum Papam, qui fuit ſucceſſor Sylueſtri, & Iulius Papa fatetur ſe, ita reperiſſe in ſcrinijs. Et ſic ſoluitur apparens repugnantia, quæ poſſet ſuboriri alicui de numero Canonum concilij Niceni, quæ aliquando mouerat patres Aphricanos, quam etiam diluit dudum Gratianus: hoc adde temporibus Sylueſtri etiam fuiſſe legatos a latere, patet ex illo Canone Niceni Concilij: quare non eſt res noua ut ſuperius probauimus ex Cardinalibus: quia illos præſbyteros in ſenatu Pontificis arbitror ſemper fuiſſe, ut liquet pręter ſupradicta. Ex ſubſcriptione Concilij habiti ſub Gregorio magno, & hic ex Niceno Con.

B. Concilium Aphricanum. i quo legati papę & S. Auguſt.
Capitula Cōcilij Niceni.
Diſ.17. ſeptuaginta.
Legati à latere tempore Sylueſtri.

tilio: quem ordinem ſenatorium Romanæ eccleſię a Petro duraſſe crediderim, ſi cut in Apocalypſi uiderat Iohannes uiginti quatuor ſeniores adſtantes agno &cæ. Vnde inuenio eos tempore Syluestri, ſub quo celebratum eſt Concilium Nicenum appellatos fuiſſe Cardinales, ut ſuperius meminimus. Non tamen me præterit quod Innocen. iiij. in Concilio Lugdunenſi pro inſigni Ariſtocraciæ maieſtatis, in eccleſia, dedit eis Pileum rubeum ſeu galerum, ſed quid excurro, hoc uolui annotare, ſicut hodie ſunt legati aliqui Papæ. Aliqui uero ſpecialiter a latere, ita fuiſſe tempore Niceni Concilij ex Canone liquet. Porro proſequamur ea quę noſtro propoſito deſeruiunt, Iulius Papa in defenſione ſancti Athanaſij contra ſchyſmaticos Orientales eccleſiæ Epiſcopos (quos eadem epiſtola citatos teſtatur ad Romam) plurium meminit Canonum. Hi tamen potiſſimum nobis deſeruiunt. Et omnes Epiſcopi qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, uel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit libere Apoſtolicam appellant ſedem; atq; ad eam quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea ſicut ſemper fuit, pie fulciantur, defendantur & liberentur, cuius diſpoſitioni omnes maiores eccleſiæ cauſas & Epiſcoporum iudicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque Canonum auctoritas, reſeruauit. Expende quæſo lector ſemper hoc fuiſſe quod patres in Concilio agnouerunt antiquorum eſſe inſtitutum, Roma. ſed. eſſe matrem omnium &cæt. Alius Canon. Quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint quam eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit, placuit ut accuſatus, uel iudicatus a comprouincialibus in aliqua cauſa licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem: qui aut per ſe, aut per uicarios ſuos eius tractari negocium procuret, & dum iterato iudicio Pontifex cauſam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus: quoniam quanquam comprouincialibus Epiſcopis accuſati, coram eiſdem Pontificis acta ſcrutari liceat: non tamen diffinire inconſulto Romano Pontifice permiſſum eſt, conſonat. xv. Canon interpretationi Zozimi. Alius Canon ſequitur, Si quis putauerit ſe a Metropolitano grauari, apud primatem dioceſeos, aut penes uniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur. Alius Canon placuit, ut ſi accuſatus, uel damnatus Epiſcopus appellauerit Roma. Pontifi. id ſtatuendum quod ipſe cenſuerit. Et in quibuſdam alijs Canonibus uniuerſalibus dicitur. Salua in omnibus Romanæ eccleſiæ auctoritate. Alius Canon. Et prouincialis Synodus retractetur per uicarios urbis Romæ Epiſcopi ſi ipſe decreuerit, Alias primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non ante ſententiam proferant damnationis, quam Apoſtolica freti auctoritate, aut reum ſeipſum, aut per innocentes, & Canonice examinatos regulariter teſtes, conuincatur. Idem Concilium ſtatuit, antiquitas teneat omnem talem ordinationem graduationem, quæ apud ethnicos fuit in primatijs, diffinitum inſpirante ſpiritu ſancto. Repetit Iulius & Hiſmarus Remenſis contra Laudeñ. cap. xv. modo in Capitolio fuit Summus Ponti. Ob id in Concilio Calcedoneñ. Epiſcopus Nicenus fuit prælatus Epiſcopo Baſianopolitano, ut legitur actione xij. eiuſdem Concilij. Et in epiſtola formata eiuſdem Concilij, ſicut renarrat Burckhardus Vuormacieñ. in ſuo decreto, & meminit Gratianus. Ego N. Epiſcopus humilis, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & in unitate ſanctę eccleſiæ, in qua Petro datum eſt, ius ligandi, & ſoluendi. Hæc omnia refragantur diuerſario, qui non uult ante beatum Gregorium orientales fuiſſe ſub Romano Pontifice, quum tamen Nicea urbs ſit Bythiniæ, Aſię minoris prouincię, ſecundum Strabonem, Ptolomeum, Melam, Dionyſium, & alios, & cum decretum ibi ſit poſſe Epiſcopum in cauſa depoſitionis appellare ſummum Pont. conſtat Romanum Epiſcopum eſſe ſupremum eccleſię monarchā, hæc de Niceno Concilio.

Rubeus galerus Cardinalium.

Canões Niceni

Gratianus. Dis. 74. In nomine domini.

Primatus Romanæ eccleſiæ probatur ex Concilijs Calcedonenſi, Conſtantinopolitano, Synodo VI. & Epheſina, & ibi de Leone caſſante Conciliũ Epheſinũ primũ. Cap.XIX.

Calcedonenſe

CAeterum commendatiſſimum Concilium fuit Calcedonenſe.d.c. & xxx. Epiſcoporum cuius Canon iſte legitur. Si quis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habet poteſtatem appellandi ad beatiſſimum Epiſcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petrum, petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate loco dei ſit ius diſcernendi Epiſcopi infamiam ſecundum claues ſibi a deo datas. In eodem Concilio acclamatum eſt Papæ Leoni magno, Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus & œcumenicus patriarcha uiuat per multos annos. Et ſyncere lector ut uetuſtatis te comonefaciam, ſcripſerat Leo epiſtolam ad Flauianum Conſtantinopolitanum Patriarcham: qui eius ſententia fretus in Concilio Conſtantinopolitano Neſtorium & Euthycen damnauerat. Sed Theodoſio Impe. annuente Synodus Epheſina Dyoſcoro Alexandrino iniquitatis miniſtro pręſidente indicitur: ubi Euthyces reſtituitur, Flauianus damnatur. Leo Papa Romanus excommunicatur: ad quos errores deſtruendos Calcedonenſe Concilium opera Leonis in Bythinia conuocatur, adiuuante Martiano catholico Impe. ubi lecta eſt illa Leonis epiſtola. Et dixerunt uniuerſi patres, hæc eſt patrum fides, hæc Apoſtolorum fides. Hæc omnia credimus, Orthodoxi ita credimus: anathema ſit, qui non ita credit, Petrus per Leonem locutus eſt. Et quia magna diſceptatio fuit in eo Concilio ſuper primatu Pontificis Romani: eo ꝙ Dyoſcorus excõmunicauerat Leonẽ, tamen libere pronunciauit Cõcilium illud Aſiaticum, Romanum Pontificem eſſe primum.

Leo.

Epheſina Synodus.

Acclamatio cõcilij Calcedo.

¶ Vnde ſuper allegationibus, tam Romanæ, ꝗ Conſtantinopolitanæ eccleſiarum Primatus ſic decreuit: Ex his quæ geſta ſunt, uel ab unoquoq; depoſita perpendimus. Ante omnia quidem Primatum, & honorem præcipuum ſecundum Canones Antiquæ Romæ reuerendiſſimo Epiſcopo conſeruari. Oportet autem reuerẽdiſſimum Archiepiſcopum Regiæ Conſtantinopolis urbis nouæ Romæ, ijſdem primatus honoribus dignum eſſe, & poteſtatem habere ordinare Epiſcopos in Aſia Pontica, & Thracia dioceſibus, ſecundum hunc modum, ut decreto facto a clericis uniuſcuiuſq; Metropolis, & poſſeſſoribus clariſſimis ſuper hęc, & a reuerendiſſimis Epiſcopis prouincię omnibus, aut pluribus eligi quantumcunq; pręfatę eccleſię Metropolitanæ dignam eſſe probauerint: referri autem ab omnibus eligentibus ſanctiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano. Vtrum ſic ſi uelit, hunc qui electus eſt deductum, ſic ordinare, aut ſecundum eius promiſſionem in prouincia Epiſcopatus mereri decretum, & infra. Quæ autem uidentur, ſanctum & uniuerſale Concilium docere dignetur. Reuerendiſſimi Epiſcopi dixerunt, hæc iuſta ſententia, hoc omnes dicimus, hoc omnibus placet, & quod interloquuti ſumus tota Synodus comprobauit. Habes in Oriente deciſum. Romanum Pontificem eſſe ſupremum. Nam Calcedon quoque in Bythinia eſt, in Aſia minori, & Valentinianus indixerat Concilium in Nicea: ſed ad inſtantiam legatorum Papæ tranſtulit in Calcedona ob publicas neceſſitates magis idoneam, uides hic patriarchatum Conſtantinopolitanum, qui eundem habet honorem per Thraciam, Pontum & Aſiam, quem Roma. Ponti. in ſuo Patriarchatu, ſicut Nicenum Concilium ſubiecit Alexandrino Patriarchatui, Lybiam, Aegyptum, & Thebaida. accedat & aliud magnum Concilium Conſtantinopolitanum a 150. Epiſcopis contra Macedonium, & Eudoxium hæreticos ſub Theodoſio Imperatore Nectario Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, ubi primo omnes Canones Niceni Concilij fuerunt approbati, & Canone ij. dicitur. Ve-

Cõſtantinopolitanũ Conciliũ.

rumtamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris Primatum, poſt Ro-
manum Epiſcopum: propterea quod urbs ipſa ſit iunior Roma. Renarrat Gratia-
Diſ.22. nus. Conſtantinopolitanę etenim ſedi ſenioris Romæ propter Imperiũ illius ciuita-
tis digne patres priuilegia reddiderunt, eadem intentione permoti, omnes reueren-
diſſimi Epiſcopi ęque ſanctę ſedi nouę Romæ priuilegia tribuerunt rationabiliter
iudicantes, Imperio & ſenatu urbem ornatam, ęque priuilegiјs ſenioris Romæ frui,
Mutatio patri- & in eccleſiaſticis, ſicut illam haberi negocijs, & ſecundam poſt illam exiſtere, & ab
archarum. hoc Nicenum fuit allatum Concilium, & per hoc Concilium & Calcedonenſe fuit
mutatus ordo Patriarchatuum. Quia apud Martyres, & alios Romanos Pontifices.
Alexandria fuerat ſecunda ſedes poſt Romanam. Sicut libro primo oſtendimus ex
Diſ. 22. ſacro- Anacleto. Et Leo Papa diu ęgre tulit in Calcedonenſi Concilio Conſtantinopolita-
ſancta. nam prælatam Alexandrinę. Sexta Synodus primo quidem Conſtantinopoli ſub
Synodus ſexta Conſtantino iiij. patre congregata, dein poſt iiij. annos ſub Iuſtiniano filio renouauit
conſtitutionem Concilij iam memorati dicens Canone xli. renouantes ſancti Con-
cilij Conſtantinopolitani decreta petimus, ut Conſtantinopolitana ſedes ſimilia pri-
uilegia, quæ Roma inferior accipiat. Et in eccleſiaſticis negocijs magnificetur, ut il-
la ſecunda poſt illam exiſtens, poſt quam Alexandrina ſedes numeratur, deinde
Diſ.22.reno- Antiochena, Et poſtea Hieroſolymitana. Tranſcripſit Gratianus. In his omnibus in
uantes. tuere ab antiquo ante tempora B. Gregorij Romanam eccleſiam fuiſſe ſuperiorem
alijs eccleſijs. Cuius contrarium, tam firmiter diuerſarius aſſerit. Alterius Synodi
Conſtantinopolitanæ Canon habet, ueneramur ſecundum ſcripturas, & Canonum
diffinitiones ſanctiſſimum antiquę Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum,
& ex eodem Concilio ſexto ſcripſerunt ad Agathonem de geſtis eiuſdem Concilij,
nos quidem tibi, qui in prima ſede uniuerſalis eccleſiæ ſedes, & ſtas ſuper fidei
firmam petram, quæ a nobis in Synodo geſta ſunt pręſentauimus, Concilium
Epheſinum. ſacrum Epheſinum non diſcrepat a prioribus. In quo Petrus Rauennę Epiſcopus
ait. Quod ſtipiti rami quod capiti membra, quod ſoli radij, quod fonti riuuli, hoc A-
poſtolicę ſedis reuerentię debent omnes eccleſię, quas ubiq; terrarum religio Chri-
ſtiana fundauit, doctus facile explicat hęc Symbola, quomodo faciant pro Primatu
Romanæ eccleſiæ,

Primatus Petri probatur ex Sardicenſi Concilio & quo-modo illud ſit approbatum, & cur Aphris fuerit ſuſpectum, de Ariminenſi Concilio reiecto. Cap. XX.

Sardicenſe. SAcrum item Sardicenſe Concilium quod non diu poſt Nicenum Conci-
Sardica urbs ē lium celebratum eſt, in Sardica, Oſio præſidente Canone vij. confirmauit
Thraciæ iuxta decretum Concilij Niceni ſupra memoratum, poſſe Epiſcopum a ſuo gra-
Aemũ. ptolo. du deiectum appellare ſummum Pontificem. Renarrat Gratianus. Idem Canone
lib.3.cap.11. iij. ait. Si in aliqua prouincia aliquis Epiſcopus cõtra fratrem ſuum Epiſcopum litem
6.q.4. Oſius habuerit. Vnus ex duobus ex alia prouincia aduocet cognitorem: quod ſi aliquis E-
dixit. piſcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere: ut iterum
concilium renouetur, ſi uobis placet, S. Petri memoriam honoremus: ut ſcribatur ab
his qui cauſam examinauerunt Iulio Romano. Epiſcopo: & ſi iudicauerit renouan-
dum eſſe iudicium renouetur, & det iudices, reſpondit Synodus placet. Scias tu
Oſius. ſtudioſe lector Oſium iſtum fuiſſe Cordubenſem Epiſcopum Hyſpaniæ, & cum
Victore, & Vincentio pręſbyteris Romanis nomine Syluestri præfuit concilio Ni-
ceno: ille idem ſub Iulio Papa pręfuit Concilio Sardicenſi, cum Vincentio de Capua,
& Calipe.

& Caliſpedio Neapolitano, legatis ſedis Apoſtolicæ. Non me præterit quid calumniator obijcere poſſet, quia B. Auguſtinus illud concilium non reputauit catholicū, ſed Arrianum, immo cum collegis ſuis, ccxvi. Epiſcopis recuſauit acceptare ſtatuta illius concilij. At ego ſic reſpondeo, eccleſiam Aphricanam in hoc non bene egiſſe: quod concilium illud non acceptauit: non moueor uerbis Auguſtini reputantis cōcilium illud Arrianum: quia eidem interfuit, S. Athanaſius, Arriani dogmatis euerſor, & ſe ſubſcripſit: fuit enim xvi. in ordine, qui erroribus Arrianis non acquieuit. Et teſtatur hoc Bonifacius Papa Romanus (ab Auguſtino quoq; laudatus) ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum, quomodo Aphri, in hoc errauerunt. Vnde reducti ſunt ab illo errore. Nam cum in Sardicenſi concilio fuerint Epiſcopi ex Aſia, Aegypto, Græcia, Aphrica, Italia, Hyſpania, ipſum fuit receptum, & approbatum, in octauo concilio generali. Vnde & Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Imperatori Conſtantinopolitano Canone. xv. Quod dicitis, neq; Sardicenſe concilium, neque decretalia, uos habere ſanctorum Pontificum, uel recipere, non facile uobis facultas credendi tribuit, Maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes uos in ueſtris regionibus actum eſt, & etiam eccleſia recipit; qua ratione conuenerat, ut hæc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abijceret, Et ut dictum eſt non retineret. Sed moueris candide Lector quid impulerit Auguſtinum & ſenem Aurelium, ad ſuſpicandum concilium illud eſſe Arrianum, afferam tibi remotiora. Quia Oſius in extremo uitæ ſuæ ſuſpectum ſe reddiderat de Arriana perfidia, & diffamauerat: & quia potiſſimum ſuis auſpicijs actum erat Sardicenſe concilium. Ideo non mirum, ſi ſancti patres Aphricanæ eccleſiæ, abſq; fermento malitiæ, ſe difficiles fecerunt, ad illud concilium acceptandum. Quod ut planius agnoſcas. Non faſtidias prolixiorem negocij narrationem. Conſtantius Auguſtus Conſtantini magni filius, Arriana hæreſi infectus apud Ariminum Italiæ numeroſam utriuſq; orbis Synodum Epiſcopalem collegit, ſicut uir eruditiſſimus Sulpicius Seuerus in chronicis ſuis refert, & aduerſus fidem catholicam cupiens uenena reuoluere, Eccleſiam dei tyrannica uſurpatione turbauit: deniq; coacti patres, uel metu principis, uel Tauri præfecti præſentia, cui executio taliter fuerat delegata, ut ſi maior pars concilij, in Arrianorum ſententiam conſentiret: ipſe conſulatus inſignia mereretur. Pene omnes Epiſcopi qui ibidem fuerunt ſubſcripſerunt. Sed poſtea iterum diuino inſpirante præſidio, quam plurimi agentes pœnitentiam, datis quoque libellis ad ſanctam eccleſiam, de qua plus neceſſitate, quam uoluntate diſceſſerant, redierunt. Vnde & inæternum ab omnibus catholicis Ariminenſi concilio recte dicitur anathema: quod ſi quis dicere neglexerit, Catholicus non eſt. Hunc ergo Oſium (prædictus Sulpitius refert) in longa Synodi diſceptatione placuit miſſa Epiſcopali legatione, debere perquiri. Vtrum in ſancta & uenerabili Nicena congregatione, in qua præſens fuerat, Omouſion, ſicut nos catholici recte confitemur unius cū patre ſubſtantiæ filium, an certe ſicut Arriani obtendunt Omiuſion quod eſt ſimilis cum patre ſubſtantiæ filium. CCCXVIII. patres noſtros confiteri decreuiſſent: qui ſiue per longam ætatem deſipiens, ſiue pro aſſentatione principis huiuſmodi reſponſum reddidiſſe perhibetur. Vtramq; partem recte intendere, quæ confeſſa fuerit ſiue Omiuſion ſiue Omouſion: cuius ſententiam, quoniam ita ſtulte prolata eſt, ab omnibus catholicis, etiam Arrianis, uno ore irriſa eſt, & refutata: ob id etiam in ciuitate Corduba, in qua Epiſcopatum tenuit. Poſt hanc reſponſionē nomen eius inter catholicos Epiſcopos anteceſſores eius minime recitatur. Hæc ergo Oſij diffamatio abſterruit Aphricanos patres. Nam cum xxi. ſint Canones eius concilij, ſedecim ad eius propoſitionem ſunt recepti, reliqui quinque ad Gaudentij, Alipij Ianuarij, & Aerij ſuggeſtionem ſunt editi, Quare author ſuſpectus, re nondū

Aug. cur ſuſpectum fuit concilium Sarducen. Contra Creſtonium grāmaticū li. 4. ca. 44.

Sardicenſe concilīū approbatū

Ariminenſe cōcilium.

ὁμοούσιον

bene cognita ipſos quoq; Canones ſuſpectos fecit Aphricanis patribus: neq; hoc mirum eſſe alicui uideri debet, tot tunc hæreſibus exurgentibus, adeo ut etiam Hieronymo ſuſpectus eſſet Auguſtinus ab initio, & ipſe quoq; Auguſtinus ſubdubitabat, aliquando de Hieronymo: quare nullus mirari debet, ſi Oſius a Catholicis cõfutatus, Aphris fuit, cum omnibus ſuis decretis ſuſpectus.

Primatus Petri probatur ex Concilio Sylueſtri, Marcelli, Symachi & Hormiſdæ. Capit. XXI.

ACcedamus ad concilia Romana, Syluester, is qui primus Roma. Ponti. nõ ſine ſanctitate, ſine tamen Martyrio deceſſit, conuocatis poſt Nicenum cõcilium clxxi. Epiſcopis Romæ inter multa alia ſalubriter conſtituta, ultimo canone ſanxiuit. Nemo iudicabit primam ſedem: quoniam omnes a prima ſede iuſticiam deſiderant temperari, ſubſcripſerunt huic concilio. clxxvi. Epiſcopi, cum Conſtantino Imperatore, & matre S. Helena. Romæ coacta eſt Synodus aduerſus Marcellum Papam, qui humana paſſus tempore Diocletiani mortis timore idolis ſacra fecerat, & poſuerat thura. Obtulit ſe humillimus pater correctiõi Synodi. Sed nullus eorum qui aderant ſententiam in eum proferre auſus erat: dum ei ſæpiſſime omnes dicerent, tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio, & iterum ei dicũt. Prima ſedes non iudicatur a quoq;. Renarrat Gratianus, bene aliqua addit, quę non reperio in originali. Non eſt opus, ut quis calumniator obijciat mihi conciliũ Aphricanum contra Pelagium, & Cœleſtium habitum. Nam glorioſiſſimis Imperatoribus Honorio, Auguſto. xij. & Theodoſio octauo Con. Kalen. Mayas Carthagine, in ſecretario Fauſti. Cum Aurelius Epiſcopus cõſediſſet, adſtantibus Diaconibus, placuit omnibus Epiſcopis, & ſequitur Canone. xvij. ut præſ byteri Diaconi, & cæteri inferiores Clerici, in cauſis quas habuerunt. Si de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, uicini Epiſcopi eos audiant & inter eos quicquid eſt finiant adhibiti, ab eis ex conſenſu Epiſcopoꝝ ſuorum: quod ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Aphricana concilia, uel ad primates prouinciarum ſuarum, Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Aphricam in cõmunione ſuſcipiatur, tranſcripſit Gratianus, id facile excutere, quod loquitur de clericis, & inferioribus. Nicenum concilium de Epiſcopis: quod ſi contendas eos etiã exercuiſſe in Epiſcopo, ut in Apiario reſpondebimus libro tertio Symachus quoq; Papa Romano concilio præſidẽs concilio ſuo ſecundo pręſentibus Epiſcopis. lviij. & aſtantib. ſibi Diaconibus, Anaſtaſio, Hormiſda, Iohãne, & Arapito. Inter alia decreuit Eulalio Epiſcopo Syracuſano dicente. Quod ſi cuiuſlibet prouinciæ ſacerdotes intra ſuos terminos concilio habito, quicquid ſine Metropolitani ſui antiſtitis, uel authoritate ſtatuerint irritum eſſe debere patres ſancti ſanxerunt. Quanto magis quod in Apoſtolica ſede, non exiſtente præſule, qui prærogatiuam, merito B. Apoſtoli Petri per uniuerſum orbem Primatus obtinens ſacerdocij, ſtatutis Synodalibus conſueuit tribuere firmitatem, a laicis licet conſentientibus aliquantis Epiſcopis, qui tamen Pontifici, a quo conſecrari probantur, præiudicium inferre nõ potuerunt, præſumptum fuiſſe cognoſcitur, uiribus carere, non dubium eſt;, nec poſſe inter eccleſiaſtica ſtatuta ullo modo cenſeri. Loquit̃ de ſtatuto facto per Baſiliũ Patricium uicarium Odoacris Regis in pręſentia aliquorum Epiſcoporum de electione Summi Pontificis, & eius authoritate: quod ibi in concilio fuit retractum: poſtremo clerici, Abbates Hieroſolymitani, Antiocheni, & ſecundę Syriæ deprecationem, & ſupplicationem porrexerunt Hormiſdæ Papæ, & Iuſtino Impe. in qua inter alia dicunt de fide eccleſię, haurire aquam cum leticia ex fonte ſalutis. Eſaias propheta exclamat fontes ſalutis, Euangelicas ueritates, & prædicationes manifeſte oſtendens.

Marcellus.

Diſ. 21. nũc aũt

Concilium. Aphricanum.

Non appellare ad Papam.

2. q. 6. placuit.

Symachus.

cap. bñ. diſ. 96.

Statuta laicorũ

Hormiſda.

oſtendens. Ex quibus B. Apoſtoli, & eorum qui per ordinem fuerunt diſcipuli, & ſapientes eccleſiæ doctores. Salutarem aquam fidei haurientes omnem ſanctam eccleſiam dei irrigarunt quæ in Petra ſummi Apoſtolorum ſubnixa, rectam influxibilem confeſſionem cuſtodiens, fiducialiter cum eo ad unigenitum dei filium, omni tempore exclamauit dicens, Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Liquet iam etiã orientales agnouiſſe Petrum ſummum fuiſſe Apoſtolorum, & ſuper eum uelut petram ædificatam fore eccleſiam, & ad Papam habuerunt recurſum uelut ſucceſſorem Petri. Vnde ei conqueruntur quæ ab hæreticis patiantur, & Papa eos conſolatur, ſicut Epiſtolę inuicem miſſæ teſtantur.

Papæ Primatus probatur ex Concilijs Lateran. Romano, Lugdunen. Conſtantien. Cap. XXII.

Concilia recentiora adferamus: quæ etſi aſpernetur diuerſarius pro ſua temeritate: at quia Chriſtus ſponſam ſuam eccleſiam non derelinquit: cuius fidem promiſit indefectibilem: & cum qua manſurus ſit uſq; ad conſummationem ſæculi: ideo non abſterrebit nos quin accedant, & noſtro ordini, diuerſarij falſam ſententiam expugnatura. Primum concilium Lateranẽ. generale in Laterano habitum ſub Innocen. iij. In quo ſaluberrimum conſtitutum eſt præceptum de confeſſione quotannis facienda tempore paſchæ. In eo fuit etiam condemnata ſententia abbatis Ioachim ubi de eccleſia Romana inter alia ait, Quæ diſponente domino cunctorum fidelium mater eſt, & regina, & alio Canone eiuſdem concilij ait, Antiqua patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſancta et uniuerſali Synodo approbante ſancimus, ut poſt Romanam eccleſiam quę diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater uniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundũ, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum, locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate. Ita quod poſtq; antiſtites eorũ a Romano Pontifice receperint pallium, quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne pręſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento licenter, & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem Canonicam, & pro Romana eccleſia ſponſionem obedientię ab eiſdem, dominicæ uero crucis uexillum ante ſe faciant ubiq; deferri, niſi in urbe Romana, & ubicunq; ſummus Pontifex, præſens fuerit, aut eius legatus, utens in ſignis Apoſtolicę dignitatis. In omnibus autem prouincijs eorundem iuriſdictioni ſubiectis ad eos cum neceſſe fuerit, prouocetur, ſolis appellationibus ad ſed. Apoſt. interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum. Hic ſacrum concilium teſtatur Romanam eccleſiam obtinuiſſe principatũ ſuper alias eccleſias, & ab omnibus appellari poſſe ad Romanam ſedem. Sic Alexander. iij. in concilio Romano diffiniens cur a duabus debeat eligi partibus, quum in alijs eccleſijs ad electionem Epiſcopi ſufficiat maior pars, & reddit rationem: quia in alijs eccleſijs quod in dubium uenerit ſuperioris poterit iudicio diffiniri. In Romana uero eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur: quia non poterit ad ſuperiorem haberi recurſus: habes Synodum affirmantem alias eccleſias habere ſuperiorem, ſed non Romanam. Tertio in cõcilio Lugdunẽ. ſub Gregorio decimo, ubi contra Græcos fuit diffinitum ſpiritũ ſanctum procedere a patre, & filio, ait Synodus, hoc profeſſa eſt, hactenus prædicauit & docuit, hoc firmiter tenet, & prędicat, profitetur & docet, ſacroſancta Romana eccleſia mater omnium fidelium, & magiſtra: hoc habet orthodoxorum patrum, atq; doctorum latinorum, pariter & Græcorum, incommutabilis, & uera ſententia. Quid ambigis, Romana eccleſia omnium fidelium mater eſt, & regina. Idẽ cõciliũ in alio Canone ordinans formam eligendi Summũ Pontificẽ inter alia ait. Cũ igitur

Luc. 22.
Mat. ulti.
Lateran.
cap. damnamus de ſum. tri. & fide. cath.
Patriarchæ authoritas.
Concilium Roma.
c. licet de elect.
Conciliũ Lugdunen.
c. 1. de ſum. tri. & fid. cat. li. 6.

de creatione uicarij Iheſu Chriſti ſucceſſoris Petri rectoris uniuerſalis eccleſiæ, gre gis dominici directoris, omni priuatę affectionis inordinatione depoſita, & infrā, ut eorum miniſterio acceleretur utilis, & perneceſſaria totius mundi prouiſio, idoneo celeriter eidem eccleſiæ ſponſo dato, ſacra Synodus, hic libere pronunciat Papam

ca. ubi periculū de elect. lib. 6. uniuerſalis eccleſiæ rectorem, quod tam pertinaciter adhuc negat diuerſarius noſter, Sic aliud concilium Lugdunenſe ſub Inno. iiij. celebratum ait, pro humani ge-

Lugdun̄. neris redemptione de ſummis cœlorum ad ima mundi deſcendens, & mortem tandem ſubiens temporalem dei filius Chriſtus, ne gregem ſui precio ſanguinis glorioſi redemptum aſcenſurus poſt Reſurrectionem ad patrem abſq; paſtore deſereret ipſius curam B. Petro apoſtolo (ut ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorumq; mentes ad ſalutis ſuæ opera accenderet deuotionis ardore) commiſit, Vnde nos eiuſdem Apoſtoli diſponente domino, licet immeriti ſucceſſores: & ipſius redemptoris locum in terris, quamq; indigne tenentes, circa gregis eiuſdem cuſtodiam, ſollicitis excitati uigilijs, & animarum ſaluti iugi attentione cogitationis intendere, ſubmouendo noxia, & agendo profutura, debemus: ut excuſſo a nobis negligentiæ ſomno, noſtriq; cordis oculis diligentia ſedula uigilantibus, animas deo lucrifacere, ſua nobis cooperante gratia, ualeamus. Habes Petro uniuerſa-

Iohan. 22. lem curam gregis commiſſam. Vnde ob hoc Iohan. xxij. rationabiliter condemna-

Marſilius. uit Marſilium de Padua, Bonifacius octauus Pauperes de Lugduno. Et laudatiſſi-

Conſtantien̄. Concilium. mum Conſtantienſe Concilium Iohannem de VVicleff Anglicum, Iohannē Huſs,

Huſs. & Hieronymum Boemos. Vnde ex. CC. xxiij. articulis contra VVicleff depoſitis, ſa-

VVicleff. crum & laudabile Concilium Conſtantienſe condemnauit. XLV. & Nonus articulus fuit iſte, poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed uiuendum eſt more Græcorum, ſub legibus proprijs: Articulus. xxxvij. Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſathanę, nec Papa eſt imediatus uicarius Chriſti & Apoſtolorum. Articulus. xli. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam eccleſiam eſſe ſupremam inter alias, qui declaratus eſt eſſe erroneus, Si per Romanam eccleſiam intelligatur uniuerſalis eccleſia, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret Pri-

Huſs. matū Sum. Pon. ſup alias eccleſias particulares. Sic arti. Iohan. Huſs ſimiles ſunt perfidiæ. Articulus ſeptimus, Petrus non eſt, nec fuit caput eccleſiæ catholicę. Articulus nonus, Papalis dignitas a Cæſarea inoleuit, & Papę perfectio, ac inſtitutio a Cæſare emanauit. Articu. x. Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe uel de alio quod eſſet caput eccleſię particularis ſanctæ, uel Roma. Ponti. caput Roma. eccleſię. Articulus. xi. Non oportet credere quod iſte quicunq; eſt Roma. Pontifex ſit caput cuiuſlibet eccleſię particularis ſanctę, niſi deus eum prædeſtinauerit. Articulus. xv. Obedientia eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundū adinuentionem ſacerdotū eccleſię præter expreſſam authoritatem ſcripturę. Arti. xxvi. Non eo ipſo quod electores uel maior pars eorum conſenſerit uiua uoce ſecundum ritus hominum in perſonam aliquam, eo ipſo illa perſona legitime eſt electa, uel quod eo ipſo eſt manifeſtus & uerus ſucceſſor uel uicarius Petri apoſtoli. Arti. xxvij. Non eſt ſcintilla apparentię, quod oporteat eſſe unum caput in ſpiritualibus regens eccleſiā, quod ſemper cum illa militante eccleſia conuerſetur. Iſti articuli ferme omnes a tam laudatiſſimo uniuerſali Concilio Conſtātienſi cōdemnati ſunt de ſententia diuerſarij: ideo

Error ſemel dānatus. eius doctrina eſt tanq; reprobata ac cōdemnata abijcienda, nec eſt opus ut error ſemel reprobatus denuo abijciatur. Ait Gelaſius Papa. Vnde non licet alicui fideli

24. q. 1. maiores. poſt tanti concilij definitionem hoc reuocare in dubium. Cum in eo maximo ſchyſmate extincto, omnia regna in unam redierunt concordiam, & obedientiam Mar-

Laus Concilij Conſtantien. tini. v. Conſentientibus Germanis, Italis, Gallis, Hyſpanis, Anglis, Vngaris, Dacis, Polonis & Scotis, in præſentia, & iudicio doctiſſimorum, & probatiſſimorum uirorum

rum Iohannis Gerſonis,Petri Cameraceñ. Iacobi de Florentia, Nicolai Dinckelſpuel,Henrici de Pyro,Iohan.de Vercellis,Symonis de Peruſio,Petri de Anchorano,Iohan.Roghuſini Archiepiſcopi,Conradi de Suſuto,Iohannis Antiocheni. Et aliorum Eruditiſſimorum uirorum. Vnde qui negat mihi hoc concilium, erit mihi,ſicut ethnicus,& publicanus.

Primatus Papæ probatur ex concilijs Florentino,& Romano,& de Græcis reuerſis. Capit. XXIII.

Conſtantienſe concilium maximam authoritatem & famam conſequutũ eſt,quod tanti ſchyſmatis facta eſt extirpatio,& quod tres obedientiæ ſub Iohan.xxiij.Grego.xij. Benedicto.xiij.ad unionem uenerunt poſt multa fatigia Concilij Piſani,& Romani. Ita dein fuit laudatum Concilium Florentinum, quod in eo facta eſt unio eccleſiæ Græcę dudum ſchyſmaticæ cum eccleſia latina: ubi etiam rex Armeniorum iterum redijt in gremium eccleſię: quod Conciliũ ſub Eugenio.iiij.celebratum eſt,ubi huiuſmodi ſententia legitur. Deffinimus Sanctam & Apoſtolicam eccleſiam,& Romanorum Pontific.omnem tenere Primatum,& ipſum Romanum Pont.ſucceſſorem eſſe B.Petri principis Apoſtolorum, & uerũ Chriſti uicarium. Totiuſq; eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem,ac doctorem exiſtere,& ipſi in B. Petro paſcendi,regendi, & gubernandi uniuerſalem eccleſiam a domino noſtro Iheſu Chriſto plenam poteſtatem datam: ſed quia non ſolum ſuper iſto puncto Gręci,tunc ſubdiderunt ſe & uniuerunt Ro.eccleſię. Sed & ſuper multis alijs,quos tamen Græcanicos errores adhuc uidetur tutari diuerſarius noſter. Ideo conſultum apparet, & alia recenſere eius Concilij decreta uelut Blondus florius Forliuienſis narrat. Cuius uiri uerba ea de re referre conſtitui, quoniam non ſolum Concilio interfuit,ſed Pontificis ſecretarius,ac ſcriba conſtitutionem ipſe perſcripſit,& mandato Pont.per uniuerſum Chriſtianum orbem eccleſijs legendam,tenendamq; tranſmiſit. Is igitur lib.xiij.decadis ſic ſcribit. Iohanne Paleologo Imperatore cum ea Græcorum multitudine,quã ſecum aduectam oſtẽdimus,apud Pontificem Eugenium Ferrariæ conſtituto habitæ ſunt ſingulis prope diebus publicæ diſputationes. Huic latinis occidentalibuſq; rerum diuinarum iuriſq; Pontificij peritioribus,qui apud Pontificem accerſiti,cõuenerant, opiniones, ritusq; Græcorum ordine expoſitos, improbantibus: illis econtra tueri,aut aliter ſaniorem q; in partem quam a nobis acciperentur interpretari annixis. Et cum multos menſes ea duraſſet contentio,nec certus appareret tantæ rei finis, Ferrariam peſtis inuaſit, quæ quum curiales maxime popularetur Pontificem perpulit,ut concilio tranſlato, Florentiam demigraret; ubi ſexto poſtq; applicuerat menſe, poſt multas pernicioſiſſimaſq; partium diſceptationes,ad eam deuentum eſt concluſionem: qua ſerio enarrata facillimum intellectum eſt,qualia fuerint,quæ tot præſtantes utriuſque partis uiros menſium quindecim diſputatione diſtinuerunt: eam uero ex decreto quod ſummo partium conſenſu Latinis pariter & Græcis ſcriptum literis, per uniuerſum orbem miſimus,uerbis ſuis referemus. Conuenientes namque Latini,& Græci in ſacroſanctam Oecomenicam Synodum Florentinam magno ſtudio inuicem annixi ſunt,ut inter alia articulus ille de diuina ſpiritus ſancti proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur. Prolatis uero teſtimonijs ex diuinis ſcripturis plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium aliquibus ex patre & filio, quibuſdam a patre per filium procedere dicentibus ſpiritum ſanctum,& eandem intelligentiam accipientibus omnibus ſub diuerſis uocabulis, Græci quidem aſſeruerunt quod id quod dicunt,ſpiritum Sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, ut

Florentinum Concilium.

Græcorũ unio.

Blondus.

Concluſio concilij Florentini

filium excludant. Sed quia eis uidebatur (ut aiűt) Latinos aſſerere ſpiritum ſanctum ex patre, & filio, tanꝗ ex duobus principijs, & duabus ſpirationibus procedere: ideo abſtinuerunt a dicendo, quod ſpiritus ſanctus a patre procedat & filio. Latini uero affirmauerunt non ſe hac mente dicere ſpiritum ſanctum ex patre filioq; procedere ut excludant patrem, qui ſit fons ac principium totius deitatis filij, ſcilicet, & ſpiritus ſancti, aut quod id, quod ſpiritus ſanctus procedit ex filio, filius a patre non habent quo ponant duo principia ſeu duas ſpirationes, ſed unam eſſe aſſerant, unicamq; ſpirationem ſpiritus ſancti prout hactenus aſſeruerunt. Et quoniam ex his omnibus unus & idem eliciatur ueritatis ſenſus tandem in infra ſcriptā ſanctam, & deo amabilem, eodem ſenſu, & eadem mente, ſententiam, unanimiter concordarunt conſenſerunt. In nomine igitur ſanctæ Trinitatis patris & filij, & ſpiritus ſancti, hoc ſacro uniuerſali approbante concilio, diffinimus, ut hęc fidei ueritas ab omnib. Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicq; omnes confiteantur: quod ſpiritus ſanctus ex patre & filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumq; eſſe ſubſiſtens habet ex patre ſimul, & filio, & ex utroq; æternaliter tanꝗ ab uno principio, & unica ſpiratione procedit, declarantes quod id, quod doctores ſancti, & patres dicunt ex patre per filium procedere ſpiritum ſanctum. Ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc ſignificetur filium quoq; eſſe, ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum uero Latinos principium ſubſiſtentiæ ſpiritus ſancti, ſicut & patrem, & quoniam omnia quæ patris ſunt, pater ipſe unigenito filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe patrem, hoc ipſum quod ſpiritus ſanctus procedit ex filio ipſe filius æternaliter habet a patre, a quo etiam æternaliter genitus eſt, diffinimus inſuper explicationem illorum uerborum, filioq; procedit, ueritatis declarandæ gratia, & imminente, tunc neceſſitate licite, & rationabiliter fuiſſe appoſitam. Item in azimo ſeu fermentato pane triticeo corpus Chriſti ueraciter conficí, ſacerdotemq; in altari ipſum corpus domini conficere debere, unum quemq;, ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis eccleſiæ conſuetudinem. Item ſi uere pœnitens in dei charitate deceſſerit, antéꝗ dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatiſfecerint & obmiſſis, animas eorum pœnis purgatorij poſt mortem purgari, & ut a pœnis huiuſmodi releuentur prodeſſe eis fidelium uirorum ſuffragia, ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynas, & alia pietatis officia: quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundű eccleſiæ inſtituta, illorum quoq; animas, qui poſt baptiſma ſuceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt. Illos etiam qui poſt contractam peccati maculam, uel in ſuis corporibus, uel ex eiſdem exutæ corporibus prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ. In cœlum mox recipi & intueri clare ipſum deum trinum, & unum, ſic uti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius. Illorum autē animas qui in actuali, & mortali peccato, uel ſolo originali decedunt: mox in infernű deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Item diffinimus ſanctam Apoſtolicam ſedē & Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. principis Apoſtolorum, & uerum uicarium Iheſu Chriſti, totiuſq; eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, & doctorem exiſtere, & ipſi B. Petro paſcendi, regendi ac gubernandi uniuerſalem eccleſiam a Domino noſtro Iheſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Quēadmodum & in geſtis Oecomenicorum conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur, renouantes inſuper ordinem traditum in Canonibus ueterum uenerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimű Romanum pontificem, Tertius uero Alexandrinus, Quartus autem Antiochenus, Quintus Hieroſolymitanus, ſaluis uidelicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum; ingenti hæc unio Pontifici Eugenio, apud omnes nomen profeſſos Chriſtianum, gloriæ fuit. Hæc Blondus repetit dominus Marcus Vigerius Saonem Cardinalis

dinalis eruditus, in ſuo decacordo. Hoc idem ſępe teſtatum eſt, in nouiſſimo Concilio Romano celebrato anno gratiæ. M. D. XI. ſub Iulio ſecundo, ubi in ipſa conuocatione Concilij, dicit ſanctam Romanam eccleſiam, magiſtram fidei, ueritatis alumnam, omnium errorum expertem, unicam, & immaculatam diuina inſtitutione ſanctorum authoribus Conciliorum Canonumq; omnium teſtimonio eccleſiarum cunctarum Primatum tenente fidelium matrem &c. Et in monitorio contra tres Cardinales ait. Cœleſtis latitudo potentiæ, diuina prouidentia cuncta diſponens, ut eccleſiæ triumphanti militantem eccleſiam ſimilem faceret, uoluit Summo Pontifici Chriſti uicario, dominici gregis paſtori, adeſſe in regenda, & gubernanda uniuerſalis eccleſię monarchia, Conſiliarios, & miniſtros ſanctę Romanę eccleſiæ Cardinales. Et in ultima bulla conuocationis Cardinalium a Piſis ad Concilium Romanum ait. Saluator dominus noſter Iheſus Chriſtus &c. factus paſſibilis pro ipſius humani generis ſaluatione cuius ſic redempti, & a poteſtate diaboli liberati. Curam beato Petro cœleſtis regni clauigero Apoſtolorū principi, & ſucceſſoribus ſuis, commiſit omnē poteſtatem, & principatum ſuper omnes tribuendo, eumq; caput uniuerſalis eccleſiæ conſtituit. Omiſeramus circa œcumenicum Concilium Florentinum, de Græcis addere. Quod Platina meminit, abeuntibus Gręcis Armenios etiam cum fide noſtra conueniſſe, ſublatis crebris diſputationibus eorum erroribus promulgatiſq; Eugenij literis ſuper ea re quæ rationem concordię oſtenderent. Cum inſcriptione, datum in ſacroſancta œcomenica ſeſſione Concilij Florentini quod in Cathedrali eccleſia habitum eſt anno Domini. 1 4 3 9. die 2 2. Nouembris, ita hęc inuicta ueritas a tot ſæculis per omnes ætates ſalua manſit, & incolumis.

Concilium Lateranen. nouiſſimum.

Platina.

Armenij.

Primatus Petri probatur ex orationibus eccleſiæ de S. Petro & in conſecratione & coronatione Papę. Cap. XXIIII.

ACcedat hoc ultimo loco ſancta mater eccleſia. Cuius uocem omnes fideles audire debent: nam ut Ambroſius in Symbolo ait. Non habebit deum patrem, qui noluit habere eccleſiam matrem: orat autem ſancta mater eccleſia pro Romano Pontifice in die ſancto paraſceues, deus omnium fidelium paſtor, & rector famulum tuum Leonem, quem paſtorem eccleſię tuæ pręeſſe uoluiſti. Non euades negando preces illas eccleſiæ. Quoniam ſic Celeſtinus Papa contra Pelagianos utitur orationibus eccleſiæ. Confirmando actitata in Concilio Aphricano. Vnde iniurioſe, & falſo diuerſarij propugnator mihi aliqua propoſuit, ac ſi preculas eccleſiæ negarem, quod nunq; feci, nec unq; admiſſurus ſum dei gratia coadiuuante, & me ſubleuante. Porro in conſecratione Romani Pontificis orat eccleſia, iccirco huic famulo tuo Leoni quem Apoſtolicę ſedis pręſulem & primatem omnium qui in orbe terrarum ſunt ſacerdotum, & uniuerſalis eccleſiæ doctorem dediſti, & infra. tribuas ei domine cathedram Pontificalem ad regendum eccleſiam tuam, & plębē ſortis tuæ intra mundi limites uniuerſi. Et in coronatione eius prior Epiſcoporum Cardinalium tertiam dicit orationem, Deus qui Apoſtolum tuum Petrum inter cęteros Apoſtolos Primatum tenere uoluiſti, eiq; uniuerſæ Chriſtianitatis molem ſup humeros eius impoſuiſti, reſpice quęſumus propicius hunc famulum tuum Leonē, quem de humili cathedra uiolenter ſublimatum in thronum eiuſdem Apoſtolorum principis ſublimamus, ut ſicut profectibus tantę dignitatis augetur, ita uirtutum meritis cumuletur. Quatenus eccleſiaſticæ uniuerſitatis onus te adiuuante digne ferat. Sic prior diaconorum dans ei pallium dicit. Accipe pallium ſanctam plenitudinem Pontificalis officij ad honorem omnipotentis dei. Et Papa confirmaturus Epiſcopū dicit. Mandata cœleſtia efficaciter gerimus, ſi noſtra cum fratrib9 onera partiamur.

Ambro.

Et in natali die S. Petri canit de Petro ſancta mater eccleſia. Regẽ adoremus domi-
num, qui in cœlo, & in terra primum S. Petro donum dedit ius ligandi atq; ſoluendi,
ob hoc in ſacerrimo Canone Miſſæ, dum ſacerdos pro dei eccleſia orat, Imprimis
quę tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adiu-
uare, & regere digneris, toto orbe terrarum. Mox orat pro Papa quaſi uniuerſalis
Nomen Papæ in Miſſa. eccleſiæ paſtore, una cum famulo tuo Papa noſtro Leone (nomen enim Papæ ex-
primi debet, ut Gelaſius tradidit ante mille annos) adiecto dein paſtore inferiore uo-
cato in partẽ ſollicitudinis, & antiſtite noſtro, libro primo plura fuere audita de hoc
teſtimonia ex auctoritate eccleſiæ, ſed nolumus uelut deridiculus fidicen, qui corda
ſemper aberrat eadem, eadem recinere. Credo itaq; cuilibet fideli non temerario, ꝑ-
teruo aut pertinaci, perſuaſum iam eſſe Petrum habuiſſe Primatum a Chriſto: quẽ
tenent ſucceſſores eius Romani Pontifices; quod poſt Euãgelica dicta libro primo,
ostendimus id libro ſecundo auctoritate S. Dionyſij, Cypriani, Athanaſij, Euſebij,
Epilogus Augu. Hiero. Ambroſij, Gregorij, Cyrilli, Chryſoſto. Leonis, Maximi, Bedę, Bern
hardi, Anſelmi, Optati, Lactantij, S. Franciſci, ſanctis iſtis doctoribus copulauimus
ſanctos Martyres Romanos Pontifices, diuos Imperatores, & ſacerrima Concilia,
quæ omnem Chriſtianum pium & fidelem ad aſſentiendum merito aſtringere de-
bent, & cogere ad credendum, hanc poteſtatem Pontificiam Petri & ſucceſſorum
eſſe a deo; ideo credo Pontificem Romanum, ſicut locum Petri, ita & principatum
nunq; perditurum. Vnde inaniſſimi ſunt cauilli, quos in contrarium duxit ille hęreti
Diſ. 9. ego ſolis cus Marſilius de Padua in libro defenſorij pacis, fundat nempe ſe ex textu S. Augu-
ſtini. Reſoluit enim ſe ad hoc punctum (quod & diuerſarius noſter facit) quia aucto-
ritatibus ſanctorum doctorum, credere non arctamur; niſi in quantum ſe fundant in
ſacra Biblia. Hęc autem ſententia eſt periculoſa, poſt ſanctę eccleſię probabiliũ do-
Diſ. 11. eccleſiaſticarum. ctorum approbationem. Vnde potius debebat acquieſcere dicto Auguſtini, q̃ ita
pręſumere, et in Chryſopaſſo prędeſtinationis late proſequuti ſumus; quid faciat do
ctorum approbatio, nunc ad alia pergamus.

Quod S. Petrus fuerit executus officium Prima-tus ſui. Cap. XXV.

AVctoritatibus plurimis iam teſtatum reliquimus B. Petrũ accepiſſe Prima-
tum totius eccleſiæ, quẽ & ſucceſſores probe tenuerunt. Supereſt ut ratiõi-
Petrus uſus bus q̃q; id aſtruamus, ſed anteq; hoc faciam9, erit forſan nõ inutile oſtẽdere
Primatu. Petrum fuiſſe uſum & executũ officium ſui primatus, Qđ & breuib. facturi ſumus.
Primo ¶ Primo enim interrogante Chriſto, an Apoſtoli cum alijs diſcipulis qui abierant
Iohan. 6. retro abire uellent? Reſpondit Symon Petrus. Domine ad quem ibimus? uerba ui-
Secundo tæ ęternæ habes. Sic interrogante Iheſu. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpon
Math. 16. dit Symon Petrus dicens. Tu es Chriſtus filius dei uiui. Dicente item domino. Et
Tertio. Lu. 12. uos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet, ait ei Petrus. Do-
Quarto mine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Chriſto item dicente, quomodo
Math. 19. diuites non facile regnum cœlorum ingrederentur, tunc reſpondens Petrus dixit
ei. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo nobis erit? Sic dum
Quinto diſcipuli impleuerunt ambas nauiculas piſcibus, & Petrus hoc uidens procidit ad
Luce. 5. genua IHESV, dicens. Exi a me domine, quia homo peccator ſum. Diſcipulis quo
Sexto. q; in mari laborantibus, domino apparente & dicẽte. Habete fiduciam, Ego ſum no
Math. 14. lite timere. Reſpondens autem Petrus dixit, domine ſi tu es, iube me uenire ad te ſu
Septimo per aquas. Transfigurante ſe domino in monte, reſpondens Petrus dixit ad Iheſum.
Math. 17. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si uis faciamus hic tria tabernacula. Quum Chr̃us

dixiſſet

diximſſet de noxa proximo remittenda. Tunc accedens ad eum Petrus, domine quo- Octauo
tiens in me peccabit frater meus, & dimittam ei, ita ſæpe in Euangelica hiſtoria plus Math.18.
omnibus Apoſtolis legitur uel reſpondiſſe, uel interrogaſſe dominum. Vt ueriſſime
a Chryſoſtomo os Apoſtolorum, a Dionyſio uertex Apoſtolorum appelletur. Ca-
put enim reſpondit & interrogat pro ſubditis. Poſt Reſurrectionem quoq; interro- Nono
gauit dominum, de Iohanne dicens. Hic autem quid? Sed & poſt Aſcenſionem of Iohan.21.
ficium ſibi a domino creditum fideliter, & ſtrēnue eſt executus: Nam mox poſt eius Decimo
Aſcenſionem præſentibus aliꝭs Apoſtolis, pręſidentiæ ſuæ actum exercuit. Exur-
gens enim Petrus in medio fratrum dixit. Viri fratres oportet impleri ſcripturam Actu.1.
quam pręđixit ſpiritus ſanctus per os Dauid &cæ. in tanto fidelium numero præſen
te etiam Maria matre domini, & tota eccleſia, S. Petrus ſui officiꝭ munus obiuit, &
Mathiam in locum Iudæ ſubſtituit: ſorte prius diuinitus data, ut meminimus. Et in
die Penthecoſtes omnes Apoſtolos defendit. Stans Petrus cum undecim eleuauit Vndecimo
uocem ſuam, & loquutus eſt eis. uiri Iudęi & qui habitatis Hieruſalem uniuerſi, hoc Actu.2.
uobis notum ſit, & auribus percipite uerba mea &c. Sic populo admirante de clau- Duodecimo
do ſanato ad portam ſpecioſam. Videns Petrus reſpondit ad populum, uiri Iſraelitæ, Actu.3.
quid miramini in hoc &c. Captis Apoſtolis Iohanne, & Petro, & in Concilio ſtatu- Decimotertio.
tis in medio tūc repletus ſpiritu ſancto Petrus, dixit ad eos, Principes populi & ſenio Actu.4.
res Iſrael audite, ſi nos diꝭudicamur hodie in benefacto hominis infirmi. Ananiam Decioquarto
præterea, & Saphiram ſpiritui ſancto mentientes, Petrus ſolus ſententia mortis dam Actu.5.
nauit, dicens ad Ananiam. Cur tentauit ſathanas cor tuum, mentiri ſpiritui ſancto, &
fraudari de precio agri. Symone Mago uolente pro pecunia emere poteſtatem dan Decimoquito
di ſpiritum ſanctum per impoſitionem manuum. Petrus dixit ad eum, pecunia tua Actu.8.
tecum ſit in perditionem, quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Simili- Decimoſexto
ter dum Apoſtoli Concilium conuocaſſent ſuper obſeruantia legalium, eo ꝙ aliqui
Phariſæi credentes dicerent oportere circuncidi conuerſos, & ſeruare legem Moy-
ſi, in eo Concilio uelut præſidens. B. Petrus propoſuit dubium diſcutiendum, ait enī
Lucas. Conuenerunt Apoſtoli & ſeniores uidere de uerbo hoc, quum autē magna Actu.15.
inquiſitio fieret, Surgens Petrus dixit ad eos, uiri fratres uos ſcitis quoniam ab anti-
quis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes, uerbum Euangeliꝭ, &
credere &c. Et ꝗuis S. Iacobus pronunciauerit in Concilio, ut mox ſequitur: tamen
hoc fuit quoniam Petrus deferebat Iacobo in ſua eccleſia reſidenti: tamen Petrus fu-
it princeps huius decreti de legalibus, non Iacobus, ut teſtatur B. Hieronymꝰ ad Au Hierony.
guſtinum in epiſtola incip. Tres ſimul epiſtolas, ubi ait. In ſententia Petri Iacobum,
& omnes pręſbyteros ſimul tranſiꝭſſe, ſubdit. Hęc non debent eſſe moleſta Lectori,
ſed mihi & illi utilia, ut probemus ante epiſtolam Paulum non ignoraſſe Petrum
principem huius eſſe decreti, legem poſt Euangelium, non eſſe ſeruandam.

Ratio prima pro Primatu Papæ, ſumpta ex conformitate eccleſiæ militantis ad triumphantem. Cap. XXVI.

SVpereſt ut hanc noſtram ſententiam rationi conſentaneam oſtendamus: quam tot ſolidiſſimis ſcripturarum & ſanctorum patrum teſtimoniꝭs firmauimus; liceat tamen hic pręfari, neminem debere a me expetere acribologiam mathematicam in hoc negocio: demonſtrari enim nequit, quod uoluntate dei optimi max. contingenter conſtitutum eſt. At probabiles rationes adducturi ſumus, quæ cuilibet fideli non frontoſo ſatisfacere debent, ut redigat intellectum ſuū in captiuitatem, in obſequium Chriſti. 2. Corin.10.

Ratio prima ¶ Et primo quidem ita roboro ſententiam iam ſępe adſertam: quoniam eccleſia illa
2. Cor. 5. militans in terra, quæ adhuc peregrinatur per fidem a domino, eſt exemplata & effigiata ad inſtar cœleſtis eccleſię triumphantis, in cœlo per gloriam, iuxta illud Apocalypſis.
Apocal. 21. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem a deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. At nemo fidelis dubitat talem ordinem principatuum eſſe in cœlo ubi manſiones multæ ſunt, & deus eſt omnia in omnibus, iuxta illud
Iohan. 14. 1. Cor. 15. Iob. 38. Iob: Nunquid noſti ordinem cœli, & rationem eius pones in terra. Vnde Chriſtus, non reliquit talem poſt ſe confuſionem, in ſancta eccleſia ſua, quum ea, quæ a Deo
Roma. 13. ſunt ordinata ſint. Adſtitit enim regina eccleſia a dextris eius, circundata uarietate
Pſalm. 44. miniſtrorum. Ibi enim ſunt minores clerici, Subdiaconi, Diaconi, Præſbyteri, Archipræſbyteri, Epiſcopi, Primates, & horum omnium caput Papa: quare non oportet confundere iure diuino clerum, & Epiſcopum, quod quilibet Curatus ſit Epi-
Epheſ. 4. ſcopus. Hac ratione uſus eſt, ut uidetur, Beatus Paulus uas electionis. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios uero Euangeliſtas.
Dionyſius. Hanc rationem attigiſſe uidetur ſacer Dionyſius de eccleſiaſtica hierarchia. Noſtra enim hierarchia a deo traditis ordinibus ſancte diſpoſita, ſanctis & cœleſtibus hierarchijs conformis eſt. Nam ibi ſunt principatus, uirtutes, dominationes, throni, ut teſtatur etiam Apoſtolus, liquet hoc in elegantiſſima Pyramide, quem commentarijs noſtris ſuper myſtica theologia Dionyſij adiecimus, uarietatem illam ordinum pulcher-
Cap. 3. rimam Dionyſius explicat in Cœleſti hierarchia, & utriuſque hierarchiæ conformitatem duobus libris expreſſit. Vnde conſectarium eſt, ſicut in cœlis eſt uerum caput CHRISTVS: habet tamen caput miniſteriale etiam in terra. Hac ratio-
Nazanzenus ne uſus eſt beatus Gregorius Nazanzenus in Apologetico, ubi inter alia ſic ait. Malum eſt & inutile, uel omnes fieri uelle rectores, ut nullus qui regi debeat, iam ſuperſit: uel rurſum regendi officium neminem uelle ſuſcipere, per quod, ſcilicet claudicare continuo, & labefactari poterit omne corpus eccleſiæ, nemine quoq; gubernante. Et ubi nam a nobis, uel quomodo, aut a quibus colitur deus: quo pacto ſacroſancta myſteria ad inſtar cœleſtis imaginis celebrabuntur, per quæ utique in terris adhuc poſiti, cœleſtibus ordinibus ſociamur: erit ſine dubio illud quod dictum eſt, ut non
Oſeæ 3. ſit Rex, neque princeps, neque ſacerdotium, neque ſacrificium, & omnia illa nobis quoque accident: quibus pro immenſis ſceleribus prior ille populus condemnatus eſt. Expende, ad inſtar cœleſtis imaginis, & quod reputat auferri a nobis princi-
Bonifacius. patum ſacerdocij. Vſus eſt hac ratione beatus Bonifacius I. in epiſtola ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum de reconciliatione Aphrorum. Quomodo eccleſia ad inſtar cœleſtis militiæ, diſparem habeat concordantiam hierarchicam, in qua ad unum primum S. Papam Romanum deuenitur. Vſus eſt hac ratione beatus
Grego. Gregorius magnus uniuerſis Epiſcopis Galliarum, ad hoc diuinæ diſpoſitionis prouiſio gradus & diuerſos ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diuerſitate contextio: & recte officiorum moles gereretur adminiſtratione ſingulorum. Neq; enim uniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia uero creatura in una eademq; ęqualitate gubernari, uel uiuere non poteſt cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli, ſunt archangeli: liquet quod non ęquales ſunt, ſed in poteſtate, & ordine (ſicut noſtis) differt unus ab altero. Si ergo inter hos, qui ſine peccato ſunt iſtam conſtat eſſe diſtinctionem: quis hominum abnuat huic ſe diſpoſitioni libenter ſubmittere? Cui noui etiam angelos obedire. Hinc etenim pax & charitas, mutua ſe uice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & deo placita dilectione ſynceritas. Quia igitur unumquodq; tunc ſalubriter complet officium. Cum fuerit

unus

unus ad quem poſcit recurri præpoſitus. Vide in regiſtro lib. iiij, renarrat Gratian9, Epiſto.52.
uſus eſt hac ratione B. Bernhardus de conſideratione ad Eugenium Papam lib. iij. Diſ.89. ad hoc
ubi Graphice ita conſtruit. Nec uilem reputes formam hanc, quia in terra eſt, ex= Bernhar.
emplar habet e cœlo. Neq; enim filius poteſt facere quicquam, niſi quæ uiderit pa Iohan.5.
trem facientem, præſertim cum ſub Moyſi nomine dictum ſit. Vide omnia quæ Exo.25.
facias, ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt: uiderat hoc qui di=
cebat, uidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, a Deo Apoca.21.
paratam: ego enim propter ſimilitudinem dictum reor, quod ſicut illic Seraphin, & Cherubin, ac cæteri quiq; uſq; ad angelos, & archangelos ordinantur ſub uno capi= te deo: ita hic quoq; ſub uno ſummo Pontifice, Primates, uel Patriarchæ, Archiepi ſcopi, Epiſcopi, Præſbyteri, uel Abbates, & reliqui in hunc modum: non eſt parui= pendendum q; & deum habet authorem, & de cœlo ducit originem. Q2 ſi dicet E= piſcopus, nolo eſſe ſub Archiepiſcopo, aut Abbas, nolo obedire Epiſcopo, hoc de cœlo non eſt, niſi tu forte Angelorum quenpiam dicentem audiſti, nolo ſub Archã gelis eſſe, aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem non ferentem ſubeſſe cuipiam niſi deo. Hæc Bernhardus, qui cęteris exactius hanc tornauit rationem & inſtruxit, quæ diuerſarius diuerticula quærit & euaſiones, libro tertio non reticebi= mus: hac ratione uidetur uſa alma facultas Theologica famoſiſſimi ſtudij Parrhiſini contra Iohannem Tornaceñ. Ita. n. refert Iohan. maioris amœni ingenij doctor. Pri= Io. maioris.
mus articulus fratris Iohannis Angeli, prędicatus Tornaci fuit iſte, fratres præſenta= ti Epiſcopo & admiſſi ſunt proprij ſacerdotes & uere curati, & melius q̃ præſ byteri parrochiales, quia facultatem ſuam habent a ſummo Pontifice, & dicti præſbyteri ab Epiſcopo ſolum: Sequitur qualificatio facultatis facta ante xxxviij. annos, Quic= quid ſit de prima parte propter ęquiuocationem illius termini proprij: dicit tamen fa cultas quod proprie in ſe & quo ad omnes reliquas partes & probationem partis ul timæ qua dicitur, ab Epiſcopo ſolum, eſt ſcandaloſa, in fide erronea, hierarchi ordi= nis deſtructiua & pro cõſeruatione eiuſdem ordinis publice reuocanda & abiuran= da. Vnde apparet eſſe extremam hęreſim, uelle diſſoluere pulcherrimum ordinem eccleſiæ a deo inſtitutum, & ſic poteſtatem eccleſiæ imminuere. Et hęc eſt prima ra= tio & communior, quę pro hac ſententia afferri ſolet.

Secunda ratio pro Primatu Papæ ex ſimilitudine ad Sy= nagogam, Tertia item ex bonitate regiminis monarchici. Cap. XXVII.

AStruitur hoc idem alia ratione communi & tali, decet eſſe illum ordinem Secunda.
eccleſiaſticum ſub uno capite Papa, non ſolum ad imitationem Cœleſtis eccleſię uti prior ratio deduxit, Sed etiam ad ſimilitudinem ſynagogę, cum
eccleſia ſponſa Chriſti, & quę ex latere eius fluxit: ſit excellentior ſynagoga. In qua 1. Cor.10.
omnia in figura contingebant ipſis. Ideo tanto maior eſt unitas in eccleſia, quanto ſacerdotium Euangelicum eſt excellentius legali: & quanto figuratum eſt excellen
tius figura, licet inter illa ſit quędam ſimilitudo. At regimen Synagogæ fuit Monar Exo.28.
chicum: ubi conſtitutus eſt unus ſummus ſacerdos, qui pręerat omnibus ſacerdoti= bus, tantaq; erat illi data poteſtas: ut qui ei non obtemperaret, morte dignus eſſet. Ve
lut eleganter S. martyr Cyprianus, in epiſtola ad Cornelium inducit. Et homo qui= Deute.17.
cunq; fuerit, in diebus illis morietur homo ille, tranſlatione uulgata, ſic legitur. Et faci es quodcunq; dixerint qui pręſunt, loco quem elegerit dominus, & docuerint te ei9 legem, ſequeriſq; ſententiam eorum: nec declinabis ad dextram, neq; ad ſiniſtram: qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat deo

tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille,& auferatur malum de Iſrael. Conſtitu-
Leui. 8. tus autem eſt Aaron ſummus ſacerdos iuſſu domini,& ibi a Moyſe conſecratus eſt.
Vnde ita accurate a ſacra ſcriptura, & hiſtorijs Summi Pontificis deſcripti ſunt le-
gales,quorum Catalogum referre libet.

Catalogus Pontificum Synagogæ.

1. Aaron.	18. Sadoch.	35. Onias magnus.	
2. Eleazar.	19. Sellum.	36. Simon.	
3. Phinees.	20. Elchias.	37. Onias pius.	
4. Abiſue.	21. Aſarias.	38. Matathias.	
5. Bocci.	22. Zaraias.	39. Iudas Machabęus.	
6. Ozi.	23. Ioſedech.	40. Ionathas.	
7. Heli.	24. Ioſue.	41. Symon.	
8. Achitob.	25. Ioachim.	42. Iohannes hircanus.	
9. Achimelech.	26. Elizaphat.	43. Ariſtobulus rex & ſacerdos.	
10. Abiathar.	27. Ioiade ſeu Iudas.	44. Alexander uelamirus.	
11. Sadoch.	28. Iohannes.	45. Hircanus.	
12. Achimaas.	29. Iadus.	46. Antigonus.	
13. Arias.	30. Onias.	47. Annas.	¶ Hic incepit Pontifi-
14. Ioiada.	31. Simon iuſtus.	48. Iſmael.	catus uenalis eſſe ſub
15. Azarias.	32. Eleazarus.	49. Eleazarus.	Herode.
16. Amarias.	33. Onias.	50. Symon.	
17. Achitob.	34. Simon.	51. Cayphas, etiam Ioſephus dictus.	

¶ Vſq; ad euerſionem ciuitatis Ioſephus dicit a diebus Herodis uiginti nouem fuiſ-
ſe Pontifices: Scio alios aliter ordinaſſe & nominaſſe,ſed nos relictis opinionibus,cō
li. 20. cap. 9. muniorem ſecuti ſumus ſententiam. Videatur Ioſephus.
¶ Deus autem multo maiorem curam habet Euangelici ſacerdotij & eccleſiæ ſuæ
ſanctæ q̃ ſynagogæ. Ideo & maiorem uult ſeruare in ea unitatem; quod non eſſet,
ſi tota eccleſia non regeretur ſub uno capite Papa.
Tertia ratio. ¶ Tertia porro ſuccedat ratio. Suffragatur enim propoſito noſtro,quod regimē mo
3. Pol. narchicum ſit optimum ſecundum Ariſto. Quare deus tale regimen in eccleſia ſua
12. Metaph. ordinauit,& per Prophetas multifariam prædixit. Quod pulcherrimo ordine,et mi
ra uarietate in eccleſia eſt diſtinctum. Si. n. regina Saba mirabatur, uidens omnem
3. Reg. 10. ſapientiam Salomonis,habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrãtium,ueſteſq; eorū,
pincernas,& holocauſta,quę offerebat in domo domini, nō habebat ultra ſpiritum:
quanto magis ordo miniſtrantium , & pręſidentium, in eccleſia dei,mirandus eſt, ſi-
Canti. 6. cut ſapiens ait de ea. terribilis eſt,ut caſtrorū acies ordinata, ideo hoc promiſit deus p̃
Ezech. 34. prophetam,ſuſcitabo ſuper eos paſtorem unum:& paſtor unus erit omnium ueſtrū.
Ezech. 37. Eſt. n. unum ouile,una eccleſia,erit ergo,& unus paſtor:quod & Iohel pręuidit, con
Iohan. 10. gregabuntur filij Iuda,& filij Iſrael pariter,& ponent ſibi caput unum. Nolunt. n. en
Iohel. 1. tia male diſponi,neq; pluralitas principatuū bona eſt Ariſtot. ait. Hoc a Symbolis o-
Hierony. ſtēdit B. Hiero. ad Ruſticum monachū. Renarrat Gratianus. In apibus princeps u-
7. q. 1. In apib. nus eſt,& grues unam ſequunt̃,ordine literato. Impator unus, Iudex unus prouĩciæ.
Roma aũt condita,duos fr̃es ſimul Reges habere non potuit, & parricidio dedicat̃.
Gene. 25. In Rebeccę utero,Eſau,& Iacob bella geſſerũt. Singuli eccleſiarū Epĩ, ſinguli Ar-
chiepĩ,ſinguli Archidiaconi,& omnis ordo eccleſiaſticus,ſuis rectoribus nititur. Suf
Iohan. 17. fragatur prędictis quod Chriſtus maxime deſiderauit unitatem eccleſię rogans pa-
trem,ut unum ſimus:& ideo Apoſtolus Paul. ait,idipſum dicatis oẽs,& nō ſint in uo-
1. Cor. 1. bis ſchyſmata. Sed cũ uarię quęſtiões in fide & ritibꝰ eccleſiaſticis emergãt:niſi eſſet

primatus apud quem omnium harum dubitationum fieret definitio, iam eccleſia in numeris eſſet ſubiecta ſciſſuris, erroribus, tempeſtatibus, diſcordijs: diuideretur unitas eccleſiæ Et in unaquaq; diœceſi propria oriretur hæreſis, ut uериſſime dixerat S. Thomas aquinas, qui hanc ſupremam poteſtatem negāt in eccleſia, ſchyſmatici ſũt, diuiſores eccleſiaſticę unitatis. Vnde fides nr̃a miſerabilior eſſet quacunq; lege, & ſecta in mundo: quod occurrentibus dubijs, uel diſcordijs, non haberemus unum primum, ad quē tuto poſſemus recurrere: qui indubitate in his quæ ſunt fidei ueritati conſonā pronunciaret ſententiā: quomō optimus legiſlator & perfectiſſimus Chriſtus, ſuam eccleſiam ita dereliquiſſet uiduam & deſolatā: Cui tamen nihil defectus admiſiſſe teſtat̃ per Prophetam Iſaiam. Quid ultra debui facere uineæ meę, & nō feci: quare ad ſchyſmata uitanda, ad errores præſcindendos oportet quod ſit in eccleſia unus ſupremus Rector, & Doctor, apud quem etiam authoritas ſit, & ſumma ſummarum in dubijs fidei definiendis: & quāuis dulcis Iheſus ſit uerus ſponſus eccleſię, & oīm fidelium caput: tñ oportet adeſſe caput miniſteriale, quod nobiſcum conuerſetur: quod poſſimus accedere, et noſtras neceſſitates ei exponere. Hoc eſt Papa, Romanus Pont. ſucceſſor Petri, Domini Iheſu Chriſti in terris uicarius. S. Thomas. Iſa. 5.

Roboratio prioris rationis quod bonum ſit unum omnibus præeſſe. Caput. XXVIII.

Locupletabimus prædictam rationem ex epiſtola B. Grego. ad uniuerſos Epiſcopos Galliæ. Cuius ſupra quoq; meminimus, ait enim. Quia unum quodque ſalubriter, tunc completur officium: quum fuerit unus ad quē poſſit recurri præpoſitus: iccirco oportunum eſſe perſpeximus, in eccleſijs, quę ſub regno præcellentiſſimi filij noſtri Chilberti Regis ſunt ſecundū antiquā conſuetudinē, Fratri noſtro Virgilio Arelateñ. ciuitatis Epiſcopo uices noſtras tribuere, quatenus, & catholicæ fidei integritas deo protegente, ſollicita deuotione ſeruetur. Et ſi inter fratres cōſacerdoteſq; noſtros, aliqua euenerit contentio authoritatis ſuæ uigore, uicibus ſed. Apo. functus, diſcreta moderatione cōpeſcat. Si ergo S. Greg. pro meliori regimine, & ut ſalua maneret fidei integritas, uoluit per Gallias, unum præeſſe: quanto magis prudentiſſimus legiſlator in perfectiſſima lege Euangelica, præpoſitum cunctis aliquē conſtituit: qui nihil neceſſarium in ſynagoga neglexit, ſicut iam ſuperius Iſaiam induximus: quanto magis eccleſiā ſponſam ſuam non deſeruit. Hac ratione uidetur uſus fuiſſe Leo. ix. aduerſus præſumptiones Michaelis Conſtantinop. dicens. Ipſa corporeorū cōpoſitio membrorum nos doceat qualiter eccleſia intelligi debeat: ipſa. n. eſt corpus Chriſti, & Apoſtolus dicit. Vos eſtis corpus & membra de membro, & ſicut in uno corpore multa membra ſunt, oīa tñ non habent eundē actum, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto ſingulariter alter alterius membra, & infra. Si totū corpus oculus, ubi auditus, & alij ſenſus, nūc aūt diſpoſuit deus, ſicut uoluit corporis mēbra ſingula officio ſuo apta. Membrum enim officio ſuo nō contentum: ſed cupiens eripere alienum cōturbat corporis ordinē totum, uelut ſi uiſus uoces, auditus calores diſcernere tentet. Sic ſingulorum ornamenta non ſunt alij congrua, ſed unumquodq; requirit ſua, & abijcit aliena: Expende illā rationē, quia ſumus omnes unū corpus in una ſpe uocationis uocati, & in illo corpore ſunt diuerſa mēbra, etiam officialia, & quodlibet debet eſſe ſuo offitio cōtentum: ne totus ordo eccleſiaſtici corporis turbet̃. Et ex illa membrorum diuerſitate, ordo hierarchicus deprehendit̃, qui faſtigiatur in apicē Papatus: q̄a debet eſſe ordo concordantiæ membrorum. Cōcordantia aūt non eſt ſine uno & pluribus. Plura. n. cōcordant, unū eſt ſibi idē, ſi nō adfuerit unū, non erit concordia, ſed diſcordia: habet ergo corpus illud ordinē concordātiæ, quādo eſt in uno capite, & in plurib. mēbris: poſſet latiſſime extēdi Grego. Leo. 9. 1. Corinth. 12

Bernhardus. illa ratio: Vſus eſt, & hac ratione B. Bernhardus lib. iij. de conſideratione ad Eugenium, erras ſi ut ſummam, ita & ſolam inſtitutam a deo ueſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas. Si hac ſentis, diſſentis ab eo qui ait, Non eſt poteſtas niſi a deo, pro
Roma. 13. inde quod ſequit̃, q̃ poteſtati reſiſtit, ordinationi dei reſiſtit. Etſi principaliter pro te facit, non tamen ſingulariter: deniq; idem ait, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non ait, ſublimiori tanq̃ in uno, ſed ſublimioribus tanq̃ multis. Non ergo tua ſola poteſtas a deo: ſunt & mediocres, ſũt & inferiores: & quomodo quos
Math. 19. deus coniunxit, non ſunt ſeparandi, ſic nec quos ſubiunxit, comparandi. Monſtrum facis ſi manu ſubmouens digitum facis pendere de capite, ſuperiorem manu brachio collateralem. Tale eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locas, quam ipſe diſponit: niſi tu putas alium eſſe qui poſuit in eccleſia quoſdam quidem Apoſtolos,
Epheſ. 4. quoſdam autem prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios Doctores, & paſtores, ad conſum̄ationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Atq; hoc corpus quod tibi ipſi Paulus ſuo uere Apoſtolico figurans eloquio, & capite conuenientiſſime aptans, totum ex eo compactum perhibet, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcuiuſq; membri augmentum corporis faciens in ædificationem ſui in charitate: im-
Exemptiones. probat S. pater illas exemptiones, quæ iam ſolitæ ſunt fieri, ubi ſubditus eximitur a poteſtate ſuperioris & immediate ſubijcitur Roma. Pont. Adduximus ſuperius B.
Hiero. Hierony. contra Iouinianum, ubi affirmat Petrum conſtitutum principem Apoſtolorum. Cuius cauſam ſubdit, ut capite conſtituto ſchyſmatis tolleretur occaſio: quare ſolide noſtra perſiſtit ſententia, Primatum a deo in eccleſia conſtitutum.

Ratio quarta ex ſucceſſione Roma. Pon. ex Optato, & Auguſtino deducitur adiecto Summo Ponti. Catalogo. Cap. XXIX.

Optatus. SEptẽ libris diſputat hoc negociũ Optatus Mileuitanus Epiſcopus Apher, ut ſcribit Cardinalis Brixieñ. Germanus doctiſſimus, et illic concludit. Cunctos Catholicos Epiſcopos unitatem Cathedræ neceſſario tenere debere. Et libro ſecundo, contra Parmenianum (contra quem, & Auguſtinus ſcripſit, fuerunt enim ſynchroni) eodem renarrante decidit. Non eſſe dubium ſedem Romanã per omnes ſucceſſores connumerando uſq; ad Petrum qui primus ibi ſedit, conti-
Augu. nuari, & per illud Chriſto iungi. Sic elegantiſſime Auguſti. Fortunatus, et Alipius
Epiſtola. 165. ad Generoſum ſcripſerunt, contra Donatiſtas. Si enim ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt: quanto certius & uere, & ſalubriter ab ipſo Petro numeramus: Cui totius eccleſiæ figuram gerenti, dominus ait. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, enumerat dein per ordinem Romanos Pontifices a petro uſq; ad Anaſtaſium. Subdens in hoc ordine ſucceſſionis, nullus Donatiſta reperitur Epiſcopus. Sed ex tranſuerſo ex Aphrica ordinatum miſerunt: qui paucis præſidens Aphris in urbe Roma, Montenſium uel cucubitarum uocabulum propagauit. In illum autem ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro uſq; in Anaſtaſium: qui nunc eandem Cathedrã tenet, etiam ſi quiſq; traditor ſurrepſiſſet per illa tẽpora, nihil præiudicaret eccleſiæ, & innocentibus Chriſtianis: quibus dominus prouidens ait, de prępoſitis malis, quę
Math. 23. dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt, ut certa ſpes ſit fidelis: quæ non in homine, ſed in domino collocata nunq̃ tempeſtate ſacrilegi ſchyſmatis diſſipetur. Hæc omnia profunde expenſa, quod Donatiſtis ſucceſſionem Epiſcoporum non in Aphrica, Apher Aphris. Sed Romæ obijcit: quod hic uult probare Euangelium gentibus, & orbi terrarum annũciatum: quod certa ſpes ſit licet in domino collocata, fidem non diſſipari, etiam ſi traditor Romæ ſederit.

derit. Verba tamē Romani Pontificis, ſunt audienda, opera fugienda. Vnde S. Auguſtinus, nobis occaſionem dedit retexendi ſucceſſionem Epiſcoporum Romanorum a Petro, uſq; ad Dominum Leonem. x. iam eccleſiæ uniuerſali præſidentem, qui eſt. ccxxix. in ordine, quam ille ad ſuæ ætatis Papam Anaſtaſium extendit, adiecta eſt formula. Quotto anno Chriſti quiſq; Cathedram Sanctam rexerit. Et hoc eo quidem conſilio qd' in ſuperioribus ſæpe meminimus conſtitutionem antiquiſſimorum Pontificū, ut ſic in promptu habeat Lector Candidus hanc pagellam, qua confeſtim agnoſcat, quo tempore quiſquis eorum fuerit, niſi quod hic ſeptem Anni Petri in Antiochia non computantur. Auguſti.

SVMMORVM PONTIFI. CATALOGVS.

ANN. Chriſti.	PONTI. nomen.	Anni. regiminis.	Menſes.	ANN. Chriſti	PONTIFI. nomen.	Anni. regiminis.	Menſes.
33	Petrus	25.	7.	338	Iulius	16.	4.
70	Linus	11.	3.	354	Liberius	16.	7.
81	Cletus	11.	1.	370	Felix, ij.	1.	4.
92	Clemens	9.	2.	371	Damaſus	18.	2.
101	Anacletus	9.	2.	389	Siritius	15.	11.
110	Euariſtus	9.	10.	404	Anaſtaſius	3.	0
119	Alexander	10.	7.	408	Innocentius	15.	2.
129	Sixtus	10.	3.	424	Zozimus	1.	8.
139	Teleſphorus	11.	3.	425	Bonifacius	3.	4.
143	Iginus.	4.	3.	438	Celeſtinus	8.	0
147	Pius	12.	0	436	Sixtus, iij.	8.	0
159	Anicetus	9.	4.	444	Leo	21.	1.
168	Sother	9.	3.	465	Hylarius	6.	3
177	Eleutherius	21.	6.	471	Simplitius	15.	1.
189	Victor	10.	3.	486	Felix, iij.	8.	11.
208	Zepherinus	9.	0	494	Gelaſius	4.	8.
217	Calixtus	5.	2.	498	Anaſtaſius, ij.	1.	10.
222	Vrbanus	8.	2.	499	Symachus	15.	6.
230	Pontianus	9.	5.	514	Hormiſda	9.	0
239	Antherus	3.	1.	523	Iohannes	2.	8.
242	Fabianus	13.	11.	525	Felix, iiij.	4.	2.
255	Cornelius	3.	10.	529	Bonifacius, ij.	2.	0
258	Lucius	3.	12.	531	Iohannes, ij.	2.	4.
261	Stephanus	3.	3.	533	Agapitus	1.	0
264	Sixtus	2.	9.	534	Siluerius	1.	5.
266	Dionyſius	6.	2.	535	Vigilius	17.	6.
272	Felix	4.	3.	552	Pelagius	11.	0
276	Eutichianus	8.	10.	563	Iohannes, iij.	13.	0
284	Caius	11.	4.	576	Benedictus	4.	1.
295	Marcellinus	9.	4.	580	Pelagius, ij.	10.	3.
304	Marcellus	5.	6.	590	Gregorius, I.	13.	6
309	Euſebius	2.	6.	603	Sabinianus	1.	5.
311	Melchiades	4.	7.	605	Bonifacius, iij.	0	8.
	Huc uſq; Martyres			606	Bonifacius, iiij.	6.	8.
315	Syluester	21.	0	613	Deuſdedit	4.	0
336	Marcus	2.	8.	617	Bonifacius, v.	5.	0

SVMMORVM PONTIFICVM CATALOGVS

ANN. Chriſti	PONTI. Nomen	ANN. regiminis.	Menſes.	ANN. Chriſti	PONTI. Nomen	ANN. regiminis	Menſes.
622	Honorius	12.	11.	902	Iohannnes.ix.	2.	0
634	Seuerinus.	1.	0	904	Benedictus.iiij.	3.	4.
635	Iohannes.iiij.	1.	9.	907	Leo.v.	0	0
636	Theodorus	6.	5.	907	Chriſtophorus	0	7.
643	Martinus	6.	1.	907	Sergius.iij.	7.	3.
650	Eugenius	3.	0	914	Anaſtaſius.iij.	2.	2.
653	Vitellianus	14.	6.	916	Lando	0	6.
667	Adeodatus	4.	2.	917	Iohannes.x.	13.	2.
672	Donus	1.	2.	930	Leo.vi.	0	6.
673	Agathon	2.	6.	930	Stephanus.vij.	2.	1.
676	Leo.ij.	0	10.	933	Iohannes.xi.	4.	10.
677	Benedictus.ij.	0	10.	937	Leo.vij.	3.	6.
679	Iohannes.v.	1.	0	941	Stephanus.viij.	3.	4.
680	Canon	0	11.	944	Martinus.iij.	3.	6.
681	Sergius	14.	8.	948	Agapitus.ij.	9.	7.
695	Iohannes.vi.	3.	3.	958	Iohannes.xij.	4.	10.
698	Iohannes.vij.	2.	7.	962	Benedictus.v.	0	2.
701	Siſinius	0	0	962	Leo.viij.	1.	4.
701	Conſtantinus	7.	0	963	Iohannes.xiij.	6.	11.
708	Gregorius.ij.	19.	9.	969	Benedictus.vi.	1.	6.
729	Gregorius.iij.	10.	8.	971	Donus.ij.	1.	6.
740	Zacharias	10.	2.	972	Bonifacius.vij.	0	6.
750	Stephanus.ij.	5.	1.	973	Benedictus.vij.	8.	5.
760	Paulus	10.	10.	981	Iohannes.xiiij.	0	8.
770	Conſtantinus.ij.	1.	1.	982	Iohannes.xv.	0	4.
771	Stephanus.iij.	3.	5.	982	Iohannes.xvi.	10.	6.
774	Adrianus	23.	10.	992	Gregorius.v.	2.	5.
798	Leo.iij.	20.	5.	994	Iohannes.xvij.	0	10.
819	Stephanus.iiij.	3.	7.	995	Sylueſter.ij.	4.	1.
822	Paſchalis	7.	3.	999	Iohannes.xviij.	0	5.
829	Eugenius.ij.	4.	0	1000	Iohannes.xix.	4.	4.
833	Valentinus	0	0	1004	Sergius.iiij.	2.	6.
833	Gregorius.iiij.	16.	0	1006	Benedictus.viij.	11.	11.
849	Sergius.ij.	12.	3.	1018	Iohannes.xx.	9.	0
851	Leo.iiij.	8.	3.	1027	Benedictus.ix.	10.	4.
860	Benedictus.iij.	2.	5.	1038	Sylueſter.iij.	0	0
862	Nicolaus	9.	2.	1038	Gregorius.vi.	2.	3.
871	Adrianus.ij.	5.	9.	1040	Clemens.ij.	0	9.
877	Iohannes.viij.	10.	0	1040	Damaſus.ij.	0	0
887	Martinus.ij.	1.	5.	1040	Leo.ix.	13.	2.
888	Adrianus.iij.	1.	3.	1053	Victor.ij.	2.	3.
890	Stephanus.v.	5.	6.	1055	Stephanus.ix.	0	4.
896	Formoſus	5.	6.	1056	Benedictus.x.	0	8.
901	Bonifacius.vi.	0	0	1057	Nicolaus.ij.	3.	6.
901	Stephanus.vi.	1.	3.	1061	Alexander.ij.	11.	6.
902	Romanus	0	3.	1073	Gregorius.vij.	12.	1.
902	Theodorus.ij.	0	0	1085	Victor.iij.	1.	4.

ANN. Chriſti.	PONTI. nomen.	Anni. regiminis.	Menſes.	ANN. Chriſti	PONTIFI. nomen.	Anni. regiminis.	Menſes.
1086	Vrbanus.ij.	3.	4.	1290	Celeſtinus.v.	0	5.
1100	Paſchalis.ij.	18.	5.	1291	Bonifacius.viij.	8	9.
1118	Gelaſius.ij.	1.	5.	1300	Benedictus.xi.	0	9.
1120	Calixtus.ij.	5.	10.	1302	Clemens.v.	8.	10.
1126	Honorius.ij.	5.	5.	1317	Iohannes.xxij.	19.	3.
1131	Innocentius.ij.	14.	8.	1336	Benedictus.xij.	7.	3.
1145	Celeſtinus.ij.	0	5.	1343	Clemens.vi.	10.	6.
1146	Lucius.ij.	0	11.	1353	Innocentius.vi.	10.	0
1147	Eugenius.iij.	8.	7.	1363	Vrbanus.v.	8.	5.
1155	Anaſtaſius.iiij.	2.	4.	1371	Gregorius.xi.	8.	0
1157	Adrianus.iiij.	4.	10.	1379	Vrbanus.vi.	11.	8.
1161	Alexander.iij.	21.	0	1390	Bonifacius.ix.	14.	9.
1181	Luciꝰ.iij.	4.	2.	1402	Benedictus.xiij	21.	0
1185	Vrbanus.iij.	1.	11.	1404	Innocentius.vij.	2.	0
1186	Gregorius.viij.	0	0	1407	Gregorius.xij.	2.	7.
1186	Clemens.iij.	2.	0	1409	Alexander.v.	0	8.
1188	Celeſtinus.iij.	6.	7.	1410	Iohannes.xxiij.	4.	10.
1195	Innocentius.iij.	18.	4.	1415	Martinus.v.	14.	3.
1214	Honorius.iij.	10.	7.	1430	Eugenius.iiij.	15.	0
1225	Gregorius.ix.	14.	3.	1438	Felix.v.	9.	0
1240	Celeſtinus.iiij.	0	0	1447	Nicolaus.v.	8.	8.
1242	Innocentius.iiij.	11.	6.	1455	Calixtus.iiij.	3.	3.
1254	Alexander.iiij.	6.	6.	1458	Pius.ij.	5.	11.
1262	Vrbanus.iiij.	3.	1.	1464	Paulus.ij.	6.	10.
1265	Clemens.iiij.	3.	9.	1471	Sixtus.iiij.	13.	0
1271	Gregorius.x.	4.	2.	1484	Innocentius.viij.	5.	11.
1275	Innocentius.v.	0	5.	1492	Alexander.vi.	11.	0
1275	Adrianus.v.	0	0	1503	Pius.iij.	0	0
1275	Iohannes.xxi.	0	8.	1503	Iulius.ij.	9	4.
1276	Nicolaus.iij.	3.	8.	1513	Leo.x.	8.	8.
1280	Martinus.iiij.	4.	1.	1522	Adrianus.vi.	1.	8.
1284	Honorius.iiij.	2.	1.	1523	Clemens.vij.		
1286	Nicolaus.iiij.	4.	1.				

Diſcordantia ſcribentium de ſucceſſione Romani Pontificis, & geminus Catalogus Imper. & Regum, adijcitur. Cap. XXX.

PLacet tamen hanc adijcere coronidem, & paucis monere lectorem: nõ omnes concordi ſententia hanc ſucceſſionem poſuiſſe, ut paſſim in hiſtoricis occurret, Euſebius Linum poſt Petrum ponit. Cui ſtatim Clemens ſucceſſerit, quod etiam Auguſtinus in præfata epiſtola facit. Et Anicetum Pio præponit, nec Felicem ſecundum inter Epiſcopos numerat. Platina nouiſſimus ſcriptor Summorum Pontificum enumerat Iohannes. xxiiij. quia in numerum redegit Iohãnem octauum, qui mentitus ſexum ex Mogũtia natus, malis artibus Papatum acquiſiuit, & de Felice inferius plura: uerum nos in præſentia diſcutere noluimus hanc hiſtoriæ in his & alijs diuerſitatem: & quia ad petitionem B. Hiero. Papa Damaſus miſit ei Catalogum Ro. Pontifi. uſq; ad ſua tempora: quam ego reperi Bamberge in monte Monachorum, in ſatis uetuſto codice, Cum ſupplemẽto,

Euſebius. *Augu.* *Platina.* *Damaſus.*

Priſlingẽ. uſq; ad Formoſum, Cui Platina ſatis alias concordat, & uetuſtus codex Decretorũ, Roma, Ponti. ex Monaſterio S. Georgij in Priſlingen. Ideo hunc ordinem ſum ſe- quutus; adiecti ſunt Papæ etiam intruſi, & ſchyſmatici, ac depoſiti. Et iſta formula quidam Argentoracẽ. uſus eſt, quem placuit in hoc etiam imitari: & quia ſæpius mentio facta eſt Impe. placet eiuſdem tabulam annectere, quamuis non per omnia concordet, nec ſexto Aurelio, nec Beneuenuto Imolenſi, qui uitas Cæſarum ſcripſe- runt, Sed tabellam Argentoracẽ. imitabimur, quæ eſt ut arbitror Mathiæ Schure- rij. Vvimphelingij mei municipis.

S. Aurelius. Beneuenutus.

✠ Chriſtiani iam publice ad miſſi.

ANNI mundi	Ante an. Chriſti.	ROMA. norũ reges.	Anni regis.	ANNI mundi.	IMPERATO- rum nomina.	ANNI regimis.
4446.	751.	Romulus	37.	254	Gallus cum filio.	2.
4485.	714.	Numa Pompilius	41.	256	Valerianus	15.
4526.	673.	Tulius Hoſti	32.	270	Claudius	1.
4558.	641.	Ancus Martius	23.	273	Aurelianus	5.
4581.	618.	Tarquinius priſcus.	35.	278	Tacitus	0.
4616.	583.	Seruius Tullius	34.	278	Probus	6.
4650.	549.	Tarquinius ſuperbus.	35	284	Carus	2.
	¶	Conſules Imperatores.		286	Diocletianus	20.
5153.	46.	I. Caius Iulius Cæſar.	4.	306	Galerus	2.
5158.	41.	2. Octauianꝰ Auguſt.	56	309	✠ Conſtantinus	30.
Anno.		Imperatorum	ANNI	339	Conſtantius	24.
Chriſti.		nomina.	regis.	363	Iulianus	2.
15		Tiberius	23.	365	Iouinianus	0
38		C. Caligula	3.	366	Valentinianus	12.
42		Claudius	13.	378	Valens	4.
56		Nero	14.	382	Gratianus	6.
71		Galba	0	388	Theodoſius	11.
71		Otto	0	407	Archadius	3.
71		Vitellus;	0	411	Honorius	5.
72		Veſpaſianus	10.	427	Theodoſius Iuni.	26.
81		Titus	2.	453	Marcianus	7.
82		Domicianus	15.	474	Zeno	17.
99		Nerua	1.	490	Anaſtaſius	36.
100		Traianus	19.	519	Iuſtinus	8.
119		Adrianus	21.	525	Iuſtinianus	38.
140		Antonius Pius	23.	564	Iuſtinus	11.
163		M. Antonius	19.	577	Tiberius	7.
182		Comodus	13.	583	Mauritius	20.
195		Helius pertinax	0	603	Phoca	8.
195		Seuerus	18.	611	Heraclius	27.
213		Baſſianus Carac.	6.	638	Heraclion	2.
219		Macrinus	1.	640	Conſtantinus. iij.	27.
220		M. Aurelius Antonius.	4	669	Merentius	0
224		Alexander	13.	670	Conſtantinus. iiij.	17.
237		Maximinus	3.	686	Iuſtinianus. ij.	10.
240		Gordianus	6.	696	Leo	3.
246		Philippus	7.	699	Tiberius. iij.	7.
253		Decius	1.	712	Philippicus	1.

ANNI Chriſti.	IMPERATOrum nomina.	ANNI regimis.	ANNI Chriſti.	IMPERATOrum nomina.	ANNI regimis.
713	Anaſtaſius	3.	1039	Henricus ij,	19.
717	Theodoſius iij.	1.	1057	Henricus iij.	48.
718	Leo ij.	14.	1108	Henricus iiij.	20.
742	Conſtantinus v.	35.	1128	Lotharius	11.
776	Leo iij.	5.	1139	Conradus Sueuus	15.
781	Conſtantinus vi.	10.	1153	Fridericus Sueuus	37.
792	Nicephorus	9.	1190	Henricus Sueuus	10.
801	Carolus magnus	14.	1204	Philippus Sueuus	12.
815	Ludouicus	25.	1210	Otto iiij.	2.
841	Lotharius	15.	1212	Fridericus ij. Sueuus	33.
855	Ludouicus ij.	21.	1245	Conradus Sueuus	12.
876	Carolus ij.	6.	1257	Conradus Sueuus	10.
882	Carolus iij.	12.	1273	Rudolph9 Haſpurg9.	19.
894	Arnulphus	12.	1292	Adolphus	6.
906	Ludouicus iij.	6.	1298	Albertus	10.
913	Berengarius	4.	1309	Henricus vij.	5.
917	Berengarius ij.	4.	1315	Ludouicus iiij.	32.
921	✠ Hugo	10.	1347	Carolus iiij.	32.
933	Lotharius ij.	2.	1379	Vuenceſlaus	22.
935	Berengarius iij.	11.	1401	Rubertus	10.
962	Otto I.	12.	1411	Sigiſmundus	27.
975	Otto ij.	17.	1438	Albertus ij.	2.
987	Otto iij.	18.	1440	Fridericus iij.	52.
1004	Electio. Henricus I.	21.	1493	Maximilianus	26.
1024	Conradus	15.	1519	Carolus v.	

Vnde Carolus quintus paternā ducit originem.

✠ Non ſunt ueri Imꝑatores.

Semper hanc fuiſſe uniuerſalis eccleſiæ ſententiam probatur, & de diuerſario fratre aliqua. Cap. XXXI.

COnformiter ergo ad rationem Auguſtini inſtrui poteſt fundamentum, Quod a temporib. Apoſtolorum uſq; ad tempora noſtra prælati, & Docto res eccleſiæ ſibi continua ſerie ſuccedentes, & populi eis ſubiecti, de fide nō ſuſpecti ſenſerunt, ab omnibus catholicis firmiter eſt tenendum. Ita enim argumentatur D. Auguſti. contra Fauſtum, excellentia Canonicæ auctoritatis Veteris, & noui teſtamenti, quæ Apoſtolorum confirmata temporibus per ſucceſſiones Epiſcoporum, & propagationes eccleſiarum, tanq̄ in ſede quadam ſublimiter conſtituta eſt, cui ſeruiat omnis fidelis & pius intellectus, & iterum palam eſt, quod in re dubia ad fidem ualeat auctoritas eccleſiæ catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, uſq; in hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione confirmatur. Renarrat Gratianus. Et quod eccleſia hoc ſemper tenuerit ſecundum ſucceſſionem Roma. Ponti. prolixe hoc libro monſtrauimus; ab omni autem ueriſimilitudine alienum uidetur quod ſancti martyres, Pontifices, & doctores, cum Concilijs in prioribus citati doctrinę Euangelicæ, rerum geſtarum, traditionum, & conſuetudinum uniuerſalis eccleſiæ fuiſſent ignorantes: neſcientes quid circa rem adeo eccleſiæ neceſſariam, Apoſtoli ſenſerint, & diſcipuli eorum, cum ſacris Concilijs; Et ſicut Prælati & doctores catholici eam tenuerunt,

Augu.

lib. 11. cap. 2.

Diſ. 6. palam.

ſic & populus catholicus;Immo recedentes ab hac ſententia ſemper habiti ſunt, uel
hęretici,uel ſchyſmatici,ut Armeni,Græci,Rutteni,Bohemi, poſteaquam ſe ab ec=
cleſia Romana ſubduxerunt; cum ergo non legatur a temporibus Apoſtolorum,
uel diſcipulorum eorundem uſq; ad tempora patrum, populum Chriſtianum aſſer=
tioni noſtræ contradixiſſe, tenendum eſt, & pronunciandum indubitate hanc eſſe
ſententiam uniuerſalis eccleſiæ:quæ in his quæ ſunt fidei errare non poteſt. Nec ob
ſtat ſi quis pertinax argutetur, plures ſanctos adductos loqui de Petro, non de Ro=
mano Pont.eius ſucceſſore:hęc calumnia facile uitatur:quoniam non minor cura e=
rat Chr̃o de ſua ſponſa eccleſia,Petro mortuo,quam eo uiuente; ſi ergo ab initio uo
luit S.Petrꝫ habere Primatum eccleſię loco ſui,tanq̃ uicariũ:a maiori eccleſiam ſuã
muniuit,& gubernauit tali capite poſt Petrꝫ; ſicut maior eſt facta multitudo fideliũ
poſt Perꝫ in eccleſia:mõ multitudo nõ ordinata magnã parit cõfuſionẽ et acute ꝓbat
Armacanus dñs Armacanus,in quæſtionibus Armeniorꝫ, Chr̃m hanc ſucceſſionem Eporꝫ deſi=
Math.24. gnaſſe,cum ait, Amen dico uobis, quia non pręteribit generatio hæc, donec omnia
Mar.14. fiant;cœlum & terra tranſibunt,uerba autem mea non tranſibunt. Vbi per uerbum
Luc.21. non intelligit uerbum uocale, a ſe prolatum; ſed ſpiritualem effectum ſuorum uer=
borum,qui nunquam tranſibit. Ita uidetur loquutus de generatione ſpirituali,de ſan
ctitate & poteſtate Apoſtolica ordinis per ſua uerba genita:Illam igitur poteſtatem
eccleſiaſticam,tam in collegio,q̃ in capite(quoniam tota ad unam generationem ſpi
ritualem pertinet)non defuturam ante aduẽtum ſuum prędixit.Et quia eſt genera
tio uniuoca,quo ad ſpiritualem ędificationem conſectarium eſt,ſucceſſores Petri eſ
ſe eiuſdem rationis,& poteſtatis,quo ad plenitudinem regiminis,ſicut Petrꝫ. Et hanc
poteſtatem Petri manere in ſucceſſoribus uſq; ad conſumationem ſęculi,fidelis am=
bigere non debet,Ideo quę ad regimen pertinẽt, quicquid dixit Petro,etiam ad ſuc=
ceſſores referendum eſt. Summę. n. ſententię non conuenit, tam nobilem ordinem,
aut tam utile ad generis humani ſalutem inſtitutum , ſtatim deficere ſineret, in ipſo
ſui principio:dum cauſa finalis huius inſtitutionis,hoc eſt ſalus humani generis, non=
dum eſſet adepta:quę cauſa potius exigit permanentiam illius ordinis: & iam magis
in illa confuſa multitudine ubi refriguit charitas,q̃ in paucitate exordij:ubi cor eorꝫ
erat ardens audire dominum : Et ut aliquando finem faciamus, uenio ad diuerſariũ
In Ludderum. F. Ludder,cõmuni & catholicę ſententię repugnantem: ſi negat Papam iure diui=
no pręeſſe toti eccleſiæ catholicę;unde tunc habet mendicitatis priuilegium? Vnde
Iam apoſtata hunc habitum religionis Auguſtinianæ quem defert? Vnde ipſe, & fratres habent
eum reiecit. ius audiendi confeſſiones? publice prędicandi? contra uoluntatem cõmuniter Archi
epiſcoporꝫ,Epiſcoporꝫ,& Curatorꝫ. Cum ſum. Ponti. fratres ſua auctoritate defen=
In fratres. ſauerit,hactenus contra pręlatos & curatos,& ita fratres priuilegijs onerauerit,ut de
Deute.32. diuerſario,& ſibi ſimilibus dicere poſſit illud Moyſi. Incraſſatus eſt dilectus,& recal=
citrauit,incraſſatus,impinguatus,dilatatus. Si ergo Papa non habet iure diuino hanc
poteſtatem,ſed humano,ut diuerſarius autumat, & iam Archiep̃i, Epiſcopi, & cu=
rati frequenter diſſenſerunt, & diſſentiunt(niſi ꝙ deferunt auctoritati Papæ, in hoc
Chriſto principaliter deferentes,a quo credunt eum habere poteſtatem)ideo diuer
ſarij ſententia per ſummam iniuſtitiam fratres illa ſibi uſurpant:ut Ro. Pontifex ma=
le eis,curatis contradicentibus largiretur:quod abſit:nam tunc omnes ordines men=
dicantes eſſent in ſtatu damnationis ęternæ, alienum ius indebite, contra ſalutem
In Ludderum. propriam, & aliorum uſurpantes: quod eſſet parum catholice loqui, & ſentire de
tot bonis Patribus ſanctorum illorum ordinum. Irreligioſa autem eſt omnino di=
uerſarij reſponſio, quia libere pronunciat,ſe uelle nullum ordinem mendicantium
Græci. eſſe. Nam ut Græci aiunt. Sermo eſt nuncius intelligentiæ, & eloquutio, ut Al=
cuinus ait, eſt interpres mentis. Ideo ut ſermo diuerſarij indicat, mens eſt ei parum

adfecta

adfecta ad religionem: quod graue ſit ei ferre cucullam, aut mendicitatem faſtidit. Nos autem auctoritatem Euangelicam ſequuti, ſacerrima Concilia, ſanctorum martyrum decreta, & Pontificum eccleſiaſticorum doctorum ſententias, communem eccleſiæ uſum, & traditionem, concludimus, Romanam ſedem, & Apoſtolicam, ob diuinum priuilegium Petro traditum a Chriſto, & eo iubente Romam tranſlatum, cui acceſſit loci dignitas ſæcularis in augmentum fidei, ut pax ſeruaretur, & ob tot tormenta ſanctorum Præſulum, quorum plures quam xxx. propter fidem noſtram ſanctam martyrio fuerunt coronati, eſſe primam omnium dignitate, Cui & eius pręſidenti cæteri Pontifices omnes, obedire debent, & ſubeſſe in his, quę ſunt fidei, ad gloriam dei omnipotentis, & exaltationem ſancti nominis ſui, & fidei catholicæ. Dominus IHESVS CHRISTVS ſit benedictus in ſęcula. AMEN. *Concluſio.*

Laus & gloria ſit Iheſu Chriſto ſanctæ eccleſiæ capiti, & beatorum coronæ.

DE PRIMATV PETRI LIBER TERTIVS.

Sex rationes Ludderi pro Primatu Petri. Cap. I.

NON ſufficit noſtra roboraſſe, niſi & aduerſantia tela elidamus Ludderi: quibus & noſtra impetere, & ſua tueri nititur: quod facturi, hunc ordinem obſeruemus. Primo ſex rationes diuerſarij oſtendemus eſſe inanes, & inefficaces: quibus probat Primatum illum, dein examinabimus eius rationes, auctoritates, & excuſationes contra catholicam ſententiam inductas. Tertio loco cauillos diluemus: quibus nobis obſtrepit diuerſarius aliqua argumenta noſtra infirmando. Cur autem rationes ſuas demoliar iſta eſt cauſa, quia cum ſint inaniſſimę adhuc reputat per has etiā hereticis & ſchyſmaticis efficaciter poſſe reſiſti: & rōnes ſanctorꝝ patrꝝ in duobꝰ primis libris enarratas reijcit, & ſic de colūnis marmoreis uult ſupponere columnas arundineas: & fidem noſtram irriſui exponere hereticis & infidelibus: qui crederent nos tam fragilibus teneri & duci rationibus; quod manifeſtarium faciemus eius rationes inefficaces declarando.

¶ Prima ratio ſua inualida eſt iſta. Papā eſſe ſuꝑiorem alijs, ꝓbatur ex uoluntate dei: quā ipſo facto uidemus: nō. n. potuiſſet Papa ueniſſe in hanc monarchiam ſine uolūtate dei: hanc ratione exclamat, & ꝙ hac ſola rōne glorioſiſſimus martyr Cypria. per multas epiſtolas cōfidentiſſime gloriatur, contra oēs Epiſcoporꝝ quorumcunqꝫ aduerſarios, ſicut legimus ꝙ decem tribus Iſrael diſceſſerunt a Roboam filio Salomonis: & tn̄ quia uoluntate dei, ſine auctoritate factum eſt, ratum apud deum fuit. Confirmat, quia Theologi oēs ponunt operationē eſſe ſignum uoluntatis dei, nō minus ꝙ̄ precepta & ꝓhibitiones. Ideo non uideo inquit, quō ſint excuſati a ſchyſmatis reatu, qui huic uoluntati cōtrauenientes ſeſe a Romani Pon. auctoritate ſubtrahūt, hæc eſt una, mihi inſuꝑabilis ratio: quę me ſubijcit Ro. Ponti. & primatū eius fateri cogit.

Iā irridet hanc rationem.

3. Reg. 12.

Iam negat.

Ratio 2. ¶ Secunda. Si iuxta præceptum Chriſti cedere aduerſario iubemur, & qui angariarit nos mille paſſus, eundum eſſe cum illo, & alijs duobus millibus: quanto magis ſi Ro. Pont. exegerit in ſuo primatu, cedendum ſiue iuſte, ſiue iniuſte egerit: nam incōparabiliter minor res eſt Primatus iſte, ꝙ̄ ut unitas, & charitas, & humilitas, propter ipſum per nos diſſoluatur: ideo non dubito peccare eos qui in diſſenſionem ſeſe tradunt, & ſpiritus ęternam unitatem propter hanc temporalem terrenam excellentiā fugiendam diſſoluunt: ferenda enim ſunt omnia quæ peccata non ſunt.

Math. 5.

Iam nihil uult ferre

Ratio 3. ¶ Tertia ꝙ ſi propter peccata noſtra, nos deus uoluerit premere multis principibus ſicut dicit Salomon. Nunquid reſiſtendum eſt flagello dei propter peccata inquit populi, multi principes eius, proinde quando non eſt noſtrum diffinire, irata ne an ꝓpicia deus uoluntate, nobis quoſcunqꝫ principes dederit, hoc noſtrum eſt, uoluntatē eius pio ſimplicius timore ſuſcipere, quo modo etiam ſi ſub Thurca nos eſſe uellet, Thurcæ ſubeſſe libenter debemus.

Prouer. 20.

Ratio 4. ¶ Quarta. Apoſtolus dicit. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: nō enim eſt poteſtas, niſi a deo: quæcunqꝫ ergo a deo ſunt, ordinata ſunt: itaqꝫ qui reſiſtunt poteſtati, dei ordinationi reſiſtunt: qui autem reſiſtunt deo, ipſi damnationem ſibi acquirunt, hac ergo cauſa omnium robuſtiſſima, nos Roma. Pont. ſubiecti ſumus, quia enim nulla poteſtas eſt, niſi a deo, ideo non oportet hanc dei ordinationem impugnare, ſed quanta, quanta eſt, humiliter ſuſtinere.

Roma. 13.

Iam non uult eſſe ſubiectus.

Ratio 5. ¶ Quinta, eſt B. Petrus dicens ut ſubditi ſimus omni humanæ creaturæ, quia ſic eſt uoluntas dei. At humanam creaturam uocat magiſtratus, hominum arbitrio inſtitutos, ut clarum eſt ex ſequentibus, ubi dicit, ſiue regi, tanꝙ̄ præcellenti, ſiue ducibus, tanꝙ̄ ab eo miſſis. Cum autem Ro. Ponti. poteſtatem arbitremur, humano decreto

1. Pet. 2.

statutam

ſtatutam, & ordinante Deo ſic roboratam, ſine crimine non eſt, qui ſeſe ſuæ auctoritati ſubduxerit. Ergo Ludder nõ eſt ſine crimine.

¶ Sexta ad hoc facit unus ille cõſenſus omniũ fidelium qui hodie ſub Romano Pontifi. ſunt, nam cum poteſtas illa ſit res temporalis, & longe ſubmittenda unitati fidelium, non ſine fœdiſſimo crimine eſſe poterit, ſi propter rem temporalem hunc tot fidelium conſenſum communem deſpexerit, hoc eſt Chriſtum negauerit, & eccleſiam contempſerit? An poſſibile eſt Chriſtum non eſſe inter tot ac tantos Chriſtianos? Si autem Chriſtus ibi eſt, & Chriſtiani cum Chriſto, & Chriſtianis ſtandum eſt, in quacunque re, quę contra dei præceptum non fuerit. Hæc inquam ratio fortis & inſolubilis eſt. Rõ 6. Cur ergo tu nõ ſequeris eam? ¶ Ex quibus poſſunt multæ aliæ formari, quin huc poteſt uniuerſa ſcriptura duci, & quæ ubique charitatem, humilitatem, unitatem ſpiritus, & timorem dei, commendet, non uiolandas eſſe pro ulla re mundi: nedum pro unius uno Pontificatu, uel Primatu, etiam ſi ſolo iure humano eſſet inſtitutus. Et hac ratione longe melius ſtabiliretur Romani Pontifi. monarchia: ſi uoluntatem dei & conſenſum fidelium, non tantum ſubditi, ſed & Romani Pontifices attendere & timere cogerentur: quam dum uelut iure diuino teneant, ui & terrore extorquent, non niſi odium ſibi accendunt in ſubditis, & ſeſe per ſecuritatem in tyrannidẽ paulatim confortant.

Ratio prima Ludderi euacuatur de uoluntate dei & lapſus eius aperiuntur. Cap. II.

LEgenti mihi hæc uerborum portenta & inanem pompam: quibus aliud dicit, aliud intendit: mox ſuccurrebat illud Chryſoſtomi ſuper Mathæo. Sed caue inquit ne Herodi efficiaris ſimilis & dicas, ut & ego ueniens adorem eum, cumque ueneris, interimere coneris. Timeamus igitur ne quando ſchema ſupplicum atque adorantum geramus, opere uero exiſtamus inimici: ſic noſter diuerſarius uelut Herodes ſimulat ſe reuerentiam, & obedientiam exhibiturum Summo Ponti. & tamen nihil aliud agit: quam ut deſtruat & labefactet Roma. Pontif. poteſtatem. Et ut Plautinus Euclio, ait. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Eſt enim qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius ſunt plena dolo, ait Sapiens. Et quod Hieremias ait, in ore ſuo pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei inſidias: nam proponit ac ſi uellet aſtruere Primatum; quæ ſi conſtarent, iam actum eſſet de eo, latet anguis in herba, quod ut manifeſtarium fiat curramus per omnes rationes eius prærancidas. ¶ Et ab initio una fidelia omnes dealbabimus, potius uno collyrio omnes inungamus dicentes has rationes ęque aſtruere dominium Imperatoris Thurcarum, aut Tartarorum, ſicut Roma. Ponti. at obijcies, dicere quidem in communi, non contingit ſufficienter & cæt. Ideo unamquanque ſpecialiter iugulabimus: adeo manifeſtarijs, & acutiſſimis telis, ut pœniteat eum huiuſmodi fragilia induxiſſe. Chryſo. Ecci 19. Hiere. 9.

¶ Primo enim cum aſſumit de uoluntate dei, dico argumentum eſſe uitioſum: nam tota ratio militat & currit æquo marte de Phalaride Dionyſio, Thurca, immo ſic non liceret aliquem moleſtare in poteſtate. Vnde uoluntate operationis Deus uult Thurcam modo & prius Saladinum obtinere terram ſanctam Hieruſalem, ſepulchrum domini: & ergo pro reuerentia uoluntatis diuinæ non eſt Thurcæ reſiſtendum. Agnoſce ſyncere Lector fragilitatem immo errorem huius rationis. Applica ergo Cain ad Abel, & uidebis quantum claudicet: quomodo autem uoluntas diuina quę in omnibus eſt honoranda, per operationem ſignetur, alterius eſt ſpeculationis: nam & uoluntas dei fuit Chriſtum crucifigi, & tamen crucifigentes grauiter Rõ 1. ſoluitur.

Roma. 9. peccarunt,uoluntate dei factum eſt,quicquid factum eſt, Voluntati enim eius quis reſiſtet,per hoc tamen non excuſantur quęcunq; crudelia facinora, per omnem ętatem facta,non lapſus Adæ,non fratricidium Cain,non adulterium Lamech, non totius mundi iniquitas diluuio abſorpta pręter Noe &c, & ita currẽdo per omnia geſta in ſacra ſcriptura,& in Ethnicis contenta, Vnde liquet arundine fragiliorem eſſe hanc rationem.

Ratio uertitur cõtra ꝓponẽtẽ ¶ Fallitur ergo maiorem immodum diuerſarius (ſi ita ſentit ut loquitur) exiſtimans hanc rationem efficaciter reſiſtere ſchyſmaticis: quod ꝙ puerile commentum ſit,ex hoc liquet:quod ſchyſmaticus diceret,placet mihi hæc ratio modo patiaris,ut contra te quoq; ea utar:uoluntas dei quam in ipſo facto uidemus & operatione,eſt ratio nõ reſiſtendi,& ex ipſa operatione liquet nos,Bohemos,Moſchobitas, Ruttenos, Græcos, Armenios,non eſſe ſub poteſtate Romani Ponti. Voluntati ergo diuinæ in hoc non eſt reſiſtendum. Vide uitioſum eſſe argumẽtum quod reciprocum appellat A. A. Gellius. Gellius lib.v.noct.atticarum,& conuerſionem Cicero ad Herennium:quod ęque fa- Cicero. cit contra proponentem,uelut contra reſpondentem:deſipit ergo diuerſarius,ꝙ exiſtimat hanc rationem potentem comprimere temeritatem reſiſtentium: quæ maxime eos roboraret in eorum praua & peruerſa pertinacia.

Ad Cypria. ¶ Sed ut uideatur aliquid egiſſe magnum illum citat Cyprianum qui hac ratiõe glorietur contra omnes Epiſcoporum aduerſarios,neq; meminit ullius loci,quippe probe noui Cyprianum eo tempore a diuerſario,uel negligenter,uel in pauciſſimis lectum,ut diſputatio Lipſica probauit:& ego oculatus teſtis ſum,quõ ſolum eum uellicatim percurrerit,ſed ad propoſitum,nego Cyprianumfundamentum ſuum in hoc collocaſſe: nam ſic ex operatione & facto, probaſſet tyrannidem etiam perſecutorũ: Loci ubi Cypri. tuetur ſacerdotes. Legi ſæpius,& relegi Cypria. non memini me hoc in eo legiſſe pro poteſtate,& dignitate ſacerdotali confirmanda.Nam loci ubi eam tuetur ſunt,epiſtola iij.lib.primi ad Cornelium,epiſtola vi.ad Magnum lib.ij.epiſtola xi. ad Cornelium, epiſtola ix. lib.iij.ad Rogatianum,epiſtola ij.lib.iiij.ad Antonianum , et eodem libro epiſtola ix. ad Puppianum,& in tractatu de ſimplicitate Prelatorum: non memini ꝙ in hac ratione ſe fundet:ſed uoluit forte diuerſarius ſic faſcinare lectorem: ut eum induceret ad ſibi credendum tanti martyris,& doctoris auctoritate.

¶Quod ut plane agnoſcas,intuere locum ſequentem, in quo diuerſarius aperte ſacrę ſcripturæ contradicit: dicit enim decem tribus Iſrael diſceſſiſſe a Roboam ſine Lapſo Ludder 3. Reg. 11. auctoritate, licet cum uoluntate dei. Contrarium huius legitur in hiſtoria Regum. Factum eſt in tempore illo, ut Hieroboam egrederetur de Hieruſalem, & inueniret eum Abias Silonites propheta in uia,opertus pallio nouo. Erant duo tantum in agro. Apprehendenſq; Abias pallium ſuum nouum quo coopertus erat,ſcidit in duodecim partes,& ait ad Hieroboam, tolle tibi decem ſciſſuras. Hæc enim dicit dominus deus Iſrael. Ecce ego ſcindam regnum de manu Salominis, & dabo tibi decem tribus. Porro una tribus remanebit ei propter ſeruum meum Dauid,& Hieruſalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribus Iſrael, & infra. Auferam autem regnum de manu filij eius,& dabo tibi decem tribus: filio autem eius(Salomonis) dabo tribum unam, ut remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus corã me in Hieruſalem ciuitate quam elegi,ut eſſet nomẽ meum ibi. Te aũt aſſumam,& regnabis ſuper omnia quę deſiderat anima tua,eriſq; rex ſuper Iſrael: dein pollicet ei ꝙ uelit manere cum eo,& ędificare domũ fidelem &c.ſi audierit pręcepta dei:& poſt ſub- 3. Reg. 12. ditur: uidens itaq; populus,ꝙ noluiſſet eos audire rex,reſpondit ei dicens,quę nobis pars in Dauid,uel quę hereditas in filio Iſai: & inf. factum eſt aũt cum audiſſet omnis Iſrael,ꝙ reuerſus eſſet Hieroboam,miſerũt et uocauerunt eum cõgregato cœtu, & conſtituerũt eum regem ſuper omnem Iſrael. Et cum Roboam uellet pugnare

cõtra

Contra filios Iſrael. Sequitur, factus eſt autem ſermo domini ad Semiam uirũ dei, di
cens, loquere ad Roboam filium Salomonis Regẽ Iuda, & ad omnem domum Iu-
da, & Beniamin, & reliquos de populo dicens, hæc dicit dñs, non aſcendetis neq; bel
labitis contra fratres filios Iſrael: reuertatur uir in domum ſuã: a me enim eſt factũ
uerbum hoc: quibus omnibus penſatis, liquet Hieroboam iuſſu & authoritate dei
accepiſſe regnum ſuper decem tribus Iſrael: quod uiuente Salomone ei promi-
ſit; & in ſignum dedit decem ſciſſuras, & diuerſarius noſter audet dicere, hoc fa-
ctum ſine authoritate dei. Scio ſanctum quendam doctorem diuerſius tractare hũc
locum, candidus tamen lector ſatis intelligit me ſynceriter textum induxiſſe. *Lapſus Ludder*

¶ Porro falſiſſimum eſt quod adducit, hoc factum uoluntate dei ſine authoritate:
quare ratum fuit apud deum. Nam & parricidium Herodis, & necatio innocentiũ
fuit uoluntate dei: ſicut ipſe exponit, id eſt ſine uoluntate dei fieri non potuit: deus
tamen ratum non habuit: ita de quibuſcunq; alijs, quod ſi aliter intelligat uoluntatẽ
dei: iam ſeipſum inuoluet: nam quod proprie eſt de uoluntate diuina, eſt de iure di
uino: nam eo ipſo quod deus uult aliquem ad aliqualiter fieri teneri, ipſa uolũtas dei
eſt tunc lex diuina: Deſinat ergo diuerſarius exclamare illam rationẽ toties clau-
dicantem eſſe inſuperabilem: & quod dicit non excuſatos a ſchyſmatis reatu cõtra *Lapſus maniſe*
uenientes huic uoluntati diuinæ: Perpende Candide Lector, quã infantiliter hic la- *ſtiſſi. Ludder.*
batur diuerſarius, & prorſus non intelligat, quæ loquitur: nam ſatis expoſuit ſe loq
de uolũtate dei, quam nos accipimus ex operibus dei, & contrauenientẽ huic uolun
tati operationis accuſat reũ ſchyſmatis, quaſi ullus hominũ unq̃ huic uoluntati dei
potuerit cõtrauenire, cũ mox alleget Apoſtolũ. Voluntati eius q̃s reſiſtet & p Pſal. *Pſal. 113.*
Omnia quæcunq; uoluit fecit. Quod ſi recte fuiſſet intuitus doctores, quos allegat
inueniſſet uoluntatem ſigni operationis dei, eſſe beneplacitum uoluntatis diuinæ,
de quo ait Apoſtolus, ut probetis quæ ſit uoluntas dei bona beneplacens & perfe-
cta. Non ergo timeat diuerſarius aliquos contrauenire huic uoluntati diuinæ cum *Roma. 12.*
B. Auguſtinus dicat. III. lib. de trini. dei. nihil enim fit quod non de interiori atq; in *Augu.*
telligibili aula ſummi imperatoris egrediatur ſecundum ineffabilem iuſtitiam: ubi
enim non operatur quod uult, dei omnipotentis ſapientia, quæ pertingit a fine, uſq;
ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Et in Enchiridio ait, non fit aliquid *Sapien. 8.*
niſi omnipotens fieri uelit, uel ſinendo ut fiat, uel ipſe faciendo, & apertius quidem
hoc oſtendit de libero arbitrio Auguſti. cum ait. Nihil enim cõſtitutum ſuperat uo- *Augu.*
luntatem dei: quoniam illa uoluntas dei ſemper impletur, ait idem in Enchiridio,
aut de nobis, aut a nobis. Hoc & Ioſeph dixit fratribus ſuis. Num dei poſſumus re-
ſiſtere uoluntati. Vnde Gloſſa hoc probe nouit ſuper illo pſalm. Iuſtus dominus in *Gen. 50.*
omnibus operibus ſuis. Gloſſa, hoc eſt apud deum uelle quod facere. Concludit ob
hoc Auguſti. lib. ij. de ciuitate dei, cap. ij. illa uoluntas ſua: quæ cum eius præſcientia *Augu.*
ſempiterna eſt, profecto in cœlo & in terra, omnia quæcunq; uoluit, non ſolum prę
terita & præſentia, ſed etiam futura fecit. Vnde manifeſtiſſimum eſt, quomodo ex
orbitet diuerſarius admittens aliquos contrauenire uoluntati diuinæ, quæ ſit opera-
tio dei, ſignum uoluntatis diuinæ. Fuimus prolixiores in hac nihili & flocci ratione
euacuanda: tum quod ita iactabunde diuerſarius eam profert, dicens eam inſupera
bilem, quam etiam elementarius Thologus uidet inanem, & ſeipſam deſtruentem:
tum quod ſequentes in tam arenoſo fundamento iaciantur. Hanc rationẽ dixit Lud
der inſuperabilem, & eum cogentem ut ſubſit Roma. Ponti. tamen anno. 1520. pu-
blicata Bulla contra eum, nihil aliud egit, niſi ut non ſubeſſet Papæ, & alios ab obe-
dientia eius detraheret, ſic falſitas ſibi nunq̃ conſtat.

Diluuntur Rationes. 2. & 3. Caput. III.

DE PRIMATV PETRI.

NOn diſſimili arundine,& pugione cereo pugnat in ſecunda ratiõe,nam cũ
ab initio uelat & obnubilat eam fuco quodam. Euangelium adducens,
quod cędere debeat quis aduerſario,& quod cum angariante uadat quis
Math.5. ter mille paſſus; niſi timerem me nauſeam, & faſtidium facturum lectori, explica-
rem prolixius horum uerborum medullam: at nolumus(ut eſt in Prouerbio) om-
nem mouere lapidem,& dicimus mox diuerſarium peccare in limine,quod eſt im-
primis uitioſum; incipit enim,Si iuxta præceptum &c.Nam dico illud nõ eſſe prę-
ceptum,ſed conſilium,& hoc intelligendo,ut Hierony.accipit, & textus præcedẽs
concordat,de benefaciendo inimico, & ei reconciliando,ſecus eſſet iuxta diui Au-
guſtini ſententiam,at hoc omittamus. Contradicet diuerſarius communi ſententiæ
Hierony. Theologorum,quia in Euangelio omnia ſunt præcepta,non aſſentiar ei,quia ſic om
Augu. nes oporteret ingredi monaſterium,& Apoſtolus ait,de uirginibus præceptũ non
1.Corin.7. habeo,Conſilium autem do &c. Nihil his expreſſius,uirginitatem noluit eſſe præ-
cepti,ſed conſilij: at de hoc alias plura.Conſtat iam quam improuide, & inartificio-
ſe argutetur ſophiſta noſter a conſilio,ad præceptum.

Illatio uitioſa. ¶ Porro quam cæcutiat ex hoc liquet, quod illatione illa frigida probaret Danielẽ
male feciſſe orantem pro liberatione populi a captiuitate Babilonica: quia debebat
cędere aduerſario,& angariãti mille paſſus debebat aſſociari,& alijs duob.millibus.
Necq; Chriſtiani deberent excutere iugum Thurcæ,aut alterius infidelis,necq; eis re-
ſiſtere; quoniam etſi ſit diſparitas cultus,eſt tamen idemptitas rationis: quam male-
uole autem aſſimilat Pontificiã poteſtatem iniuſticiæ,quia aduerſario,& angarian-
ti mille paſſus. Venenum dein apertius emittens ſiue iuſte,ſiue iniuſte egerit Papa:
quaſi Papa iniuſte agat, poteſtatem monarchicam ſibi a deo traditam exercendo:
ſed ita inſibilat ſerpens Euam,hoc eſt,indoctam plæbeculam ſeducturus.

¶ At deſpiciamus eius confirmationem,quia principatus eſt res incomparabiliter
minor,quam charitas,& humilitas.Audi audacule,hic te in ius uoco: diſſoluitur ne
unitas fidelium principatu diſſoluto: quomõ ergo manſit unitas, ut ita dicã unitiſſi-
ma fidelium,& Apoſtolorum in primitiua eccleſia: ubi diuerſarius negat fuiſſe pri-
matum illum regiminis & dignitatis.Porro ante tempora S. Gregorij non fuit ma-
xima fideliũ unitas tot millibus martyribus pro fide Chriſti alacriter morientibus,
negat tamen ante illa tempora eccleſiam Romanam habuiſſe primatum in reſolu-
torio ſuarum concluſionum de indulgentijs: quid ergo hic contra fingere poteſt di-
uerſarius,niſi ampullas uerborum.Vnde ſi non eſſet principatus ille iure diuino cõ-
ſtitutus,non diceret renitentem principatui,reſiſtere unitati & charitati: nam unitas
habet etiã inter ęquales.Dein licet Franci,& Hiſpani ſe ſubtraxerunt ab obedien-
tia imperij,ſaluo uinculo unitatis,& charitatis Chriſtianæ:ita & de principatu Papa
li dicerent,ſi eſſet a ſolo iure humano(quod eſt hæreticiſſimum)iam unitate & cha-
ritate ſalua poſſent ſe ſubtrahere ab obedientia Papæ: & ſicut temporalia iam exer
cent ope regis,ſine Imper.ita & ſpiritualia per Primates perficerent,ſine recurſu ad
Summum Ponti.& tamen dicerent ſe ſeruare unitatem, & charitatem Chriſtianã
Ephe.4. nobiſcum: quia una Fides,unus Dominus,unũ Baptiſma.Vides ergo ſtudioſe Le-
ctor quam facili umbone repellantur machinæ illæ diuerſarij imbelles,fragiles &
exarmatæ; & omnia dicit ferenda,quę peccata non ſunt, conſilij eſt,non præcepti.
Immo ipſe diuerſarius eſt impacientiſſimus ferendo,at de hoc alias.

Ratio 3.dilui-tur. ¶ Adeo autẽ uenenoſa & maledicta eſt tertia ratio diuerſarij,ut uix me cõtineam,
quin eam pro meritis tractem: ſed modeſtiæ Theologicæ rationem habens,mititer
agam cum ea: & interimendo ſuppoſitum rationis non dabo,poteſtatẽ hanc pon-
tificiam datam a deo in flagellum: ſed nobis in bonum, & ædificationem: quinim-
Oſee.3. mo deus non niſi iratus auferet nobis,ut non ſit rex,necq; princeps,necq; ſacerdotium

non de-

nō debuit ergo diuerſarius, ita detrahere Pontiſiciæ poteſtati,quod diceret eam da
tam in flagellum,ex qua tanta bona proueniant fidelibus,ut lib.1.&.2.diximus. *Ludder detra-*
¶ Dein et hoc non caret ueneno detractionis: quod comparat Papalē poteſtatem *ctator.*
Thurcæ; quod ſi non eſt principi maledicere,ſacerdoti dei detrahere,rebellionē pa
rare,ſeditionem inter fideles commouere, & omnia infera & ſupera interturbare,
hoccine eſt uiri Chriſtiani,religioſi,mendicantis,Theologi officium, heccine chari
tas Chriſtiana unitatis conſeruatiua: ſiccine honor,& ordo eccleſiæ illibatus defen-
ſatur?

¶ Porro ſi omnia tam aſſumpta,quam tacite præſuppoſita,eſſent cōceſſa: conſecta
rium eſſet unum magnum abſurdum,ſ. quia licet patienter ferre debeamus flagel- *3.Eſd.10.*
la nobis a deo inflicta iuxta illud,fortiter fer qui tibi congerūt caſus,& quod S.Pau-
lus ait,tribulatio patientiam operatur.Patientia autem probationem,probatio uero
ſpem.Patientia enim nobis neceſſaria eſt,ut uoluntatē dei facientes reportetis pro- *Roma.5.*
miſſionē,tamen ꝑ huiuſmodi flagellis licet deum deprecari: ut auferantur iuxta il- *2.Thimo.3.*
lud Pſalm. Ad dominum cum tribularer clamaui,& exaudiuit me, & quæ legun
tur.2.Paralip.10.&,3.Reg.8.Immo deus aliquando affligit ſuos,ut precibus, & ora *3.Reg.8.*
tionibus ad eum conuertamur,iuxta illud Pſalm. Imple facies eorum ignominia,
& querent nomen tuum domine,& cognoſcetur dominus iudicia faciens. Liceret *Pſalm.82.*
ergo rogare dominum pro auferendo hoc flagello,principatus Papalis: quod eſt *Pſal.9.*
plane impiū,& ſanctæ matri eccleſiæ aduerſum:quæ in illo ſacratiſſimo Miſſæ offi
cio ſingulis diebus orat.D.O.M.pro huius conſeruatione dicens, in Canone,impri
mis quę tibi offerimus,pro eccleſia tua ſancta catholica,quā pacificare,cuſtodire,ad-
iuuare, & regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo tuo Papa noſtro: *Oratio pro Pa-*
quare iniqua eſt comparatio de Thurca ſub quo Chriſtiani exiſtentes rogare poſ- *pa.*
ſent,ut ab eius regimine liberarentur,quod Chriſtiano non licet de Papa, ut iam di-
ctum eſt.

¶ Non ſuffragatur diuerſario,propter peccata populi multa principes terræ, nam *Prouerb.28.*
hoc plus ei refragatur, quam conducat: pluralitas enim principatuum mala, ideo
hic ſapiens indicat propter peccata populi diuidi regna, ſicut regnum Salominis
fuit diuiſum filio Roboam,& Hieroboam; unus ergo principatus ſaluatur in eccle-
ſia,niſi peccatis hominum exigentibus,aliqui ſchyſmatici deficiant,& ſecedant.

Rationes.IIII.V.VI.Ludderi euacuantur. Cap.IIII.

HIs recte penſatis, arbitror cuilibet catholico liquere languentes diuerſarij ra-
tiones,ut nec uolare,nec ire poſſint,ſed egre reptent,& ex prioribus ſequen- *Rō.3.diluitur.*
tes excutiuntur: de quarta enim ſatis ſuperꝗ; dictum fuit circa primam: quod
illa non plus probet principatum Papæ quam Neronis, quare ut nimium genera-
lē dicimus eā non ſpecialiter probare de Papa,quā de quocunꝗ; alio principe, quod
ſi in iſto iaceret ſuum fundamentum,conſectarium eſſet,ut iiſdem cauſis poſſet de-
ſtrui Papatus,ſicut alius pricipatus, hoc quod nullus Chriſtianus admittet.Porro de
ſuo addit diuerſarius,& hoc etiam ſi iniuſta eſſet,ſemper tacite ſugillās Pontificiam
poteſtatem tanꝗ; iniquam,ſed hoc parcat ei dominus.

¶ Euanida eſt & quinta ratio: quod ut uerum ſit,applica eam communitati Vene- *Ratio.5.*
torum,& ſtatim erit falſa: aut omnes Veneti peccabunt, non ſe ſubiiciendo impe-
ratori: talibus ſophyſmatibus irretire nititur diuerſarius,ſimplicem popellum. Et
quod ad uerba S.Petri attinet,non eſt aſſecutus ueram intelligentiam diuerſarius: *1.Pet.2.*
nam hoc dixit Petrus in primitiua eccleſia inſtruens fideles, quod ſi quis fuerat ſub
dominio alicuius principis ante Baptiſmum, per fidem noluit illum liberari ab illo
dominio,& hoc fecit San. Petrus ut ait Gloſſa.interlinearis ibidem,ne in hoc Chri-

ſtianæ religioni poſſet detrahi: quod per eam ſubtraherentur iura conditionis. Vnde in hoc crudeliſſimi tyranni ſunt inexcuſabiles: quod cum nihil detraherent imperio, neq; alicui eſſent moleſti Chriſtiani, ſed pſallerent, ut eleganter & uere reſcripſit Plinius ad Traianum Imper. quæ & hodie in epiſtolis eius legitur: adhuc tamen ſæuiſſime per omnia tormentorum genera, per exquiſita ſupplicia in ſanctos dei uiros inſontiſſimos, debachati ſunt: perperam ergo diuerſarius huc per capillos trahit uerba S. Petri, & cum hoc falſum aſſumit Primatum hunc Papalem humano decreto ſtatutum: cum lib. 1. & 2. locuplete probauerimus eum eſſe a domino IHESV conſtitutum.

Plinius.
In tyrannos.

Rõ 6. ſoluitur.

¶ Pari ægritudine laborat ſexta ratio, nam cum primo aſſumpſit illum communem conſenſum fidelium in poteſtatẽm Romani Pont. quero ex eo, cum uniuſcuiuſq; rei pars potentiſſima ſit principium: quomodo ille conſenſus habuit initium aut quando, & profecto, ſi etiam ſit marmoreus, non poterit aliud inuenire, niſi ſicut in ſuperioribus libris docuimus, quod ex ſacra ſcriptura, Apoſtolica traditione, conciliorum declaratione, Papa a fidelibus habitus ſit ſummus: ideo ſuſcipientes fidem, cúm hoc fecerunt obedientiam Summo Ponti. quod & Impe. Chriſtiani confirmarunt aſſentiendo, non nouum ius condendo, ut dilucide in ſuperioribus diximus: ſed placet quod ſubdit diuerſarius: deſpicere hunc conſenſum fidelium ſit Chriſtum negare, & eccleſiam contemnere: nam hoc uero, ſicut utiq; eſt uerum: non poteſt excuſare Græcos, & Bohemos Romanum Pont. contemnentes: quia iuxta eius interpretationem, Chriſtum in hoc negarunt, eccleſiam contempſerunt. Porro ſi iſte ſit iure humano dumtaxat cõſtitutus, uelut aſſerit, dicat mihi quomodo iuris humani uiolator (potiſſimum ſi Papa eſſet nobis ſolum datus in flagellum) poſſit dici Chriſtum negaſſe, propter traditiones hominum: quas ipſe tam licenter carpit, negat, reijcit & deridet, ut uidimus libro primo de cõſtitutionibus Anacleti, Nicolai, Leonis magni, Leonis quarti &c. Et quod ad conſenſum attinet, ſi ob conſenſum communem fidelium nephas arbitratur repugnare huic primatui: dicat mihi cum patientia, cur non recipit Conſtantienſe Concilium laudatiſſimum: ubi æqualis conſenſus communis fidelium concurrit. Ex Italis, Germanis, Francis, Hyſpanis, Anglis, Hungaris, Dacis, Polonis, Scotis, Noruuegijs &c. Quomodo ergo ſine fœdiſſimo crimine eſſe poterit Ludder, qui hunc tot fidelium communem conſenſum deſpexerit.

Redargutio Ludderi.
Cur ergo Ludder iã tibi contradicis, & Bohemos, & alios ſchyſmaticos laudas.
Ergo & tu Chriſtũ negas.
Lapſus Ludd.

¶ Porro & illud quod annectit ieiunum eſt, non eſſe poſſibile inter tot Chriſtianos non eſſe Chriſtum &c. Eſt enim uitioſum argumentum, tantundem probat pro reſpondente, ſicut pro opponente. Si enim priores rationes, & iſta fuiſſent adductæ contra Græcum in concilio Florentino, conuerſione fuiſſet uſus, Græci, Bulgari, Rutteni, Moſchobitæ, Armenij, non conſentiunt, nec ſe ſubijciunt Papæ, & non eſt poſſibile inter tot, & tantos Chriſtianos non eſſe Chriſtum, igitur cum Chriſto & Chriſtianis ſtandum eſt, & Papa ab illis dimittendus. Vides iam ruinoſa diuerſarij fundamenta, quibus tamen adeo crepat, ac ſi mathematicas afferret demonſtrationes ac loricata auxilia: cum eum non pudeat in priori egra ratione ridicula ſubnectere, hæc inquã ratio fortis eſt, & inſolubilis: cũ adeo ieiuna ſit & imbecillis, ut uix digna fuerit, quam tractarem. Volui tamen inſolentiæ hominis occurrere, & prima ratiõe, & ſecunda ſatis docuimus, ſi non eſſet primatus iſte de iure diuino, ſi infringeretur, non ob hoc infringi unitatẽ &c. Nam indubie & Græci & Orientales Aphri quos dicit (licet falſo) non fuiſſe ſub Papa: adhuc ſeruarunt humilitatem, unitatem fidei, charitatem Chriſtianam, abſq; Papatu Roma. ſecundum eum: cur ergo iã ex his contendit aſſerere Primatum, cum poſſint eſſe ſine eo, ſecundum diuerſarium: ſed ueriſſimum eſt quod philoſophi dicunt, falſum non ſolum uero diſſentit, ſed etiã falſó, hæc de fragilibus, & inartificioſis ſuis rationib. ab initio libri Falſigraphi poſitis.

Conuerſio rationis in Ludderum.

In Ludderum.

Excuſatio

Excuſatio Ludderi cur decretorum meminit.CCCC.annorum. Capit.V.

AB initio pernicioſi libelli pollicetur diuerſarius,poſt diſſolutas authoritates
pro communi aſſerta ſententia ſolitas induci,robuſtiſſimas allaturum ratio
nes contra eandem: anteꝗ autem hoc præſtet excuſat ſe ſuper forma pro-
poſitionis ſuæ qua dixit Romanam eccleſiam alijs eccleſijs ſuperiorem probatur ex
frigidiſſimis Romanorum Ponti.decretis intra.400.annos natis &c. formidans ni-
mium ſatis ſe apposuiſſe: ideo ſuper hoc palliatã affert excuſationẽ, de qua prius ex
periamur. Sciebam inquit hæc offenſura,& manifeſtiſſime falſa uideri omnibus: cer
tum enim eſt ex decretis Romanoꝝ Ponti.ante mille annos certatum pro hoc Pri-
matu. Ego autem hoc ſpectaui, quod Romana eccleſia nunꝗ fuit,nec eſt, nec erit
unquam ſuper omnes totius orbis eccleſias: licet ſuper plurimas ſit: nec enim fuit
unquã ſuper Græciæ,Aphricæ, Aſiæ, eccleſias: nec eorum Epiſcopos confirma-
uit, ſicut modo noſtros confirmat ut ſatis probant hiſtoriæ. Deinde ſunt ſine du-
bio Chriſtiani in oriente,cum CHRISTI regnum ſit orbis terrarum, & tamen *Pſalm.2.*
Epiſcopi eorum non inſtituuntur,non confirmantur e Roma,nec eſt neceſſarium.

¶ Deinde ab hoc tempore cœperunt multiplicari leges,& iura. Nam & Grego.ix.
Boniſa.viij.Clem.v.niſi cõſarcinaſſent,& alias reciſas,& alias additas Epiſtolas ſcho
lis legendas ac docẽdas tradidiſſent,ſine dubio tot maria gloſſarum,& infœliciſſimũ *In canoniſtas.*
iuris ſtudium,non eſſent: delituiſſent autem tam decreta,quam decretales magno
eccleſiæ lucro,& Euangelij commodo,intra arcas Romani Pontificis. Nunc autem
quæ facies eccleſiæ, uigore iſtarum legum,ſatis plus uidemus: nec hoc ſatis, indies
augeſcunt eiuſmodi libri,& tamen nihil faciunt: niſi quod plures animabus laqueos
ponunt: inde diſpenſationum,confeſſionalium,indultorum,exemptionum,turpiſſi-
mę nundinę. Inde Epiſcopatuum, ſacerdotiorum, officiorum,palliorum, annata- *Abuſus Romæ*
rum rapinę & uenditiones impudentiſſimę: inde cenſuræ,minę,fulmina, fraus, do-
lus,& infinita monſtra: quorum nullum aut ſaltem rarum eſſet, ſi Epiſtolę huiuſ-
modi,ſicut oportuit,intra annales & regeſtas manſiſſent ſepoſitę, & Euangelio lo-
cum in publico reliquiſſent.

¶ Proinde traditiones Romanas nunꝗ ita ſenſit mundus,ut in annis iſtis.400. ideo
totum earum pondus,& omnem uim Grego.ix. tribuendum exiſtimo: per quem
uelut natæ ſunt & ortæ: ab hĩc enim uſus eorum robur accepit, & inualuerunt, ut
legibus iſtis & traditionibus, ita ſunt omnium officia, ſtatuta eccleſię, ordines in
unum chaos confuſa,intra iſtos.400. ut Babylone ipſa confuſior ſit hodierna eccle- *In Romam.*
ſia: nemo in ſuo ordine incedit: quilibet ſibi ex urbe legem emit, qua uiuat: ille ex-
emptus,iſte priuilegiatus,ille familiaris,iſte officialis: iſte neſcio quo titulo: omnes li-
bertatem quilibet eſſendi,faciendi,audiendi,habent,per has Roma.leges. Nec Ro
mę aliud curatur,quam ut hac eccleſię ſumma calamitate,roboretur poteſtas & do-
minatio ſua,in omni indiuiduo ſuo ſola: Et hunc eccleſię occaſum, ſi quando gemi-
mus,ſi dolemus,ſi quęrulemus hęretici ſumus, irreuerentes in Romanam eccleſiã,
ſumus ſcandaloſi,ſedicioſi,procaces ſumus: quia uidelicet quęrulari nõ poſſumus,
niſi Romani Pontif. tum iura, tum poteſtatem,immo tantas iniurias populi dei,ſi-
mul tangamus. Nam hic fons eſt aut perdendę aut eccleſiæ ſeruandę. Cum autem *In Romam.*
hodie omnia ſint in urbe inquinatiſſima, & corruptiſſima, & augentibus impijſſi-
mis adulatoribus, de ipſis nihil liceat uel mutire, niſi quod portenta iſta laudent,
iuſtificent,glorificent: quid mirum, ſi ſub uenerabili Romanę eccleſię nomine, tot
mala inundauerint in omnem eccleſiam pleno impetu,& pręcipiti,& cui nemo reſi-
ſtere poſſit gurgitẽ.

Concilium Romanum.

¶ Deniq; eo deuenit legum Romanaꝝ ſtudium, Et euangelij neglectus: ut neceſſe habuerint ſtatuere in nouiſſimo concilio, Animam hominis eſſe immortalem, quid putas hoc decretũ indicat? Ita unuſquiſq; in ſenſu ſuo abundet, mihi decretorum authores ſunt Grego. ix. Bonifacius. viij. Clemens. v. & extrauagantium pontifices, quod his agentibus in publicum ſparſa & pręcepta ſunt, & omnia ſtabilita: quę ſi inſtar epiſtolarum Grego. Auguſt. Hierony. Bernhardi & aliorum, uel in Bybliothecis, uel arcis pro cuiuſq; arbitrio conſulenda, citra ullum præceptum fuiſſent relicta, fœlicior eſſet eccleſia: nunc uero quando ſummis articulis fidei æquantur, ab adulatoribus autem, & præferuntur: fructum illarum habemus, ordinis eccleſiaſtici confuſionem, conſcientiarum horrendas carnificinas, Euangelij ignorantiam, ſcelerum impunitiſſimam licentiam, adulatorum Romanenſium odioſiſſimam tyrannidem; donec id meruerunt, ut ſub uaſto cœlo non ſit odioſius nomẽ, & graue olentius, nomine Romanæ curiæ.

Fructus Canonum.

Romanum nomen odioſum.

¶ Ex his credo intelligi, me non fuiſſe tam craſſæ ignorantiæ, ut neſcirem longe ante. 400. annos decreta Romani Ponti. nata: alioquin quomodo certos. 400. annos, & non plus aut minus potuiſſem recitare: quomodo iudicare quod eſſent frigidiſſima? quomodo hiſtorias allegare? quomodo textum ſcripturæ contrarium aſſerere, niſi diligentiſſime omnia præuidiſſem & contuliſſem.

¶ Ex his indicijs uolui naſuto lectori ſatiſſactum: ut me non ſine cauſa, ſic poſuiſſe cognoſceret, nec ignorantiam, ſed de induſtria ſic loquutum fuiſſe. Simul quod inſidioſæ, & adulatoriæ propoſitioni Eccij per omnia par referre uolui: qui cũ aſtruxiſſet ante tempora Sylueſtri Romanam eccleſiam, fuiſſe alijs ſuperiorem: & ego perſuaſiſſimum haberem, Eccium non eſſe tam impudentem ut publicæ mentiretur, nec tam ignarum hiſtoriarum, ut hæc uera crederet: inſidias ſuſpicatus ſum: ut qui morem ſophiſtarum, & lubricitates iſtorum protheorum probe callerem: qui ſi uolent falſum facient uerum, & uerum mutent, in falſum: cum interim in alijs eũ loquendi rigorem exigant, ut nec uera dei tuta coram eis ſint: proinde uolui animoſiorem reddere, ac ante diem triumphabundum reddere, ſicut ipſe me formidabundum niſus eſt facere. Hæc diuerſarius Ludder ad uerbum quaſi.

Ante Grego. ix. libros iuris fuiſſe in frequenti uſu oſtenditur, de Gloſſ. iurium, exemptionibus, malis moribus, Romanis abuſibus, etiam omniũ ducũ. Cap. VI.

PAlliatam iſtam & confictam diuerſarij excuſationẽ, quis eſt tam ſtupidus qui non uideat: taceo temeritatem quam profudit: nam cum propoſitio ſua meæ contradiceret, & expreſſe. 400. annorum terminum poſuiſſet, re nondum perfecta, ſicut & alia temere effutit. Certior autem deinde factus de antiquioribus decretis, incipit oblinire propoſitionem ſuam, ne error ſuus manifeſtarius deprehendatur: ut autem me uerum dicere agnoſcas Candide lector, & nunc meditatam & fictam deprehendas Ludderi excuſationem, euidens argumentum eſt: quod reſoluturus ſuam propoſitionem, ſuo peruerſo libello ab initio poſtq̃ renarrauerat propoſitionem meam, ſubinde & ſuam ponit, & numerum iſtum annorum omittit, & cur quæſo iam eam omiſit, niſi quia repugnantem ueritati uidit: ſed ſingula eius dicta temeritatis plena deſpiciamus.

Dolus ludderi.

Palliatio Ludderi.

Primo.

¶ Sciebam inquit primo, hæc omnia manifeſtiſſime falſa uideri omnibus, at ego dico non ſolum uideri, ſed & eſſe falſiſſima & hæretica, uelut monſtrauimus. Certum eſt inquit decretis Romanorum Pontificũ ante mille annos certatum pro hoc Primatu, ſed audi Luddere, ante mille annos ſancti fuerunt uiri & Euangelici, ipſis etiã ſanctis admirationi. Nam nec Beatus Gregorius tam antiquus eſt. Venis ergo ad

Secundo.

Hormiſdam.

Hormiſdam,Symachum,Gelaſium,Leonem magnum, Hilarium,Innocentiū,Damaſum,Bonifacium &c. & dein ad ſanctos martyres xxxiij. ꝙ ſi tanti & tam ſancti uiri ſuis decretis Primatum aſſeruerunt,impudentiſſimum eſt & improbiſſimum te pro ſingularitate tua, tam ſanctis & tam antiquis, integris, innocentibus, humilibus, diuitiarum contemptoribus, Deo amandis patribus repugnare. Porro quod aſſumit Græcos &cæ. non fuiſſe ſub Romana eccleſia,dicturi ſumus capite ſequenti.

Primatus ante M. annos.

¶ Obliniturus ſuum lapſum de 4 0 0. annis explicat quomodo Grego. ix. Bonifacius &c. iura Pontificia diſſeminarunt:hic aperte prodit inſcitiam ſuam diuerſarius,& quod antiquitatis nullam prorſus habeat cognitionem. Illos enim tres increpat Summos Pontifices,qui decretales, Sextum & Clementinas promulgarunt: quaſi prius non fuerint iuris Pontificij libri plurimi,ante Grego.ix.quam iam in uſu habeantur. Nam præter Gratiani decretum,fuerunt,decretum Burckardi Vuormacieñ. Germani qui Gratianum pręceſſit uti in ſuperioribus meminimus. Item tria decreta Iuonis,cuius nouiſſimum Panormia inſcriptum, dudum fuit a calcographis impreſſum de decreto Paſchaſij,de codice Canonum, de antiquis floribus decretorum diximus in ſuperioribus lib. 1. & Codice Canonum teſtatur Leo iiij. uſos fuiſſe in omnibus iudicijs.Ideo Secundinus licet incluſus querebat ex B. Gregorio an ne decreta Pontificum eſſent propagata ultra Hormiſdam, & reſpondit Grego.uſq; ad Vigilium deducta. Vnde inique facit diuerſarius, quaſi non licuerit Pontificibus per ſucceſſionem facere conſtitutiones,ſicut antiqui ſemper prioribus addiderunt: & ipſe fatetur mundum iſtis temporibus multo deteriorem factum, modo uetus eſt uerbum. Ex peſſimis moribus optimę naſcuntur leges. Vnde ſemper præceptum fuit decretalia recipere, ut Nicolaus Papa probat Epiſcopis Galliæ, & ob hoc improperat Impera. Michaeli quod non habebat decreta ſanctorum Pontificum, ut meminimus libro ſecundo. Vnde ſi ob iurium promulgationem abijcit Grego. nonum,omnes antiqui Pontifices ueniunt reijciendi,qui decretalia conſtantiſſime ſeruari uoluerunt.

Lib. iuris ī uſu ante Grego. 9.

Decreta uaria

c. de libellis diſ. 20.

Leo.

Secundinus

Nicolaus

Diſ. 19. ſi Romanorum Cap. 20.

¶ Vituperat dein gloſſarum maria,non eſt inſtituti mei omnem uoluere lapidem, & hoc quidem quod ius Pontificium eſt gloſſis locupletatum,commune eſt ei cum omni profeſſione: nam & in Medicinis, Philoſophia, Oratoribus & Poetis,habent pręgrandes commentarios & in legali ſapientia (ubi tamen Imper. Iuſtinianus L. tāta circa nos, §. hęc igitur omnia, C. de ue. iur. enu. prohibuit tam præſentes quam futuros,legibus commentarios annectere) habemus Accurſeos,Odofredos, Albericos,Cynos, Bartholos, Baldos, Dinos, Raphaeles, Imoleñ. Iaſones, Salicetos, cum alijs plurimis,& poſt tot eccleſię lumina & gloſſarum maria in Theologia, incipit diuerſarius commentari Paulum, non quod hunc laborem improbem,ſi a more maledicendi & Cynica ſua Theologia deſiſteret: ſed quod exprobrat Canoniſtis gloſſas,cum iam hoc literario ſęculo & ſuperioribus,innumeri prodeant in omni ſcientia commentarij.

Gloſſæ iuris

Iuſtinianus.

¶ Exemptiones ſugillat,quaſi ſub hoc ſęculo natas,cum tamen S. Bernhar. libro iij. de conſideratione ad Eugenium,conqueratur ſuper emptionibus,qui Greg.ix. præceſſit centum annis. Et ꝗuis non ſolum exemptionum,ſed & quarumcunq; aliarum rerum ſit abuſus culpabilis,tamen exemptiones rationabiliter factas eſſe laudabiles, patet ex inculpato Summo Ponti. B. Gregorio uiro ſpiritu dei pleno, qui exemit monaſterium beatorum Iohannis, & Stephani Claſſitanę ciuitatis,a iuriſdictione Epiſcopi Rauennateñ.

Exemptiones.

Bernhardus.

Grego.

¶ Quæ autem diuerſarius urbi Romanę tribuit uitia quod in ea omnia ſunt inquinatiſſima,& corruptiſſima,de his quia Rome non fui, dicere nō poſſum,ſed hic pri-

1520. Romæ mali mores Hierony.

mo dico nos ſcire etiam temporibus beati Hieronymi (qui fuit ante M. CL. ann.) corruptos fuiſſe mores Romæ, dein & hiſtoriȩ produnt, licet nulla hȩreſis ex Romana prodijt cathedra, non tamen defuere deprauatis moribus Ponti. qui a Deo iudicantur: ubi diſtrictam ſunt reddituri rationem ſecundum quod in corpore geſſerunt: præterea ſæpe audio peſſima inueniri Rome & optima, homines honeſtiſſimos & impuriſſimos: de quibus tamen nihil mihi conſtat preter auditum. Quod autem omnia mihi placeant, quȩ audio Romȩ fieri, ingenue fateor, plurima diſplicent, ut plane agnoſcat Eccium inadulabilem fore diuerſarius. At quod propter aliquos abuſus, negem a domino Apoſtolico, quod deus ei dedit, tota canit ſcriptura, omnes clamant doctores. Vniuerſa obſeruauit eccleſia, non faciam. Video enim diuerſarium eſſe Chamitam denudantem uerenda patris: Venerabor potius Romanum Pontifi. ut domini IHESV uicarium, omnium fidelium patrem totius eccleſiæ paſtorem, qui ſi iniuncto muneri, minus ſatiſfaciat, eſt qui iudicet: quamuis in hoc plus eſſet ei condolendum, quam inſultandum, & deuotis ſupplicationibus pro eo apud deum orandum: quod plus prodeſſet, quam procax, ſuperba, maledica, & inſolens diuerſarij ſcriptio: qui nondum tamen iuxta Euangelicam normam eum corripuit: ſed mox dicit eccleſiæ, omnia in innocentem Pontificem regerendo. Cum a tot annis ſimus experti, omnibus hiſtorijs atteſtantibus, omnes rebelles huic catholicȩ ſententiȩ, ſeditioſos, ſuperbos, ſingulares ſchyſmaticos, fuiſſe damnatos & in reprobum ſenſum datos.

Ludder Chamita.

In Ludderum. Detractores Pontifi.

Pro Papa.

¶ Nullis ergo abuſibus qui fidei noſtræ ſanctȩ non repugnant, & hæreſim non ſapiunt, patiar me auelli a ueritate Euangelica & Apoſtolica: quanq̄ de abuſibus iudicare ſit difficillimum: tum ꝙ Apoſtolicus non eſt ſemper culpabilis: neq; poſſit ſemper ſeruare mundum collegium, mundam familiam. Cum collegium ſacratiſſimum Apoſtolorum Iudam tulerit: tum ſemper maior eſt querela de abuſibus, q̄ abuſus ſint in ſe: nam & paſſi aliquid, acerbius id ferentes, amarius loquuntur: plures ex leuitate, rem etiam iuſtam ſiniſtra interpretatione calumniātur: adde ꝙ infecta natura ad malum prona, ad detrahendum parata eſt & procliuis: ſuggerit Cacadȩmon, ut caput eccleſiȩ debilitet, odia paſtoris gignat, rebellionē in ſubditis paret, obedientiam ſubtrahat, & unitatem eccleſiȩ diuidat: ut ſic fracto & imminuto eccleſiȩ regno, diabolicum ſuum regimen dilatetur & firmetur: & ut fieri ſolet, ꝙ laici oppido clericis ſunt infeſti, Nouus ſemper aliquid adijcit author.

Abuſus amarius reprehēdūtur.

Fomes Ludderi.

Dæmon cōtra Papam

¶ Porro ſi abuſus criminari pergis, ſcimus quia nec dum Romæ confuſio eſt, ſed & in toto orbe terrarum: cum totus mundus in maligno poſitus ſit: nam & ſecularium principum aulæ ſuas patiuntur Harpias, Capinopolas, eruſtatores, ac harpagatores: ſed nec ullus reperitur fratrum conuentus, in quo non Leopardi habitent cum agnis, lupi cum ouibus, columbi cum ſerpentibus. Non ergo negarim plura perperam agi a pleriſq; curialium officiarijs: ſed plures ſunt egregiȩ eruditionis & integerrimȩ uitȩ Romæ, quibus iſta diſplicent: liberum ergo ſcriptoribus calamum in uitia acuere, modo id cum ſale fiat, non cum furia, cum fructu, non cum deſtructione, ex amore, non ex inuidia, aut maledicentiæ morbo, Et quod ait Cicero, contumelia careat obiurgatio.

Apud reges et duces abuſus

Cicero.

¶ Habent. n. Germani principes ſua cum Romana ſede compactata (ut uocant) cū annatis, pallijs, ac beneficijs conferendis: in quibus ſi illis fides ſeruata non fuerit, iuſta eſt cauſa exhortandi Pontificem: ut pacta ſeruentur illæſa: ut ſuis modum imponat: & eos propter quos male audit ſanctitas ſua corripiat. Hoc enim debebat expectare Ludder, donec Cæſar epiſcopi & principes catholici cum Pontifice, mutuo auxilio & conſilio de reformanda cogitarent eccleſia, tam in clero, quam in fratribus, & monachis atque laicis, tam de religione, quam de ſuperſtitione, & quod de-

Ludder ſic debebat agere.

nunciati

nunciationem publicam iuxta Euangelium domini Iheſu præceptam,fraterna pręcederet correptio:hoc.n.ſatius eſſet:q̃ rem tragicis agere conuitijs: ciuilia & inteſtina mouere bella ſummo Pont.oblatrare,plæbem inficere,tumultum excitare,et ſpiritum inuidiæ, ut magnus habeatur, & ueneretur uno ore in prelatos eccleſię euomere:at maiorum & prudētum committo iudicio:ego pro meo paupere ſenſu iudico.Si diuerſarius etiam zelum haberet (quod ex nullo indicio conijcere poſſum)tamen non haberet zelum ſecundum diſcretionem & ſcientiam. *Math.18.* *Roma.10.*

Conſtitutio Concilij Roma.de ſtudio Philoſophiæ & Poeſis & Canoniſtarum excuſatur. Cap.VII.

ID quod ſubinde dicit Romanarum legum ſtudium eo deueniſſe:ut neceſſe habuerint ſtatuere in nouiſſimo Concilio, animam hominis eſſe immortalem:corrupte & truncate adfert conſtitutionem,& ſic tacite ſacrum ſugillat Cōcilium. Anno enim domini M.D.XIII.die XIX.Decembris, æditus eſt Canon in Concilio Lateran̄.ſub domino Apoſtolico Leone X.lectus per Archiepiſcopum Gnezen̄.oratorem regis Poloniæ, in quo refert quoſdam Philoſophantes temere aſſeuerare,animam hominis, ſaltem ſecundum Philoſophiam eſſe immortalē: dein ſacrum Concilium renouat conſtitutionem Concilij Vienn̄.ꝙ anima ſit immortalis,multiplicabilis ſecundum corpora &cæ. ſed quęrit diuerſarius, quid putas hoc decretum indicat?hoc inquam indicat quod ſequitur, omnibus Philoſophis in uniuerſitatibus ſtudiorum generalium,uel alibi publice legentibus,diſtricte præcipiendo mandamus,ut cum Philoſophorum principia,aut concluſiones in quibus a recta fide deuiare noſcatur, auditoribus ſuis legerint, quale hoc de animæ immortalitate, aut unitate,& mundi æternitate,ac alia huiuſmodi,teneantur eiuſdem ueritatē religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtam facere: & perſuadendo pro poſſe docere,ac omni ſtudio Philoſophorum huiuſmodi argumenta,cum omnia ſolubilia exiſtant,pro uirili excludere,atq; reſoluere.En primum propter quod renouata eſt conſtitutio,& infra.Cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices pręſcindere,niſi et ne iterum pullulent funditus euellere,ac eorum ſemina,originaleſue cauſas, unde facile oriuntur remouere.Cum pręcipue humanę Philoſophię ſtudia diuturniora,quā deus ſecundum uerbum Apoſtoli euacuauit & ſtultam fecit,abſq; diuinæ ſapientiæ condimento,& quæ ſine reuelatę ueritatis lumine in errorem quandoq; magis inducunt q̃ in ueritatis elucidationē, ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionē,hac ſalutari cōſtitutione ordinamus & ſtatuimus:ne quiſpiam de cętero in ſacris ordinib.cōſtitutus,ſæcularis,uel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus in ſtudijs generalibus,uel alibi publice audiēdo Philoſophię,aut Poeſis ſtudijs,ultra quinquennium poſt Grammaticam & Dialecticam,ſine aliquo Theologię aut iuris Pontificij ſtudio incumbat. Verum dicto exacto quinquennio,ſi etiam illis ſtudijs inſudare uoluerit liberum ſit ei: Dum tamen ſimul ut ſeorſum Theologię aut ſacris Canonibus operam nauauerit:ut in his ſanctis & utilibus profeſſionibus,ſacerdotes domini inueniant: Vnde infectas Philoſophiæ aut Poeſis radices purgare & ſanare ualeant:& hos Canones per ordinarios locorum,ubi generalia ſtudia uigent,& rectores uniuerſitatum eorundem ſtudiorum ſingulis annis in principio ſtudij publicare in uirtute ſanctæ obedientię mandamus. *1.Corinth.1.*

¶ Quam ſaluberrimam conſtitutionem pro Euangelica doctrina, pro Theologico ſtudio,ſicut eam Iacobus Vuimphelingius noſter agnouit utiliſſimam:hic noſter diuerſarius ſugillat,& Euangelium neglectum ait Romanis legibus:profert etiā multa temeritate fructus iuris Pontificij,& eam facultatem totam contaminat,maculat &

reijcit,in qua tot optimi uiri integerrimi per omnem ætatem uerſati ſunt Hoſtieñ. Innocentius,Iohan.Andreę,Antonius de Butrio,Panor.Dominicus Genimianus, Zabarella,Archidiaconus,Felinus.Et in toto orbe terrarũ,in omnibus regnis Chriſtianis,præcellentiſſimi uigent in ea profeſſione uiri:qui primos,& puriſſimos proferunt fructus:quia fructus iuſti lignum uitæ .Vnde cum arbores ſint bonę fructus proferent bonos: Quare in communi hortor eos, ut profeſſionem famam, & honorem defendant:ſic & Romanam curiam ſequentes, & qui pinguiſſima recipiunt beneficia ab ea.

Prouerb.1. *Luce.6.*

¶ Sed ꝙ frigidum eſt quod ſequitur,ſe non ignoraſſe,longe ante 400.annos decreta Romanorum Ponti.nata: immo Conſtantiſſime credo diuerſarium huius craſſiſſime fuiſſe ignorantiæ:ꝙ ſolum reſpexiſſe uidetur ad tempus ęditorum, decreti, decretalium,& ſexti,ac Clementinarum.Cum multo maiori inſcitia laboret, Græcos, & Aphros nunꝙ Roma.Ponti. fuiſſe ſubiectos aſſeuerans,& ꝙ experiar eum, Canones antiquos nunꝙ uidiſſe. Audet tamen homo uane iactabundus gloriari ſe omnia diligentiſſime peruidiſſe,ac contuliſſe;qui ſciam ꝙ ieiune,ut uix pertranſennam uiderit,quod inferius ex Niceno Concilio manifeſtabimus:ꝙ tam inſolenter iactitat, & nunꝙ uidit:ſic fumum uenditat,ꝙ hiſtorias citet,& ſcripturas:quas quomodo tractauerit partim lib. primo, partim libro præſenti manifeſtabimus, omnino frigidis ſe iuuat palliationibus, ut quod per imprudentiam meminerit 400.ann. quoquomodo diluat,& penicillo coloret.

Arrogantia Ludderi.

¶ Prodit autem apertiſſime inſcitiam ſuam, cum exiſtimat mendaciũ eſſe ante Sylueſtri tempora, Romanam eccleſiam fuiſſe alijs ſuperiorem, & quod non ita ſenſerim,cum uerba patentiſſima ſine inuolucris poſuerim:exiſtimans hoc eſſe contra hiſtorias,contra ſcripturas,cum lib.ij.oſtenderim,quod & hoc loco facturus ſum,illud eſſe ueriſſimum. Vnde nihil ſophyſmatis ſubfuit in propoſitione mea; ſed timuit timore, ubi non fuit timor. Maxime ob eam rem temeritatis arguendus eſt diuerſarius:qui iactitat ſcripturę ſanctæ auctoritatem ſecum eſſe, qua probatur Primatus eccleſiaſticus nullus eſſe:at euanidam eſſe eius iactantiam,ſtatim reuincemꝰ: dum oſtenderimus quam abutatur ſacris literis,ac ſanctis patribus: ut niſi modeſtia Chriſtiana in eum uterer,ſuis eũ depingerẽ coloribus: at ne ei ſimilis efficiar in maledicentia,ego in omni manſuetudine,& mititate pacificis uerbis rationes eius iugulabo auctoritatum in oppoſitum adductarum:uerum & catholicum ſenſum ad intentionem ſanctorum patrum dabo: quoniam dominus Iheſus audiendus eſt in principibus eccleſiæ,non Ludder ; quia qui uos ſpernit me ſpernit, qui uos audit me audit. Hoc unum uerbum amabilis domini noſtri Iheſu ſaluatoris,redemptoris, glorificatoris noſtri,mouere deberet diuerſarium:ne tam impie & procaciter loqueretur de decretis,iuſſis & mandatis Sum.Ponti. Vnde dignus eſt iuxta mandatum domini:qui pereat de populo, contrahamus uela in re omnibus notiſſima, & dimittamus eos, qui ad Chriſti uicarium dicunt,ſcientiam uiarum tuarum nolumus, preſtemus id,quod ſumus polliciti.

Luc.10. *Deut.17.*

Aphros fuiſſe ſub Roma.Ponti. probatur ex uerbis Ludderi,& ex Cypriano. Cap. VIII.

NIhil eſt tam falſum, nihil tam iniquum,quod audaculi non tentent: quod temeritas nõ aſſerere nitatur: quod in præſentia manifeſtabimus,diuerſarius ueritatis hic affirmat ſe hoc ſpectaſſe, quod Romana eccleſia nunquam fuit, nec eſt, nec erit unquam ſuper omnes totius orbis eccleſias, licet ſuper plurimas ſit; nec enim unquam fuit ſuper Græciæ, Aphricæ, & Aſiæ eccleſias,

nec eorum Epiſcopos confirmauit:quod ꝙ ſit intollerabilis error,quilibet uel medio
criter antiquę eruditionis eccleſiaſticæ doctus intelligit, & quia non me præterit: q̃
inſolentia iactitet hunc locum diuerſarius:ut quo ſæpe utatur popularibus cõuiuijs,
diſputatione publica Lipſica, in maledicis ſuis ſcriptionibus,in excuſatione ſua uul-
gari ad Fridericum Saxonię ducem &c,Ideo accuratius ſtudebimus & de Aphris,
& Gręcis,ac Orientalibus,oſtendere,eos fuiſſe ſub Ro. Pontifice: cuius oppoſitum
L udder,uel ex ignorantia,uel ex malicia,tam temere aſſerit,
¶ Primum autem probemus de Aphris,fideles ſemꝑ fuiſſe ſubiectos Romano Põ-
ti,& anteꝙ digrediamur,aperire oportet,quomodo diuerſarius ſui oblitus, ſibi non *Ludder ſibi cõ*
conſtet,ſed contradicat: nam ſuperius cum improbaret Anacletum Martyrem (ut *tradicit*
lib,1,meminimus)inquit,ſi intelligit ſacerdotalem ordinem cœpiſſe a Petro in eccle *cap.22.*
ſia Latina,poteſt utrunq; ſuſtentari,quemadmodum & B,Cyprianus epiſtola iij, ſe *Cypria.*
dem Petri principalem,unde & ſacerdotalis ordo cœperit appellat: & Aphri tamẽ
ſunt latini:quare ad Aphros relata ſedes Petri,fuit principalis etiam diuerſarij ſentẽ-
tia:quod hic tam audenter negat, At iam probemus Aphricæ eccleſias omnes Ro-
mano ſubiectas Ponti,non ſolum eccleſia pacata & Chriſtianiſſimis principibus re-
quiem dantibus eccleſiæ;ſed eo etiam tempore,quo Roma,Ponti,nihil per potenti-
am facere potuit,prę tyrannide Imperatorum gentilium,
¶ Liquet ex B,martyre Cypria,qui aduocans Satyꝝ percunctatus eſt,Vtꝝ nam de *Cypria.*
catholicis Epiſcopis eſſet,hoc eſt ſi cum Romana eccleſia conueniret, Renarrat B, *24. q. 1. aduo-*
Ambro, Verba Cypriani ad Antonianum adduximus lib,ij,quę renarrat Gratian9, *cauit.*
¶ Et niſi Aphri fuiſſent ſub Epiſcopo Romano, cur Antonianus ſcribens ad bea- *7.q.1.factus*
tum Cyprianum petit, ut exemplum earundem literarum ad Cornelium Papam *Antonianus*
tranſmitteret, ut depoſita omni ſollicitudine, iam ſciret eum cum Cornelio, hoc eſt
cum eccleſia catholica communicare: quid inquam petijt Numidicus Apher trans
mare mitti ad Romanos epiſtolam: niſi quia Romanum Pontifi, agnoſcebat ut ſu-
periorem: & ꝙ deſerens cathedram Petri non ſit catholicus habendus, Vide epiſto
la ij,lib,iiij,Cyprianum,
¶ Sic epiſtola vi,lib,1,ad Magnum, Eccleſia una eſt,quæ una intus & foris eſſe non
poteſt, Si enim apud Nouatianum eſt,apud Cornelium nõ fuit, Si uero apud Cor
nelium fuit,qui Epiſcopo Fabiano legittima ordinatione ſucceſſit, & quem propter
ſacerdocij honorem,martyrio quoq; dominus glorificauit,Nouatianus in eccleſia nõ
eſt,Iam iterum S,martyr negat eum eſſe de eccleſia: quia non eſt cum eccleſia Ro-
ma,Cornelius enim Romanus Pont,fuit,
¶ Dum quoq; Cyprianus decreuiſſet lapſos ad communionem admittendos ante ſo
lita tempora ob imminentem perſecutionem, Vacante tamen ſed, Apoſtolica Fabi-
ano martyrij gloriam adepto,ſcripſit tamen & conſuluit clerum Romanum: qui dũ
per literas hoc probaſſet,ait lib. iiij, epiſtolarum quæ litere per totum mundum miſ-
ſæ, & in noticiam eccleſijs omnibus & uniuerſis fratribus perlatæ ſunt: ubi dum ſe-
cti ſunt, cæſi,lapidati &c,Ro,coluerunt eccleſiam,& quod ipſa probauerat,licet ſuo
pręſide priuata,Chriſtiani in uniuerſo mũdo acceperũt. Electo autẽ Cornelio mox
Aphricana eccleſia eum ſuper eodem conſuluit: & dicit eum iudicio dei, Epiſcopũ
factum & coepiſcoporum teſtimonio:quorum numerus uniuerſus per totum mun
dum concordi unanimitate cõſenſit,ſatis intelligitur omnibus Epiſcopis per uniuer
ſum eum pręfuiſſe: nam ꝙ omnes ſuffragia dederint ad eius electionem, nemo niſi
Oreſte inſanior dicet:& tota illa epiſtola abunde teſtatur dignitatem Ro,eccleſiæ,
¶ Et Aphros fuiſſe ſub Romano Ponti,Cornelio,ubi nõdum Papa habebat aliquã
iuriſdictionem temporariam Rome Imperatoribus infidelibus adhuc tyrannidem
exercentibus:duodecimus,n, Papa fuit ante Syluestrum, liquet ex epiſtola viij, Cy-

pria,lib,iiij.ad Cornelium Papam, ubi inquit,nos enim ſingulis nauigantibus, ne ſcandalo ullo nauigarent,rationem reddidiſſe ſcimus,& hortatos eſſe:ut eccleſiæ catholicę matricem & radicem agnoſcerent ac tenerent.Sed quoniam latius fuſa eſt prouincia noſtra,habet etiam Numidiam, & Mauritaniam ſibi cohærentes ; ne in urbe ſchyſma factum abſentium animos incerta opinione confunderet placuit, ut per Epiſcopos retenta a nobis rei ueritate ad comprobandam ordinationem, tua facta auctoritate maiore: tunc demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo,per omnes omnino in prouincia iſta poſitos,literæ fierent,ſicut fiunt:ut te uniuerſi collegæ noſtri & communicationem tuam, ideſt catholicę eccleſię unitatẽ pariter & charitatem probarent,firmiter ac tenerent,hęc Cyprianus, ægretulerat enim Cornelius

Cyprianus. Papa literas ad clerum Romanum deſtinatas,& non ad ſe,ſuper quo Cyprianus ſe excuſat,quod ex Aphrica nauigantibus in Italiam, commiſerat:ut matricem & radicem eccleſię catholicę agnoſcerent ac tenerent: quia intellexit eccleſiam Ro. quam adierunt,ubi apertiſſimum eſt Aphros agnouiſſe Roma.eccleſiam,ut matricem et radicem:dein quia diſſenſio erat in electione Summi Ponti. Romani:ne fieret confuſio per prouincias latiſſimas Aphricæ, ordinauerunt Epiſcopi, ut retinerent antiquam ordinationem:donec fierent certiores de maiori Romano Ponti. & firmato: ac præualẽte Cornelio literæ per oẽs prouincias mitterentur,ut haberent cõmunionem cum Cornelio:in quo .ſ. eum uelut ſuperiorem agnouerunt , quod nullus unitatem eccleſiæ catholicæ & charitatem ſeruare probaretur, qui Romano Pontifi. non adhæreret.

¶ Ob id epiſtola iij.lib.I.ad Cornelium,ſchyſmaticos,licet ab eccleſia reiectos, adhuc meminit ad Romam nauigantes ex Aphrica, ſimiliter & Feliciſſimum, ſed quid feciſſet Romę,ſi Aphricana eccleſia non fuiſſet ſub Romana.

¶ Inſuper ſi Aphri non fuerunt ſub Romano Ponti.cum tunc Cyprianus tanto mari a Cornelio auulſus,excuſat ſe:ꝙ de Fortunato pſeudoepiſcopo non ſtatim ſcripſerit:ait enim quod non ſtatim ſcripſi , non ea res erat, quę ad noticiam tuam deberet feſtinato,ſtatim quaſi magna aut metuenda præferri: maxime quando & Fortunati nomen ſatis noſſes &c.cum hęc in tua noticia eſſe conſiderem,non putaui celeriter, & urgenter hęreticoꝝ ineptias tibi nunciandas. Certe niſi Cornelius fuiſſet agnitus ut ſuperior:quid opus fuiſſet iſta excuſatione,ubi ſe ad alios Ep̄os Italiæ, Galliæ,uel Aſię iſto modo excuſauit: niſi quia Cornelium Summum Pontifi. agnoſcebat, & uniuerſalis eccleſię paſtorem:unde meminit eadem epiſtola, Epiſcopos ex Synodo deſtinaſſe literas ad Roma.Pont.quod erat primatus indicium ꝙ actitata omnia ad ſedem Apoſtolicam referrent.

¶ Et in epiſtola ij.Synodus Carthaginen.de actis in ipſa ſcribit,adijciens ꝙ credimus uobis quoqꝫ paternę miſericordiæ contemplatione placiturum. Vide inferiores deſiderare paternam complacentiam ſuper actis.Ita mittentibus Cypriano & alijs catholicis Epiſcopis Felicianum acholytum ad Cornelium Papam,Feliciſſimus hęreticus eum pręuenerat(eadem epiſtola)quid is concurſus quid ea pręueniendi contentio, niſi ſuperioritatem eius ad quem concurritur , ſignificat:cum quiſqꝫ ſtuderet alterũ pręuenire,ut a ſuperiori approbaretur.

¶ Sic tota Synodus Carthagineñ.xxviij. Epiſcoporum tuetur ſe auctoritate decreti a Cornelio æditi contra ſchyſmaticos lib.I.epiſtola iiij. quod ſtultiſſimum fuiſſet, niſi Aphricani Romanum Ponti.Cornelium, uelut primum & uniuerſalem Epiſcopũ habuiſſent.Hunc Cyprianum,& Synodos ſui temporis libenter adduximus, quod Apher fuerit, Aphrorum primas,eruditione,grauitate morum conſpicuus, ac martyrio glorioſus:cuius auctoritate merito premitur diuerſarius,& noſtra fortiſſime roboratur ſententia,Aphris ſuperiorem fuiſſe Roma.Pontificem.

Aphros

Aphros fuiſſe ſub Papa probatur ex Auguſti. Euariſto, Damaſo, Leone, Innocentio. Cap.IX.

CYpriani authoritatem cuilibet fideli ſufficere arbitror: at fortificabimus pluribus noſtram ſententiam: ut inuicta ſit tam pluribus authoribus firmata. Primo enim cum Cecilianus Chartaginen. a conciliabulo hæreticorum fuiſſet reiectus & expulſus poſt uarios tractatus, cauſamq; diu & ſępe in Italia, Gallia, & Aphrica agitatam, reſtitutus fuit ſedi ſuæ Cecilianus Chartagine per Melchiadem Pont. Romanum: & reſtituere non potuit, niſi ſuperior, meminit Auguſtinus depoſitionis illius & reſtitutionis in Epiſtola ad Glorium Eleuſium & Felicem. Donatum ibi teſtatur depoſitum, & latam contra eum ſententiam: quamuis plurimi Epiſcopi ei adheſiſſent, ob id laudat Papam Melchiadem, ut ſupra meminimus, & columna. vi. eiuſdem epiſtolæ. Iterum Auguſt. docet, quomodo Aphri iudicati fuerint ab Epiſcopis urbis Romę. Vnde ſeptuaginta Epiſcopi fuerunt in condemnatione Ceciliani: quorum ſententiam retractauit Melchiades. *Augu.* *Epiſto.162.*

¶ Et ſi ad crepundia uenerimus eccleſiæ, reperimus Euariſtum. v. Papam a Petro, Epiſcopis Aphrorum pręcepiſſe, ut ſeptem ſint Diaconi apud Epiſcopum, qui ſint, quaſi oculi ipſius Epiſcopi, qui non dediſſet mandatum, niſi ſibi ſubditis. *Euariſtus.*

¶ At quod poſt martyrũ tempora, Aphri fuerunt ſub Papa, liquet ex epiſtola Damaſi ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiſcopum, & uniuerſos Epiſcopos Aphricę, incip. Lectis fraternitatis ueſtræ literis, & quia eius meminimus, lib. ij. cap. x. nolumus eam repetere. *Damaſus.*

¶ Porro Chartagineñ. concilium. lxviij. Epiſcoporum, ſcripſit de actis ſuis ad Innocen. Papam, & inter alia ait. Hoc itaq; geſtum domine frater ſancte, charitati tuę intimandũ duximus: ut ſtatutis noſtris medio charitatis, etiam Apoſtolicę ſedis adhibeatur authoritas pro tuenda ſalute multorum, & corrigenda quorundam peruerſitate. Reſponſum Innocen. fuit adductum lib. ij. An adhuc maius teſtimonium poſtulat. Petit Synodus Aphricana (cui Sanctus Auguſtinus interfuit) adhiberi authoritatem Apoſtolicæ ſedis, pro corrigenda aliquorum peruerſitate: quid implorent eius authoritatem, niſi eſſet ſuperior, & quomodo coherceret peruerſos, ſi non eſſet ſuperior. *Innocen.* *Cap.11.*

¶ Ad eundem Innocen. ſcripſit concilium Mileuitanum, lxij. Epiſcoporum, meminimus lib. ij. ad quem locum ſedulum remitto lectorem.

¶ Et cum in concilio Mauri. Cæſarieñ. egiſſent de Primoſo deponendo, decreuit Synodus. Oportere literas deſtinari ad uenerabilem fratrem ſenem Innocentium: ut agnoſcet requiſitum Primoſum in concilio, & minime fuiſſe repertum legitur capit. lxiiij. in concilio Aphricano: innumera huius rei poſſem afferre teſtimonia ex epiſtolis Auguſtini: & mirum eſt, quod tam oſcitanter diuerſarius legit doctores antiquos eccleſiæ: cum alios tamen cõtẽnat, quia ſcholaſticos, ipſe Eccleſiaſticos ſequatur doctores.

¶ Sic S. Leo uniuerſis Epiſcopis per Aphricam mandat Canone ſuo xlix. ut ſacramentum communionem, uirginitatis habentibus propoſitum, Barbarica uiolentia corruptis, non prohiberent, & quia epiſtola illa loco Canonis poſita, frangit ceruicem diuerſarij, ideo præſtat uel initium eius in medium afferre. Leo uniuerſis Epiſcopis per Cæſarien. Mauritaniam conſtitutis. Cum de ordinationibus, quædam apud uos illicite uſurpata, crebrior ad nos commeantium ſermo perferret: ratio pietatis exigit, ut pro ſollicitudine, quam uniuerſæ eccleſiæ ex diuina inſtitutione dependimus, rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, uicem curæ noſtrę, proficiſcenti a nobis & cõſacerdoti noſtro potenti delegantes: qui ſecundũ ſcripta, quę per ipſum *Leo.*

ad uos direximus, de Epiſcopis quorum culpabilis ferebatur electio quid ueritas haberet, inquireret. Vnde quia idem pleniſſimæ noticiæ noſtræ, cuncta reſerauit, & ſub quibus qualibuſq; rectoribus, quædam Chriſti plæbes in partibus prouinciæ Cæſarienſis habeantur, ſyncera nobis relatione patefecit: neceſſarium fuit, ut dolorem cordis noſtri, quo pro dominicorum gregum periculis æſtuamus. Datis nunc quoq; ad dilectionem ueſtram literis, promeremus: mirantes tantum apud uos per occaſionem temporis impacati aut ambientium præſumptionem, aut tumultum ua luiſſe popularem: ut indignis quibuſq;, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium & gubernatio eccleſiæ dederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere: nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Integritas enim præſidentium eſt ſalus ſubditorum: & ubi eſt incolumitas obedientiæ, ibi eſt ſana forma doctrinæ: principatus quem aut ſeditio contulit, aut ambitio occupauit, etiam ſi moribus atq; actibus non offendit: ipſius tamen initij ſui pernicioſus eſt exemplo: & difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Hæc Leo: placuit grandiloquas recenſere ſententias tanti Pontificis, licet tota epiſtola ſit notatu digniſſima, ſed quis eſt tam impudens, qui iam audeat dicere Aphros nunq; fuiſſe ſub Romano Ponti. Cum Leo ex iniuncta ſollicitudine ſibi uniuerſæ eccleſiæ, legatum miſerit, ſuper electionibus Epiſcoporum inquirētem: quod uide quomodo ſine ſuperioritate ei licuerit: taceo de ordinationibus & conſtitutionibus in eadem epiſtola Aphris datis, modo condere leges eſt ſuperioris. Addo quod noluit aliquē ordinari in locum Lupicini eiecti: niſi cauſa ipſius legitime prius fuiſſet diſcuſſa: quæ omnia ſuperioritatem apertiſſime probant.

Innocen.

¶ Sic Innocen. Papa diem Paſchæ quando celebrari debeat, Aphricanis præſcribit eccleſijs Canone. xl. Ait enim Innocen. Aurelio, Charitatis noſtræ officium nullo interuallo dirimitur, etiam ſi charta nullos apices ferat. Viuit enim ſpiritalis alternis in cordibus gratia, & amorem noſtrum confouet ſacerdotalis ipſa unitas, & infra. Has ergo literas de ratione paſchali, alterius dico futuri anni pręſcripſi. Nam cum ante diem. xi. Kalen. Apriliũ pene luna. xvi. colligatur &c. pondera ex hoc & multis alijs decretis antiquorum Pontificum, quanta laborauerunt diligentia quotannis Paſcha celebrando.

Paſcha.

rebaptiſatores

¶ Et dum modus rebaptizandi in Aphrica inualeſceret. Congregato concilio Rome. 115. Epiſcoporum, prohibuit huiuſmodi rebaptizationes, & lapſis remediũ pœnitentiæ conſtituit per Aphricam: uelut hoc eius prolixum decretum Anaſtaſius Diaconus in concilio recitauit.

Adhuc probatur Aphros fuiſſe ſub Roma. Pontif. & quomodo Apiarius ſit reſtitutus contra Concilium Chartaginen. Caput. X.

Grego.

AD tempora B. Gregorij recurramus: & inueniemus Aphros fuiſſe Ro Pont. ſubiectos, ſcribit uir ſanctus ad Gennadiũ exarchā Aphricæ, ut in regiſtro legitur, & præcepit admoneri Aphricanorum Concilium: ut Primatem non ex ordine loci, poſtpoſitis uitæ meritis, faciat conſtitui: quoniam apud deum non gradu elegantior, ſed uitæ melioris actio comprobatur: pręcipit dein Primatem in ciuitate reſidere, ut Donatiſtis reſiſtere poſſit, & hoc mandat, ut Numidiæ Epiſcopi non prohibeantur adire Romam. Superioris aũt eſt præcipere: quomodo ergo uir tam ſanctus & tam doctus præſumpſiſſet præcipere aliquid Primatibus & Epiſcopis Aphricę, ſi ei non fuiſſent ſubiecti.

¶ Expreſſius hoc legitur in Epiſtola ad Iohannem Epiſcopum Syracuſanum, in quodam crimine Bizazenus primas fuerat accuſatus: & pijſſimus Imper. cum iuxta

ta ſtatuta

ta ſtatuta Canonica per nos uoluit iudicari; ſed acceptis decem auri libris, tūc Theo dorus magiſter obſtitit, ut minime fieret. Tamen piiſſimus Impera. admonuit, ut tranſmitteremus; & quicquid eſſet Canonicum faceremus; ſed uidentes contrarietates hominum, eandem cauſam inire noluimus. Nunc autem idem primas, aliqua de concilio loquitur, & ualde dubium eſt. Vtrum pure, an certe, quia a Coepiſcopis ſuis impetitur, nobis modo talia loquatur. Nam quod ſe dicit Apoſtolicæ ſedi ſubiici, ſi qua culpa in Epiſcopis inuenitur; neſcio quis ei Epiſcopus ſubiectus non ſit; cum uero culpa non exigit omnes ratione humilitatis ęquales ſunt, hic Gregorius quod Canonicum & regulare fuerat, debebat egiſſe contra Primatem illum Aphricæ Bizazenum. Nam quod fuerit Aphricanus liquet ex concilio Aphricano, ſub Zozimo, ubi numerantur Primates Numidię, Bizacenæ, Mauritaniæ, Zitiſeñ. &c. & agnouit ille primas ſe ſubiectum Roma. & Apoſtolicæ ſedi; quod affirmat B. Grego. omnes Epiſcopos ſedi Apoſtolicæ fore ſubiectos. *Zozimus.*

¶ Idem ſcribit Victori, & Columbo Epiſcopis Aphricæ, ut Donatiſtarum tyrannidi, uelut boni paſtores reſiſtant, præcipiendo, ut & Paulum Epiſcopum cum feſtinatione mittant; ut cauſas tanti facinoris agnoſcat; & ſic medicinam nephandiſſimo facinori imponere poſſit, hic paſtor Roma. pro grege Aphricano fuit ſollicitus.

¶ Conquerente Cryſonio Epiſcopo, parrochias ſuæ dioceſis ab Epiſcopo Valentione occupatas, mandat B. Gregorius Victori, & Columbo Epiſcopis Aphricæ; ut ſi querela manifeſta conſtiterit; abſq; mora ablatas parrochias reſtituat, excuſatione ceſſante, fauente iuſtitia &c. Hæc apertiſſima ſanctorum teſtimonia; quibus quilibet habens uſum rationis aſſentit; diuerſarius non uidit; audet tamen gloriari, ſe omnia diligentiſſime pręuidiſſe & contuliſſe, dum concluſionem poſuerit. *Lapſus ludder.*

¶ Inſuper ſcribit ad Columbum Epiſcopum Numidię, pro Paulo Epiſcopo, mandans ut eum ab oppreſſoribus iniquis defendat.

¶ Cum Dodoneus Diaconus Numida fuiſſet cōqueſtus ſe iniuſte punitum, committit B. Greg. eidem Epiſcopo Columbo, quid in eum agere debeat, aut in eius aduerſarium, pro ut merita cauſę deprehenderit. Et quia obruor multitudine teſtimoniorum ex epiſtolis B. Greg. Videat Candidus Lector, ea quę B. pater Dominico Carthagineñ. Epiſcopo ſcripſit, viij. epiſtolis, Colūbo Numidię. vi. & una epiſtola uniuerſis epiſcopis Aphricę, Gennadio exarcho. vij. epiſto. Innocen. prefecto & aliis. *Epiſtolæ Gregorij.*

¶ Et ut ſemper fortiſſima supereſſe pręſidia diuerſarius ſciat ad aciem aduerſam cō fringendam; & ne ſit homo qui ſpiret, qui negare poſſit Aphros fuiſſe ſub Roma. Pont. adducam hoc quod Zozimus Papa ad Concilium Chartaginenſe miſit Fauſtinum Epiſcopum plębis Potentianæ, prouinciæ Italiæ, Piceni, Roma. eccleſię legatum, cum Philippo, & Aſello pręſbyteris, quibus & aliqua in mandatis dedit, aliqua per ſcripturam agenda, & tractanda in eodem Concilio. Vbi & concilij Niceni de poteſtate Pont. Romani decretum eſt acceptum; adfuerunt in eodem Concilio utriuſq; Numidię primates, Bizacenę, Mauritanię, Zitiſenſis, Mauritanię Ceſarien. Tripolitanus, Coloſitinus, Neapolitanus, & Epiſcopi prouincię conſularis; ita quod eidem Concilio ſubſcripſerunt ſe epiſcopi. 217. *Zozimus.*

¶ Zozimo autem mortuo ad Bonifacium ſcripſerunt, & dum Chartaginenſe tertio celebrarent Concilium Honorij Aguſti temporibus in cōmonitorio ad Donatiſtas dato Theaſio, & Euodio legatis Concilij, in quo decernitur, ut & literę deſuper ad Epiſcopum Roma. eccleſię in legatorum commendatione mittendę ſint. *Bonifacius.*

¶ Et proximo Concilio quarto Stilicone, & Anthemio. iiij. Conſ. recitate ſunt Innocentij Papę literę in Concilio, & decreta illius recepta. Eodem Concilio diffinitum eſt, ut quicunq; ad comitatum pergere uelit, cauſam ſuam, uel Chartagineñ. uel Romano Pontifici inſinuare procuret; teſtatur hoc epiſtola ab omni Concilio

Aphricano, ad Bonifacium urbis Romæ Epiſcopum miſſa, in qua fatetur Concilium ſe recepiſſe mandata, & literas nomine Pontificis.

¶ Et hic habes argumentum inuictum contra obtuſitatem errantium, & neſcientiũ Aphros fuiſſe ſub Romano Pontifi. Nam Appiarius per concilium Aphricanum fuerat deiectus a Siccenſi eccleſia: qui appellans Romanam eccleſiam, & ſedẽ Apoſtolicam per Zozimum fuit reſtitutus authoritate decreti Concilij Niceni: ob id primo actum eſt de illo decreto, & miſit Concilium ad Conſtantinopolim, Antiochiam, & Alexandriam, pro originali autentico decretorum Concilij Niceni, quoniam & Aphricani non habebant niſi. xx. Canones Nicenos, ſicut nos habemus: ſed re diligenter perpenſa, Concilium aliud Charthagineñ. abſolutionem Appiarij per Zozimũ Papam factam admiſit: & ſucceſſori hoc ſcribit eius. Rogantes tamẽ ne Appiarius ad primam eccleſiam redeat propter ſcandalum, ſed datæ ſunt ei literæ commendatitiæ, quod in omnibus alijs eccleſijs ſacerdotio fungi poſſet. Vnde paruo illo tempore poſt reſtitutionem Appiarij a Zozimo factam, Aphri habiti ſunt rebelles: ſed re fœliciter terminata, & literis illis miſſis ad Bonifacium Papam. Bonifacius deinde notabilem ſcripſit epiſtolam ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum de reconciliatione Aphrorum. Et quia Auguſtinus actioni illi interfuit, placet pro eius amore recenſere ſententiam, ſeu uotum, quod aiunt, quãdo rogatus fuit in Concilio huius negocij. *Reſponſum Auguſtini.* Auguſtinus Epiſcopus eccleſiæ Hipponeñ. Prouinciæ Numidię dixit. Et hoc nos ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiori inquiſitione Cõcilij Niceni. Rogabatur ſuper eo an Epiſcopus deiectus poſſet appellare ſed. Apo. ſicut eſſet conſtitutum in Concilio Niceno.

¶ Multas turbas fecit Appiarius inter Summum Ponti. & Aphros. Nam ſub Celeſtino denuo abiecerunt Appiarium & obſecrauerunt ipſum ſolemni legatione & literis, ne Epiſcopos prouocantes, ad ſe ex Aphrica admittat ad communionem. Summi tamen Ponti. uſi ſunt iure ſuo & . vi. actione Concilij. viij. factum Zozimi, & Bonifacij fuit approbatum: quis uult iam iudicare pro diuerſario qui gloriatur ſe omnia diligentiſſime peruidiſſe: & negat Aphros fuiſſe unq̃ ſub eccleſia Romana: ſed ita euenit in præcipiti agentibus, & uanam gloriam querentibus: ego iam ad iiij. menſem laboro, licet multæ aliæ intercedant occupationes, & exiſtimo me nõ fuiſſe indiligentem: tamen nec dum omnia me peruidiſſe ingenue fateor. Vnde oportet nos meminiſſe fragilitatis noſtræ.

¶ Et ut priſci moris eccleſiæ penitus inſcium oſtendam diuerſarium, illud etiam probabimus Aphricanam eccleſiam fuiſſe ſubiectam ſedi Apoſto. non ſolum ut uniuerſalis eccleſiæ paſtori. Verumetiam ut patriarchæ Romano, ſed quia & Græcos attingit hæc moles. Ideo prius contra infœlix diuerſarij mendacium, probemus Græcos fuiſſe ſub Roma. Ponti.

Grecos fuiſſe ſub Roma. Ponti. probatur Synodo conſtanti. Higenio, Innocen. Leone, Gelaſ. Cap. XI.

ET ſi aliquando Cõſtantinopolitanus Patriarcha ſuperbiens ſchyſmatice ſe Ro. Ponti. oppoſuerit, ut hiſtoriæ indicant: tamen omnes & recte ſentientes de fide, fuerunt ſubiecti Pontifici Roma. & uelut obedientes eccleſiæ filij, eum agnouerunt: quod & ipſa Synodus Conſtantinopolitana agnouit, uenerandum ſecundum ſcripturas, & Canonum diffinitiones ſanctiſſimum Romanæ antiquæ Epiſcopum, primum & maximum eſſe Epiſcoporum.

¶ Ponamus ergo lucernam iſtam non ſub modio, & oſtendamus Græcos bonos, & ſynceros Chriſtianos ſub Romano Pont. aliquando & ſemper fuiſſe: nam de ſchyſmaticis & hæreticis hic nihil dicimus: quod illi in reprobum ſenſum dati, non modo Papam

do Papam,ſed & deum contempſerunt. Vnde fidem amittentes, tandem etiam Imperium perdiderunt,ſicut pulchre Iohan. Maioris Baptiſtã Mantuanum inducit.

Hinc eſt orta lues,quæ Thraciaregna uetuſq;
Græcorum Imperium uertit,Bizantia regum
Vrbs opibus conſtructa mari prætenta duobus
Aegeo Euxinoq; fretis,ſtipata ſedebat
Sceptra tenens,paruo qua gurgite Poſtphorus undam
Colligit,hanc ſcytica irrumpens Othomannus ab arcto
Inſidijſq; captam,ferro uiolauit & igne
Arx erat Europes,& inexpugnabile quondam
Romanæ fidei uallum Mahumetica contra
Arma minaſ.Aſiæ frenans,Libiæq; tumultum.

¶ Imprimis ergo pro repetito habere uelim ſuperiora omnia, pro quanto huc ſcõpum de eccleſijs Græcis tangunt: quibus addantur hæc in præſentia: Higinius Papa Canone.iij.Athenien.ſcribit. Alium in erroris ſocietatem ſectantem uel a ſui propoſiti tramite recedentem,ut Apoſto.ſedis inobedientem,ſuſcipere non poſſumus, nec impedire recte credentes,uel ſanctorum patrum iuſſionibus obtemperãtes permittimus: docet hic Higinius Athenien.ſanctus Papa & Martyr,quem in communionem recipere Apoſtolicæ ſedis non poſſit. Higinius.

¶ B.Innocen.Papa Ruſo & Euſebio Macedoniæ Epiſcopis Oſtendit. cur recepti ſint Bonoſiani,Cathari,& Nouatiani,& qualiter recipi debeant, per manus impoſitionem,abſq; reordinatione,& Canone.xxxv.ſcribit Ruſo, Gerontio,Sophronio, Flauiano,Proſdotio,Etariſteæ Epiſcopis per Macedoniam conſtitutis, mora Epiſcoporum noſtrorum Maximiani,& Eumenij,uel potius importunitas temporum fecit,ut uos iteraretis de Bubalio, & Tariono querimoniam: & nos iterum in homines perditiſſimos inſugeremus: ſed ut poſſum paucioribus uerbis tantorum malorum meditabor compendium: & ſtrictim quæ in uolumine literarum ueſtrarum conſpexerim retractabo &c.Conſtat illos Græcos recurriſſe ad Roma. Pontifi. contra Bubalium,contra quem & prius ſententiam fuerant Rome conſecuti, ut latius in eadem epiſtola continetur. Innocen.

¶ Ita & Alexandro Antiocheno ſcripſit de reſtituendis Paulino & Euagrio. Achatium autem prius iudicio Apoſtolico reiectum, permittit concilio eius reſtitui, & pulchra eſt alia eius epiſto.quã lubet receſere. Et onus,& honor nobis a tua fraternitate impoſitus neceſſarij tractatus cauſas induxit, quo literis uel commonitorio uerbo,ut dat ſpirituſſanctus gratia,reſpondere poſſimus: reuoluentes itaq; authoritate Nicenæ Synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat ſacerdotum.Quæ cenſuit de Antiochenæ eccleſiæ a cunctis fidelibus ne dixerim ſacerdotalibus eſſe neceſſarium cuſtodire quam ſuper dioceſim ſuam prædictam eccleſiam non ſuper aliquam prouinciam recognoſcimus conſtitutam. Vnde aduertimus non tam pro ciuitatis magnificentiam,hoc eidem attributum,quam quod primi Apoſtoli ſedes eſſe monſtretur: ubi & nomen accepit religio Chriſtiana,& quę conuentum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quæq; urbis Romę ſedi non cederet,niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptũ apud ſe conſummatumq; gaudet: Itaq; arbitramur frater chariſſime, ut ſicut metropolitanos authoritate ordinas ſingulari,ſic et cæteros non ſine præmiſſo conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari: in quibus hunc modum certe ſeruabis &c. habes hic & modum datum a Romano Pont.ordinandi Epiſcopos Antiocheno, & in eadẽ epiſtola tradit aliqua ſtatuta de Metropolitanis & de Arrianis. Epiſtola.Inno.

Leo.

¶ Leo ſanctus Dioſcoro Alexandrino ſcribit, neceſſe eſt autem ut quędam pars populi ſua deuotione priuetur: ſi unius tantum miſſæ more ſeruato ſacrificium ferre nō poſſunt, niſi prima diei parte conuenerint. Studioſe ergo fraternitatem tuam admonemus familiariter, ut quod noſtræ conſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoq; cura non negligat: ut per omnia nobis fide & actibus congruamus, propter quod remeante filio noſtro Poſſidonio præſbytero hanc ad dilectionem tuam epiſtolam dedimus perferendam, qui noſtris proceſſionibus atq; actionibus frequenter interfuit, & totiens ad nos miſſus: quid in omnibus Apoſtolicæ ſedis authoribus teneret agnouit, hic Papa Ro. dat modū ſacrificij diuini Dioſcoro Gręco.

Gelaſius.

¶ Gelaſius condemnauit Achatium Græcum, quod aliquos moleſte ferre intelligens ſcripſit Fauſto magiſtro fungenti legationis officio Conſtantinopoli, & rationem facti oſtendit, & ſuam authoritatem probat, inter alia dicens, in hac ipſa cauſa Timotheus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, & Iohannes, & cęteri non ſolum unus ſed plures utiq; nomen ſacerdotij præ ſe ferentes, ſola ſedis Apoſto. ſunt authoritate deiecti. Expende lector auctoritate Ro. Pon. Gręcos deiectos.

24. q. 1. maiores.

¶ Idem ſcribit Epiſcopis per Dardaniam conſtitutis (qui Græci ſunt) & renarrat Gratianus, & eiſdem Epiſcopis ſcribit cap. xxxv. quia per ambitiones illicitas non pudet quoſdam eccleſiarum iura turbare, ac priuilegia quę Metropolitanis uel prouincialibus Epiſcopis decreuit antiquitas, temeraria præſumptione inuadere: propter quod etiam communionis Apoſtolicæ deſiderant tenere diſcidium: quod ſcilicet ab eius authoritate diuiſi, uel impune proprias uſurpationes exerceant, non reſpicientes: quia æterno iudici rationem, tam de catholicæ ſynceritatis iniuria: quam de traditionum præiudicijs paternarum, non ſine perpetuæ damnationis interitu ſint reddituri: ſi in hac obſtinatione permanſerint: charitatem ueſtram duximus inſtruendam, ut uos omnes in communi fratres per Dardaniam, ſiue per contiguā quamcunq; patriam conſtituti, uos ſub Metropolitanis ueſtris eſſe meminiſtis &c. ſequitur de modo ſubijciendi Metropolitanis & conſtituendi &c. quod niſi Gelaſius cognouiſſet ſe uniuerſalis eccleſiæ paſtorem, non ſuſcepiſſet ſibi curam gregis dominici in Dardania, nec acquieuiſſent ei Epiſcopi in Dardania, ſi non ſuperior fuiſſet eorum.

Græcos fuiſſe ſub Papa probatur authoritate Pelagij, Leonis, Anaſtaſij, Grego. Cap. XII.

Pelagius.

AT ne quiſpiam contra mutire audeat: & adhuc cum aduerſario negare Græcos fuiſſe ſub Romano Pont. oſtendamus non ſolum priores pontifices, ſed & ſuccedentes continue, habuiſſe Primatum ſuper Græciam. Vnde accedat imprimis Pelagius. ij. magni Gregorij anteceſſor ſcribens Epiſcopis Cōſtantinopoli congregatis. Relatum eſt enim ad Apoſtolicam ſedem Iohannis Conſtantinopolitanum Epiſcopum uniuerſalem ſe ſcribere, uoſq; ex hac præſumptione ad Synodum conuocaſſe generalem: cum generales Synodos conuocandi authoritas Apoſtolicæ B. Petri apoſtoli ſedi ſingulari priuilegio ſit tradita: & nulla unq; Synodus rata legatur, quæ apoſtolica authoritate non fuerit fulta: quapropter quicquid in prædicto ueſtro conuenticulo (quia Synodus taliter præſumpta eſſe nō potuit) ſtatuiſtis ex authoritate S. Petri principis apoſtolorum, & D. ſaluatoris uoce, qua B. Petro poteſtatem ligandi & ſoluendi ipſe ſaluator dedit, quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis uana, caſſata eſſe, ita ut deinceps nunq; appareant. legitur. cap. ij.

Leo.

¶ Hoc teſtantur omnia opera Leonis illius magni, quem leniter ſuperiori capite attigimus: ſcribit enim ad maximum Epiſcopum Antiochenum, Roma. eccleſiam

eſſe petrā

eſſe petram, ideo admonet eum, quia dignum ſit eum Apoſtolicę ſedis in hac ſollicitudine eſſe conſortem, & ad hoc agendum agnoſcat tertię ſedis priuilegia. Vnde idem S. Leo miſſis Caterio & Aſclepiade dat communionem Epiſcopis pœnitentibus; ut maneant in ſuis ſedibus: mandat quoq; eccleſiam Euſebij nõ inuadi: quæ oĩa ſuperioritatem Roma. Ponti. declarant ſuper eccleſia Conſtantinopolitana: quę fuit arx & regina Gręciæ.

¶ Anaſtaſius ij. optimus Pontifex in epiſtola ad Imper. inter alia ſcribit,glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius Epiſcopus urbis Romę. Exordium &c. & infra, Illud uero peculiarius pro amore imperij ueſtri & beatitudine quæ conſequi poterit regnum, pro Apoſtolico officio prędicamus: ut ſicut decet & ſpirituſſanctus dictat monitis noſtris obedientia prębeatur, ut bona omnia ueſtra rempub. conſequantur, ſicut in Exodo promittitur. Si audieris uocem domini Dei tui &c. hæc me ſuggerentem frequentius non ſpernat pietas tua. Ante oculos habẽs domini in Euangelio uerba, qui audit uos me audit, & qui uos ſpernit, ſpernit eum qui me miſit, nam & Apoſtolus concinens ſaluatori noſtro, ita loquitur, quapropter qui hęc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed deum qui dedit ſpiritum ſanctum in nobis: pectus clementiæ ueſtræ ſacrarium eſt publicę fœlicitatis: ut per inſtantiam ueſtram, quam uelut, uicarium præſidere iuſſit in terris, Euangelicis Apoſtolicisq; pręceptis non dura ſuperbia reſiſtatur: ſed per obedientiam quæ ſunt ſalutifera, impleãtur. aduerte quiſquis hæc legeris Romanum Pont. non ſolum Græcis, ſed & Imperatori Græcorum fuiſſe ſuperiorem. Anaſtaſius Luc.10.

¶ Ex pluribus locis B. Grego. liquet, Græcos fuiſſe ſubiectos Romano Ponti. Nã Iohanni Epiſcopo Rauẽnæ ſcribit lib. iiij. regiſtri epiſtola xiiij. Sed ut quicunq; qđlibet ex ſuperbia arripiat, hoc ergo tollerare non poſſum: tamen de hac re iam Diacono noſtro ſcripſi Conſtantinopolim, ut omnes qui ſub ſe etiam uicenos ac quadragenos Epiſcopos habet, requirere debeat. Grego.

¶ Et lib. iiij. epiſtola xxxiiij. ad Conſtantiã Auguſtã ſcribit, Salonitanę ciuitatis Epiſcopus me ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt: & facta res eſt quę ſub nullis anterioribus principibus euenit: quod ego audiens ad eundem pręuaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi: ut omnino miſſarum ſolemnia, celebrare nullo modo pręſumeret: niſi prius a sereniſſimis dominis cognoſcerem: ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent: quod ei ſub excommunicationis interpoſitione mandaui: & contempto me atq; deſpecto, in audaciam quorundam ſæcularium hominum: quibus denudata ſua eccleſia, premia multa prębere dicitur: nuncijsq; miſſas facere pręſumit atq; ad me uenire noluit. hic Grego. Epiſcopo Salonitano Gręco, Maximo nomine, ſub pœna excommunicationis mandauit ſuſpenſionem ab officio: magnę temeritatis fuiſſet uir ſanctus, ſi non ſubiectum ſuſpendere uoluiſſet a diuinis.

¶ Liquet hoc ex epiſtola L. ad Iohan. Epiſcopum Corinthiorum, æquitatem atq; ſollicitudinẽ Secundini fratris noſtri & Coepiſcopi, quæ olim nobis bene eſt cognita, etiam ſeries iudicati & ſcriptorum noſtrorum monſtrauit: in qua re ualde placuit, lætosq; nos reddidit: quia in cauſa Anaſtaſij quondam Epiſcopi, quã ei examinandã iniunximus, uigilantiam ſuam & diligenter exercuit, & cognita crimina (ut iuſtitia poſcebat & oportuit) uindicauit: ſed his in omnibus gratias omnipotenti deo referimus: qui deſiſtentibus quibuſdam accuſatoribus, cognitioni eius ueritatem, ne tantorum cauſa facinorum latere potuiſſet, oſtendit: quoniam uero in eadem ſententia, in qua ſupraſcriptum Anaſtaſium iuſte damnatum conſtat atq; depoſitum, ſic quaſdã ſupradictus frater, & coepiſcopus noſter ultus perſonas eſt, ut noſtro arbitrio reſeruaret: mandat dein ei, ut Paulum Euphemium Thomam Clemantium in priſtinũ locum reſtituat: expende Grego. Romani auctoritate depoſitum Anaſtaſium Gręe

cum Epiſcopum, eius auctoritate cõplices Anaſtaſij per Corinthiorum Epiſcopos reſtitutos.

¶ Libro vij. ſcribit Iohanni Syracuſano Epiſcopo, nam de Conſtantinopolitana eccleſia (quod dicunt) quis dubitet eam ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam, quod & dominus piiſſimus Imper. & frater noſter Euſebius, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus aſſidue profitentur.

¶ Et eodem lib. pręcepit Epiſcopo Theſſalonicenſi, & alijs Epiſcopis Grecię, ne adhęreant Iohan. Conſtantinopolitano in peruerſo nomine œcomenici patriarchæ cõſtituendo: addens ſine apoſtolicę ſedis auctoritate atq; conſenſu, nullas habere uires, quæ ibi acta ſunt, unde in fine addit, nam ſi quis quod non credimus ſcripta pœnitentia aliqua in parte neglexerit, a B. Petri apoſtolorum principis pace ſe nouerit ſegregatum, ſed quid pręciperet B. Grego. ſibi non ſubiectis?

Quomodo Phocas extinxit ſchyſma inter Papam, & Conſtantinop. Quomodo laici ſe ſubſcripſerunt Concilijs, & qui Græci fuerunt a Papa condemnati. Cap. XIIII.

Platina. Contentio iſta Ciriaci erigentis ſe contra B. Gregorium, primo poſt eius obitum fuit extincta ſub Bonifacio iij. & Phoca Imper. de qua re ſic ait Platina, Bonifacius iij. patria Romanus a Phoca Impe. obtinuit, magna tamẽ cõtentione, ut ſedes B. Petri apoſtoli, quæ caput eſt omnium eccleſiarum, ita diceretur, & haberetur ab omnibus: quem quidem locũ eccleſia Conſtantinopolitana ſibi uendicare conabatur, fauentibus interdum malis principibus: affirmantibusq; eo loci primam ſedem eſſe debere, ubi Imperij eſſet caput: affirmabant Romani Ponti. urbem Romam. Vnde Conſtantinopolim colonia deducta eſt, caput Imperij merito habẽdam eſſe: cum etiam Græci ipſi literis ſuis, principem ſuum Romanorum Imperatorem uocent: ipſiq; Conſtantinopolitani etiam ætate noſtra Romei uocentur: omitto ꝙ Petrus apoſtolorum princeps ſucceſſoribus ſuis Ponti. Romanis regni cœlorum claues dederit, poteſtatem a Deo conceſſam reliquerit, non Conſtantinopoli, ſed Romæ: illud tantum dico multos principes maxime Conſtantinum comparandæ Synodi ac diſſoluendæ, confutandi, uel confirmandi ea quæ in Synodis decreta erant Romanæ ſedi tantummodo conceſſiſſe: merito igitur ſed. Romana cæteris antefertur, cuius integritate & conſtantia, cunctę hęreſes confutatę ſunt & exploſę.

Nicolaus ¶ Nicolaus quoq; Papa, mandat Michaeli Imper. Conſtantinopolitano: ut ipſe cum Grȩcis Sardicenſe recipiant Concilium. Accedunt (ut multa alia omittam) laicorum *Laici ſubſcripſerũt in cõcil.* ſubſcriptiones in Synodis: nam & hoc te non lateat candide lector non ſolum, & Epiſcopos, & Pręſbyteros, & Diaconos Concilijs ſubſcripſiſſe, ſed & Laicos: non equidem ut approbent (quoddudum auctoritate Synodi, & Imperiali decreto fuerat prohibitum) ſed uelut teſtes. Vnde actione iiij. Concilij viij. ſic legitur Senatores magnificentiſſimi &glorioſiſſimi principes per Bahanum patricium, & præpoſitum dixerunt ad Concilium. Imperatores noſtri ſancti miſerunt ſeruos ſuos, qui Senatus uocantur, qui uoluntate dei honoratus eſt: ut ſimus diſcreti eorum quę geruntur, auditores: ſi uultis ergo a nobis, ſicut ſe habet ordo Synodicus, in fine ſanctæ huius uniuerſalis Synodi exigere proprias ſubſcriptiones, per me indignum ſeruum ſanctorum Imperatorum noſtrorum, cuncti fratres mei, & compatricij dicunt ſanctiſſimo domino noſtro patriarchę, & ſanctiſſimis uicarijs ſenioris Romę, & Orientalium ſedium: niſi audiuerimus & ab ipſo Photio ſtante in conſpectu nro, & Epis

Synodus 8.

Photius.

cius, ut

eius,ut in conſpectu noſtro obſeruantur ora ipſorum ex Canonicis, & Synodicis pceptionibus,non ſcribet manus noſtra unam literam in Synodo. Audiat iudicata per Nicolaum Papam in Synodo Romana,etſi nihil contradixerint: ſanabitur mundus ex condeſcenſione ipſorum; ſi autem hoc factum non fuerit:ſcimus quia noſtri non egetis ad ſubſcribendum in fine a nobis geſtorum. Habes Candidiſſime Lector Cōſtantinopolitanos audire debere iudicata per Romanum Ponti. erat enim Photius ſchyſmaticus & rebellis Papæ Nicolao.

¶ Vnde ut nihil prętereat ſtudioſum Lectorem,hoc quoq; ſciat, Paulum Conſtantinopolitanum appellaſſe ad Romanum Ponti. Iulium contra Arrianos: & eum fuiſſe reſtitutum,Flauianus Conſtantinopolitanus appellauit ad Leonem magnum, & fuit reſtitutus contra Dioſcorum & Euthicen:quam ſententiam etſi Leo exequi nō poterat:tamen fuit approbata in Concilio Calcedonen̄.& mandata executioni. Iohānes Alexandrinus prouocauit ad Roma. Pont. & fuit reſtitutus ac defenſus per Gelaſium Papam contra Achatium & Petrum: Chryſoſtomus Conſtantinopolitanus prouocauit ad Innocentium Papam,ſemel fuit reſtitutus, & denuo iuſſus reſtitui de quo ſtatim plura. Vnde Gelaſius excommunicauit Impe. Anaſtaſium,ꝙ Achatium & ſchyſmaticos tueretur. Vnde Platina quoq; in uita Gelaſij ait. Cum uero intellexiſſet Petri & Achatij ſeditionibus multa flagitia & parricidia in eccleſijs Græciæ committi, confeſtim eo miſit: qui hos ſi non ſtatim pœniterent, in perpetuum damnarent. *Paulus* *Flauianus* *Qui fuerint reſtituti à Papa.* *Iohan. Alexā.* *Chryſo.* *Achatius* *Platina.*

¶ Theodorus Phirrum Conſtantinopolitanum excommunicauit:ꝙ Accephalorꝝ hæreſim inſtauraret,licet fictæ pœnitens in communionem fuerit receptus. *Theodorus* *Accephali.*

¶ Paulus Conſtantinopolitanus Phirro ſuffectus a Theodoro quoq; excommunicatus fuit:quod orthodoxę fidei normam recipere recuſabat,in quem errorem,& Cōſtantius Imper. deſcendit.

¶ Martinus I. in Theodori locum ſuffectus, ſtatim legatos Conſtantinopolim miſit: qui Paulum adhortarentur, ut omiſſis erroribus ſuis, aliquando ueritatis callem ingrederetur. Is autem non modo Pontifici bene monenti, non obtemperat: Verum etiam legatos eius in diuerſas inſulas relegat,quamobrem indignatus Martinus Synodum C. & L. Epiſcoporum Romæ habuit,in qua Paulum omni anathematis uinculo damnatum dignitate priuauit, & Cyri Alexandrini, Sergij, & Pyrri, damnationem renouauit,quæ ſententia diuinitus fuit approbata. *Martinus*

¶ Ignatio Conſtantinopolitano appellante Nicolaum Papam, contra Photium fuit reſtitutus inuito primum Michaele Imper. ut Canone eius lxiij. legitur Adriano exequente. *Nicolaus.*

¶ Gregorio Conſtantinopolitano Monotheletarum errore immerſo, Agatho Papa Concilium indicit 289. Epiſcoporum: & eum uocat cum Machario Antiocheno: Gregorio redeunte ad gremium eccleſiæ, Macharius pertinax in errore perſiſtit: ꝙ & Anathematizatus eſt, & reiectus, Theophanio in eius locum ſuffecto: Et fuit hæc ſexta uniuerſalis Synod9 Conſtantinopoli habita ſub pijſſimo Imp. Conſtantino 4. interfuit legatus ſed. Apoſtolicę Iohan. Portuenſis. *Agatho* *Synodus 6.*

¶ Gallicanus Conſtantinopolitanus, aſſenſu Iuſtiniani ij. in Synodo Conſtantinopoli unam naturam ſtatuit in Chriſto, & negauit Mariam Theotocon, & Sergij Papę Apochriſarius ſtolide nimis ſubſcripſit, quæ omnia Sergius condemnauit. *Nota Pōtificū executiones cōtra hæreticos.* *Sergius*

¶ Dum Philippicus per tyrannidem Imperium Aripuiſſet. Cyro patriarcha catholico in exilium relegato, Iohan. Monachum hęreſiarcham ſuffecit: at Conſtantinus utriuſq; ſententiam condemnauit, & uſum imaginum in eccleſia approbauit. *Conſtantinus*

¶ In errorem Philippici dum Leo Impera. deſcendiſſet, & reiecto Germano Anaſtaſium male ſentientem de fide & imaginibus Patriarcham conſtituit: ſed Gre- *Philippicus.*

Grego. iunior. *Leo imp. pulſꝰ*

gorius iunior eundem officio priuat & ſemouet, & Grego. iij. mox ut Pontificatum inijt, Leonem illum iij. Impera. Imperio ſimul & communione fidelium priuauit: ꝙ ſanctas imagines & ſacris ædibus abraſiſſet, & ſtatuas demolitus eſſet, & tabulas incendiſſet.

Paulus Papa

¶ Paulus primus Conſtantinum Imper. damnat, ꝙ ſacras demoliretur imagines, & abrogato Conſtantino, Nicetum hereticum conſtituiſſet Patriarcham.

Martinus 4.

¶ Martinus iiij. excommunicauit Imper. Conſtantinopolitanum: quod in Concilio Lugdunen. ſe cum ſuo Imperio ad fidem Orthodoxam reuerſurum promiſit, & non fecit.

Celeſtinus. *Epheſina Synodus.* *Cyrillus.* *Epheſinum Cōciliabulum.*

¶ Et tandem finem faciam. Celeſtinus primus Romanus Pont. præſedit in tertia uniuerſali Synodo in Epheſo 200. Epiſcoporum Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo cōdemnato: quia Mariam Chriſtotocon tantum dixit, non Theotocon: quę fuit approbata in magno Calcedonen. Concilio: ut habetur ultima actione illius Concilij: ubi & Cyrillus Alexandrinus interfuiſſe memoratur. Epheſina autem Synodus poſterior ob hoc fuit reprobata: quia uicarij miſſi a S. Leone Papa nolebant ſubſcribere, & proteſtati ſunt contra Dioſcorum Romanam eccleſiam non accepturam illa decreta: hinc forte uenit, ꝙ in conſecratione Pontificis, poſt letanias & precatiōes ſanctorum, epiſtola Latine, & dein Græce in Miſſa legitur. Vnde diaconus Grecus, & ſubdiaconus interſunt conſecrationi: hæc prolixius probauimus Romanum Pōti. fuiſſe ſuperiorem Græcis, quod tam pertinaciter negat diuerſarius, contra tot apertiſſima decreta, contra tot certiſſimas hiſtorias.

Aphros & Græcos aliquos fuiſſe ſub Papa probatur, & quomodo Theſſalonicen. fuerit uicarius Papę. Cap. XIIII.

Aphri ſub Papa ut patriarcha.

ACtum eſt iam pluribus luculentiſſimis teſtimonijs: Aphricę, & Grecíæ eccleſias, dum rectę fuerunt fidei & incolumis, ſemper Roma. eccleſiæ fuiſſe ſubiectas: at ut fortius urgeamꝰ diuerſarium ne hiſcere poſſit, & hoc quoq; oſtendamus Aphricę eccleſias, & maioris partis Grecíæ pertinuiſſe ad Romanum Pont. non modo uelut ad uniuerſalem paſtorem eccleſiæ, ſed quia ſpecialiter ei ſubſunt, ut Patriarchę Romano. Volo dicere, ut mentem meam ſine inuolucris explicē, illas eccleſias fuiſſe ſub Romano patriarchatu: etiam ut diſtinguitur cōtra alios, Antiochenum, Conſtantinopolitanum &c. Nam primo omnes Septentrionales, & Occidentales eccleſias pertinere ad Ro. patriarchatus poteſtatem ex epiſtola Agathonis Papæ ad Conſtantinum Imper. Heracleum & Liberum. AA. omnes nos exigui pręſules eccleſiarum ueſtri Imperij Chriſtiani famuli in Septentrionalibꝰ & Occiduis partibus cōſtituti: licet parui ac ſimplices, fide tamen per dei gratiam ſtabiles, & infra. Numeroſa multitudo noſtrorum uſq; ad Oceani regiones extenditur: at hęc in confeſſo ſunt omnium, id quod ſumus polliciti prębemus. Aphricam ergo pertinere ad Roma. patriarchatus poteſtatem. Ex Innocen. primo in epiſtola ad Decentium Epiſcopum Eugubinum: quis enim neſciat aut non aduertat id quod a principe Apoſtolorum Petro Ro. eccleſię traditum eſt: ac nunc uſq; cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere uideatur exemplum, præſertim cum ſit manifeſtum, in omnem Italiam, Gallias, Hyſpanias, Aphricam, atq; Syciliam, inſulaſq; interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias: niſi eos quos uenerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes.

Agatho. *Innocentius*

Flauianus.

¶ Ideo Flauianus Conſtantinopolitanus Leoni Papæ ſcribit, omnibus qui ſub tua reuerentia conſtituti ſunt Deo amantiſſimis Epiſcopis. Loquitur de his qui

ſpecia-

ſpecialiter Roma,ſunt ſubiecti Ponti,Ita & Leo iiij,ſcribens Carolo magno dum no Leo.3.Carolo.
minaſſet decretum conſtitutum conſenſu Orientalium, & Græcorum Patriarcha-
rum addidit & omnium Romanorum Ponti, intelligens de Epiſcopis ſuo Patriar-
chatui ſubiectis:at hęc inquis fore communia, nihil probare de Gręcis, nihil de A-
phris;& ego ſemper didici ab uniuerſalibus inchoandum in diſciplinis: uolui ego ab
ouo ordiri hiſtoriam & ab initio liquere,ſic ueteres locutos, ut de Romano Patriar
chatu: cum præciſione loquerentur,ſatis tamen tempeſtiue de Aphris,& Gręcis in
ſtitutum probabimus,Et quidem primo ex ueteribus liquet,Theſſalonicen͂.Epiſco Theſſalonicen͂.
pum uices habuiſſe Apoſtolicæ ſedis per Epirum ueterem, nouum illiricum, Ma- uicarius Papæ.
cedoniam,Theſſaliam,Achaiam,Datiam,utranq; Ripperenſem,& Mediterraneā,
Miſiam,Dardaniam,& Breualum:ita ꝙ ferme totam Europam,cum Aphrica Oc-
cidentali,Patriarchatus Romanus ſub ſe habuerit. Et hoc ita eſſe liquet ex epiſtola Patriarchatus
Leonis ſancti & magni & docti Papæ,ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicen. Romanus.
incipiente, quanta, Quanta fraternitati tuę a beatiſſimi Petri Apoſtoli auctoritate Leo.
commiſſa ſunt, & qualia etiam noſtro tibi fauore ſint credita: ſi uera ratione perſpi-
ceres,& iuſto examine ponderares,multum poſſemus de iniunctæ ſollicitudinis de-
uotione gaudere: quoniam ſicut prædeceſſores mei prędeceſſoribus tuis, ita etiam
ego dilectioni tuę priorum ſecutus exemplum,uices mei moderaminis delegaui: ut
curam quam uniuerſis eccleſijs ſimpliciter ex diuina inſtitutione debemus:Imitator
noſtrę conſuetudinis adiuuares,& longinquis a nobis prouincijs:pręſentiam quodā
modo noſtrę uiſitationis impenderes: & continenti oportuno quæ proſpectu prom
ptum tibi eſſet agnoſcere:quid in quibuſq; rebus,uel tuo ſtudio componeres,uel no-
ſtro iudicio reſeruares:nam cum maiora negocia,& difficiliores cauſarum exitus li-
berum tibi eſſet,ſub noſtræ expectatione ſententię ſuſpendere,nec ratio tibi fuit, nec
neceſſitas,in id quod menſuram tuam excederet deuiandi:abundant enim apud te,
monitorum ſcripta noſtrorum: quibus te de omnium actionum temperantia,fre-
quenter inſtruximus:ut commendatas tibi Chriſti eccleſias per exhortationem cha
ritatis,ad ſalubritatem obedientiæ prouocares:quia etſi plęrunq; exiſtunt inter negli
gentes,uel deſides fratres:quæ oporteat maiori auctoritate curare: ſic tamen eſt ad-
hibenda correptio,ut ſemper ſit ſalua dilectio, & infra, Venit ad nos cum Epiſcopis
prouincię ſuæ frater noſter Atticus ueteris Epiri Metropolitanus antiſtes, & de in-
digniſſima afflictione,quam pertulit lachrymabili actione conqueſtus coram adſtan
tibus Diaconis tuis:qui querelis flebilibus,nihil contra referendo ea quę nobis inge
rebantur,fide non carere monſtrabant &c. & infra, Vnde ſicut multum nos ea quæ
a te pie ſunt curata lętificant:ita nimium ea quę ſunt perperam geſta contriſtant: &
neceſſe eſt poſt multarum experimenta cauſarum,ſollicitius proſpici,& diligentius
pręcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis & pacis, omnis materia ſcandalorum de
eccleſijs domini,quas tibi commendauimus auferatur: pręeminente quidem in illis
prouincijs Epiſcopatus tui faſtigio:ſed amputato totius uſurpationis exceſſu:dat de
inde formam & in multis agendi,& ſubdit.In euocandis autem a te Epiſcopis mode
ratiſſimum eſſe te uolumus:ne per maioris diligentiæ ſpeciem,fraternis glorieris in-
iurijs,& infra.Ita ut pręſtituto tempore non ultra quindecim dies, qui conuenerint
retardentur.Si autem in eo,quod cum fratribus tractandum diffiniendumue credi-
deris,diuerſa eorum fuerit a tua uoluntate ſententia, ad nos omnia ſub geſtorum te-
ſtificatione ferentur:ut remotis ambiguitatibus,quod deo placeat decernatur. Au-
rea eſt epiſtola lectiſſimis ſententijs referta:arbitror me ſatiſfeciſſe pollicitatiōi meæ,
Epiſcopum Theſſalonicen͂.fuiſſe uicarium Summi Pont.per maiorem partem Grę
cię:unde etiam auctoritatem habuit ſuper primates Gręciæ,ſed limitatam:ut graui
ora ad ſed.Apoſtolicam referret.

Grego. ¶ Inde apud B. Gregorium legimus Corinthiorum Epiſcopum recepiſſe Pallium
ab ipſo, ait. n. in epiſtola ad Iohannem Epiſcopum Corinthiorum lib. iiij. regiſtri, Pal
lium uero, ſicut per epiſtolam ueſtram, quam per Andream, & fratrem, & coepiſco
pum noſtꝝ ſuſcepimus, poſtulaſtis; direximus quo ita uos uti neceſſe eſt, ſicut præ-
deceſſores ueſtri uſi, concedentibus noſtris prędeceſſoribꝰ approbantur. Expende,
Pallium pręſtitit Romanus, & non alia ratione, niſi ſicut Patriarcha ſuo Epiſcopo.

Auctoritate Papæ ubiq; Epiſcopos inſtitui, & de uſu, ratio-
ne & collatione Pallij. Cap. XV.

AT quia incidimus in Pallij acceptionem a Romano Pont. quam ut rem ne-
phariam, & maxime pernitioſam & ambitioſam calumniatur diuerſarius.
Epiſcopi cõfir Vnde auſu temerario negat confirmationem Epoꝝ Gręciæ, uel Orientis
matiã Papa. e Roma acceptã. Et q̃uis hoc in ſuperioribus oſtẽderimus, ſæpe reſtitutos eſſe Græ
cię Epiſcopos per Romanum Pont. Et ꝙ hoc euidenter aſſerat, adduco epiſtolam
Iulius. S. Iulij ad Orientales Epiſcopos, ubi poſt multa increpando eos, ꝙ ſanctos dei Atha
naſium, Paulum, Marcellum, Aſclepium, & Lucianum perſequerentur ait. ꝗa nul-
lus debet pręſumere: quæ ſibi non uidentur conceſſa; quam culpam potuiſſetis nul-
lo malo incidere. Si unde conſecrationem honoris accipitis, inde legem totius obſer-
uantię ſumeretis, & B. Petri Apoſtoli ſedes, quę uobis ſacerdotalis mater eſt digni-
tatis: eſſet eccleſiaſticę magiſtra rõnis. Pondera unde accipitis cõſecrationẽ honoris.
Marcellus ¶ Inde S. Marcellus Papa ait. Ad Roma. ſedem omnes Epĩ qui uoluerint, uł quibꝰ
neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuum confugere, eamq; appellare debent: ut inde accipi
ant tuitionem atq; conſecrationem: quod omnibus minime negare conuenit Epis.
¶ De Theſſalonicẽ. iam audiuimus quomodo ut uicarius Papę confirmauerit: li-
cet Papa Corinthium tunc per ſe confirmauerit, & alios reſtitutos.
¶ Ob hanc rem Orientales Epiſcopi ſcripſerunt Iulio Papæ, ut Epiſcopos ab eis or
dinatos, confirmaret, inquiunt enim, quibus agnitis, ſi noſtis placitis magis, quam eo-
rum machinationibus aſſentire, ut ordinatos Epiſcopos in damnatorum locum fir-
mare eligitis: pacem uobiſcum & communionem habere uolumus, de Pallio illi nõ-
dum meminerunt.
Pallij probatio ¶ Sed probemus auctoritate illius humillimi, minime auari Põtificis S. Gregorij ma-
gni, Pallia ſemper fuiſſe data: deſcribit aũt rationem Pallij ad Maximum Epiſcopũ
Salonitanum Græcum. Itaq; Pallium ad ſacra miſſarum ſolemnia utendum ex amo
re tranſmiſimus: cuius uos uolumus per omnia gentium uendicare: huius enim in-
dumenti honor, humilitas atq; iuſtitia eſt: tota ergo mente fraternitas ueſtra ſe exhi-
bere feſtinet in proſperis humilem, & in aduerſis (ſi quando eueniunt) cum iuſtitia
erectum: amicum bonis contrarium malis: nullius unq; faciem pro ueritate loquentẽ
Pallij ratio. premens, miſericordiæ operibus iuxta facultatem ſubſtantiæ inſiſtens (expende ꝙ
ait pro more tranſmiſimus, ergo iam a ſanctis patribus & martyribus hoc idem fieri
erat ſolitum) ſequitur infirmis compatiens, beneuolentibus congaudens, aliena dam
na propria deputans, de alienis gaudijs tanq; de proprijs exultans: in corrigendis au-
tem uitijs ſęuiens, in fouendis uirtutibus auditorum animos demulcens: in ira iudiciũ
ſine ira tenens: in tranquillitate autem ſecuritatis cenſuram non deſerens, hęc eſt fra
ter chariſſime Pallij accepti ratio: quam ſi ſollicite obſeruaueris: quod foris accepiſſe
oſtenderis, intus habes.
Iohan. 5. ¶ Iohan v. Romanum Ponti. ante 8 o o. annos teſtatur Platina ſcripſiſſe librum de
Pallij dignitate, ſed pergamus teſtimonia adferre uberiora de Pallio ex Papa mini-
me ambitioſo Gregorio.

¶ Scribit

¶ Scribit Sebaſtiano Riſiñ. de collato Pallio Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno, ait enim. Præterea indico ſuggeſtionem me apud pijſſimos dominos ſummis precibus plenam feciſſe: ut uirum beatiſſimum dominum Anaſtaſium Patriarcham cõceſſo uſu Pallij, ad B. Petri Apoſtolorum principis limina mecum celebraturum ſolemnia miſſarum tranſmittere debuiſſent. ¶ Vniuerſis quoq; Epiſcopis per Dalmatiam conſtitutis de natali Salonitano Epiſcopo ſuper reſtitutione Honorati Archidiaconi ſui ſcribit: quem obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem reuocare gradum, ſi forte poſtponeret, uſu eum Pallij (qui ab hac ſede conceſſus eſt) pro cõtumacia tot uicibus admiſſa priuari p̄cipimus: Si uero etiam amiſſo Pallio, adhuc in eadem pertinatia perſeuerauerit: a dñici quoq; corporis & ſanguinis participatione ſubmoueri: ęquum.n.eſt, ut aſperos de iuſtitia ſentiat, quos erga ſe poſitos in charitate contēpſit, hic pro magna pœna priuari quem pręcipit Pallio collato.

Grego.

¶ Maiori auſteritate beatiſſimus Gregorius uir licet humillimus executus eſt Pallij uſum & authoritatem aduerſus Iohannem Rauenne Epiſcopum, & quia pluribus ſuper eo contendit congeramus omnia lib. ij. regiſtri increpat eundem ſuper illicita uſurpatione Pallij: quod in Letanijs ſolemnibus geſtat, cui obijciens B. Gregorius ait, quod de Metropolitano in quibuſlibet mundi partibus ſit auditum, extra miſſarum tempus uſum ſibi Pallij uendicaſſe, & infra. Admoneo quatenus niſi deceſſorum meorum munificentia, tibi hæc per priuilegium attributa docueris: ut in plateis Pallium ulterius non præſumas portare: ne non habere & ad miſſas incipias, quod audacter & in plateis uſurpas. Vide S. patrem nolle admittere Rauennateñ. Pallij uſum in plateis & Letanijs; alioquin uult eum priuare priuilegio portandi illud in miſſa.

Gregorius contra Rauẽnatẽ.

¶ Ita lib. iiij. admittit ei in tribus Letanijs Pallij uſum. ſ. S. Petri, Iohan. Baptiſtæ, & Appollinaris, donec ſubtilius utriuſq; aliquid cognoſcat, & ſtatim Epiſtola. iiij. ſequẽti denuo exprobrat ei Pallij uſum, extra eccleſiam, & teſtatur ſe ſcripſiſſe Diacono ſuo conſtantinopoli: ut experiatur ſicubi uſus ſit, ut in letanijs cũ Pallijs ambulent: nã abſit inquit, ut per me Rauennateñ. honor eccleſiæ, in aliquo imminui uideatur.

¶ Et lib. vij. poſt Iohan. deceſſum Mariano Epiſcopo conſtituto, mandauit Caſtorio notario, ut diligenter inquireret, quot ſolemnes Letaniæ eſſent Rauennæ, quia Florentinus Diaconus depoſuerat in uſu eſſe omnibus Letanijs pallium geſtare.

¶ Sic ſcribit Iohan. Epiſcopo primæ Iuſtinianæ, manifeſtum bonitatis liquet eſſe indicium, in unius electione cunctorum conuenire conſenſum: quia igitur ſuſcepta fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum relatio, ad locum uos ſacerdotij totius Concilij unico conſenſu, & ſereniſſimi principis uoluntate declarat accerſiri, gratias omnipotenti deo creatori noſtro, magna cum exultatione retulimus: qui uitã actuſq; ueſtros, ita de pręerdictis fecit eſſe probabiles: ut oĩm uos (quod eſt ualde laudabile) ſaceret placere iudicio: quibus nos quoq; in perſonam fraternitatis tuæ per oĩa conſentimus: atq; omnipotentẽ dñm deprecamur: ut charitatem ueſtrã ſicut ſua gratia elegit, ita in oĩbus protectione ſua cuſtodiat: Pallium uero ex more tranſmiſimus, et uices uos Apo. ſedis agere, iterata innouatione decernimus. Expende Gregorium cõſentire in perſonã electi, ei palliũ mittere, & uices ſuas archiepiſcopo gręco committere. ¶ Sic ſcribit Virgilio Epiſcopo Arelateñ. quod uero in literis iuxta antiquum morem uſum Pallij, ac uices ſedis Apoſtolicæ poſtulaſti &c. Geſſit enim Arelaten. Epiſcopus uices Roma. Pont. per Gallias, ut ſupra meminimus iterum iam meminit antiqui moris Pallij dandi ex urbe.

Arelaten.

¶ Notabilis eſt epiſtola ad Brunichildem Reginam Francorum: quæ petierat pallium pro Siagrio Epiſcopo: ſed Gregorius recuſabat: quia is qui Pallium uenerat recepturus, erat ſchyſmaticus: dein Siagrius non petierat Palliũ: ideo ait Greg. quia

Brunichildis regina.

priſca conſuetudo retinuit, ut honor Pallij, niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat: Commiſit tamen negociũ Candido preſbytero ſuo.

Leander Hyſpanus. ¶ Leandro quoq; Hiſpaniarum Epiſcopo ſcribit: præterea ex benedictione B. Petri principis Apoſtolorum Pallium uobis tranſmiſimus, ad ſola miſſarum ſolemnia utendum: quo tranſmiſſo ualde debui, qualiter eſſet uobis uiuendum admonere, ſed locutione ſupprimo: quia uerba moribus anteitis: non ergo contemnat Pallium

In Ludderum. diuerſarius, inſigne Epiſcoporum: neq; auaritia excogitatum dicat: quod tam S. patres humiles diuitiarum contemptores ante tot annos dederunt, & ſuper quo B. Gregorius adeo aduerſarius eſt Iohanni Rauennateñ. Redeamus inſtitutum, for-

Græcia ſub Papa. tius roborando, Græciæ aliquam partem & Aphrica pertinuiſſe ad Patriarchatũ ſpecialiter Romanum abſq; eo quod omnes eccleſiæ ſunt Roma. Eccleſię ſubiectę,

Conciliũ Arelateñ. uelut primæ eccleſiæ. Nam in Concilio Arelatenſi per. S. Syluestrum uocati ſunt Epi Aphricæ, & Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Hyſpaniæ, quia erat Conciliũ totius Patriarchatus Romani: miſit illuc Syluester Cladianum & Habitum præſbyteros, Eugenium & Quinatum Diaconos.

2. q. 6. placuit. ¶ Allegarem cap. placuit, at quia Gratianus addit de ſuo croco, quod in originalib, non reperitur: immo poſſem probare nunq; fuiſſe in originalibus, ideo ſuperſedeo.

Damaſus. ¶ Damaſus Papa in epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum preſidentẽ Concilio Mauritaniæ, & uniuerſis Epiſcopis Aphricanæ prouinciæ ſcribit epiſtolam incip. Lectis fraternitatis ueſtræ &c. in qua dicit, ſup eccleſiã uniuerſalem, Papam habere uniuerſale miniſterium, & Roma. eccleſiam uerticem eſſe eccleſiarum & quod uice petri legatione pro Chriſto utitur quiſq; Roma. Pon. Et quod in Metropolitano Concilio de omni concordia cauſæ tractari debent omnium: ſed diffinire ſummas querelas cauſarum, uel damnare Epiſcopos, abſq; Apoſtolicę ſedis authoritate minime licet: quod omnes approbari ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet: nam Synodum ſine eius authoritate fieri non eſt catholicum.

Græcos ſæpe fuiſſe ſchyſmaticos probatur, & undecim diſceſſiones enumerantur. Caput. XVI.

LIcet arbitror cuilibet bono iam ſatis eſſe perſuaſum, Græcos, & Aphros fuiſſe Roma. Pont. ſubiectos: tamen Greci inconſutilem domini tunicam, ſæpius ſcindere tentarunt: ideo non mirum quod in diſputatione Lipſica

Diuiſiones Græcorum. dixi aduerſario, Græcos inobedientes Roma. Pont. & eccle. Ro. fuiſſe hæreticos, ſchyſmaticos & uiros Belial, uñ ſolent xij. diuiſiones Græcorũ a Ro. eccle. numerari.

I. ¶ Prima fuit quando Euſebius Antiochenus cum Concilio ſuo depoſuit S. Athanaſium, & alios ſanctos uiros, ut iam ſæpe meminimus: quos dum Iulius Papa citaret ad Romam: ipſi ſe ſubtraxerunt ab obedientia Roma. eccle. Iſte Euſebius cum Euſebio Nicomedien. fuerant principales, & ſederunt quinq; hæretici Conſtantinopoli per ordinem. Euſebius primus Nicomedien. Macedonius hereſiarcha, Eudoſius Arrianus, Demophilus Euagrius, quo mortuo accepit ſedem Greg. Nazian

Nazianzenus. Nectarius. zenus, contra Canones, ne hæretici iterum eam inuaderent, qui in cõcilio poſt. xij. annos ceſſit, & Nectarius uir Catholicus ordinatus eſt ſub Damaſo papa, cui Chryſoſto. ſucceſſit.

II. Neſtorius. ¶ Secunda diuiſio Orientalium fuit facta ſub Celeſtino per Neſtorium uocatum ab Antiochia ad Conſtantinopolim: ſed opponente ſe Cyrillo Alexandrino cum

Cyrillus. Synodo Aegyptiaca, anno. iiij. in Concilio Epheſino, fuit recepta epiſtola Cyrilli, &

III. reprobatus Neſtorius.

Dioſcorus. ¶ Tertia diuiſio fuit ſub S. Leone per Dioſcorum Alexandrinum ſucceſſorem Cyrilli in dignitate, non in religione: qui Euticis hæreſiarchę ſententiam in Conciliabulo Ephe-

in Epheſino.II.approbauit, Anatholio ſuo Archidiacono in locum Flauiani Conſtā-
tinopolitani ſublimato: & Leone Conciliabulum improbante ſcripſit Dioſcorus li- *Leo.*
bellum contra Leonem,& eum excommunicauit: ſequebantur eum ferme omnes
Orientales,& durauit ſeptem annis, terminata fuit illa diſſenſio in Concilio Calce-
donen.opera B.Leonis & Mariciani Imper.

¶ Quarta diuiſio facta eſt per Achatium Conſtantinopolitanum: qui per Im- IIII.
per. Zenonē curauit Petrum Magnum hæreticum Epiſcopum ordinari Alexan- *Achatius.*
driæ.Et Petrum hæreticum Antiochiæ ſub Simplicio Papa, Achatio duo ſucceſ-
ſerunt hæreſiarchæ Macedonius, & Timotheus: inobedientia illa durauit uſq; ad
tempora Iuſtini Imper.ubi Iohannes Conſtantinopo. Patriarcha miſit Schedā Sy-
nodicam Hormiſdæ papæ: & fuit Orientalis eccleſia unita Romanæ. *Vnio Græcorū*

¶ Quinta diuiſio facta fuit per Iohannem Conſtantinopolita. qui conuocata Syno- V.
do determinauit ſe eſſe œcumenicum Epiſcopum: cui reſtitit Pelagius.ij.Cyriacus *Iohan. Conſtan*
Iohannem ſecutus eſt: contra quem & Iohan.B.Gregorius egit.Extincta eſt illa di *tinopo.*
uiſio ſub Bonifacio.iij.ut meminimus & Phoca. *Grego.*

¶ Sexta diuiſio facta per Sergium hæreſiarcham Monothelitarum: quem plures in VI.
ſede ſecuti ſunt hęretici,Pyrrus,Paulus,Petrus,Pyrrus,Thomas,Iohannes,Conſtā- *Sergius.*
tinus,Theodorus,Finita eſt hæc ſciſſio ſub Agathone papa,& Conſtantino.iiij.in *Vnio Græcorū*
ſexta uniuerſali Synodo. *diſ. 96. ſexta*

¶ Septima diuiſio facta per Titum Conſtantinopolitanum ſub Iohan.vi.Papa,quē *Synodus.*
multi ſecuti ſunt hæretici: & pepererūt nouā hæreſim Iconomaſtygū,negantiū ado VII.
rationem imaginū, cœpit hæc lues ſub Gregorio ſecundo,& durauit uſq; ad Adria- *Titus.*
num Papam,& Conſtantinum.v.ubi extinctis hæreſibus Orientales eccleſię in ſep *Vnio græcorū*
tima Synodo unitæ ſunt Romanæ eccleſiæ.

¶ Octaua diſceſſio facta eſt per Nicephorum Conſtantinopolitanum ſuggerente VIII.
Leone Imper.qui reuocauit errorem de imaginibus,& durauit uſq; ad Methodiū *Nicephorus.*
Patriarcham: qui ſubiecit ſe obedientiæ Roma.Pontifi.

¶ Nona & peſſima diuiſio facta fuit per Photium Patriarcham factum expulſo S. IX.
Ignatio, & licet Photius deponeretur per Nicolaum Papam, & Baſilium Imper. *Photius.*
tandem in.viij.Synodo ſub Adriano.ij.facta fuit unio Photio condēnato:q callide de
cepto Imp.rediјt ad ſedē ſuā: ita quod plena unio primū facta eſt,poſt mortē Photij.

¶ Decima diuiſio facta fuit per Michaelem Conſtantinopo.inſtinctu Cōſtantini.v. X.
peſſimi Imper. tempore Leonis.ix. Michael excommunicauit omnes Epiſcopos *Michael.*
Latinos,quia ultra Nicenos patres adderent in Symbolo, qui a patre filioq; proce-
dit: durauit hæc peſſima diuiſio uſq; ad Innocen.iij.

¶ Vndecima diſceſſio fuit facta per Adronicum Imper. filium Michaelis Paleolo- XI.
gi,recidentem in errorem Conſtantini.v.& perſeuerauerunt a temporibus Phocij,
pro maiori parte in illo errore de ſpiritu ſancto:& quod crediderunt latinam eccle-
ſiam hæreticam uſq; ad Concilium Florentinum ſub Eugenio.iiij. celebratum, in *Eugenius.*
quo Iohan.Pelagius Imper.Gręcorum,cum Patriarcha obedientiam fecerunt Ro
manæ eccleſiæ:& ſe ei uniuerunt: ſed dicuntur reuerſi ad uomitum. Vnde p̄ Thur-
cam Conſtantinopolis omnino ſurrepta eſt de manibus Chriſtianorum, & poteſt
dici.xij.diſceſſio.

¶ Et mirandum eſt profecto diuerſarium ægretuliſſe, quod dixerim Græcos hæ-
reticos,qui Roma.non audiuerunt eccleſiam: nam & S. Thomas librum ſcripſit de *S. Thomas.*
erroribus Græcorum,de quibus breuitatis gratia, nihil iam dicturus: quoniā ſunt
plurimi & iam.700.annis quaſi in hæreſibus perſtiterunt: ideo B.Bernhardus de *Bernhar.*
ipſis ait lib.iij.de conſideratione ad Eugenium.Ego addo & de pertinacia gręcorū,
q nobiſcū ſunt,& nō ſūt iuncti fide: diuiſi pace: quāq; & in fide ipſa claudicauerint a

ſemitis rectis: hos ſchyſmaticos, & nos pro hęreticis habentes: diuerſarius uoluit ca
tholicos defendere, quis credat monacho?

Orientales eccleſias ſubeſſe Papæ probatur auctoritate Ori- entalium, Athanaſij, & Iulij. Cap. XVII.

INuictis ut arbitror argumentis actum eſt, Aphros & Græcos Romanę et
Apoſtolicę ſedi fuiſſe ſubiectos: ut non poſſit non omnibus hiſtoriarum ig
narus uideri diuerſarius, & antiquę in eccleſia obſeruantiæ: qui id tam teme
re, tam arroganter, non modo negauit, ſed & contrarium pro fundamento ſuſcepit
Math. 7. erroris ſui: nonne ſimilis erit ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, &
deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum il
lam, & cecidit: & fuit ruina eius magna. At ne quicquam obſtrepet, quoniam & O-
rientales eccleſias exemit a Romani Pont. iuriſdictione: ideo producamus eaſdẽ fuiſ
ſe ſub Papa, quando extitere catholicæ. Omnes enim ſchyſmatici, aut ob hęreſim,
aut ambitionem quęſierunt occaſionem recedendi ab obedientia ſed. Apoſtolicę.
¶ Sententiam ergo noſtram firmant Orientales Epiſcopi Euſebius, Antiochenus,
Theogenus, Theodorus, & Berinthus cum Coepiſcopis ſuis ſcribentes Iulio Papæ
(ut iam ſępe meminimus) de Athanaſio, Paulo &c. damnatis: ita. n. ſubdiderunt poſt
ꝗ petierant Papam approbare eoꝝ condemnationem. Si aliter egeritis, & eis ampli
us ꝗ nobis conſentire iudicaueritis, contraria celebrabimus: & uobiſcum deinceps,
nec congregari, nec uobis obedire, nec uobis ueſtriſq; fauere uolumus: ſed per nos
quicquid melius elegerimus, agere conabimur. In quibus uerbis cum minent ſe re-
ceſſuros ab obedientia ſedis Apoſtol. ſi Papa nolit conſentire in condemnationẽ per
eos factam, apertiſſime dant intelligere ſe prius fuiſſe ſub ſedis Apoſtoli. obedientia.
Iulius ¶ Sed non territus pompoſis uerbis Iulius eis reſpondet, & eos citat ad iudicium ſe-
dis Romanę. Ait. n. quapropter cum omni feſtinatione uos omnes ad huius ſanctæ
ſedis reuerentiam uolo concurrere: quatenus geſtorum apud uos integritatem, per
uos ipſos poſſitis oſtendere, & *infra*. Qua de re eccleſiaſticã ſequentes regulam uos
& illos Romæ regulariter ad iudicium die ſtatuta, non ſub anguſto temporis ſpa-
cio, ut excuſatio locum non inueniat, literis & Apochryſarijs euocauimus. Illiq; uoca
tione ſuſcepta ad diem prędſtitutum uenere: ſed uos ne ueſtris mendacijs caperemi-
ni, ueſtraq; calumnia enudaretur, uenire diſtuliſtis: nec his machinationibus ſolum-
modo contenti eſtis: ſed etiam uidentes oues paſtoribus deſolatas, lupos pro paſtori-
bus ſuper eos poſuiſtis: decuerat ergo, ut ad regularem conueniretis conuocationẽ,
ꝙ de his & alijs ueſtris prędſumptionibus redderetis rationem, quo occurreret ueri-
tas, ſi falſitas diſpliceret: & nullus dubitat, ꝙ ita iudicium nocens ſubterfugit, quem-
admodum cum innocens abſoluatur requirit. Vellem. n. uos magis ad iam dictã Ca-
nonicam conuenire uocationem, ut coram uniuerſali Concilio redderetis ratio-
nem. Cur Synodum ad ſtatutum eccleſiarum & fratrum in Antiochiam ſubuertẽ-
dum, & Niceni magni Concilij diſtructionem feciſtis? aut cur nobis inconſultis, E-
piſcopos ad eam conuocaſtis, ad quam nec maximus Hieroſolymitanus uenit, nec
noſtra interfuit legatio. Canonibus quippe iubentibus in Nicena Synodo, non de-
Concilium non bere præter ſententiam Romani Ponti. ullomodo Cõcilia celebrari, nec Epiſcopos
ſine Papa cõdemnari: aut cur in prædictorum loco fratrum, alios adulteros poſuiſtis, anteq; pe
nes nos, aut apochryſarios noſtros cauſa eorum Canonice eſſet examinata &c. Au-
det diuerſarius dicere Orientales nunq; fuiſſe ſub Ro. Ponti. Cur ergo appellant ad
Iulium? Cur alij citantur ad Iulium? Cur Synodus coꝝ eſt inualida, neglecto Sum.
Pont. Cur Epi Romano Ponti. ignorante ſubſtituti, adulteri dicuntur & lupi? Cur
uoluit cauſam prius per ſe examinare Iulius, aut per apochryſarios ſuos: ſtultiſſimus
eſt profe.

eſt profecto, qui adhuc hiſcere audet, Orientales non fuiſſe ſub Romana eccleſia. *Iulius.*

¶ Et aperte hoc teſtatur Athanaſius tranſmarinus cum uniuerſis Epiſcopis Aegyptijs ad Marcum Papam, uere nouimus Apoſtolatus ueſtri cor, gratia ſpiritusſancti in tantum eſſe accenſum: ut omnibus oppreſſis ſuccurratis, quãto magis nobis: qui licet exigui ordinis tamen ueſtri ſumus uobiſq; obedientes, cum omnibus nobis commiſſis, & ſumus & eſſe ſemper uolumus. Expende ueſtri ſumus, uobis obedientes ſumus. Ideo dein ad Iulium appellarunt Marco mortuo.

¶ Et niſi Iulium inſignis temeritatis notes, oportet te fateri, Orientales fuiſſe ſub Pont. Romano. Ait enim ad Orientales Epiſcopos, Et nos ſcitote deinceps hunc typum, non eſſe paſſuros; ut ea quæ ſpecialiter ad hanc ſanctam pertinent ſedem, ſicut iudicia Epiſcoporum, maiores cauſas, uos patiamur nobis inconſultis, inuadere, abſq; ſtatus ueſtri periculo: ſed ſi quis ab hodierna die, & deinceps, Epiſcopum præter huius ſanctæ ſedis ſententiam, damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit: ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetim honore. Eoſq;q abſq; huius ſedis ſunt eiecti ſententia, uel dãnati abſq; huius ſanctę ſedis authoritate, ſcitote priſtinam recipere communionem, & in proprijs reſtitui ſedibus: quoniã & prius a tempore S. Apoſtoloꝝ, hæc huic ſanctę ſedi conceſſa ſunt, & poſtea in memorata Nicena Synodo, propter prauorum hominum infeſtationes, atq; hæreticorum perſecutiones, & inſidiantium molimina fratrum, ſunt concorditer ab omnibus roborata: ut magis ſinguli prouideant, ne talia audeant ꝑpetrare, et caueant ſi nõ propter domini, & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum ruborem ſuum atq; canonicam ultionem ſaltem hæc timore & uerecundia compreſſa, ſilentio comprimantur, amputato ſcilicet totius uſurpationis exceſſu: quia nullus debet pręſumere: quæ ſibi non uidentur conceſſa: Arrige aures, nullum epiſcopum damnãdum, præter ſedis Romanæ conſenſum: & quomodo auderet tanta comminatione ſcribere Orientalibus, ſibi non ſubditis: ſed hoc urgentiſſimum, quod ait Apoſtolorum temporibus Romanam eccleſiam hoc habuiſſe priuilegium, qui non longe a primitiua uixit eccleſia, qui tempus Martyrũ uidit, & hoc a Nicena Synodo Orientali dicit roboratũ: nõ ergo de nouo aliquid cõſtituit Nicena Synodus: ſed q̃d prius erat ex ſacris literis cognitum, & antiqua traditione ſanctorum obſeruatum, uoluerunt & ipſi obſeruari & cuſtodiri: quæ omnia ignorat noſter diuerſarius, audet os leuare in cœlum, contra Primatum Romanę eccleſiæ, & mentiri, Orientales nunq̃ fuiſſe Roma. Pont. ſubiectos. Ideo S. Athanaſius cum Epiſcopis Aegyptijs, Libiæ, & Thebaidas ingenue fatentur ſe ſubeſſe Romano Ponti. ut in epiſtolis quoq; ad Liberium, & Felicem teſtati ſunt ante. M. CL. annos: quos & ſuperius ſæpe euocauimus: ideo in præſentia omittamus, & his uetuſtiora adducamus.

Orientales Epiſcopos probatur ex uictore, Zepherino, Fabiano, Marcellino, Euſebio, Felice, Sixto, Grego. & Iuſtinia. Imper. fuiſſe ſub Roma. Pont. Cap. XVIII.

ANaſcente quaſi eccleſia Orientales fuiſſe ſubiectos Roma. Pont. probatur ex eo quod Victor. I. Martyr & Papa ſcribit Theophilo Alexandriæ Epiſcopo, & Aegyptijs decretali. I. celebritatem ſanctæ Paſchæ die dominica agi debere & prædeceſſores noſtri ſtatuerunt: & nos iſtud eadem die ſolemniter celebrare mandamus: quia non decet, ut membra a capite diſtrepent. Expende S. Martyrem ante. 1320. annos reputaſſe Alexandrinum patriarcham & Epiſcopos Aegyptios eſſe membra, & Romanum Pontificem, eſſe caput. *S. Victor.* *Paſcha.*

¶ S. Seuerinus Papa & martyr Epiſcopis per Aegyptum ſcribit Canone. ij. Nunciatum eſt ſedi Apoſtolicæ per apochryſarios noſtros, quoſdam fratrum noſtroꝝ *S. Seuerinus.*

Epiſcoporum ab eccleſijs & proprijs ſedibus pelli,ſuaq; eis auferri ſuppellectilia: &
ſic nudos & expoliatos ad iudicia uocari: quod omni caret ratione: cum conſtituta
Apoſtolicorum eorumq; ſucceſſorum & præcepta Imperatorum, ac conſtitutio-
nes legum,fieri idipſum prohibeant: & Apoſtolicę ſedis authoritas idipſum fieri ue
tet: Vnde poſtea mandat eos reſtitui. Cur authoritatem ſed. Apoſto. allegaret non
ſubditis: aut cur gregis Aegyptiaci curam ſuſciperet: niſi eſſet uniuerſalis paſtor:
quid mandare attentaret,niſi eos ſibi nouiſſet ſubditos:

S. Fabianus. ¶ S.Fabianus Martyr cuius hodie,& S. Sebaſtiani ſolēnia agimus,ſcribit omnibus
Orientalibus Epiſcopis Can.iij. Literis ueſtris intercætera inſertū inuenimus quoſ
dam regionis ueſtræ Epiſcopos a ueſtro noſtroq; ordine diſcrepare: & non per ſin-
Chryſma. gulos annos in cœna domini Chryſma conficere. Errant uero qui talia excogitant:
& mente ueſana potius,quam recta ſentiente hæc audiunt: ſicut ipſius diei ſolemni-
tas ꝑ ſingulos an. eſt celebranda,& de anno in anno renouanda,& fidelibus traden
da: cum alijs præceptis,& mandatis ibi decretis: pondera apochryſarios fuiſſe Ro-
ma,ſedis tempore Martyrum in diuerſis prouincijs, Tēpore Zepherini ante. 1300.
Apochryſarius annos: ſunt autem apochryſarij reſponſales a Græco ἀποκρίνομαι, id eſt reſpondeo,
& erant legati ſedis Apoſtolicæ,inde apochryſis reſponſio.

S.Marcellinus. ¶ Marcellinus Papa & Martyr, Orientalibus Epiſcopis ſcribit & decernit cleri-
cum a laico non eſſe accuſandum.

S.Euſebius. ¶ Euſebius Papa & Martyr fratribus Epiſcopis per Alexandriam, & Aegyptum
reſpondet:In ſcripturis ueſtris reperimus,quoſdam Epiſcopos ueſtris in partibus,a
proprijs ouibus accuſatos,aliquos uidelicet ex ſuſpitione et aliquos ex certa ratione:
& idcirco quoſdam eſſe ſuis rebus expoliatos: quoſdam uero a propria ſede pul-
ſos: quos ſciatis nec ad Synodum prouincialem,nec generalem,poſſe conuocari:nec
in aliquo iudicari,anteq; cuncta,quæ eis ſublata ſunt,legibus poteſtati eorum redin-
tegrentur: deinde formam tradit,quomodo de his in iudicio agendum ſit. Vide Eu
ſebium ſuperiorē Alexandrino & Aegyptijs,quibus mandata dat & præcepta.

S.Felix. ¶ Felix.ij.patrum imitatus authoritatem & anteq; traditionē ſcribit Anaſtaſio Ale-
xandriæ Epiſcopo,& Aegyptijs. Cum ad iudicium uenerit quis, ſi uoluerit & ne-
ceſſe fuerit,induciæ ei petenti a patribus conſtitutæ, abſq; impedimento concedan-
tur: & iudices a ſe electi tribuantur &c.& eiſdem ſcribit. Nullus ſeruus,nullus liber
Accuſare Epiſcopum. tus,nullus infidus,nullus criminibus irretitus,nullus calumniator,nullus qui inimi-
citijs ſtudet,nullus qui frequenter litigat,& ad cauſandum,uel detrahendum eſt fa-
cilis,nulla infamis perſona,& omnes quos ad cauſanda publica crimina, leges pu-
blicæ non admittunt,permittantur accuſare Epiſcopos.

S. Sixtus. ¶ Sixtus.ij.& ipſe Martyr, ac diuini Laurentij afformator,omnibus Orientalibus
Epiſcopis ſcribit. Statuentes decernimus: ut hi qui non ſunt bonæ conuerſationis,
& quorum uita eſt accuſabilis,uel quorum fides,uita,libertas, neſcitur: non poſſint
domini ſacerdotes accuſare,nec uiles perſonæ ad eorum accuſationē admittantur.

S. Gregorius. ¶ Sic B. Gregorius ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum ſcribit lib. vi. epiſto-
la.lx. Ad hanc unitatem cordium,etiam ueſtræ ſanctitatis meritis ligamur: quos au
thoris ſui ſalubriter ſequi inſtituta cognouimus: & ſemper ad magiſtri ſui gremiū,
unde illic prædicatio ſalutaris exorta eſt,tota ſe conferre deuotione ſentimus. Allu-
dit ad prædeceſſores, Petrum magiſtrum Romæ,& Marcum diſcipulum Alexan
driæ: Collige Alexandrinum recurrere ad gremium magiſtri,& ſic Roma.eccleſię:
ſequuntur plęraq; mandata in eadem epiſtola.

¶ Idem B. Grego.ſcribit Iſicio Hieroſolimorum Epiſcopo, ut in eccleſia ſua quæ-
dam compeſcendo,quædam tollerando mitiget.

¶ Et Iohanni Epiſcopo Lariſſeo frater noſter Adrianus Thebanę ciuitatis Epiſco-
pus ad

pus ad urbem Romanam ueniens lachrymabiliter eſt conqueſtus, de quibuſdam
capitulis ſe a fraternitate tua,nec non a Iohanne patrię Iuſtinianę Epiſcopo, non legi
time neq; Canonice condemnatum: Cumq; per diuturnum tempus, nullam diuerſæ
partis uideremus huc aduenire perſonam; quę eius debuiſſet obiectionibus reſpon-
dere:neceſſario cognoſcendę ueritatis intuitu:ea quę penes uos acta ſunt,relegenda
tradidimus.Ex quibus cognouimus Iohan.& Coſmam Diacones &c. proſequitur
capitula in quibus minus legitime proceſſerint contra Adrianum: ideo decernit eũ
reuocandum in proprię dignitatis ordinem: iniungens ſi quam cauſam habeāt mo
uendi contra Adrianum,ꝙ hoc faciant coram ſuis reſponſalibus Conſtantinopoli,uel
accedant Apoſtolicam ſedem,renarrat Gratianus. Et ut finem faciamus, ꝓbat hoc *16.q.1.frater*
luculentiſſime Iuſtinianus Imp.dicens, ideoq; omnes ſacerdotes uniuerſi Orientalis *noſter*
tractus & ſubijcere & unire ſedi ueſtrę ſanctitatis properauimus. *L.reddentes.*
¶ Quis ergo exiſtimabit hęc ſciens, ſanctiſſimos Martyres ac patres, ea fuiſſe prę- *C.de ſum.tri.*
ſumptione:ut temerario auſu,pręcepta dare attentarent,leges imponere,delicta co- *& ſi.cat.*
hercere,contra eorum ſententias damnatos reſtituere:niſi illi forent ſibi ſubiecti ſub
poteſtate Romanę ſedis poſiti:in quos Imperium ſumpſiſſet ab ipſo domino noſtro
Iheſu Chriſto: quare concludamus Orientales ſemper fuiſſe ſub Romana eccleſia
anteq; hęreſim induerunt & Romanis uixerunt legibus.

Orientales fuiſſe ſub Papa oſtenditur eorum Concilijs, & ꝙ Concilia a Papa auctoritatem habeant oſtenditur, legati quoq; Papæ in Concilio Niceno, Calcedonen. Chartaginen.6.7.8.Epheſino & Sardicenſi recenſentur. Cap.XIX.

AT non ſolum Orientales eccleſię fuerunt ſubiectę Roma.Ponti. ſed & hoc
in Synodis apud eos habitis hoc decreuerunt & ſtatuerunt, ut in Nicea &
Calcedonen.in quibus decretum eſt poſſe Epiſcopum appellare ad ſedem
Apoſto.ut ſupra quoq; meminimus: modo appellare non licet niſi ad ſuperiorem &
maiorem.Fuit autem Nicea ciuitas Aſię minoris in Bithinia: & q̃uis Occidentales *Nicea.*
Epiſcopi Pauci interfuerint: maior tamen pars fuit Orientalium & Aſiaticorum, ut
ex ſubſcriptionibus liquet:ſubſcripſerunt enim ſe Epiſcopi Aegypti,Paleſtinę,Phe
nitiæ,Iſaurię,Arabiæ,Meſopotamiæ,Perſidis,Capadociæ,utriuſq; Armeniæ,Paph
lagoniæ,Ponti,Galatiæ,Aſię,Libię,Phrigię,Liciæ,Cilitiæ,Pyſidiæ,Pamphiliæ,Ne
ſon,Bythinię.
¶ Similiter & Calcedonum in Aſia eſt ſita e regione Bizantij nouæ Romę (quæ *Calcedonen.*
prochdolor Thurcę regia eſt) in qua acclamatum eſt Romano Ponti. S. Leoni, ꝙ
ſit œcumenicus & uniuerſalis Epiſcopus eccleſię catholicę:quę ambo laudatiſſima,
& omni ætate approbata Concilia fuerunt congregata, & roborata auctoritate Ro
mani Ponti.
¶ Vnde ad Concilium Nicenum miſit S. Sylueſter Oſium Cordubenſem Epiſco- *Legati Papæ*
pum Hyſpanię (de quo ſuperioribus plura)& Victorem,& Vincentium pręſbyte *ad Concilia.*
ros urbis Romę.Ad Calcedonen.Concilium miſſi ſunt Paſchaſius & Lucenſis Epi
ſcopi,Bonifacius pręſbyter: & quia audet diuerſarius in libello quem hactenus im-
probauimus,contra Paſchalem dicere.Concilia non eſſe facta nec robur accepiſſe a *c.ſignificaſti de*
Romana eccleſia: quia inquit Ludder, quis hoc ferat quęſo? Nunquid Nicenum *electione.*
Concilium robur accepit, aut factum eſt auctoritate Roma. eccleſię? Nunquid & *Lapſ9 Ludder*
multa alia per Auguſtinum & olim Cyprianum in Aphrica habita?
¶ Hic diuerſarius quia ſuperbia elatus,omnia exiſtimat ſe ſcire,craſſiſſimam prodit

ignorantiam ſuam; ut nec minimam guttam ſapiat de antiquis Concilijs. Nam etſi particulares Synodi prouinciales bis in anno, ex antiqua patrum inſtitutione celebrarentur: nullius tamen Synodi rata erant decreta: niſi ſummi Pontificis interueniſſet auctoritas. Vnde recte mentitur diuerſarius, audens dicere Concilia Aphricana ſine auctoritate Papæ habita per Cyprianum & Auguſtinum: nam Cyprianus, ut Primatum prior, potuit conuocare Synodum: ſed Auguſtinus cum non eſſet primas, nullam Synodum collegit. Tum decreta in Aphricanis Concilijs miſerunt ad Romanam ſedem, uelut ſupra diximus de Milleuitano Concilio, & alijs, & liquet ex epiſtolis Auguſtini 92. & 93. Oſtendimus in ſuperioribus ad Concilia Aphricana interueniſſe auctoritatem Romanorum Pont. Anaſtaſij, Innocentij, Zozimi, Bonifacij.

Aphricanum Concilium

¶ Et ut diuerſarius errores ſuos intelligat, & aliquando reſipiſcat, adduco ei facta in prima actione Concilij Chartagineñ. cui ſanctus Auguſtinus & Alipius interfuerunt cum Oſio: ita. n. ſcriptum ibi inuenio, poſt conſulatum glorioſiſſimorum Impe. Honoratij xiij. & Theodoſij viij. Auguſtorum viij. Kalen. Iun. Chartagine in ſacrario Baſilicæ Fauſti, cum Aurelius Papa una cum Valentino primæ ſedis prouinciæ Numidiæ. Fauſtino Epiſcopo eccleſiæ Potentianæ prouinciæ Italiæ Picini, legato eccleſiæ Romanæ, ſed & legatis diuerſarum prouinciarum Aphricanarum, ideſt Numidiarum duarum, Bizacenę, Mauritanię, Zitiſen, & Mauritaniæ Cęſarien. ſed & Tripolis, & Vincentio Coloſitano, Fortunatio Neapolitano, & cæteris Epiſcopis prouincię proconſularis reſidentibus 217. nec non Philippo, & Aſſello preſbyteris atque legatis Romanæ eccleſiæ, conſediſſet, adſtantibus Diaconibus & cę. Daniele notario recitante profeſſionem Concilij Niceni: mox incepit legatus Romanę eccleſię ut ſequitur, Fauſtinus Epiſcopus plębis Potentianę Italię prouinciæ Piceni legatus Romanę eccleſię: dixit iniuncta ſunt nobis a ſede Apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum ueſtra beatitudine tractanda, ſicut geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt de Nicenis Canonibus, ut conſeruentur & conſtituta eorum, & conſuetudo: de his ergo primitus ſi beatitudini ueſtrę placet, tractemus: & poſtea cętera quę acta, uel inchoata ſunt (intellige in prioribus Concilijs Aphricanis) inſerta firmabuntur: ut & ſedem uenerandam reſcriptis ueſtris intimare poſſitis; atque nos ammonuiſſe apud uenerabilem Papam euidenter clareat: licet & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis: de ipſis ergo, ut ſuperius dixi, quid ueſtrę beatitudini placeat agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medio, ut ſcire poſſit ueſtra beatitudo: quid in eo contineatur: ut ad ſingula reſpõdeatur &c. Habes præter ſuperius allegata de Cornelio Innocẽtio, quomodo & auctoritate Zozimi conatum fuerit Concilium Aphricanum. Zozimo autem uita functo Bonifacius eundem Fauſtinum ad Concilia Aphricana miſit. De Niceno autem concilio iam diximus. Quomodo omnium ſententia auctoritate S. Syluęſtri fuerit coactum. Taceat ergo diuerſarius, & iniuriam ſedi Apoſtolicæ factam diluere nitatur publica reuocatione.

Ordo ſedendi in Concilijs.

¶ De hoc autem te certiorem facere uolo; licet certa eſſet ordinatio eccleſiarum, ut quiſq; locum ſuum obtineret: ciuilitati tamen ſtudentes: aliquando digniores uenerati ſunt ſenium & experientiam: ſicut in Concilio Conſtantinopolitano, ſubſcripſit ſe Nectarius Conſtant. ante Timotheum Alexandrinum (cuius opera coacta fuit Synodus) & ante Cyrillum Hieroſolymitanum: cum tamen in dignitate ambo eum p̃cederent: Tunc enim Conſtantinopolis nondum erat Patriarchatus: ſed ſub S. Leone primo data eſt ei ſecunda ſedes poſt Romanam, diu reclamante Leone: tamen legati ſed. apoſtolicæ, etiam ſi ceſſiſſent alijs in ordine: tamen ſemper fuerunt primi in ſubſcriptione.

¶ Sic

¶ Sic in ſexta Synodo fuerunt legati Papæ, Theodorus, & Gregorius pręſbyteri, *6. Synodus.*
Iohan. Diaconus, & Conſtantinus Subdiaconus ſub Agathone Papa. In ſeptima Sy
nodo Petrus Archipræſbyter, Petrus pręſbyter & Abbas monaſterij S. Sabinæ. In
octaua miſſus eſt, Donatus Oſtienſis Epiſcopus, Stephanus Epheſinus Epiſcopus,
Marinus Diaconus eccleſiæ Romanæ, Anaſtaſius ille doctus Romanæ ſedis Bi-
bliothecarius; licet tarde illis uenientibus, Synodus dixerit, quoniam dudum expe- *Synodus 8.*
ctati fuerunt uicarij ſenioris Romæ; & amplius expectare non ſit iuſtum; incon-
gruum omnino putamus deſpicere fluctuantem CHRISTI & ſaluatoris no-
ſtri eccleſiam per dilationum diſpenſationem, quæ illi debetur; hinc ergo uelut ex
neceſſitate diſcutiamus.

¶ In ſecunda Synodo Epheſina fuerunt a Leone deſtinati Iulius Epiſcopus, Hylari *Epheſina Sy-*
us Diaconus, & Dulcicius Notarius; qui intelligentes fraudem Dioſcori, noluerūt *nodus.*
intrare Synodum, licet requiſiti; nec uoluerunt decretis eis oſtenſis ſubſcribere. Tunc
tamen Talaſius Cęſareæ Capadocię patriæ Epiſcopus, decreuit in actis Synodi pro *Talaſius.*
cedendum, cum Ambaſiatoribus Archiepiſcopi Romani, ſi uocati nollent uenire,
pondera mi lector, quo honore Gręci, & orientales Roma. habuerunt Pontificem:
nam etſi Epiſcopi eſſent ſchyſmatici & hęretici; tamen per unum annum expectaue
runt legatos Romani Pont.

¶ Ita & ad Sardiceñ. Conciliū miſſus fuit, Oſius Corduben. Fortunatianus Aquile *Sardiceñ. Con-*
gien. & Vincentius de Capua, legati ſedis Apoſtolicę; taceat ergo diuerſarius quæ- *cilium.*
ſo, tam impudens dicere mendacium, Concilium Nicenum & alia ſancta Concilia,
non fore auctoritate Summi Pont. uel congregata uel roborata.

De cauſa Concilij Calcedoneñ. eius ſubſcriptio & quod Orientales ſub Papa fuerint probatur. Cap. XX.

VT autem uideant oculi teſtes modum ſubſcribendi in ueteribus Concilijs,
placet huc annectere ſubſcriptionem Calcedoneñ. Concilij, quantam ego
de ea potui in pręſentia habere; quod ut faciam his moueor potiſſimum ra
tionibus. Nam cum diuerſarius neget eccleſias Gręciæ, & Orientis fuiſſe ſub Ro-
mano Pontifice; apertius eius falſitas & temeritas detegatur: Leo enim ſanctitate ma
gnus, eruditione conſpicuus contra Concilium Epheſinum ij. iniuſſu ſuo Theodoſio
annuente a Dioſcoro Alexandrino coactum. Eutycete hęretico exaltato contra ſan-
ctum uirum dei Flauianum catholicum patriarcham, auxilio Marciani Imper. ca-
tholici Theodoſio mortuo, Concilium illud Calcedoneñ. indixit: quod eſt unum de *Concilium Cal*
quatuor ſacris Concilijs, in quo roborati ſunt Niceni Concilij Canones. Romanus *cedoneñ.*
Ponti. Summus in eccleſia declaratus paſtor uniuerſalis; & acclamatum eſt (pro mo
re illius ętatis) ab uniuerſo Concilio, Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus, & œcumenicus
patriarcha uiuat per multos annos. Appellatio quoq; Epiſcoporum ad Roma. ſedē
admittenda, decreta; Euthyces damnatus, Hęreſis Neſtoris abiecta, Manichæorum
libri combuſti, Et quia Dioſcorus in Concilio Epheſino, auſus fuerat excommunica *Papam excom*
re Leonem Papam; hanc pręſumptionem ſancti patres adeo deteſtati ſunt; ut ſine ul *municauerat*
la reſtitutione hunc damnarent: quia præſumpſerit excommunicationem dictare
aduerſus ſanctiſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum magnę Romę Leonem.
Renarrat Gratianus. *diſ. 21. in tantū*

¶ Aſpice ergo & pondera candide Lector maximi huius Concilij ſubſcriptionem,
recognoſcentis Roma. Ponti. eſſe uniuerſalis eccleſię paſtorem, cum pauciſſimi fue
rint ex Occidente, ſed uel ex Gręcia, Aſia, aut Aphrica. Vnde hoc unum Conciliū

ſufficere debet ad diuerſarij errorem eliminandum:ꝙ ſi ipſe,quid huiuſmodi habe-ret pro ſui erroris confirmatione:quomodo geſtiret,& exultaret: quam pompaticis, & ampulloſis uerbis creparet.

Subſcriptio Concilij Calcedoneñ.

¶ Paſchaſius Epiſcopus uicarius domini mei beatiſſimi atq; Apoſtolici uniuerſalis eccleſiæ Papæ Leonis urbis Romæ,Synodo præſidens,ſtatui,cõſenſi, & ſubſcripſi.
¶ Lucenſis Epiſcopus ciuitatis eccleſiæ Auſculanæ,uicarius domini mei beatiſſimi & Apoſtolici uiri uniuerſalis eccleſiæ Papę urbis Romę Leonis in Synodo Gręce lecta ſubſcripſi. ¶ Bonifacius pręſbyter S.eccle.Ro.ſtatui & ſubſcripſi.

Leontius Romanus.ſs.
Anatholius Conſtantinopol.ſs.
¶ Prouinc.Thraciæ.
Quiriacus Heraclieñ.
N Peluſianeñ.
Romanus Eudoxipolitanus
Lucianus Byces
¶ Prouinc.Thraciæ 2.
Frontion Philippolitanus
Sebaſtianus Bearis
Epictetus Berois
¶ Prouinc. Diacletianopol.
Baſilius Traianopolit.
Docimaſius Marodinanus
Cerenus Maximianopolit.
Macharius enuntos
¶ Prouinc.Emimontij.
Iobianus de Mectu.
¶ Prouinc.Illyrij.
Anaſtaſius Theſſaloniceñ.
Perquintillus Epiſcopus Eraclieñ.
Sozon Philippenſis.
Dadanius Barlaa.
Maximinus Serrieñ.
Nicolaus Srobieñ.
Anopatus Thaſſutanus
Euſebius Doueratanus
¶ Prouinc.Helladię.
Petrus Corinthi
Nicozas Megareñ.
Iohannes Meſſeneñ.
Ophelimos Getheas
Athanaſius Opontuneñ.
Irenicus Naupactuenſis
Domnus Plateonenſis
Oneſimos Alguſanos
¶ Prouinc.Quiriæ 1.
Maximus Antiochenus
Macharius Laudieñ.per Euſebium
Preſbyterum Antiochenum
Theotiſtos Berienſis
Gerontius Selaceñ.
Romulus Calcedoneñ.
Petrus Gabuleñ.
Maras Onaſatheñ.
Sabas Paltibeñ.
Vranius Gabolanieñ.
¶ Prouinc.Quiriæ 2.
Domnus Apanienſis.
Metillus Lariſenſis
¶ Prouinc.Ciliciæ 1.
Theodorus Tareuenſis
Matronianus Pompypolit.
Theodorus Metropolitanus
Alexandros Sebaſteñ.
Philippus Adaneñ.
Ypatrus Zefireñ.
Theodorus Auguſtes
Chryſippus Mallitanus
Saluſtius Coricitanus per Philippum Adoneñ.
¶ Prouinc.Ciciliæ 2.
Cyrillus Anazarbeñ.
Polyrronius Epyphaneñ.
Iohannes Flauiados
Indemus Ypenupolit.
Iulianus Ruſſitanus
Baſſianus Montpreſtienſis
Per Sophronium Epiſcopum Iſaurię.
Baſilius Seleucienſis
Theodorus Claudiopolitanus
Iulianus Celenderotanus
Iohannes Dioceſarienſis
Danihelus Anagnortu.
Epyphanius Cetertoroenſis
Manipręus Titipolit.
Achatius Antiochenſis
Leamanditos per Papa Diaconum

Ammonius

Ammonius Latapis
Arlianus Selinuntonieñ.
Per Paulum Subdiaconum
Natalis Philadelphitanus
Tyrannus Germaniceñ.
¶ Prouinc. Phenices
Photius Truenſis
Damianus Synodenſis
Paulus Ptolemydus
Olympius Ardapolitanus
Paulus Prophiritanus
Thomas Paneados
Petrus Byblitanus
Per Photium Pureucenum
Euſtachius Perithopolit.
Theodorus Tripolitanus
Praclides arcis
Alexandrus Amparadij
Porphirius Betriopolit.
Per Zeloſen Diaconum
Phoſphorus Arhoſiadeñ.
¶ Prouinc. Meſopotaniæ.
Symeon Amidenſis
Noe Cephanen.
Maras Azetineñ.
Zebennos Mantiropol.
Galurnas in relles
Euſebius Suphanieñ.
¶ Prouinc. Paleſtinæ. 1.
Iuuenalis Hieroſolymitanus
Elycon Cæſarieñ.
Per Zozimum Epiſcopum Medinen.
Leontius Aſcalonitanus
Photinus Dioſpolitanus
Paulus Anthedoneñ.
Praclios Agotupolitanus
Panciatius Abdiadenſis
Polycronius Anepatudenſis
Stephanus Iamnieñ.
¶ Prouinciæ Paleſtinę 2.
Seuerianus Schytepolitanus
Amianes Capitoliados
Zebinos Pelliſatanos
Iohannes Gadarieñ.
¶ Prouinc. Paleſtinæ 3.
Berillus Elienſis
Aretas Eluſitanus
Muſonius Zooroneñ.
Martianus Cliotanus
Niz tiras
Martinus Gaſę
¶ Prouinc. Palea ſepiri.
Atticos Nicopolitanus
Marcus Euryas
Peregrinus Phinicenus
Euticios Adrianopolit.
Laudius Aſchanneñ.
Sotyricus Cergiraſneſitan.
Ictetos Dodoneñ.
Iohannes Pritticeñ.
¶ Prouinc. Metropoli Epiri.
Zenobius Bortroenſis
Lucas Doracieñ.
Euſebius Appollonieñ.
Petrus Ecinieñ.
¶ Prouinc. Theſſalia.
Conſtantinus Demetrias.
Martyrios Gorgineñ.
Gemiadius Enoſſutanus
Cyrillus Subretanus
Euphrates Eulenterien.
Demetrius Lauppenneñ.
¶ Prouinc. Bythiniæ.
Eumonius Nicodemonen.
Anaſtaſius Nicenus
Iulianus Co.
Eleutherius Calcedoneñ.
Lallinicus Appamenus
¶ Prouin. Galatiæ 1.
Euſebius Ancyranus
Iulianus Tabianus
Meliphtoggus Iuliopolit.
Yperechius Aponotanieñ.
Achatius Cimitanus
Leucadius Muyzitanus
Euphraſius Galatineñ.
¶ Prouinc. Galatiæ 2.
Theoctiſtos Piſinuntos. Theoctirtos.
Per Phocium Archidiaconum
Helpidios Mycerentermis
Myterus Ammonij
Aquilas Eudoxiados
Quiriacus Trocnadeñ.
Pios Peteniſſeñ.
Longinus Orciſu Copileunit
¶ Prouinc. Capadocię 1.
Thalaſios Cæſarieñ.
Muſumus Nuſſemus

Phirminus Termis
¶ Prouinc. Capadociȩ 2.
Patricius Tranen.
Theodoſius Nazianzenus
Ariſtomagus Coloneñ.
Cyros Cybirtroneñ.
¶ Prouinc. Armeniæ 1.
Iohannes Sebaſteñ.
Cecuprius Sepaſtionopolit.
Iohannis Nicepolitanus
¶ Prouinc. Armeniȩ 2.
Conſtantinus Melitineñ.
Achatius Arimanthȩus
Adomos Crauiſſu.
Per Lochium præſbyterum
Iohannis Arcis.
Per Euphronium prȩſbyterum
¶ Prouinc. Pontulemonciaci.
Dorothȩus Neocæſarienſis
Per Photinum Diaconum
Iohannis Polemoniacus
Gratiadus Ceraſſuntenus
Atarbius Trapezontios
¶ Prouinc. Helleſpontti.
Seleucius Amaſenus
Antoninius Ammiſſenus
Per Olympium Diaconum
Paralios Andraponeñ.
Per Helpidium prȩſbyterum
Vranius Iborenſis
Per Paulum præſbyterum
Atticus Zeloneñ.
Antiochus Synopenus
¶ Prouin. Paphlagoniæ.
Petrus Gagrotanus
Ethericus Pampiopolit.
Per Epyphanium prȩſbyterum
Renos Lulliopolitanus
Polycronius Dedyreñ.
Theodorus Seroneñ.
¶ Prouinc. Onoriados
Calegorius Claudiopolit.
Theodorus Heraclenſis
Apragmonius Tuttanos
Theophilus Adrianipolit.
Per Pelagium prȩſbyterum
Genethilius Eratenſis
Per Eulogium præſbyterum
Olympius Pruſiadeñ.

Per Modeſtum prȩſbyterum
Diogenis Gyzicuntos
Petrus Dardaneñ.
Thalaſius Parui.
Dauid Adrianeñ.
Eulalius Pionieñ.
Pionius Troadeñ.
Stephanus Pymanenus
Theuſabius Ilau.
Ermias Abdieñ.
Danihel Lampſacenus
Patricius Adrianopolit.
¶ Prouinc. Aſiæ.
Stephanus Epheſinus
Ethericus Smyrneñ.
Thomas Aliocomenus
Et Balentinianipolitanus
Euſebius Clazomenus
Quiriacus Edles
Mamas Animetu
Leontius Magniſias Maioris
Quintus Phoceñ.
Proclos Algizenos
Boſilicus Baleaſpolitanus
Philippus Neaſſyletanus
Rufinus Briulonitanus
Olympius Euazotanus
Eſaias Eleas
Eſperos Epitaneñ.
Petronius Myrineus
Neonius Nyſſenus
Paulinus Perperenotanus
Marcellinus Metropolit.
Iulianus Ypopetanus
¶ Prouinc. Lidiæ.
Florentinus Sardeoneñ.
Menecratis Coraſen.
Patricius Craſſen.
Policarpus Gabalen.
Paulus Tripolitanus
Helias Vendutanus
Conſinios Hierocȩſarien.
Amaxios Selgonneñ.
Andreas Satalenus
Dionyſius Attanenſ.
Gemellus Stratonicenſ.
Alcimedes Eiladenſ.
Leucios Appolloſieri
¶ Prouinc. Pamphiliæ.

Epiphanius Pergenſ.
Theophilus Adriaſſu.
Neon Smyſſu.
Diodorius Lyſanien.
paulus Poglonien.
Marcellinus Iſindonen.
Macedon maginenſ.
Moras Codroij Lonenſ.
¶ Prouin. Pamphiliæ alterius.
Amphilocius Sideſenſis.
Gaios Suedonien.
Eudoxius Ellelonenſ.
Martianus Corallen.
Euſebius Cottinen.
Obremus Coratien.
Romanus Myrrenus.
Ariſtoclitos Olymponen.
Eudoxius Chomaten.
Palladius Capidalen.
Cyrinus pataren.
Stephanus Lymmyren.
Zenodotus Telmiſu.
Cronton paſitidonen.
Philippus Barbaren.
Theodorus Antipollenus.
Leontius Araxenus.
Antipatros Caumenus.
Cratinos Panorittanos.
Andreas Ptoleatanus.
Nicollos Acraſſutanus.
Ramanus Babonen̄.
Prouinc. Lycaoniæ.
Oneſiphorus Iconen.
Neoptolemos Gonen.
Paulus Deruen̄.
Plutarchus Lyſtron.
Eugenius Canon. Ruſos ſides.
Tyrannos Imadinen.
Aſchalias Ladandien.
Prouinc. Pyſidiæ.
Pergamios Antiochenus.
Eutropius Adadonen.
Paulus philomeden.
Longinus Apamemus.
Theoctiſtus Tyren.
Eorticius Metropolitanus.
Cyros Simimaden̄.
Libanius Pallatonen.
Alexander Seleucen.

Olympius Zizopolitanus.
Photianus Salagaſſitanus.
Meſſalinus Laodicen.
Baſſones Neaſpolitanus.
Florentius Adrianopolitanus.
Muſomius Limenen.
Maximinus Zozilonen.
¶ Prouinc. Cæſariæ.
Cretomianus Aphrodiſius.
Dionyſius Antiocenus.
Iohahannis Aliſdonen.
Placulus Laſſu
Panias Eriſtodonen.
Dionyſius Latomenus.
Menandros Eracleos.
Epithius Stratonicen.
Iohannis Amizonen.
Tygchanius Appolonen.
Theodoretus Alabanden.
Iohannis Enidien.
Calandio Halicarnaſſen.
Per paulianum præſbyterum.
¶ Prouinc. Phrigiæ Salutaris.
Marianus Sinaliden.
Euſebius Durrlen̄.
Myros Bylanden.
Mocymus Epſu.
Philippus Lyciados.
Epiphanius Mardaien̄.
Eberrytius Ieraſpolitanus.
Quiriacus Eucarpen.
Euſtochius Docimui.
Baſilius Nacholien.
Aquila Auroclenus.
Strategius polibaten.
¶ Prouinc. phrigiæ pacatianæ.
Numechius Laodici aſtrimitarias.
Danihelus Cadonen.
Dotertus Sebaſten.
Eulalius Sibrien.
Mathias Temeſian.
Paulus Ariſtenſis.
Charis Dyoniſipolis.
Gennadius Acmonen.
Thomas Theodoſiopolit.
Philippus Ageyraſſidera.
Iohannis Trapezittanus.
Euandros Diodias.
Gennandius Moſinen.

Exemplar meū antiquum iā nō erat ad manū ut uidiſſem ubi excidiſſet calcographus, uide tamen codicem Canonum a Cochleo noſtro emiſſum.

¶ Prouinc. Ioneſon.	Eliodorus Amathuntos.
Iohannis Rodij.	Sotheras Theodoſianen.
Florentius Motylenen.	Didymus Lapitenſis.
Eufrontius Chiu.	Proechius Archenoenſis.
Barachos Naxen.	Eonynus Gythienus.
¶ Prouinc. Cypri.	¶ Prouinc. Aphricæ.
Olympius Conſtantien.	Valerianus Baſianen.
Per didymum Epiſcopū Labiten.	Valerianus Aphrus.
Epaphroditus Camaſſenſis.	CCCLXII.

¶ PLORA Chriſtiane, quia omnes iſtos Epiſcopatus, cum tot animabus ſubdito rum perdidimus &c. Paucis Armenis & in montibus Arabiæ exceptis: qui hodie
1518. agnoſcunt Roma. Pontificem & reuerentur, apud quos anno ſuperiori, nomine ſe dis Apoſtolicæ fuit Iohan. Franciſcus de potentia Minorita, Palliū Archiepiſcopo præſentando & eos in fide cōfirmando. Hoc adijcere uolo huic ſubſcriptioni: in pri mis quod non omnes præſentes Concilio qui fuerunt. D. C. ſunt hic annotati. Nam & B. Auguſtinus meminit Iulianum Hipponen. Epiſcopū anteceſſorē ſuū fuiſſe in Niceno Concilio: quē tñ in ſubſcriptione nō reperio: ſic hic contigiſſe arbitror; neq; enim adſcripti ſunt patres Libiæ, Thebaidos, Daciæ, Italiæ &c. at plures non potui

Ex Ptolomæi. reperire. ¶ Dein ad rationem Coſmographicam uidebantur mihi quædam nomi na ciuitatum reſtituenda: at uetuſtatem exemplaris reueritus, hoc facere non aude bam: quare fideliter tranſcripſi, ſicut in codice reperi, nihil immutans. Sæpe etiam Grecam rationem ſecutus eſt is qui tranſtulit ſubſcriptionem. Volui ergo conſule re doctis: qui ſi non totam, tamen partem haberent illius ſubſcriptionis.

Concluſio. Iuſtinianus. ¶ Concludamus ergo Aphros, Græcos, & Orientales catholicos, fuiſſe ſemper ſub iectos Roma. Pont. quibus omnibus accedat quod Iuſtinianus ſcripſit Iohanni uiro beatiſſimo ac ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & Patriarchæ Veteris Romę. Remini ſcentes huiuſmodi legis prærogatiuam, non ſolum in occidentalibus partibus Ro manę eccleſię condonamus, ſed etiam in Orientalibus partibus: in quibus eccleſia ſticę urbis Romę poſſeſſiones ſunt. Datum xviij. Kalen. Maij. Capuę Baliſario Cō ſule, ſcribitur in Au. ut eccle. Roma. col. iij. His omnibus retuſum arbitror diuerſa rij mendacium negantis illos unq̃ fuiſſe ſub Romano Pontifice. At nunc deſcenda mus ad alios errores eius conuincendos.

Opponit diuerſarius ex B. Hieronymo præſbyteros eſſe Epiſcopos. Cap. XXI.

DIuerſarius ad hereticam ſententiam ſuam confirmandam, incipit offerre teſtimonia: quę iuxta corticem uerborum ſaltem, etiam ſi nihil faciant ad

Hierony. rem, conmentire uideantur ſuę temerarię aſſertioni: primus eſt ergo Hiero

Iſa. 32. nymus in Epiſtola ad Euagrium, ſic ſcribens, legimus in Iſaia fatuus fatua loquitur, audio quendam in tantam proru piſſe uecordiam, ut Diacones præſbyteris antefe rat. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat, eoſdem eſſe preſbyteros, quos Epiſco pos: qui patitur menſarum & uiduarum miniſter, ut ſuper eos tumidus ſe efferat, ad quorum preces corpus & ſanguis Chriſti conficitur? queris authoritatem? Audi

Philip. 1. teſtimonium, Paulus & Timotheus ſerui Iheſu Chriſti, omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis, & Diaconibus, uis & aliud exemplum? in actibus Apo ſtolorum ad unius eccleſię ſacerdotes, ita Paulus loquitur attendite uobis & uniuer

Actu. 20. ſo gregi, in quo ſpirituſſanctus poſuit Epiſcopos ut regatis eccleſiam dei, quam ac quiſiuit ſanguine ſuo.

¶ At ne quis contentioſe in una eccleſia plures eſſe Epiſcopos contendat, aliud au diat teſti.

diat teſtimoniũ,in quo manifeſtiſſime cõprobatur,eundẽ eſſe Epiſcopum atq; præſbyterum: propter hoc reliqui te Crete,ut quę deerant corrigeres,& conſtitueres Epiſcopos per ciuitates,ſicut tibi mandaui,ſi quis eſt ſine crimine,unius uxoris uir filios habens fideles,non in accuſatione luxuriæ,aut nõ ſubditos,oportet enim Epiſcopum eſſe ſine crimine,ſicut dei diſpenſatorem,& ad Timotheum noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per prophetiã,& per impoſitionẽ manuum præſbyterij. Tit.1. 1.Timoth.4.

¶ Sed & Petrus in epiſtola prima pręſbyteros qui in uobis ſunt,precor ego compræſbyter,& teſtis paſſionum Chriſti,& futuræ quæ reuelãda eſt glorię particeps, regite gregem Chriſti,& inſpicite non ex neceſſitate, ſed uoluntarie iuxta deum, quod quidem Græce ſignificantius dicitur ἐπισκοποῦντες. Vnde & nomen Epiſcopi tractum eſt,parua uidentur tantorum teſtimonia uirorum? Clangat tuba Euangelica,filius tonitrui,quem Iheſus plurimum amauit: qui de pectore ſaluatoris doctrinarum fluenta potauit, præſbyter electæ dominę & filiis eius,quos ego diligo in ueritate, & alia Epiſtola, præſbytero Gaio Chariſſimo, quem ego in ueritate diligo. 1.Petri.5. Iohan.13. 2.Iohan.1. 3.Iohan.1.

¶ Quod autem poſtea unus electus eſt,qui cæteris præponeretur, in remedium ſchyſmatis factum eſt: ne unuſquiſq; ad ſe trahens, eccleſiam Chriſti rumperet. Nã & Alexandriæ Marco Euangeliſta,uſq; ad Eſdram & Dionyſium Epiſcopos,pręſbyteri ſemper ex ſe unum eligebant: & in excelſiore gradu collocabant:quem Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus ſibi Imperatorem facit. Diaconi autem eligebant de ſe quem induſtrium nouerint & Archidiaconum nuncupent: quid enĩ facit Epiſcopus excepta ordinatione: quod præſbyter non facit: nec altera Romanę urbis eccleſia,altera totius orbis ęſtimanda eſt,& Galliæ, & Britanniæ: nam & Aphrica,& Perſis,& Oriens,& India,& omnes Barbarę nationes, unum Chriſtũ adorant: unam obſeruant regulam ueritatis: Si autem authoritas quæritur, orbis maior eſt urbe: ubicunq; Epiſcopus fuerit,ſiue Romę,ſiue Eugubij,ſiue Conſtantinopoli,ſiue Rhegij,ſiue Alexandrię,ſiue Thanis,eiuſdem meriti eſt,& eiuſdem ſacerdotij,põna diuitiarum, & humilitas paupertatis uel ſublimiorem,uel inferiorem facit: cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Hęc Hieronymus.

¶ Nihil de mutatione temporum loquor nihil de iure poſitiuo, hoc contendo, ſi unus Epiſcopus iure diuino cęteris pręfertur: manifeſte hic Hierony. hęreſim docet: non ſolum ipſe (nam ei non crederem) Sed Petrus,Paulus, Iohannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles authores:quis quęſo hic reſiſtet? Cur adulator negat Romanum Ponti.cęteris eſſe Coepiſcopum, cum primus Petrus ſe compręſbyterum appellet. Si ſucceſſores Petri ſunt: quid erubeſcunt titulũ ſui prędeceſſoris? Si nomen ſuperbiſſimum,ſanctiſſimi, Summi Maximi Pont. hęreditant ex recentibus, Cur non nomen compręſbyteri & Coepiſcopi a primo? Verba Iudderi

¶ Obſecro an Petrus,Paulus,Iohannes, Lucas, & omnes Apoſtoli ignorauerunt, quid uerbum Chriſti uoluit. Tu es petrus,& tibi dabo claues, & paſce oues meas. Si me omnino hęreticum clamant: qui omnia quę uolunt,tribuo Pontifi. Romano: ſolum ne authoritate ſcripturę,id eſt mendaciter facere cogar: parcant S. Hierony. tantis auctorib. munito. Proclamat ille longe impudentius,Epiſcopos põna diuitiarum,& humilitate paupertatis,inuicem eſſe uel ſublimiores,uel inferiores. Iam nõ tribuis. Hiero.impudẽtem dicit.

¶ Ego conſenſu fidelium,& decretis hominum id aſtruo. Cur non hunc irreuerentem,blaſphemum,ſeditioſum,biſſepties comburunt, hęreticę prauitatis prauiſſimi inquiſitores? Sinant me cum Hieronymo interim ſapere. Sinant cum Petro, Paulo,Iohanne,Luca ſentire: Si hoc nõ eſt ſatis,age ſua cõburant decreta primũ. Nam hęc epiſtola recitatur in decretis, legitur, auditur, docetur, approbatur, hęc ab uniuerſis in eccleſia Romana. Cur ergo unus prohibeor dicere,& ſentire: quod ipſi Diſ.93.legimus

met omnes dicunt, ſentiunt, iubentq; ſentire: Hieronymus non modo Epiſcopos
æquat inter ſe,ſed & præſbyteros Epiſcopis comparat: alterum ætatis, alterum of-
ficij nomen eſſe pronunciat. Ego longe reuerentius locutus nihil peto,niſi ut contra
hanc ueritatem,non cogar ſcripturas & uerbum dei illudere. Sit Romanus Ponti.
quicquid uoluerint: modo authoritate ſcripturæ ſacrę,id non adſtruant: ſed & ſcri-
pturas eorum ſenſui aptari patiar,modo ne hunc eſſe Germanum,et ſolum ſenſum
contendant. Sat ergo eſt quod frigidiſſimis decretis primatus aſſeritur: qui ſeruen-
Hierony. tiſſimis dei uerbis negatur: ſed audiamus iterum eundem in commentario ſuper
Epiſtolam ad Titum.

¶ Idem eſt ergo præſbyter qui Epiſcopus,& anteq; diaboli inſtinctu ſtudia in reli
1.Cor.1. gione fierent,& diceretur in populis. Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Ce-
phæ, Communi præſbyterorum Concilio gubernabantur. Poſtq; uero unuſquiſq;
eos,quos baptizarat,ſuos eſſe putabat: non Chriſti,in toto orbe decretũ eſt,ut unus
de præſbyteris electus ſuper poneretur: ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret:
& ſchyſmatum ſemina tollerentur, putat aliquis non ſcripturam, ſed noſtram eſſe
ſententiam,Epiſcopum,& præſbyterum unum eſſe,& aliud ætatis, & aliud officij
eſſe nomen,relegat Apoſtoli ad Philippen.uerba & cætera, quæ ſupra in Epiſtola
ad Euagrium induxit. Et in fine. Sicut ergo præſbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſue
tudine,ei qui ſibi præpoſitus fuerit eſſe ſubiectos. Ita Epiſcopi nouerint ſe magis
conſuetudine: quam diſpoſitionis diuinæ ueritate præſbyteris eſſe maiores,& in cõ
muni debere eccleſiam regere. Hęc ille.

¶ Vide ergo an propoſitio mea male,uel bene dixerit,eſſe contra ſcripturarum tex-
tum Romanam eccleſiam eſſe alijs ſuperiorem: cum etiam ſit contra ipſa decreta.
Diſ.95.olim. Nam & hæc B. Hierony.uerba narrat decretum, atq; ſi ibi non approbarentur: ta-
men quia ſolidis pugnat diuinæ ſcripturæ armis,etiam ſi totus mundus,& Angelus
de cœlo contradixerint,nihil dixerint: Atq; ita ſatis puto,& probatam noſtram pro-
poſitionem, & diſſoluta omnia argumenta: quæ uel fingi contraria poſſunt. Stat ſen
tentia fixa,non diſpenſationis diuinæ ueritate, ſed eccleſiæ conſuetudine,Epiſcopos
eſſe maiores præſbyteris. Hæc Ludder in damnato & hæretico libello.

Epiſcopatum eſſe ordinem ultra ſacerdotium probatur ex Dionyſio, Gloſ. ordinaria, Anacleto, Euſebio, Canonibus Apoſtolorum qui ſunt approbati. Cap. XXII.

INgreditur quam magnifice,ac baſilice noſter Thraſo: & ſacras temerarius
corrumpit literas: ut erroneam & damnatam, quibuſuis coloribus depin-
gat ſententiam: at ſi recte quis expendat Hieronymi uerba, quæ tragico
inducit cothurno diuerſarius: quibus ambiguum illud ſcholaſticum tangit,an Epi-
ſcopatus ſit ordo ſupra ſacerdotium: quod Theologiæ interpretes controuertunt,
cum iuris Pontificij profeſſoribus: quamuis non ſit opus hoc in præſentia diſcute-
re: quoniam datis his omnibus: quæ diuerſarius ex Hieronymo aſſumit: quod olim
Epiſcopus non differebat a ſacerdote: tamẽ ex hoc non reuincit propoſitum ſuum:
quoniam etiam ſi omnes ſunt æquales ſacerdotio, adhuc poteſt unus omnibus alijs
præeſſe adminiſtratione,& regimine, qui gubernacula teneat. Et temonẽ fluctuan-
tis nauiculę: ſicut modo omnes Epiſcopi, Archiepiſcopi,& Papa, omnium iudicio
pares ſunt ordine: tamen Romanus Pont. cunctis præfertur regimine & poteſtate:
quare nec Hierony.nec inducta per eum obuiant propoſito noſtro: & friuola eſt di
uerſarij ampulloſa inductio: quod credit Petrum, Paulum, Iohan. Lucam,aduerſa-
ri concluſioni noſtræ primariæ.

¶ Sed age etiam ipſum dubium quod tangitur diſcutiamus, ne maneat aqua plu-

uiatilis

uiatilis in tenebroſis nubibus: ubi ego in eam deſcendo ſententiam, Semper iure diuino Epiſcopatum fuiſſe ſuperiorem ſacerdotio, etiam Apoſtolorum tempore, principum, & fundamētorum eccleſiæ: Moueor quod ſacer Dionyſius Apoſtolorum contemporarius & diſcipulus, qui B. Hieronymum ferme. 300. annis præceſſit optime nouit primitiuæ eccleſię inſtitutionem, ac traditionem Apoſtolorum: modo libro de eccleſiaſtica hierarchia, ſacrorum ordinum myſteria tradit, & ordinationes ſolum tradit, prçſulis, ſacerdotis, & diaconi: itaq; iure diuino in primitiua eccleſia tres fuerunt ordines ſacri: tradit ibi Dionyſius quomodo diuerſa ſit eorum ordinatio. Idem quoq; S. Dionyſius enumerat munera peculiariter Epiſcopo tributa iure diuino: ait enim quo circa diuina lex Pontificalium ordinationum ſanctimoniam, & diuini confectionem unguenti, ſacramq; altaris conſecrationem reuerentiſſimorum Pontif. officijs, atq; uirtutibus, æterna ſorte diſtribuit. Eſt igitur pontificalis ordo; qui conſumanti uirtute ſuffultus, perficientia quæq; hierarchiæ præcipuo, & proprio peragit munere: ſacramentorumq; diſciplinas exponendo tradit, edocetq; pro ratione conſtantes & ſacros ipſorum ordines atq; uirtutes, & inſpicienti Dionyſium illum antiquiſſimum Theologum, non poteſt eſſe dubium. *Epiſcopatus ordo ſupra ſacerdotium. Dionyſius.*

¶ Iuri autem diuino hoc uidetur conſentaneum: quoniā Chriſtus Luc. ix. Mat. x. & Mar. iij. conſtituit Apoſtolos xij. quibus dedit poteſtatem ſuper omnia dęmonia & ut languores curarent: & miſit illos prædicare regnum dei, & ſanare infirmos: poſt hæc autem deſignauit dominus alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatē & locum: quo ipſe erat uenturus: ſed ſicut in Apoſtolis eſt forma Epiſcoporum, ſic in ſeptuaginta duobus eſt forma preſbyterorum, ait gloſ. ordi. Cuius rei teſtis eſt nobis, & alius Apoſtolorum diſcipulus, & contemporarius S. Martyr Anacletus Cano. xiij. dicens ipſis quoq; decedentibus (Apoſtolis) in loco eorum ſurrexerunt Epiſcopi: quorum ordinatio, prætaxato debet fieri ordine, & infra. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multā & operarios paucos, rogauerunt dominum meſſis: ut mitteret operarios ſuos in meſſem ſuā. Vnde electi ſunt ſeptuaginta diſcipuli: quorum typum gerunt preſbyteri, atq; in eorum loco conſtituti ſunt, in eccleſia. Gratianus tranſcripſit, quare Epiſcopi ab initio eccleſię, inſtitutione Chriſti differebant a ſacerdotibus, ſicut Apoſtoli a diſcipulis. *Anacletus. Diſ. 21. In nouo*

¶ Et hunc diuerſum ordinem ſacerdotij forte uoluit S. Paulus cum ad Romanos diceret. Habentes donationes ſecundum gratiam: quæ data eſt nobis differentes. Vnde differentes ſemper fuerunt gradus in eccleſia dei: quod præter ſuperiora colligitur ex eo quod ſcribitur. Cum Philippus a Hieroſolyma ad Samariam deſcendiſſet, & multos prædicando ad fidem conuertiſſet, quos baptizauerat: Apoſtoli qui erāt Hieroſolymis, miſerunt ad Samariam Petrum, & Iohannem ad eos confirmandos: ubi gloſſa dicit, quod ſolis Epiſcopis licet, ideo Philippus non confirmauit. *Roma. 12. Actu. 8.*

¶ Hoc S. Euſebius Papa & Martyr, qui & ipſe B. Hierony. præceſſit teſtatur Confirmationis ſacramentum ab alijs perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus: nec a tempore Apoſtolorum ab alijs, quam ab ipſis Apoſtolis ſcitur eſſe peractum: nec ab alijs quam qui eorum tenent locum, unq; perfici poteſt aut fieri debet. Habes hic Candide Lector in adminiſtratione ſacramenti confirmationis, ſemper Epiſcopos fuiſſe diſcretos a preſbyteris a tempore Apoſtolorum. *Euſebius.*

¶ Hoc indicant ſacratiſſimi Apoſtolorum Canones. Vbi Canon. 1. diſponit Epiſcopum a duobus, aut tribus ordinari, Canon. ij. decernit præſbyterum ab uno Epiſcopo ordinari: q̄ſi authoritate Iſiodori (cui alioquin parum tribuit diuerſarius) inquis Apochriphos eſſe illos Canones: ego ei reſpondeo: quia Iſiodorum authorem appellet non grauem, & iunior eſt Iſiodorus: ueterem ego S. Martyrem & papā temporibus Apoſtolorum ſatis uicinum S. Zepherinū adferā: qui iā ſenio cōfectus *Apoſtoli. Canones Apoſtolorū appro. Iſiodorus. Zepherinus.*

Anno gratiæ.208.Pontificatum inijt: is decreuit ſexaginta ſententias Apoſtoli præ ſcripſerunt,cum alijs pluribus Epiſcopis: quas ſeruandas eſſe cenſuerunt. Canones etiam illi ſunt recepti & approbati in.vi.Synodo.Renarrat Gratianus. Porro Iſidorus non ait eos eſſe Apochriphos: ſed refert ab alijs eos ſic tractari: unde fatetur eos Synodali authoritate approbatos.Vnde etiam,& ſexta Synodus approbata fuit, & recepta per Agathonem Papam,& Adrianum Papam.

VI. Synodus. Diſ.16. placuit

Agatho.

¶ Euidentiſſimum autem huius ſignum eſt: quod degradatus,& qui Epiſcopatum reſignauit,cōfert ordines: licet non ordinis executionem: quare in eo impreſſus eſt character inauferibilis,niſi enim quippiā inueniretur in illo renunciante, uel degradato indelibile, Papa poſſet huic auferre poteſtatem ordinandi: ſic quod attentans nihil ageret: & hoc apparet mihi ueriſſimum de iure diuino Epiſcopum ſuperiorem ſacerdotio etiam ordine.

De ord. ab Epiſc.qui renun. Epiſ.cap.1.

Reſpondetur ad Hierony. Cur olim nomina Epiſcopi & præſbyteri fuerint mixta.Sed res eſſe mixtas ſit hæreſis arrianorum. Cap.XXXIII.

Liquidum iam fore arbitror,etiam ſi Hieronymiana ſententia præferatur: adhuceam nobis non aduerſari inſtituto noſtro: quoniam ſi hoc etiam uerum eſſet,quod diuerſarius magna temeritate delyrat, in qualibet ciuitate debere eſſe Epiſcopum proprium iure diuino: & ſic pares eſſent ordine omnes ſacerdotes,cum Epiſcopis: adhuc non eſſet conſectarium,Papam non habere, Primatū inter omnes,ſicut modo: quāuis ordine omnes epiſcopi ſunt æquales,tamē Papam dignitate prælatione,& regimine oībus præferimus: quoniā prælationis excellentia, ſacerdotalis ordinis inæqualitatē nō parit. At pergamus ex ordine uerba Hieronymi expendere: ut ſic dilucidum fiat,quod diximus eum nobis non repugnare.

¶ Et quantum ad cauſam dicendi attinet(nam hinc ſumenda eſt dictorum intelligentia ſecundum Hilarium) non fuit principale inſtitutum ipſius explicare: quomodo Epiſcopus a ſacerdote differat: ſed eorum refellere errorem: qui diaconum præſbytero æquabant: hoc egreferens uir ſanctus ſacerdotes dignificat: ut ſic eos diaconis præferat: & quia diuerſarius totā inducit epiſtolā Hiero.quaſi ſolus nouerit eccleſiaſticos patres(ita.n.ſe & ſui iactitāt)ideo uolumus ea Paulo altius digerere

Hilarius.

Ad Hierony.

¶ Primo ait Apoſtolum perſpicue docere eoſdem eſſe præſbyteros quos Epiſcopos: ſed aduertat fidelis,nullibi negare Hieronymum, Epiſcopatum fuiſſe ordinē ultra ſacerdotium: ſed ſolum uoluit temeritatem quorundam ſuperbientium diaconorum reprehendere: qui ſe ſacerdotibus cōferebant: Et quamuis exploratum ſit, Hieronymum non omnia ex ſententia ſcripſiſſe (quod imprimis aduertere debet Hieronymianæ lectionis ſtudioſus) id quod in epiſtola ad Auguſtinum expreſſe teſtatur. Vnde frequenter expoſitiones aliorum renarrat: Et ne quicquam reliquum ſit quo quis hæſitet hoc quoque non eſt prætereundum,ſemper fuiſſe ipſa diſtinctionem Epiſcopi a ſacerdote, iuxta allegata, & probata prioris capitis: tamen nomina illa propter eorum interpretationem fuerunt mixta: ita ut nomen Epiſcopi præſbytero tribueretur. Nominis enim interpretatione Epiſcopus dicitur ſuperintendens in ſpecula poſitus,ut ex Græca ratione liquet. Et B. Auguſtinus teſtatur lib.xix.de ciuitate dei, ob hoc Apoſtolus ait,qui Epiſcopatū deſyderat,bonū opus deſyderat, exponere uoluit, quid ſit Epiſcopatus,quia nomen eſt operis,non honoris. Græcum enim eſt,& inde deductum uocabulum,quod alijs præfectus ſuperintendit: & curam gerit eorum, quibus præficitur. Nam Επισκοπειν, Græce ſi uelimus,Latine ſuperintendere poſſumus dicere: ſic præſbyter πρεσβύτης, ſenior dicitur: quare ſecundum nominis interpretationem in adiectiua ſignificantia, præſbyteros appellabant Epi-

Hierony.

Augu. Cap.19.

Epiſcopus.

Præſbyter.

bant Epiſcopos, Paulus, Petrus, & Lucas; quod ſignificanter exprimit Hierony- dicens appellabant; quantumcunq; eſſet in re diſtinctio; ſed poſtmodum ad ſchyſmata uitanda, neceſſarium fuit etiam nomina diſtinguere, & ſeparare: ut qui inter alios ſacerdotes eſſet Hierarcha, diuiniſſimarum functionum princeps, is dumtaxat Epiſcopus diceretur.

¶ Accipe huius rei ſimile. Ducis uocula primo fuit communis omnibus præfectis bellorum: qui Duces dicebantur ſecundum nominis interpretationem a ductandis exercitibus, & ita ab actione: tamen paulatim inualuit, ut natalibus claros ſignificaret; proximos poſt regiam dignitatem: ubi pueri, nec dum exercitum conſpicati, duces appellantur & ſunt. Vnde aliud eſt cum uocula aliqua utimur ſignificatiõe a qua eſt impoſita, & ad quam eſt impoſita: quod elementarius puer dialecticus nouit, & nos in parte argumentatiua ſcemmatis quinq; de centũ, late explicauimus: ſic Apoſtoli nomine & qui dignitatem Apoſtolatus habuerunt, & qui mittantur potiſſime in fide fundanda, ſignificantur. Dux.

¶ Iam arbitror cõſtare diuerſarium fruſtra tam pompoſis uerbis exclamare, quaſi uel Hiero. Petrus, Paulus, aut Lucas, uel Iohannes negaſſent unum Epiſcopum iure diuino alijs prælatum: eo ꝙ tunc morem loquendi communem imitati, ſecundum adiectiuam termini ſignificantiam, appellarunt preſbyteros Epiſcopos.

¶ Et ne dubites ſynceriſſime Lector, in iſta declaratione noſtra: ego addam inuictum robur: quod premat etiam ceruicem diuerſarij: quia dicere Epiſcopum non eſſe ſuperiorem ſacerdote eſt damnata hæreſis Arrianorum: teſtis eſt clariſſimus beatus Auguſtinus libro de heresibus articulo LIII. quia Aetius cum eſſet preſbyter, doluiſſe fertur: quod Epiſcopus non potuit ordinari: & in Arrianorum heresim lapſus, propria quoque addidit dogmata, dicens, Orare pro mortuis, uel offerre non oportere, nec ſtatuta ieiunia ſolemniter celebranda eſſe: ſed cum quiſque uoluerit ieiunandum: ne uideamur eſſe ſub lege: dicebat etiam Epiſcopum nulla differentia debere diſcerni a ſacerdote, hic Auguſtinus Epiphanij, & Philaſtri auctoritate, errorem Arrianorum dicit fuiſſe illam confuſionem Sacerdotij, & Epiſcopatus: quare caue Luddere, ſacris literis non abutaris, & damnatam heresim Arrianorum non defendas. *Hæreſis Arrianorum. Augu.* *Errorem iſtũ de ieiunio tenet etiã ludder*

Non eſſe recens Papam ſanctiſſimum appellari, ſed & Papam Epiſcopos appellare ſanctos. Cap. XXIIII.

Porro ꝙ admonet Papam eſſe preſbyterum & Coepiſcopum, fateor, nec arbitror aliquem Papam erubeſcere hunc titulum, qui multo humiliore iam utitur, ſeruum ſeruorum dei ſe ſcribens: qui & Epiſcopos fratres appellat. At quam turgeat diuerſarius liuore & rebellione, liquet ex eo quod imponit Romanis Ponti. quomodo nomen ſuperbiſſimum hereditent a recentibus, ut quod ſe ſanctiſſimos, ſummos maximos, ſcribant. Primo non memini me legiſſe unquam Papam ſe appellaſſe ſanctiſſimum, uel maximum. Dein fateor, quod patitur ab alijs ſe uocari ſanctiſſimum, ſummum &c. Iſtud quoq; admitto: ſed falſiſſimum eſt, quod diuerſarius audet dicere iſta nomina fore recentia: cum antiquitus ſancti patres & Martyres multo maioribus, & pluribus titulis magnificis uſi ſint, quam modo fiat: non modo ad Romanos Pontifices, ſed ad quoſcunque alios Epiſcopos: non enim me præterit, quod nominarunt aliquando Papam conſocium, ſacerdotem, compreſbyterum, patrem, fratrem, Epiſcopum, Archiepiſcopum, Patriarcham, Summum Pontificem: tamen & preſtabiles ſæpe dedere titulos, ut liquet legenti epiſtolas ſanctorum, quibus appellant confratres ſuos beatiſſimos, ſanctiſſimos, uene- *Sanctiſſimi appellãtur Papa ab antiquo.*

rabiliſſimos,nimium uenerabiles,uere ſanctos,& merito uenerabiles.

¶ Hoc quod tam frequens eſt in libris ſanctorum, inuidia excœcatus non uidit diuerſarius. *Hierony.* Nam S.Hieronymus uir inadulabilis ſcripſit B.Auguſtino,uere ſancto & *Augu.* beatiſſimo Papæ, & beatus Auguſtinus ſcribens Bonifacio Papę lib.1. contra duas epiſtolas Pelagianorum,acceperam beatiſſime,ac uenerande Papa Bonifaci Sanctitatis tuæ &c. *Aphrica.* Sic ſcripſit Aphricanum Concilium,Domino beatiſſimo, & honorandiſſimo fratri ſancto Innocentio Papæ.Similiter ſcripſit Concilium Milleuitanum. Sic ad Bonifacium ſcripſit Auguſtinus, Summum Epiſcoporum, ita in actis Concilij Chartaginen. frequens eſt ſanctitatis, beatitudinis,beatiſſimi, ſanctiſſimi, nomen.

Orientales ¶Orientales quamuis ſchyſmatici,qui S.Athanaſium eiecerant:adhuc appellabant Iulium Papam beatiſſimum dominum & patrem:quid ſi quis iam ſcriberet Papę,ſicut illi ſancti,& inadulabiles uiri.Anaſtaſius & Aegyptij Epiſcopi ſcripſerunt Felici *Ter beatiſſimo* Romano Pontifici,domino ter beatiſſimo,& honorabili ſancto patri Felici, ſanctæ *Athanaſius.* Apoſtolicæ ſedis urbis Romæ Papę Athanaſius, & uniuerſi Aegyptiorum, Thebaidorum,& Lybiorum Epiſcopi in ſancta Synodo Alexandrina gratia dei congregati,ueſtro ſancto ſuggerimus Apoſtolatui &cæ.Vide candide Lector ante M.C. annos ſalutatum eſſe Roma.Ponti.ter beatiſſimum,a tam ſancta Synodo,& calumniator audet dicere,hoc eſſe nomen recens ac ſuperbũ: quod Papa beatiſſimus,ſanctiſſimus dicatur:quod eſt tam frequens in eccleſiaſticis patribus.Eadem S.Synodus in fine appellat Papam ſanctiſſimum patrem patrum. *8. Synodus.* Sic viij. Synodus in ſubſcriptione libelli Nicolai Papæ ſcripſit. Sequimur ſanctam Synodum, & amplectimur,quam beatę recordationis Papa Nicolaus fecit,cui & ipſe domine coangelice Summe Pontifex Adriane ſubſcripſiſti.

Calcedonen. ¶ Sacra Synodus Calcedonen. ſæpe appellat Leonem Papam ſanctiſſimum. Vnde de Dioſcoro deponendo tractantes, Paſchaſius legatus Leonis Papæ ad Synodum dixit.Volumus diſcere a ſanctitate ueſtra qua pœna dignus ſit? Sancta Synodus dixit,iubet reuerentia ueſtra,ut ultione Canonica contra eum utamur.Reſpondit cõſentitis an aliud placet? Sancta Synodus dixit,etiam conſentimus:nullus diſſentit:totius Synodi una eſt uoluntas. *Iulianus.* Iulianus Epiſcopus Hipponeñ.dixit ad legatos Leõis, petimus ueſtram ſanctitatem,in eo ꝙ magis inter cæteros eminetis,habentes locum ſanctiſſimi Papæ Leonis iuſtam in contumacem promulgare uindictam; ac regulis inſitam contra eum ferire ſententiam:omnes enim nos,& S. Synodus concors efficitur,ueſtræ ſanctitatis ſententiæ. *Paſchaſius.* Paſchaſius dixit quod placet beatitudini ueſtræ unanimiter proferatur. *Maximus.* Maximus Antiochenus Epiſcopus dixit,quod uidetur ſanctitati ueſtrę cenſendum,in hoc concordes efficimur.Iam uides Lector communem fuiſſe ſanctitatis appellationem,non ſolum ad Romanum Ponti. ſed & ad quoſlibet Epiſcopos:quomodo ergo tam inſolens eſt,diuerſarius:ut audeat dicere nomen illud ſuperbum ac recens.

8. Concilium. ¶In geſtis quoq; viij.Concilij actioñ.iiij.adduximus ſuperius de modo ſubſcribendi per patricios:ubi appellarunt Papam ſanctiſſimum dominum noſtrum,Patriarchã & ſanctiſſimos uicarios ſenioris Romæ,in eodem Concilio diffinitum eſt,ne aliquis pręſumat Patriarchas mouere a ſedibus ſuis,pręcipue ſanctiſſimum Papam ſenioris *Diſ. 22. diffinimus.* Romæ.Renarrat Gratianus,& actione iij.eiuſdem Concilij lecta per uicarios ſenioris Romæ Adriani Papæ epiſtola,ſancta Synodus dixit.Canonica, ordinata,& plena iuſtitia eſt epiſtola: quę lecta eſt ſanctiſſimi Papę Adriani. *Adrianus.*

Aſcanius. ¶ Sic Aſcanius,& uniuerſi Epiſcopi Tarraconeñ.Prouincię ad Honorium Papam ſcribentes,appellarunt eum beatiſſimum,& Apoſtolica reuerentia in Chriſto colendum patrem.

¶ Roma

¶ Romanus clerus uacante ſed. Apoſt. per martyrium S. Fabiani ſcripſit Cypriano, *Romani.*
& in fine epiſtolæ optamus te beatiſſime ac glorioſiſſime Papa in domino ſemper bene ualere. Vnde conijcio ego titulos illos reſectos ex epiſtolis Cypria. ne ita in immenſum creſceret liber.

¶ Immo Romanus Ponti. Epiſcopis ſibi ſubiectis ſanctitatē tribuit, uelut Nicolaus *Nicolaus.*
Papa ſcribit Hignaro Remenſi Archiepiſcopo, Excellentiſſimus Rex Carolus Apoſtolatum noſtrum conſuluit: quid agendum ſit de his qui communicant cum his: qui cum Engeltruda ſępe damnata communicant: quapropter beatitudini tuę iniū gimus: ut ſuper hoc auctoritate noſtra fretus, curam de his ſumere ſtudeas: & quia docta diuinitus ſanctitas tua &c. Vide ꝙ meminit eius ſanctitatis & beatitudinis.

¶ S. Paulinus ad Delphinum Anaſtaſium Papam urbis, ſanctum appellat, & ſperat *S. Paulinus*
ſe ad ſanctitatem & beatitudinem Delphini uenturum, inſcriptio eſt, beatiſſimo & merito uenerabili fratri Delphino, & appellat eum benedictum patrem.

¶ Et quia Ludder multum arroganter pollicetur quomodo poſſit pręſtare iuriſta Theologum, Ideo ſi tam oſcitanter legit patrum ſcripta, legiſſet uel Imperatorias le- *L. reddētes, C.*
ges. Victor, Iuſtinianus, Pius, Felix, inclytus triumphator ſemper Auguſtus Iohan- *de ſum. tri. &*
ni ſanctiſſimo Archiepiſcopo almæ urbis Romæ, & Patriarchę reddētes honorem *fi. cath.*
Apoſtolicę ſedi, & ſanctitati ueſtræ: quod ſemper nobis in uoto fuit, & eſt (ut decet patrem) ueſtram honorantes beatitudinem: omnia quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinamus ad notitiam deferre ueſtrę ſanctitatis. Vide nunc candide Lector Imperatorem ante M. ferme annos appellaſſe Papā ſanctiſſimum, beatitudinem, & ſanctitatem ei tribuiſſe. Sic Honorius Auguſt. ſcripſit ad Bonifacium Papam. Victor Honorius inclytus triumphator ſemper Auguſtus, ſancto ac uenerabili Bonifacio Papæ urbis ęternæ, ſcripta beatitudinis tuę debita reuerentiæ congratulatiō. ſuſcepimus.

¶ Vnde cuicunq;, uel frontoſo aut audaculo ſatiſfactum arbitror: non eſſe rccēs nec ſuperbum, nomen ſanctiſſimi: ſicut iſte calumniator contendit: ſed ab antiquis temporibus hanc fuiſſe ſemper conſuetudinem: licet ſeipſos Papæ non ſic appellent: ſed potius ſeruos ſeruorum: quem titulum primo ſibi aſciuerat B. Damaſus S. Hierony *Seru9 ſeruorū*
mi familiaris: licet eum ſequentes, illo titulo uti neglexerunt uſq; ad Gregorium magnum: qui denuo uſus eſt illo titulo, quem omnes Pontifices uſq; in hanc diem ſecuti ſunt. Vnde præſumitur illa diuerſarij calumnia proficiſci ex peſtifera in præpoſitos contumacia: ſicut iniquitatis magiſter damnatę memoriæ, Iohan. Huſs, ut Ro. Pon. mire inuidioſum faceret, & hunc quoq; poſuit articulum xxiij. Papa non debet dici ſanctiſſimus, etiam ſecundum officium. Is autē peſtilens articulus a ſacratiſſimo Conſtantieñ. Concilio iudicatus eſt ad ignem, & cineres.

¶ Ceſſat ergo diuerſarius ſummum eccleſię parentem in terris, Papam Romanum Ponti. calumniari: ne ſuper eum ueniat maledictio Cham reuelantis uerenda patris *Cham.*
nudata: non eſt nomen recens, ſanctiſſimi, ut arbitraris mi Ludder, antiquum eſt & frequens: neq; eſt nomen ſuperbum, & arrogans: quod non ei tribuitur pro ſua perſona: ſed pro officio quod gerit: quia eſt domini Iheſu in terris uicarius: quod niſi reſipueris Ludder, facies te ſuſpectum Huſſitici ueneni, ſicut de Epiſcopi & ſacerdotis comparatione, ni mutaueris ſententiam Arrianorum hęreſi inquinaberis: nam iſta tua doctrina eſt, non ſolum totius eccleſiaſtici ordinis, & hierarchici, ſed etiam totius eccleſię ſubuerſiua. Audi magnum teſtem S. martirem Cyprianum, omnium teſti- *Cypria.*
monio recepriſſimum ad Cornelium Papam ſcribentem. Quod ſi ita res ſe habet frater chariſſime, ut nequiſſimorum timeatur audacia: ut quod mali iure atque æquitate non poſſunt, temeritate atque deſperatione perficiant: Actum eſt de Epiſcopatus, uigore, & de eccleſię gubernandę ſublimi ac diuina poteſtate: nec Chriſtiani

ultra, aut durare aut eſſe poſſumus, & plura quę ſequuntur: tibi ergo auctoritate Cypriani fultus dico, nolle te ultra durare Chriſtianos, niſi uenenatam hanc doctrinam abieceris.

Reliqua uerba Hieronymi explicantur, Gratiani quæ ſit auctoritas traditur, & principale rurſus probatur. Cap. XXV.

AD Hierony. redeo, quando affirmat electum & conſtitutum, factum in remedium ſchyſmatis, hoc inquam uerißimum eſt: nam eadem ratio hoc cōſtituendi fuit ab initio eccleſiæ inter ipſos Apoſtolos: non alium uoco teſtē
Hiera. ꝙ ipſum Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum (quem locum libro primo quoque adduximus) ubi loquitur de S. Petro ſuper quem ædificata fuerat eccleſia, ſubdit tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite cōſtituto ſchyſmatis tollatur occaſio: quę uerba altius expenſa, clare indicant, unum talem alijs preſbyteris in Epiſcopum prępoſitum, in remedium ſchyſmatis, quod hoc Chriſtus ab initio fecit: ut ſchyſmatis tolleretur occaſio: quare ſemper illud fuit, ſ. Epiſcopum diſcretum a preſbytero re: ꝙtumuis eſſet uocularum miſtura. Indicant uerba allata ex Hieronymo, ubi excipit ordinationem in quam non poteſt preſbyter: in eam tamen poteſt Epiſcopus: & hoc fore de iure diuino liquet: ut ſupra aſſumpſimus: quod degradatus nō poteſt arceri, quin ſi de facto aliquem ordinet, ille ſit ordinatus: ꝙ ſi poteſtas ordinandi ei competeret ſolo iure humano: iam humano conſtituto poſſet ei auferri. Et ſi iure diuino preſbyter eſt æqualis Epiſcopo, cur tunc preſbyter ſi attentat cōferre ſacros ordines, nihil operatur.

Hierony. Canti. 4. ¶ Porro quod Hieronymus ait non alteram eſſe Romanam eccleſiam, & alteram totius orbis, libenter recipimus: quoniam una eſt columba, una perfecta, una ſponſa Chriſti, ut libro 1. oſtendimus. At quod orbis maior eſt urbe, nemo in hoc ambigit, orbem eſſe maiorem quo ad merita, uirtutes ſcientiam, & ſecundum uigorem conſuetudinis, non poteſtatis: uolo dicere. Conſuetudo orbis præualet conſuetudini urbis, ſed non eſt ſupra poteſtatem urbis. Et quod illa ſit intentio Hierony. de conſuetudine liquet ex eo: quia ibi loquitur de abuſu cōſuetudinis, qua diaconi pręferebāt ſe preſbyteris: alioquin ſi totus mundus conueniret, non poſſet uni homini conferre tantam poteſtatem quantam habet Papa, ut ſuperius lib. 1. oſtendimus: ſi poſſet capere diuerſarius, rotunde ei dicerem. Maior eſt auctoritas orbis extenſiue & executiue: ſed non intenſiue: non ꝙ in orbe aliquam poteſtatē habeat in ſpiritualibus, quā non habeat Papa: ſed quam non exequitur.

Orbis maior urbe.

¶ Conſentimus quoq; Hieronymo nō referre, quo ad ordinem, meritum, & ſacerdocium, an ſit Epiſcopus Romæ, Rhegij, Conſtantinopoli &c. quia æqualis eſt ordo omnium: ideo paupertas, uel locus inſignis, alium alio facit ſublimiorem: ſed in poteſtate regiminis, oſtendimus Romanum Ponti. alijs ſuperiorem: qđ Hierony. nulli bi negat: ſubdit enim, omnes Apoſtolorꝝ ſucceſſores ſunt, per hoc Epiſcopatū denotat eſſe ſuperiorem ſimplici ſacerdotio: quoniam ſacerdotes ſucceſſores ſunt ſeptuaginta diſcipulorum.

In Ludderum. ¶ Fruſtra hic crepat diuerſarius, quaſi non permittatur ei ſentire cum Petro, Paulo, Iohanne, Luca, quis enim eſt qui ei non permittat ſentire cum ſanctißimis fidei noſtræ fundamentis? immo quis eſt, qui non maxime deſideret eum cum illis ſentire? Contra quis non moleſte ferat? Quis non defleat eum torquere uerißima ſanctorum dicta, illa corrumpere, & lacerare, ac corruptam eis tribuere intelligentiam, ſecundum deſideria cordis ſui. Non enim illi ſunt irreuerentes, non ſeditioſi, non com-

burendi:

In hæreticos

burendi:ſed qui ſanctiſſimorum patrum ſcripta in peruerſas trahunt ſententias, ſiniſtras apponunt interpretationes, falſas ſingunt pro arbitrio gloſſas, & in ſumma aliter ſacram intelligunt ſcripturam: quam ſpirituſſanctus efflagitet: quod diuerſari9 niſi ab incepto deſiſtat, ſtrennue agere uidetur. Vnde heretici oẽs ferme clamarunt ſe ſentire cũ Euãge. ſacris literis, cum remotiſſime a uera intelligentia declinarẽt: quare non ſufficit allegare Euangelium, non Petrum, non Paulum, nõ Iohannem. Hoc enim nobis cum hereticis commune eſt: ſed ueram & probatam adductorum intelligentiam habere.

Gratiani auctoritas. *Auſus fuit illud cõburere 1521. in Nouembri.*

¶ Sed ridiculum eſt, quod ſequitur apud diuerſarium de decretis, loquitur de decreto Gratiani, quod ipſe alioquin ſolet irridere: iam adducit illud pro ſe, quia Gratianus renarrat uerba illa Hieronymi, quaſi plus ualeret illa ſententia: quia a Gratiano repetita: quam quod a Hieronymo dicta: miranda noſtri IuriſtaTheologi inſcitia. Decretum Gratiani dicit approbatum: adhuc ignorans qua auctoritate recipienda ſunt a Gratiano conſcripta. Memor fuiſſet uel ſui propugnatoris Carlſtadij, cui cum obijcerem Canonem decreti: ſtatim magno boatu obiecit, Decretum non eſſe approbatum. Vos ergo alios expugnaturi, primo inter uos concordiam paſcimini: quoniam omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Concilietis ergo pugnantia: dein uobis reſiſtentes adgredimini: At quæ ſit decreti Gratiani auctoritas, liquet ex Panor. in procemio decretalium per doctores communiter cap. ij. de reſcriptis, & ibi eos renarrat Felinus: non enim plus probat mihi capitulũ in Gratiano: ꝙ is cuius nomine eſt inſcriptum. Itaq; Canon legimus, quia eſt Hieronymi, mihi non plus probat, quam Hieronymus: at quæ ſit Hieronymi intelligentia nos aperuimus.

Panor. *Felinus*

Hierony.

¶ Sic uerba B. Hieronymi ſuper epiſtola Pauli ad Titum, ex prioribus diſcutiũtur: nam uerba Epiſcopi, & preſbyteri aliquanto tempore fuerunt promiſcua: que dein ſignate diſtincta fuere: ſicut res ipſe erant differẽtes: quare inaniter iactat diuerſarius quaſi Romanum Ponti. alijs eſſe ſuperiorem ſit contra decreta iureconſultoꝝ: quaſi capitula per Gratianum ex commentarijs patrum ſumpta ſint decreta: ꝙuis etiam ſi eſſent decreta, falſum eſſet illa Pontificie dignitati repugnare. Sic Thraſo iactat ſeſo lidis pugnare ſacre ſcripturæ armis: & nos iam diximus, omnes hereticos ſibi hoc arrogare: ſed ꝙ bene quis pugnet ex ſacris literis, hic labor hoc opus eſt. Scimus ergo etiam ſi angelus de cœlo contra Euangelium dixerit, anathema eſſe: tamen recte diuerſario ſacris literis ſane intellectis repugnamus. Abſit ergo ut fixa ſtet Arrianoꝝ peruerſa hereſis, Epiſcopum iure diuino, non præferri ſimplici ſacerdoti.

Anacletus

¶ Q; ꝙuis inuictiſſime noſtram aſſertionem in ſuperioribus probauerimus: tamen ne hiſcere poſſit proteruus in contrarium addamus. S. martyris Anacleti teſtimonium, qui plus 2 5 0. annis præceſſit Hieronymum, & uicinus fuit temporibus Apoſtolorum: utpote qui eis ſuperſtitibus uixerit, is Canone xix. ait. Epiſcopi Apoſtolorum, preſbyteri quoq; lxxij. diſcipulorum, locum tenent. Epiſcopi autem non in caſtellis neq; modicis ciuitatibus decent conſtitui: ſed præſbyteri per caſtella, & modicas ciuitates atq; uillas ab Epiſcopis debent ordinari, & infra. Epiſcopus non ordinetur ad modicam ciuitatem: ne uileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem nominandus eſt. Vide candide lector quantum interſit inter Epiſcopum, & preſbyterum in ipſis, quaſi initijs eccleſie.

Epiſcopi nõ in paruis locis

Leo.

¶ Conſentit Leo magnus Canone xxxvij. Illud ſane ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia uolumus Canonum ſtatuta ſeruari: ut non in quibuſlibet locis neq; quibuſcunq; caſtellis, & ubi ante non fuerint, Epiſcopi conſecrentur: cum ubi minores ſunt plæbes, minoreſq; conuentus, preſbyterorum cura ſufficiat. Epiſcopalia autem gubernacula, non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus opor

teat præſidere: ne quod ſanctorum patrum diuinitus inſpirata decreta uetuerunt,
Aphricanum Concilium. uiculis & poſſeſſionibus obſcuris, uel ſolitarijs municipijs, tribuatur ſacerdotale faſti
gium, Illud idem ſtatuit Aphricanum Concilium ad propoſitionem Felicis Seleu
citani Epiſcopi. Expende ſyncere Lector & ueritatis amice, S. Leonem ante M. L.
annos non primum, ſed auctoritate decretorum ſanctorum patrum diuinitus inſpi
ratorum: & ita a primitiua eccleſia dixiſſe: ut preſbyteri caſtellis & municipijs dati
ſunt, ſed Epiſcopi ſolum inſignioribus locis: Stat ergo inuicta eccleſiæ ſententia, Epi
ſcopum preſbytero iure diuino ſuperiorem, a qua Hieronymus & ſacra ſcriptura
minime diſſentiunt.

Obiectio Ludderi Epiſcopum non eſſe ſupra preſbyterum, & quomodo a plæbe debeat eligi. Cap. XXVI.

DEpoſitis aliquot nebulis Ludderanis: iam fidenter & alia eius ruinoſa deſpi
Diſ. 93. Epūs. ciamus fundamenta, Tertium inquit addo decretum. Epiſcopus in quoli
bet loco ſedens, ſtare preſbyterum non patiatur, & iterum alio loco cap. E
piſcopus. Epiſcopus in eccleſia in conſeſſum preſbyterorum ſublimior ſedeat: intra
domum uero collegam prẹſbyterorum ſe eſſe agnoſcat, hæc ibidē eſſe decreta Con
Verba ludderi cilij Chartagineñ. iiij. dicuntur: quæ certa hæretica ſunt, ſcandaloſa, & ſeditioſa, ut uo
cant, ſi Epiſcopi iure diuino preſbyteris ſublimiores ſunt: quos eſſe collegas Epiſco
porum ſtatuunt, multo magis, ſi unus Epiſcopus cæteris ſublimior eſt: deleant ergo
primum ſua decreta: quę nos cogunt diſcere, ut quid damnāt in nobis, quod ipſi nos
docent: patet itaq; re ipſa ęquales Epiſcopos inter ſe & prẹſbyteros ſolo uſu & eccle
ſiæ cauſa alium alij prẹferendum. Ex quo ulterius ſequitur. Si Primatus Rom. Pon
tificis uergere incipiat in eccleſiæ detrimenta, omnino tollendus eſt de eccleſia: quia
humana iura, & conſuetudines, pro eccleſia ſeruire debent, non contra eccleſiam mi
litare. Quod ſi nonfiat iam coram deo traditio hominum irrita facit mandata dei: qua
re uide q̃ tenui pendeat filo, Romanorum adulatorum tyrannis: quę ſeipſam aucto
ritate diuina conata ſtabilire, ſeipſam penitus ea ratione ſubuertit.

Cyprianus. ¶ Huc & Cyprianum uoco, quem & B. Auguſtinus allegat lib. ij. cap. ij. de Baptiſ
mo dicentem. Neq; enim quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe Epiſcoporum conſtitu
it, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit: quando ha
bet omnis Epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium:
tanq̃ ab alio iudicari non poſſit: quomodo nec ipſe poteſt alterum iudicare: ſed expe
ctemus uniuerſi iudicium domini noſtri Iheſu Chriſti. Hic glorioſus martyr fatetur
tyrannidem eſſe ab uno Epiſcopo alios cogi ad obedientiam. At hanc tyrannidem,
uelut iuſtitiam pene omnes decretalium ſyllabæ, & ſtatuunt & ſeruant tanq̃ diui
Augu. nam auctoritatem. Deinde mirum eſt, ꝙ B. Auguſtinus non redarguit Cyprianum
a ſe allegatum: ſi ſenſit eum contra ius diuinum loqui, ſed potius cum eo ſenſit, omēs
.ſ. Epiſcopos eſſe ęquales.

Cypri. ¶ Idem Cyprianus lib. 1. epiſtolarum, epiſtola iiij. ad Felicem prẹſbyterum, probatu
rus diuinis teſtimonijs, quod in poteſtate non Epiſcoporum ſed plẹbis, maxime ſit
eligere aut recuſare Epiſcopos: dicit propter quod plæbs obſequens dominicis præ
ceptis, & deum metuens a peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi
ſacerdotis ſacrificia miſcere: quando ipſa maxime habeat poteſtatem, uel eligendi
dignos ſacerdotes, uel indignos recuſandi: quod & ipſum uidemus de diuina au
ctoritate deſcendere: ut ſacerdos plẹbe præſenti ſub omnium oculis deligatur: & di
gnus atq; idoneus, publico iudicio, ac teſtimonio cōprobet, ſicut in Numeris Moyſi

præcepit

præcepit dominus dicens, apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarū filium eius, & impones eos in montem coram omni ſynagoga, & exue Aaron ſtolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appoſitus moriatur illic. Coram omni ſynagoga iubet deus conſtitui ſacerdotem, id eſt inſtruit & oſtendit ordinationes ſacerdotales, non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: ut plębe præſente, uel detegantur malorum crimina: uel bonorum merita prædicentur: & ſic ordinatio iuſta, & legitima: quæ omniū ſuffragio, & iudicio fuerit examinata: quod poſtea ſecundum diuina magiſteria obſeruantur in Actibus Apoſtolorū, quādo de ordinando in locum Iudæ Epiſcopo, Petrus ad plębem loquit. Surrexit inquit Petrus in medio diſcentium &c. Nec hoc in Epiſcoporū tantum & ſacerdotum, ſed in diaconorum ordinatiōe obſeruaſſe Apoſtolos aduertimus, de quo & ipſo in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, & conuocauerunt inquit, illi duodecim totam plębem diſcipulorū, & dixerunt eis &c. quod utiq; idcirco tam diligenter & caute conuocata plębe tota gerebatur: ne quid ad altaris miniſterium, uel ad ſacerdotalē locū indignus obreperet: propter quod diligenter de diuina traditione, & Apoſtolica obſeruatione, ſeruandum eſt, & tenendū, quos apud nos quoq;, & fere Prouincias uniuerſas tenetur ut ad ordinationes rite celebrādas ad eam plębem, cui prępoſitus ordinatur, Epiſcopi eiuſdem Prouinciæ propinqui quiq; conueniant, & Epiſcopus deligatur plębe pręſente, quę ſingulorum uitam pleniſſime nouit: quod & apud uos factum uidemus in Sabini noſtri collegę ordinatiōe, ut de uniuerſę fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum qui in præſentiam conuenerant: qui de eo ad uos literas fecerant, iudicio Epiſcopatus ei deferretur, & manus ei in locum baſilidis iponeret. *Nume.20.* *Actu.1.* *Actu.6.*

¶ Hunc ritum per multas, & alias epiſtolas, idem Cyprianus commemorauit, & ſuper ſuffragium populi, & iudicium propinquorum Epiſcoporum, ita allegans, ut hanc ex deo ordinationem eſſe cum fiducia pronunciet: qui ritus quid ſit ad eum, qui hodie ex urbe petitur: in quo non modo excluſus eſt populus: ſed nec ſacerdotum electio ſatis eſt, aliis relinquo: nec referre eſt neceſſe: quanto fęlitius is hodie ritus diuinus ſeruaretur: præſertim tot ſacerdotibus malis regnantibus, & inuito populo impoſitis: Nam uidemus per Roma. curiam per gratias ſuas expectatiuas, paſſim in mundum etiam intrudi ſacerdotes, tranſeant hæc. Hoc queror quod hūc ritum ſacratiſſimū, & uetuſtum, iuriq; diuino per oīa conformē, hi noſtri hæreticū, & damnatum haberi uolunt, præ ritu ſuo recentiore: cum certum ſit omnibus S. Nicolaum, S. Martinum, S. Auguſtinū, S. Ambroſium omneſq; priſcos patres eo modo fuiſſe ordinatos. Sit itaq; ritus hodiernus: qualis eſſe poteſt, modo Romanum Pont. non iure diuino id poſſe putemus: ne tot ſæculorum Sanctos, & Martyres cōtra ius diuinum egiſſe damnemus. Hæc frater Ludder in damnato libello &c. *Cyprianus.*

Oſtenditur concilium Chartaginen. non reſiſtere primatui, nec Cyprianum. Cap. XXVII.

Mirandus eſt noſter Protheus: qui mille figuris ſe oſtendit, in omnem ſe uertit formam, in omnem uelut Cameleon ſe tranſmutat colorem: iam enim ſanctos doctores contemnit & reiicit: quia homines fuerint: iam omnium contradicentium ceruicem premere laborat eorundem authoritate, ac ſi ipſe extra omnem aleam poſitus pro libito negare poſſet, & acceptare ſanctos patres: alii uero allegatis ſuis arcerentur: iam allegantem decreta quantumuis antiquiſſima, refutat: quia ſint frigidiſſima: dum autem ei placuerit omne præſidium in eis locat: & ut plane agnoſcas lector res ad triarios rediiſſe, audet diuerſarius ſua, etiam gloſſematibus decreti tueri qui non uult pati, ut contra eum decreta allegentur: citat ergo pro ſe decreta Concilii Chartaginen. nam his mendicimoniis abutitur diuerſarius *In Lidderū negantem doct.* *dis. 95. Epiſco. Chartaginen. Concilium.*

qui Conciliorum Canones originales nunꝗ uidit. Eſt autem Candide Lector, iiij. Concilij Chartaginen. Canon. xxxiij. Vt Epiſcopus in quolibet loco ſedẽs, ſtare pręſbyterum non patiatur, & Canon. xxxiiij. Vt Epiſcopus in eccleſia in conſeſſu pręſbyteroꝝ ſublimior ſedeat. Intra domum uero collegam ſe præſbyterorum eſſe agnoſcat. Hos Canones diuerſarius exclamat hæreticos & ſcandaloſos, ſi Epiſcopi iure diuino ſint ſublimiores præſbyteris: ſed expende Lector pudendum errorem & craſſiſſimam inſcitiam diuerſarij: nam dum Canon Epiſcopum ad humilitatem *Luce. 22.* hortatur, iuxta Euangelicum præceptum, qui maior eſt in uobis fiat ſicut minor, diuerſarius lacerans Canones, interpretatur eos, ac ſi iure diuino decernant Epiſcopũ non eſſe ſuperiorem ſacerdote: hoc facit magna diuerſarij temeritas, omnia tentantis interpretari pro ſuo libito.

Ludder contra dicit Aphricano Concilio. ¶ Nam ſenſum ab eo datum, nedum extrarium eſſe, ſed repugnantem ſacro illi Cõcilio pluribus Canonibus liquet ibi decretis, nam Canone. ij. diffiniuerunt quæ ſint neceſſaria ad Epiſcopi ordinationem, & Canone. iij. quomodo Epiſcopus ordinetur: quare ſenſit Concilium Epiſcopum eſſe ſuperiorem ſacerdotio ratione ordinis ſuſcepti: liceat ſe debeat gerere erga preſbyteros uelut collegam, gerens formã humilitatis, ſicut S. Auguſtinus (qui eidem Concilio interfuit) B. Hierony. compræſbyterum appellauit: plurimi enim Canones ſtatuti ſunt eodem Concilio pro humilitate epiſcopoꝝ. Cano. enim xiiij. dicitur quod Epiſcopi uilem deberent habere ſuppellectilem, menſam ac uictum pauperem.

¶ Vnde ſi diuerſarius tam ſtudioſe ueritatem quæſiuiſſet: quã proterue eam ſubuertere nititur. Ex Canone, ſequente duos allegatos, uidiſſet ſtatim Concilium per hoc quod dixit Epiſcopum eſſe collegam, non uoluiſſe eum fore æqualem præſbytero, dixit enim Canon. xxxv. eiuſdem Concilij præſbyteri qui per dioceſis eccleſias regunt, non a quibuſlibet, ſed a ſuis Epiſcopis omni anno ante Paſchæ ſolemnitatem chryſma petant, intelligis iam præſbyterum minorem Epiſcopo: a quo chryſma petat: & quod ſit ei ſubiectus, quia a ſuo Epiſcopo &c. Vnde liquet error prius detectus: quando aſſerit in unaquaqꝫ ciuitate de iure diuino eſſe Epiſcopum debere: qui hic habemus uniuſcuiuſqꝫ epiſcopi dioceſes: mirandum ergo, quod cum tam friuola adferat diuerſarius, in his tamen ita temere figit pedem: & quaſi iſta ualerent ad cõtentionem, tam iactabunde audet illa opponere. Non ergo delenda ſunt decreta, ſed prauus diuerſarij intellectus, ignito eloquio purgandus eſt.

¶ Sed blaſphema & hæretica eſt diuerſarij illatio: quia eccleſiam militantem deſtruere uellet, ꝑpetuum caput miniſteriale auferendo, credens pro ꝑuerſo ſuo dogmate caput illud conſtitutum traditione hominum: quod a deo eſſe lib. 1. maniſeſtiſſimis teſtimonijs probauimus: Vnde non tenui filo, ut autumat & calumniatur diuerſarius: ſed diuina indefectibili uoluntate pendet Romani Pontif. poteſtas, in ſacris literis, & Concilijs declarata.

Cypria. ¶ Deiecta decreti Aphricani peruerſa inductione a diuerſario facta. Ad S. Cyprianum ueniamus: quem citat ab Auguſtino inductum: ſed miſera inductio, & minime ſibi coherens. Cum enim intelligentia dictorum ex cauſis dicendi accipi debeat: *Augu.* ideo diuerſarium ponderare oportebat ad quod inſtitutum Auguſt. uerba illa aptauerit. Ait enim cum in Chartagine conueniſſent Kalen. Septemb. Epiſcopi plurimi ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cum præſbyteris, & diaconibus, ubi Cyprianus de hæreticis baptizandis, ſententiam ſuam expoſuit in Concilio, ex humilitate ſua nolens alios compelli ad ſibi aſſentiendum, proſequitur uerba per diuerſarium citata: ubi quiuis rationis capax aduertit Cyprianum locutum de ſuis collegis: *Primas Chartaginen.* nam ꝗuis eſſent plures Primates in Aphrica, ut ſupra meminimus: tamẽ Chartaginen. erat quaſi prior inter alios, & habebat poteſtatem alios conuocandi: at quia

alij non

alij non erant ei ſubiecti,iudicabatur a Concilio,ſicut alius Epiſcopus, ut clare indi- cat Canon,ex concilio Mileuitano: quam ordinationem etiam ante illud Conci- lium obſeruatam,uerba Cypriani docent: ergo locutus eſt Cyprianus de ſuis colle- gis in Aphrica,& ex illis nullus erat Epiſcopus Epiſcoporum: adde quod totum Con cilium,80.ferme Epiſcoporum cum Cypriano, tunc errauit: quod tamen Dona- tiſtæ poſtea acceptarunt: excuſat tamen Auguſtinus Cyprianum lib.2.cap.8.quia ſubiecit dicta ſua eccleſiæ,& cuilibet melius ſentienti. 2.q.6.placuit. Concilium errauit. Donatiſtæ.

¶ At expendat euanidam & languentem diuerſarij inductionem,ſtudioſus lector, nam magnificis uerborum ampullis crepat hic diuerſarius: teſtatur Cyprianus ty- rannidem eſſe,ſi unus ex eis in Aphrica uellet conſtituere Epiſcopum Epiſcoporum. Hic Ludder ultra uaſtum mare transfert ad Romanum Pont,deteſtatur Cypria- nus,ſi unus conſtituat alios cogere ad obedientiam. Ludder transfert ad eum, cui obediendum ius diuinum ſtatuit. Vnde non opus erat Auguſtinum reprehende- re Cyprianum uera dicentem: ſed potius reprehendendus eſt diuerſarius: quod ita deſipit: ut credat hic negari Epiſcopum Epiſcoporum a Cypriano; quia negat eũ in Aphrica. Laterem ergo hic lauat Ludder.

Epiſcopi electio per plæbem non eſt de iure diuino, ſed iam per Concilia prohibita, & Canonici eccleſiarum Cathedra lium defenduntur. Cap.XXVIII.

PRolixe admodum inducit diuerſarius Cypriani epiſtolam, neſcio ad quã oſtentationem ad fœlicem: cum tamen illa Epiſtola non ſit Cypriani, ſed Concilij Chartaginen.xxxvi.Epiſcoporum: meminit Synodus uetuſti mo ris deligendorum Epiſcoporum per ſuffragia plębis,& cleri,dein clerus omnis Epi ſcopum eligit: poſtremo eligendi poteſtas ad pauciſſimos uenit, puta ad capitu- lum cathedralis eccleſiæ. Lapſus Ludder

¶ At quam ignauiter uerba epiſtolæ ponderat, & more ſuo peruertit. cum ait Cy- prianum cum magna fiducia pronunciare hanc ordinationem eſſe a deo: quod nul libi in illa epiſtola reperitur, bene inquit uidemus hanc ordinationem a diuina au- thoritate deſcendere: Per quod Grammaticæ Theologię doctor debebat facile in- telligere epiſtolam explicare,imitationem ad factum diuinum: non dei ſuper hoc fa cto,ordinationem: alioquin inducta de Eleazaro ipſi epiſtolæ repugnarent: ſi diuer ſarij rudem uoluiſſent intelligentiam: non enim ait deus, plæbem ſuis ſuffragijs de- bere eligere ſacerdotem: ſed quod coram ſynagoga inſtitui deberet ſacerdos Elea- zar: ſicut modo conſecratur Epiſcopus in conſpectu totius populi: quare iſta alle- gatio nihil promoueret inſtitutum Concilij,ſi habuiſſet Ludderanã intelligentiam. Cyprianus in epiſtola Synodi alleg.

¶ Nec debet quis exiſtimare,de iure diuino eſſe, uelut diuerſarius prætendit, lai- cum repellere Epiſcopum: cum ſemper fuerit prohibitum, laicis accuſare Epiſco- pos. Nam S.Clemens ait Canone.xix.qualis autem condemnatio,& qualis immi- net maledictio his qui in patres peccant,docet nos diuina ſcriptura. Si enim Cham filius Noe,cum uidiſſet nudum patrem ſuum; quoniam non cooperuit patris cor- poralem nuditatem: ſed egreſſus nunciauit eam fratribus: ipſe quidem Cham, & qui ex eo nati ſunt,ſub maledictione facti ſunt: qui autem cooperuerunt eum bene dictionem meruerunt: multo magis iſti maiore & ampliori condemnatione digni ſunt: qui patribus obuiare,aut contra eos inſurgere nitantur: quoniã qui his reſiſtit, deo reſiſtit. Renarrat Gratianus qui in Canone præcedente ait ſacerdotes,& re liqui ſacræ eccleſiæ miniſtri,omneſq; plębes, Epiſcopos ſuos diligere debẽt, & eorũ pręceptis obedire, etiam ſi ipſi aliter quã debent agant, niſi in fide errauerint Cano ne.xx.ait Clemens,ueſtrũ eſt qui legatione Chriſti fungimini docere populos, corum Laicus non cõtra Epiſcopum S.Clemens. 2.q.7.qualis.

uero obedire uobis ut deo, adde totum Canonē ſi placet: quia bene firmat noſtra. Voluit hoc Zepherinus Papa, maiorum quiſpiam, minorum accuſationibus nō impetatur, refert Gratianus. Sic Euſebius Papa ait, Oues quæ ſuo paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi a fide exorbitauerit, nec ullatenus accuſare poterunt. Anacleto Martyre dicente laici in accuſatione Epiſcoporum audiendi nō ſunt quia oppido eis quidam infeſti ſunt: & indignum eſt, ut ab eis accuſentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari.

S. Zepherinus 2.q.7. maiorū. Euſebius. S. Anacletus.

¶ Sed quis hic non ſentit diuerſarij uenenum maximum: quod ritum hunc eligendi a plębe Epiſcopum, Laudat ut ritum iure diuino inſtitutū, & ſanctiſſimū: quid ſibi hoc uult, eccleſiarum cathedralium Canonici? niſi quod ſeditionem plębis excitare contra uos nititur, & omnia capitula eccleſiarum electione Epiſcopi priuare? an tandem ſero ſapitis, qui hunc ſubuerſorem ueſtrum, adeo contra Eckium ſubleuaſtis, & aliqui ex uobis ſubuerſoris ueſtri libellos iſta continentes curatis imprimi, & per calcographos audetis diſſeminare. Ego ordinis eccleſiaſtici rationem habēs, & dignitatis ſacerdotij, patior hanc iniuriam facile: & cum noti ſint mihi plures Canonici, boni, docti, & probi: quibus hęc diſpliceant: ideo ne bonos illos, & ſynceros, ac candidos offendam uolo, & malis, atris, bilioſis atq; ſuperbis ſimul parcere.

Plebs nō elegit Epiſcopum. In Canonicos Cathedralium

¶ Pro defenſione tamen nobiliſſimarum Germaniæ cathedralium eccleſiarum & capitulorum eorundem: dico falſiſſimum eſſe Epiſcopum eligendum a plębe, eſſe de iure diuino: quoniam, & ſi olim communis fuerit iſte modus eligendi Pontificē, tamen ob ſeditiones, tumultus, prędas, homicidia, & alia grauia facinora orta in plębe, Sancti patres ab illo modo eligendi receſſerunt. Et ſatis liquet ex adductis libro ſecundo, ex Auguſtino. Cur ipſe Valerio uiuenti ſubſtitutus, & rurſus ipſe uiuens ſubſtituit Eradium, hoc cogebantur facere ob tumultus uitandos. Vnde uir prudens ſatis intelligit ſanctiſſime ab eccleſia electiōem Epiſcopi a plæbe tranſlatā ad clerum: quod ſi iam a plębe deberet eligi Epiſcopus, quāta mala eſſent futura. Turba enim turbulenta eſt, belua multorum capitum, inſana, nec conſilium, nec rationē tenens ait Demoſthenes, plebem in tribus beluis Athenienſium connumerans: ſi inſtituto diuerſarij ad oſtentationem hæc ſcriberem, ingens cumulus ſe offerret & ſeges ſcribendi contra illam plebeam electionē, ac contra plębis inſanos tumultus.

Pro cathedralibus eccleſijs. Mala electionis plæbeæ. Epiſtola.110. Plebs. Demoſthenes. Experti ſumus Anno.1525.

¶ Vnde falſiſſimum eſt hunc ritum eſſe a iure diuino, quia nec in Euangelijs, nec epiſtolis Apoſtolorum illum ritum habemus probatum. Si adducit ex ueteri teſtamento, non probare poteſt ex hoc ſimilem eſſe debere electionem figuræ, & figurati: Porro oſtendimus contrarium, legimus, quia Eleazar non fuit inſtitutus ſacerdos a plebe, ſed a deo iuſſus Moyſes in cōſpectu plębis, eum ſacerdotalibus ornamētis ueſtiuit, De Petro & Mathia diximus abunde libro primo. Non enim plæbs eū conſtituit: licet in præſentia eius Mathias fuerit electus. Immo ipſi Apoſtoli in Primitiua eccleſia conſtituerunt, & ordinauerunt Epiſcopos, non plębs.

Nume.20. Tit.1.

¶ Et quod detegatur mendacium diuerſarij, & bonæ conſcientiæ Canonici in eccleſijs cathedralibus, non ſcrupulos ſibi pariant, ex figmentis Ludderanis: probo apertiſſime modum eligendi Epiſcopum a plæbe, non eſſe de iure diuino, quia ſacra Synodus uniuerſalis octaua alioquin erraſſet, prohibendo, & intercidendo illum modum. Canone enim primo ſic ſcribitur cap.xi. promotiones & conſecrationes, Epiſcopum collegio fieri hæc ſancta & uniuerſalis Synodus diffiniuit & ſtatuit atq; iure promulgauit, neminem laicorum principum, uel potentum ſemet ingerere electioni, uel promotioni Patriarchæ, uel Metropolitani, aut cuiuſlibet Epiſcopi: ne uidelicet inordinata, & incongrua hinc fiat confuſio, uel contentio: præſertim cum nullam poteſtatem in talibus quemq; poteſtatiuorum, uel cæterorum laicorum habere conueniat: ſed ſilere & attendere uſquequo regulariter a collegio eccleſiæ ſuſci-

Pro capitulis. Modus eligendi per plæbem reprobatus.

piat finem

piat finem futuri Pontificis electio: in fine excommunicat contrauenientes. Renarrat S. Iuo lib. iij. Panormiæ tit. de conſ. Epiſ. & Gratianus. Sic teſtatur Gregor. iiij. quomodo eligentes Adrianum Papam, ambaſiatores Ludouici Imper. non admiſerunt: ne mos expectandi legatos principum per huiuſmodi fomitem inoleſceret. Renarrat Gratianus: hinc, & in Concilio Parrhiſienſi conſtitutum eſt. Si per ordinationem regiam honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit, a comprouincialibus illius loci Epiſcopis, nullatenus recipiatur. Renarrat Iuo ubi ſupra, & Gratianus. Idem decretum fuit in Concilio Martini Papæ. Non licet populo electionem facere eorum, qui ad ſacerdotium promouentur: ſed in iudicio Epiſcoporum ſit, ut Epiſcopi eum probent, ſi in ſermone, & fide, & ſpirituali uita edoctus ſit. Idem fuit decretum in Concilio Laodicenſi (fuit celebratum in Laoditia Phrigiæ Pacatianæ) Canone. xiiij. quod non ſit permittendum turbis electiones eorum facere: qui ſunt ad ſacerdotium prouehendi, & Canone. xij. diffinitur, ut Epiſcopi promoueantur authoritate Metropolitani & Epiſcoporum, qui circa ſunt. Tot ergo ſanctis Concilijs liquidum eſſe exiſtimo morem eligendi a plebe, non eſſe de iure diuino, ſicut diuerſarius impudenti mēdatio aſſerit; in iniuriam omnium eccleſiarum cathedralium totius Germaniæ.

Iuo. Diſ.64. Adrianus. Grego.4. Diſ.63. cum Adrianus. Conciliū Parrhiſien. Diſ.63. cum p ordinationem. Iuo. Martinꝰ Papa. Laodicen. concilium.

¶ Sed quomodo omnino nihil uereatur euomere diuerſarius, ait hodie Epiſcopos e Roma peti: cum conſtet electionem eſſe apud clerum eccleſiæ cathedralis, bene electio facta ſuggeritur Roma. Ponti. & confirmatio petitur.

Lapſus Ludd.

¶ Hallucinatur & in eo quod commiſcet ordinationem electioni: quæ ſunt diuerſiſſima, cum a plebe olim fuerint Epiſcopi electi, ſed plebs non potuit electos ordinare, ſed tres Epiſcopi ſecundum decretum Niceni Concilij Canone. iij. Vnde quantumcunq; eſſet electus a plæbe: non tamen ordinabatur ſine Metropolitani iudicio; iuxta idem ſacrum Concilium: licet poſteriori tempore in Concilio Aphricano fuerit definitum, ut primatis quoq; conſenſus interueniret. Sicut modo electio eſt apud capitulum, confirmatio, & Pallij datio apud Roma. Pont. Ordinatio apud tres aut plures Epiſcopos conuenientes in uicinia ad cōſecrationem Epiſcopi.

Nicenum Concilium. Ordinatio epiſcopi. Aphricanum. Electio. Confirmatio.

¶ Placet & hoc adnotare, diuerſarium perperam pro exemplo ponere B. Auguſtinum, tanq; a plebe electum. Cur Valerius Epiſcopus ſecrete literis egit apud Primatem ſedis Chartaginen. ut Auguſtin. non tam ſibi ſuccederet, quam & conſacerdos accederet. Et ſic uiuo Valerio in eadem eccleſia S. Auguſtin. ordinatus eſt Epiſcopus, ut teſtatur Poſſidonius in uita Auguſtini, & Paulinus ad Romanum. Renarrat Gratianus. Nemo autem niſi Chorebo ſtultior exiſtimabit iam melius fore eccleſiæ, electionem fieri a plebe, quam ut fit a clero populi. Neuter tamen modus eſt de iure diuino, ſiue fiat a clero, ſiue a plæbe. Neuter etiam repugnat Primatui Summi Pont. Romani. Vnde falſum dicit, reputari modum eligendi a plæbe hæreticum: bene iudicatur iam ſeditioſus & minus utilis. Vnde nec modus eligendi papam, eſt de iure diuino, tam ſæpe uariatus: hoc autem dicimus quantumcunq; modus eligendi ſit de iure humano uoluntario: tamen poteſtas electi eſt de iure diuino: quam eligentes dare non poſſunt, ſed deus immediate per ſe confert: ob id diuerſarius mire hic ſophiſticatur, aſſignans non cauſam pro cauſa, & fruſtra innocentem opplet papyrum.

Auguſt. a quo electus. Poſſidonius. Paulinus. 7.q.1. non aut. Lapſus ludder.

¶ Hoc pro Corollario adiecerim, teſtatiſſimum eſſe in Primitiua eccleſia Epiſcopum maiorem fuiſſe præſbytero, ex S. Martyre Anacleto, dicente, Canone. iij. Epiſcopus deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat, & plures quam alius ſacerdos. Sicut enī maioris honoris gradu fruit̄, ſic maioris teſtimonij incremēto īdiget, teſtat̄ dein quō mō ab Apoſtolis, & ſuo prędeceſſore Clemēte Prouincię partitę ſint, p̄ primates et

Anacletus.

Epiſcopatus: quare nullus ambigat Epiſcopatum ſemper in eccleſia fuiſſe maiorē, ſimplici ſacerdotio.

Obiectio Ludderi ex B. Gregorio, Papam non eſſe uniuerſalem Epiſcopum. Cap. XXIX.

Obiectio Ludderi. *Grego. Epiſtola. 32.* POſt priora inducit diuerſarius B. Grego. cum alijs, quaſi deberet errorē Ludderanum tueri, renarremus. Adductus Grego. in lib. iiij. regiſtro, licet per authoritates illas, paſce oues meas, & tu es petrus &c. Petro Apoſtolorum principi totius eccleſiæ curam, a domino commiſſam dicat, tamen in hac cura nullum Epiſcopum ei ſucceſſorem patitur. Sed nec Petrum appellari uniuerſalem patitur, ſcribēs ita Mauritio Auguſto de Iohāne Cōſtantinopolitano. Cura totius eccleſiæ & principatus Petro committitur: & tamen uniuerſalis Apoſtolus non appellatur. Et uir ſanctiſſimus conſacerdos meus, uocari uniuerſalis Epiſcopus conatur. Exclamare compellor, o tempora, o mores, & infra. Si nomen illud in eccleſia ſibi quiſpiam arripit, uniuerſa ergo eccleſia (quod abſit) a ſtatu ſuo corruit: quando is qui appellatur uniuerſalis cadit. Sed abſit a cordibus Chriſtianorum nomen illud blaſphemiæ: in quo omnium ſacerdotum honor adimitur, dum ab uno ſibi dementer arrogatur.

Verba Ludderi. ¶ Ecce habet quod blaſphemiæ nomen ſit uniuerſalis Epiſcopus, quid putas de nomine Summi, Maximi, ſanctiſſimi dixiſſet. Sequitur certe pro B. Petri Apoſtolorum principis honore per uenerandam Calcedonen. Synodum Romano Pont. oblatum eſt, ſed nullus eorum unq̃ hoc ſingularitatis uocabulum aſſumpſit, nec uti cōſenſit: nedum priuatū aliquid daretur uni, honore debito priuarent ſacerdotes uniuerſi. *Grego.* ¶ Perſpicuum eſt hunc Gregorium qui ſe cunctorum ſacerdotum ſeruum potius quam dominum uocat, & ſeruum ſeruorum dei, non credidiſſe ſolum Roma. Pont. Petri ſucceſſorem eſſe, ut qui abhorreat dominus ſacerdotum, & Epiſcoporum dici: cum illum principem Apoſtolorum dicat.

¶ Idem in ſequenti epiſtola ad Conſtantiam eundem Iohannem Lucifero comparans dicit, quia illum uidelicet imitatur, qui ſpretis ſociari gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere.

Epiſto. 36. ¶ Idem ad Elogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum Epiſcopos, ſicut nouit ueneranda ſanctitas ueſtra per ſanctam Calcedonen. Synodum, Pontifici ſedis Apoſtolicę (Cui deo diſponente deſeruio) hoc nomen uniuerſitatis oblatum eſt: ſed nullus unq̃ deceſſorum meorum, hoc tam prophano uocabulo uti conſenſit: quia uidelicet ſi unus Patriarcha uniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc a Chriſtiana mente, id ſibi uelle quempiā arripere: Vnde fratrum ſuorum honorem imminuere ex quantulacunq̧ parte uideatur. Et infra de eodem. Vniuerſa tentat ſibi aſcribere, & omnia quæ ſoli uni capiti cohęrent (uidelicet Chriſto) per elationem pompatici ſermonis eiuſdem Chriſti ſibi ſtudet *Verba Ludderi.* ſubiugare: obſecro quid meretur, qui hodie ſic loqueretur: Hic Grego. Romanus Ponti. perſequitur tanq̃ prophanum, quod noſtri ſtatuunt, quaſi ſit ius diuinum.

Epiſto. 38. ¶ Et ad ipſummet Iohan. Epiſcopum prædicta iterans & copioſius explicans dicit Certe Paulus Apoſtolus cum audiret quoſdam dicere. Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego uero Cephę hanc lacerationem corporis dominici, per quam membra eius alijs ſe capitibus quodammodo ſociabant, uehementiſſime perhorreſcens exclamauit & dixit. Nunquid Paulus pro uobis cruſixus eſt? aut in Pauli nomine baptizati eſtis? Si ergo illa mēbra dominici corporis, certis extra Chriſtū, quaſi capitibus & ipſis quidem Apoſtolis ſubijci particulariter euitauit. Tu quid Chriſto uniuerſalis ſanctæ eccleſię capiti in extremi iudicij dicturus es examine: qui cuncta eius membra tibimet conaris uniuerſalis appellatione ſupponere, & infra. Certe Petrus Apo-

ſtolus primum membrum ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ eſt. Paulus, Andreas, Iohā
nes, quid aliud ꝙ ſingularium ſunt plæbium capita, & tamen ſub uno capite, omnes
ſunt membra eccleſiæ.

¶ Diuerſarius multa mordacitate in reſolutionibus, & alias inducit Concilium A- *Aphricanum*
phricanum quod renarrat Gratianus, in quo dicatur: uniuerſalis autem Pon. nec Ro *Concilium*
manus appellatur, hæc diuerſarius. *99. diſ. prima.*

Recte Papam ſe nuncupare uniuerſalis eccleſię Epiſcopum, & cur Gregorius nomen uniuerſalis Epiſcopi recuſauerit. Cap. XXX.

SAcræ fidei aduerſum putat diuerſarius: ſi quis ſe uniuerſalis eccleſiæ Epi- *Papa uniuerſalis Epūs.*
ſcopum appellet, repulſuri faſtuoſas eius inductiones. Primo probabimus
fidei noſtræ conſentaneam hanc appellationem: dein perperam eſſe intelle
cta a diuerſario, quę in diuerſum inducit.

¶ Et primo quidem iſtam appellationem uniuerſalis Epiſcopi, non fore illicitā pro-
batur ex ſubſcriptione Concilij ſacerrimi Calcedoneñ. quod eſt unum de quatuor *Calcedoneñ.*
ſacratiſſimis approbatis & receptis a tota eccleſia Concilijs, & Papæ apochryſarij ſe *Concilium.*
ſubſcripſerunt, Vicarios beatiſſimi uiri & Apoſtolici uniuerſalis eccleſiæ Papæ,
uelut ſupra cōſignauimus illas ſubſcriptiones: neq; ueriſimile eſt tam laudabile Con
cilium pertuliſſe aliquid fieri ab Apochryſarijs, quod iuri diuino eſſet contrarium:
quod alias in aliquibus ſedis Apoſtolicæ legatis contradixit. Immo acclamarūt Leo-
ni uniuerſalis eccleſiæ Epiſcopo.

¶ Qꝫ ſi tam ſancto, & erudito Papa Leone, ac ſacro Concilio non es contentus. Ve- *Athanaſi.*
tuſtiorem adduco S. Athanaſium cum ſuis ſanctis collegis ſcribentem Marco Pa-
pæ, domino ſancto, & Apoſtolici culminis uenerando Marco ſanctę Romæ. & A-
poſt. ſedis atq; uniuerſalis eccleſiæ Papæ, Athanaſius, & uniuerſi Aegyptiorum Epi
ſcopi. Audis candide Lector Marcum uniuerſalis eccleſię Papam. At elabitur for-
te anguilla, hunc honorem quidem S. Marco oblatum, ſed non acceptatum ab eo, ſi
cut nec a S. Leone. Oppono tibi mox de epiſtola eius, qua Athanaſio, & Aegyptijs
in hunc modum reſcripſit. Marcus ſanctę Romæ. Apoſtolicæq; ſedis, & uniuerſalis *Marcus Papa.*
eccleſiæ Epiſcopus. Sic Felix Papa eiſdem ſcribit. Reuerentiſſimis atq; dilectiſſimis
fratribus Athanaſio, & uniuerſis Aegyptiorum, Thebaidorum Libiorumq; Epiſco
pis in ſancta Synodo Alexandrina congregatis, Felix almę Romanæ urbis, & uni-
uerſalis eccleſię Epiſcopus. Audis iā denuo uniuerſalis eccl'ię epiſcopū, ꝗ ſi cōtra ius
diuinum fuiſſet, certe Athanaſius cum Synodo, ut erat inuictus ueritatis aſſertor, Fe
lici, & Marco reſtitiſſet: quod non modo non fecit, ut qui maxime id probauerit, ter
beatiſſimum ſanctiſſimum patrem patrum appellando, eius implorando auxilium,
ut eos uelut paſtor defendat: Scimus enim (ait in epiſtola) quod id ſemper ueſtræ
ſedis præſules primo Apoſtoli deinde ſucceſſores eorū fecerunt, uos uniuerſalis ec
cleſiæ, & maxime Epiſcoporum (qui oculi domini propter contemplationem &
ſpeculationem uocantur) curam gerere, ac de reuelatione & lege noſtra aſſidue
cogitare debetis.

¶ Ita in decretis Stephani Papę Canone ij. legitur. Stephanus ſanctę & Apoſtolicę *Stephanus*
& uniuerſalis eccleſię Romanę Epiſcopus. Renarrat Iuo iiij. Panormiæ. *Iuo.*

¶ Ita et Eleutherius Epiſcopis Gallię ſcribit huius rei gratia, uniuerſalis nobis a Chri *Eleutherius.*
ſto Iheſu commiſſa eſt eccleſia.

¶ Ita teſtatur Damaſus in epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Mauritanię, & *Damaſus*
uniuerſos Epiſcopos Aphricæ incip. Lectis fraternitatis ueſtræ literis, in qua ait, ſu-
per uniuerſali eccleſia habet Papa miniſterium Epiſcopale, quod & in pluribus alijs

Romanis Pontificibus obſeruatum comperitur recentiores a 4 0 0. annis faſtidit diuerſarius; ideo non curo eſſe prolixior.

Ad Gregoriū. ¶ Illo ſic prælocuto auſcultemus ad obiecta per diuerſarium, cum omnium primo opponit de B. Gregorio obuium eſt, acutius intuenti, Grāmaticæ Theologię Doctorem non aſſecutum ueram dictorum a Gregorio intelligentiam, Non enim negauit S. Pontifex id quod erat: nolens tamen ſic nominari, ad ſuperbiam Conſtantinopolitani Iohan. reprimendam: ſed ſe ſeruum ſeruorum dei appellauit. Noluit autem aliquem eſſe uniuerſalem Epiſcopum eccleſiæ; ſic quod aliorum euacuaretur auctoritas.

S. Thomas. ¶ Hoc clare nobis S. Thomas indicat qui in libro contra impugnantes religionem ait. Q̃ꝫ autem Papa uniuerſalem Pontificem ſe prohibet nominari, non ideo hoc eſt, ꝙ ipſe non habeat auctoritatem immediatam & plenam in qualibet eccleſia; ſed quia non pręficitur cuilibet particulari eccleſiæ, ut proprius & ſpecialis rector: Sic. n. ceſſarent omnium aliorum Epiſcoporum poteſtates. Hoc eſt quod ego rotunde dixi in diſputatione Lipſica, Papam magis proprie dici, uniuerſalis eccleſię Epiſcopū, ꝙ̃ uniuerſalem Epiſcopum, quoniam reperti ſunt, qui ſe ſcriberent uniuerſalis eccleſię Epiſcopos; at non memini qui ſcriberet ſe uniuerſalem Epiſcopum.

¶ Puerile eſt quod in reſolutionibus obijcit diuerſarius, quoniam non referat ſiue dixerim, Moguntinus Epiſcopus, ſiue Epiſcopus Moguntiæ, ita non ſint diuerſa, uniuerſalis eccleſię Epiſcopus, & uniuerſalis Epiſcopus, qui non capit hanc infantiam: nam etſi non referat de Moguntino Epiſcopo, & de Epiſcopo Moguntię: quia utrobiqꝫ ſolum exprimitur locus Epiſcopatus, in uno ſubſtantiue, in alio adiectiue: *Vl'is eccl'iæ, ſed non ul'is Epūs.* At plurimum intereſt, inter Epiſcopum uniuerſalem, & uniuerſalis eccleſię Epiſcopum. Nam dum uocula uniuerſalis, uniuerſitatem deſignet: ſi accomodetur eccleſiæ, ſtatim uniuerſitas ſubiectorum denotatur: & quia uniuerſalis cura Petro, & ſucceſſoribus commiſſa eſt eccleſiæ dei; ideo uere dicuntur, uniuerſalis eccleſiæ Epiſcopi: at cum uocula uniuerſalis adiungitur Epiſcopo (quod eſt nomen honoris, & poteſtatis) ſtatim apparet explicata uniuerſitas poteſtatis, ſic ꝙ nullus eſſet alius Epiſcopus, quam Papa, quod non admittimus, in aliorum Epiſcoporum iniuriam. Hęc ſi dialecticæ non foret imperitus diuerſarius, ſtatim uideret: at quia dialecticam diſſerendi *Dialectica. Augu.* magiſtram (quam Auguſtinus lib. de ordine, neceſſariam aſtruit, ad altiſſimarum rerum cognitionem) diuerſarius ſolet contemnere; ideo non eſt mirum, ꝙ in hos paralogiſmos, ſophyſticos, caſſes & nodos infantiliter incidit.

Recte intellecta uerba Gregorij probantur, & Calcedonē. Synodus cum eis concordatur. Cap. XXXI.

Lapſ9 Ludder PRæſtat oſtendere hanc fuiſſe uerborum B. Gregorij intelligentiam quam dedimus. Et primo quidem ex eo liquet, quod diuerſarius a ueritate coactus fatetur Petro fuiſſe uniuerſalis eccleſiæ curam commiſſam a domino: & tamen Petrum non fuiſſe uniuerſalem Apoſtolum. Vides candide Lector, Petrū uniuerſalis eccleſiæ paſtorem: & tamen non uniuerſalem paſtorem. Nam ibi loquitur de cura paſtorali. Vnde ſi diuerſarius ad Critolai trutinam expendiſſet uerba B. *Retorquetur in Ludderum.* Gregorij, mox reperiſſet illa nobis non aduerſari; quia Primatum totius eccleſię Petro tribuit: & tamen negat eum uniuerſalem Epiſcopum. Sic & nos dicere poſſumus, etiam ſi Romanus Pont. non ſit uniuerſalis Epiſcopus; tamen per hoc (ſicut nec a Petro) ab eo Primatus totius eccleſiæ non negatur.

Grego. ¶ Præterea hoc conuincitur ex eo, quod Grego. ait, omnium ſacerdotum honorem adimi, ſi ab uno dementer ſibi arrogatur; quod non fit aſſertiōe Primatus apoſtolici.

Vnde

Vnde & infra ait,ne dum priuato aliquid daretur, honore debito ſacerdotes priuarentur uniuerſi. Vides clariſſime, eum ſolum negare uniuerſalem Epiſcopum, uti S.Thomas explicuit.Simile dicit ad Conſtantiam Auguſtam, triſte tamē ualde eſt, ut patienter feratur,quatenus deſpectis omnibus,frater,& Coepiſcopus meus, ſolus conetur appellari Epiſcopus. Expende Lector ꝙ arguit Iohannem, qui ſic uolebat appellari uniuerſalis Epiſcopus,quod alij non eſſent Epiſcopi:Hoc non contingit in aſſertione Primatus Romani Pontif. Et in epiſtola ad Eulogium & Anaſtaſium inquit,ſi unus Patriarcha uniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.Et infra.Propterea ſanctitas ueſtra in ſuis Epiſtolis neminem, tanq; uniuerſalem nominet; ne ſibi debitum detrahat honorem:cum alteri honorem offert indebitum, & infra,& fauente domino omnibus uiribus concurrendum atq; prouidendum ne in unius ſermonis ueneno uiuentia in Chriſto membra moriantur: Si enim hoc dici licenter permittitur, honor Patriarcharum omnium negatur:& cum fortaſſe is in errore perit,qui uniuerſalis dicitur:nullus iam Epiſcopus remanſiſſe in ſtatu,ueritatis inuenitur: quæ omnia diligenter ponderata declarant, non eſſe in eccleſia dei Epiſcopum uniuerſalem uelut S. Thomas expoſuit, per quem omnis Epiſcoporum honor auferretur.

Grego.

¶ Ad ipſum quoq; Iohannem Conſtantinopolitanum ſcribit, ad hoc quandoq; productus es,ut deſpectis fratribus, Epiſcopus appetas ſolus uocari:ubi illud ſanctitatē ſuam rememorat de Calcedoneñ.Concilio dicens, Nullus unq; tali uocabulo appellari uoluit:nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit: ne ſi ſibi in Pōtificatus gradu, gloriam ſingularitatis arriperet,hanc omnibus fratribus denegaſſe uideretur.

¶ In his duo pondera contra diuerſarium, primo quod oblatum nomen a Concilio Calcedoneñ. nullus Romanus Pontifex aſſumpſit:quod non poteſt intelligi de uniuerſalis eccleſiæ Epiſcopo: nam ſuperius allegata ignorare non potuit Gregorius: quare recuſatum intelligit nomen uniuerſalis Epiſcopi. Alterum quod diuerſarius opponendo ex Cynica ſua Theologia,euomit ſi Greg.reputat nomen Epiſcopi uniuerſalis blaſphemum:quid de nomine ſanctiſſimi? Gregorium merito reputaſſe illud nomen blaſphemum, quo omnium Epiſcopatuum dignitas perijſſet: at nomen ſanctiſſimi non abhorruit,quod & Epiſcopi ſæpe ei tribuerunt:& iam in citatis epiſtolis, Epiſcoporum alloquitur ſanctitatem, & communem fuiſſe hunc morem in ſuperioribus oſtendimus.

Cap.24.

Cur Gregorius mutauit.

¶ Vnde etiam ſi prius Calcedoneñ. Synodus bene uſa eſt nomine uniuerſalis Epiſcopi:adeo quod non plus uoluit per hoc denotare, niſi ſummum Ponti. tamen Gregorius habuit rationem mutandi, contra quam Synodus Calcedoneñ. S. Leoni obtulerat,ſicut fecerunt catholici in nomine Homuſion contra hæreticos Arrianos,ſic contra Euthyceten,& alios decreuit Synodus, ne ſancta dei genitrix diceretur Chriſtotocos: Sic ob abuſum Iohannis Conſtantinopolitani, non recte capientis nomen uniuerſalis Epiſcopi ad intelligentiam Synodi Calcedoneñ.Illud nomen uelut arrogans & ſuperbum omnino abiecit. Pro quo Theologiæ ſtudioſis notabilem mōſtro regulam,qua uſus eſt in diſputatione contra Arrium Athanaſius coram ꝓbo Syro iudice.Eccleſiaſticę ſemper moris eſt inquid diſciplinæ,ſi qñ hereticoꝝ noua doctrina exurgit,contra inſolentes quęſtionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus,nominum uocabula immutare,& ſignificantius naturas reꝝ exprimere: quæ tamen exiſtentium cauſaꝝ uirtutibus congruant, & quæ magis eaſdem antiquitus fuiſſe demonſtrent,non ortus nouitatē menſurent: hac mirifica regula tutatus eſt ſe contra Arrium in uoculę Homuſion nouitate,ita & de pluribus alijs dicere poſſem, ꝓ ſcholaſticæ Theologię defenſione,in qua antiquę rei uiri boni, noua ſepe dederūt nomina:hinc attributa,ꝓprietates ꝑſonales,relationes originis notiones &c.& ſexcēta huiuſmodi.

Athanaſij regula.

Defenſio theologorum in nouatis dictiōibꝰ

¶ Et ut uerum uero ſemp̄ conſonet, ſemper ſibi conſtat Grego. nam quæ cauſa fuit ei, cum Iohanne lib. iiij. regiſtri, eadem fuit ei, cum Iohannis ſucceſſore Ciriaco lib. vij. Nam ibi ad Eulogium Alexandrinum ſcribit epiſtola xxx. Et ecce in pręfatiõe epiſtolæ, quam ad meipſum qui prohibuit direxiſtis ſuperbę appellationis uerbum, uniuerſalem Epiſcopum me eſſe dicentes, imprimere curaſtis: quod peto mihi dulciſſima ſanctitas ueſtra ultra non faciat: quia nobis ſubtrahitur, quod alteri plus q̃ ratio exigit prębetur: nec honorem eſſe reputo, in quo fratres meos honorem ſuũ perdere cognoſco. Meus nanqꝫ honor eſt, & honor uniuerſalis eccleſię, meus eſt honor, fratrum meorum ſolidus uigor: tunc ego uere honoratus ſum, cum ſingulis quibuſqꝫ honor debitus non negatur. Si enim uniuerſalem Papam ueſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, ꝙ me fatetur uniuerſum. Hic aures arrige, & Gregorianam cape intelligentiam, quid uniuerſali Epiſcopo ſignificetur, ſicut ipſe talem eſſe negat, cum ſi qui in uniuerſum ſit, quod alioquin ſint ſinguli.

Epiſto. 69. ¶ Cõſonat huic quod ſcribit Euſebio Theſſalonicẽ. & alijs Græcis, nam ſi unus (ut putat) uniuerſalis eſt, reſtat, ut uos Epiſcopi non ſitis.

Roborantur ſuperiora de Gregorio & oſtenditur error diuerſarij in allegatione Concilij Aphricani. Cap. XXXII.

S. Thomas. EX quibus omnib. pleniſſime concluditur, Veriſſimam eſſe S. Thomæ reſolutionem ab initio allatam, negaſſe Gregorium ſe uniuerſalem Epiſcopum: aut uniuerſum Epiſcopum: ſic quod eſſet cuiuſqꝫ eccleſiæ proprius rector: quoniam ſic nullus alius eſſet Epiſcopus, & honor Epiſcopalis alijs omnibus detraheretur: quod quia eſſet hierarchici ordinis totius deſtructiuum, merito recuſauit & improbauit ſanctus Papa. Nihilominus tamen & Petrum & ſucceſſores eius credidit habere Primatum ſuper tota eccleſia, quod omnes eccleſias cenſuit ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectas, etiam Conſtantinopolitanam, ut ſupra ſæpe eum euocauimus, & ſpecialiter libro vij. regiſtri. *Epiſto. 63.* Et de ſancto Petro ab initio fatetur diuerſarius Gregorium huius fuiſſe ſententiæ, *Epiſtola. 36.* cui addas quod libro iiij. ait. Audiamus quid primus paſtorum omnium dicit, *1. Petri. 3.* loquitur de ſancto Petro allegans eius epiſtolam.

¶ Et dum ſcribit dilectiſſimis fratribus per Galliam Coepiſcopis, ſuper cauſa Aldrici Cennomanici Epiſcopi, ſi quid graue intollerandumqꝫ ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Romanę confugit eccleſię, eiuſqꝫ implorat auxilium, decernatur: q̃ quod ab eius eccleſię auctoritate fuerit præceptum: quę uices ſuas ita alijs impartiuit eccleſijs: ut in partem ſint uocatę ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis &c. Hic habes (pręter xxi. locos ſuperius adductos) apertiſſime explicantem Roma. Ponti. habere plenitudinem poteſtatis, alios uero Epiſcopos uocatos in partem ſollicitudinis, *Leo.* in quam ſententiam eodẽ *Vigilius.* quaſi uerborum tenore adduximus ſuperius S. Leonem, & Vigilium repetit beatus *Bernhar.* Bernhar.

In Ludderum. ¶ Pręſtat ergo authores ex intentione interpretari: & non torquere ſenſum & uenari uocabula, uti diuerſarius facit: qui ſi plus medullam q̃ corticem, plus radicem q̃ ramos, plus nucleum, q̃ inuoluulos & teſtam quęſiuiſſet: iſtis non teneretur erroribus: *Pſalm. 35.* ſed noluit intelligere ut bene ageret, ideo datus eſt in ſenſum reprobum.

¶ Iam & hoc manifeſtarium eſt, q̃ crude intulerit diuerſarius, noluiſſe B. Gregorium ſolum Romanum Pont. Petri ſucceſſorem dici: quia Petrum dixerit principem Apoſtolorum, noluerit tamen ſe dici principem Epiſcopoꝝ: nam ab initio conſtitit,

quod.

quod ſicut negauit ſe uniuerſalem Epiſcopum, ita Petrum uniuerſalem Apoſto-
lum: quare tu diuerſari habes iam dicere conſequenter. Sicut Petrus fuit princeps A
poſtolorum, ita ſucceſſor eius eſt princeps Epiſcoporum. Nunq̃ enim negauit Gre
gorius ſe ſummum Epiſcoporum, aut principem Epiſcoporum, aut uniuerſalis ec-
cleſiæ Epiſcopum: ſed negauit ſe uniuerſalem Epiſcopum ex ratione iam ſæpius di-
cta: patet ergo quibus cauillis diuerſarius ſophiſtice tranſferat ſe, ab uniuerſali Epi-
ſcopo ad principem Epiſcoporum.

¶ Immo quod non obſtante recuſatione ſuperbi nominis, uniuerſalis Pontificis, ad-
huc uoluerit haberi & reputari Summus Pontifex, Platina docet, cui diuerſarius plu *Platina.*
rimum tribuit in hiſtoria: ita enim ſcribit in uita eius. Cum Iohannes Conſtantinopo
litanus Epiſcopus, habita Synodo Græcorum, ſeipſum œcumenicum, ideſt uniuer-
ſalem Patriarcham creaſſet, monuiſſetq́; Gregorium Mauritius, ut Iohanni obtem-
peraret, reſpondit, homo conſtantis ingenij & fidei, poteſtatem ligandi, & ſoluendi
Petro traditam, eiuſq́; ſucceſſoribus, non Epiſcopis Conſtantinopolitanis: proinde
deſineret iram dei in ſe concitare: dum ſeditiones ſtudioſe nimium, in eius eccleſia ſe-
rit, & infra. At Mauricius non ſponte, ſed coacte pœnitentia ductus, cum Gregorio
mitius agere cœpit: quod intellexerat quendam monachi habitu indutum, ſtrictum
gladium in manu tenentem, in foro Conſtantinopolitano clamaſſe, Imperatorē bre-
ui gladio moriturum.

¶ Iam prius reddita ratio, cur Iohannem Lucifero comparat in epiſtola ad Conſtan
tiam, & ꝙ nomen œcumenici Epiſcopi oblatum a Concilio non acceptarint præde-
ceſſores ſui. Vnde ſtulta eſt exclamatio diuerſarij, cum ait, q̃d mereretur hodie &c.
Hic Gregoriꝰ ſtatuit tanq̃ prophanum, quod noſtri ſtatuunt tanq̃ ius diuinum &c.
Audi candide Lector, primo ego hodie loquor, ſicut S. Gregorius paratus corã do
mino Apoſtolico dicere, & Cardinalibus: & nihil omnino timeo, ueriſſima ſunt B.
Gregorij uerba, ad ueram & rectam ipſius Gregorij intelligentiam.

¶ Sic quod ſubdit falſiſſimum eſt, noſtros hoc ſtatuere iure diuino: quod B. Grego
rius perſecutus fuerit, ut prophanum: quoniam nemo hoc laudat quod Grego. re-
probat, & quod noſtri de iure diuino ſtatuunt oſtenſum fuit ſæpius B. Grego. hoc
idem ſtatuere & docere. Et tota illa arenga uenit, ex praua intelligentia dictorum
B. Gregorij: & perinde dicendum eſt ad Pelagij ſui prædeceſſoris ſententiam, qui
primus reſtitit Iohan. Conſtantinopolitano, ut B. Gregorius epiſtola illa xxxviij. li-
bro iiij. teſtatur. Hoc tamen monendum eſſe, cum Gratianus citat cap. nullus, diſtin. *Gratiani locus*
xcix. inſcribit eum Pelagio, cum tamen ſit B. Gregorij: quibus liquet Gregorium *reſtitutus.*
ſibi non contradicere, quod primatum hic neget, quem alibi tam ſæpe, & tam aper-
te approbat & teſtatur.

¶ Poſtremo ad Aphricanum ueniamus Concilium, in quo niſi Chriſtiana me coher
ceret modeſtia, poſſem diuerſarium magnifice tractare. Nam quod ſemper dixi, om
ne robur in Concilia reiecit; quæ nunq̃ uidit: quod hic liquet, cum uerbum Gratiani
appoſitum Canoni, uſurpat, & citat pro Canone Concilij Aphricani, quod ueriſſi- *Lapſꝰ Ludder*
mum eſſe ſic commonſtro. In Concilio enim tertio Chartagineñ. quod celebratum *Chartagineñ.*
Cęſareo, & Attico conſ. v. Kalen. Septemb. in ſecretario Baſilicæ reſtitutæ, cum Au *Concilium.*
relius Epiſcopus una cum Epiſcopis conſediſſet, adſtantibus etiam diaconibus, ad-
uenientibus quoq́; Victore ſene Puppianenſe, Tuto Migirpenſe, Euangelio aſſuri-
tano, cum ex Canonibus ibi decretis (ex breuiario, ut ſuſpicor Bizacenorum) Cano
ne vi. legitur in Canonum codice, ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur prin-
ceps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi: ſed tantum primę ſe-
dis Epiſcopus. Renarrat hoc Gratianus ſubdens. Vniuerſalis autem nec Romanus
Pont. appelletur, hoc uerbum Gratiani diuerſarius allegat pro uerbis Concilij: nam

Gratianus inducturus Canonem Gregorij, utitur hac oratione pro continuatione capitulorum adinuicem: qua ratione autem uniuerſalis Epiſcopus appellari non debeat Papa, qui eſt uniuerſalis eccleſiæ Pontifex, diximus ſatis ſuperqꝫ in prioribus.

Obiectio diuerſarij ex Euangelio contra Primatum Petri. Cap. XXXIII.

Obiectio Luderi. A Hieronymo, Cypriano, & Gregorio, aſcendit diuerſarius ad ſcripta Euangelica improbaturus Primatum ſummi Pont. Audiamus inquit iam ipſum caput omnium, quid ſuper huius monarchię ſtatu diffinierit. Nam preſcius futurorum, queſtionem hanc prior omnium abſoluit: & tot adhuc ſæculis ſuper ea certatur: quaſi uerba Chriſti fumus ſint, & inanis fabula.

Luc. 22. ¶ Dicitur itaqꝫ facta eſt autem contentio, quis eorum uideretur eſſe maior, dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici uocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt ueſtrum, fiat ſicut minor: et qui preceſſor eſt, ſicut miniſtrator (et exemplum ſuum ſubiungit) Nam quis maior eſt qui recumbit an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vides ꝙ Chriſtus aperte pronunciat, eſſe reges gentium, non Pontifices, qui uolunt eſſe maiores: & poteſtatem illam mundanam (ſine uerbo & dilectione) prorſus damnat. Verum ego credo quandoquidem eccleſiam neceſſe fuit ſemper a gentibus opprimi, ut dicitur. In medio gentium
Ezech. 5. Pſal. 109. poſui eam, & Pſalmo. Dominare in medio inimicorum tuorum. Ideo quando deſunt aliæ gentes ut ſcriptura impleatur in eccleſia, reges gentiles fieri oportuiſſe, & poteſtate dominante ſuper eccleſiam tyranniſare, diligendi, & docēdi officio ad alias tranſlato.

Mar. 10. ¶ Item, ubi filij Zebedæi ad poteſtatem aſpirarunt, ut unus ad dextram, & ſiniſtram ſederet, acceperunt ſane reſponſum dignum, ſcilicet ut calicem biberent, nec tamen certi ubi ſeſſuri eſſent: Hanc ambitionis infirmitatem, quid mirum eſt in Pontificibꝰ ꝗꝗꝫ Romanis fuiſſe, quantumlibet ſanctis, etiam martyribus, quando in Apoſtolis Chriſtus eam pertulit? deniqꝫ cum illi duo Apoſtoli hac arrogantia cæteris indignationem commouiſſent, Et iterū oriretur contentio de maioritate, Iheſus conuocans eos, dixit eis, ſcitis, quia hi qui gentibus principantur dominantur eis, & principes eorum habent poteſtatem eorum: non autem ita eſt in uobis, ſed quicunqꝫ uoluerit fieri maior, erit ueſter miniſter. Et quicunqꝫ uoluerit in uobis primus eſſe, erit omnium ſeruus(uerum exemplum ſui addit) nam & filius hominis non uenit ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret, & animam ſuam daret redemptionem pro multis.

Mar. 9. ¶ Et iterum. Et uenerūt Caphernaum, qui cum domi eſſent, interrogabat eos quid in uia tractabatis? at illi tacebant, ſiquidem in uia inter ſe diſputauerunt, quis eorum eſſet maior. Et reſidēs uocauit duodecim, & ait illis. Si quis uult primus eſſe erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter, & accipiens puerum ſtatuit eum in medio eorum, quem cum complexus eſſet, ait illis, quiſqꝫ unum receperit in nomine meo,
Luc. 9. me recipit. Eadem Lucas. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum eſſet maior. At Iheſus uidens cogitationes cordis eorum, apprehendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe, & ait illis, quicunqꝫ ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit. Et quicunqꝫ me receperit, eum recepit, qui me miſit: nam qui minor eſt inter nos om-
Math. 18. nes, hic maior eſt. Et Mathęus. In illa hora acceſſerunt ad Iheſum diſcipuli dicentes, quis putas maior eſt in regno cœlorum: & aduocans Iheſus paruulum ſtatuit eum in medio eorum, & dixit, quicunqꝫ humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum.

¶ Nunc

Verba Ludde.

¶ Nunc uide quantis uerbis, quot exemplis, quanta diligentia Chriſtus præuenerit & prohibuerit ambitionem illam, quam tanto tumore iactant decreta, & decretales: ac ita repetunt, & inculcant, ac ſi hoc ſit paſcere populum Chriſti: quod eſt poteſtatem iactare & ambire.

¶ Vnde meo iudicio ſicut Apoſtoli uſq; ad finem uitæ Chriſti contenderunt, nec tot exemplis, & uerbis Chriſti, ab humana iſta affectione temperarunt: & tamen nullum permiſit obtinere Primatum, donec omnes diſperſi eum relinquerent, ita in eccleſia tot iam ſæculis contenditur de Primatu prohibito, nec auditur Chriſtus interim tot uocibus reſiſtens, nec ulli obtinere permittens: donec forte & ipſi, aduenienti Antichriſto diſpergantur, & Chriſtum negent.

¶ Nam Apoſtoli hæc primum pulchre ſeruabant: quando Iacobum minorē Hieroſolymis Epiſcopum conſtituerunt, & Petrus, Iacobus, ac Iohannes a ſe ſuos Primatus reiecerunt: poſt illos autem mox tam CHRISTI quam Apoſtolorum exēplo neglecto ſine fine contendunt, non pro uerbo quo plus doceant: ſed quo latius mandare, ligare, ſoluere, & lucrari quæant: ſic enim, & nos infirmitates Pontificum, non ſine multis ſcandalis ferre cogimur propter Chriſtum. Hæc diuerſarij uerba fideliter recitata.

Reſpondetur obiectioni primæ & ſecundæ, ac declaratur quæ dominatio a Chriſto fuerit prohibita. Cap. XXXIIII.

Solutio ad inducta.

PVgnat diuerſarius ex quatuor locis Euangelicis, contra Primatum Petri, & Romani Ponti. & quamuis cuilibet prudenti uiro obuium ſit, Chriſtum interdixiſſe ambitionem, & tyrannidem in locis allegatis: quod non appetant ſuperbe alijs dominari, ſicut principes gentium: ſed prælationem non prohibuit: quam ipſe conſtituit & ordinauit: quæ iuuat pulchre ordinem, & unitatem eccleſiæ ſeruare & hæc ad allegata ſufficerent.

Lu. 22. *Chryſoſto.*

¶ Tamen locos ſingulos ſpecialiter deſpiciamus. Primus eſt Lucæ. Reges gentium &c. Statim ab initio uerba CHRISTI explicat, de quo principatu loquatur, cum ait, reges gentium, quoniam illorum eſt ambire Primatū, ait Chryſoſtomus. Prima quæq; appetere Tyrannica paſſio eſt, ait idem. Math. xx. ubi huic ſimili legitur ſententia. Vnde non abſtulit, nec prohibuit prelationem dominus: ſed faſtum tumorem, mentis elationem, ambitionem, & quam humilitatem prælatus in dignitate conſtitutus, gerere debeat, oſtendit.

Baſilius. *Coloſ. 2*

¶ Hanc eſſe uerborum Chriſti intelligentiam ex his liquet. Primo quod Chriſtus exemplum ſuum ſubiungit, quis autem neſcit ipſum eſſe caput totius eccleſiæ, omnibus prælatum: & tamen ſummam docuit humilitatem, alijs miniſtrādo: licet per hoc alijs eſſe ſuperior non deſierit, docens prelatum alijs dignitate, non ſuperbire, ſed humiliter alijs miniſtrare: quod & gloſſa quę eſt Baſilij uoluit. Non extollat prę ſidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Vnde caſſum eſſet exemplum, ſi ad Ludderanam intelligentiam caperemus uerba Domini prohibitiua prelationis: cum ipſe fuerit uerus prelatus: Immo exemplum repugnaret dicto: arbitror tamen diuerſarium, non exiſtimare ſaluatorem noſtrum tali fuiſſe imperitia, ut docendo aſſumeret exemplum repugnans dicto. Cum in eo ſint omnes theſauri ſcientię, & ſapientię abſconditi. Satius eſt ergo, ut dicamus, Dominum Iheſum nō prohibuiſſe prelationem, ſed docuiſſe in prelatione humilitatem, & ſic exemplum fuit maxime accommodum propoſito.

Vetus ſenſus uerborū Chriſti.

¶ Secundo liquet ex uerborum ſerie, & ſignificantia: quia ait CHRISTVS, qui maior eſt in uobis, fiat ſicut minor: ubi expreſſe affirmat aliquem eſſe maiorem inter eos, qui maior eſt inquit: quod accipiendum eſt, ſecundum prelationem, fiat

ſicut minor per humilitatem,& exhibitionem miniſterij,& ita non deſtruit, ſed roborat prælationem,& ei modum imponit. Conſenſit huic gloſ. interlinearis,& qui præceſſor eſt,ſ. gradu dignitatis,ſit ſicut miniſtrator. *Gloſſa.*

¶ Tertio liquet ex eo,quia confeſtim eodem loco,explicat dominus,quis ſit ille maior futurus poſt mortem ſuam: qui tamen debeat eſſe ſicut minor,Petro dicēs. Ego rogaui pro te,ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos,ut libro primo prolixius ſumus proſecuti: non tamē nego Apoſtolos in cœna adhuc ignoraſſe,quis a Chriſto princeps Apoſtolorum conſtitutus eſſet. Iam ergo apertiſſimum eſſe arbitror ſaluatorem iſtis uerbis non impoſuiſſe per hoc æqualitatem Apoſtolis,excludentem ſuperioritatem prælationis: ſed humilitatis magiſter, ipſos ad humilitatem exhortans,omnem ſuperioritatem excluſit,ſuperbæ, iniuſtæ, ac tyrannicæ poteſtatis: & ita congruit illi Euangelico dictum ſapientis. Rectorem te poſuerūt,noli extolli,eſto in illis,quaſi unus ex eis.& quāto magnus es,humilia te in omnibus,& coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei ſolius, & ab humilibus honoratur,& hoc etiam præcepit S. Petrus. Non dominantes ait in clero,ſed forma facti gregis. Omnia ſuperiora ego confirmo per S. Bernhard. rotundis uerbis dicentem,interdicitur dominatio,indicitur miniſtratio,lib. ij. de conſyderā. ad Eugenium. Primo igitur loco diſcuſſo & examinato,ſequentes per ſe pateſcunt,tamen enarremus eos. *Luc. 22.* *Eccle. 32.* *Eccle. 3.* *1. Pet. 5.* *Bernhar.*

¶ Secundus locus per diuerſarium inductus eſt Math. xx. & Mar. x. De quo haud aliter iudicamus,quam de præcedenti: quoniam docuit Chriſtus, ut Hieronymus inquit,ad ſummitatem uirtutum non potētia,ſed humilitate perueniri. Nam quod reges gentium uiolenter dominantur ſubditorum eos in ſeruitutem redigēdo, hoc prælati eccleſiaſtici facere non debent. Ait Origenes: ſed ſubditis potius miniſtrare debent: hæc eſt uera uerborum ſaluatoris noſtri intelligentia ſanctis patribus conſentanea,& non illa quam diuerſarius adfert,pro ſuo arbitrio, præter alicuius Sancti Doctoris authoritatem. *Hiero.* *Origenes.* *In Ludderum.*

¶ Vnde quādo uerba Euangelica ſūt ambigua,pudēda eſt temeritas ab expoſitiōibus Sanctorum uirorum recedere: & proprio ſenſui,& expoſitioni adhærere,contra Sanctos Patres: cum ſapiens nos doceat,Ne innitaris prudentię tuæ. Huiuſmodi enim fictæ gloſſæ corrumpunt textus. *Prouer. 3.*

Chriſtus non reſtitit primatui Petri,nec Petrus Primatum depoſuit,licet non fuerit Hieroſolymis Epiſcopus,& de mordacitate Ludderi. Cap. XXXV.

Tertius locus a diuerſario adductus eſt Marci. Vbi redarguit eos ſuper cōtentione,quam habuerūt in uia,quis eorum eſſet maior: ideo ſicut primus locus intelligatur: Docet enim prælationem non eſſe temere uſurpandā, & ambiendam: ſed quod nullus debeat eſſe primus inter eos,& princeps Apoſtolorum,non dixit,nec alicubi inuenitur: locum illum repetit Lu. ix. Oſtendens quomodo oportet Prælatum paruulos,hoc eſt ſubditos ſimplices ſuſcipere,& amplecti quibus ſequitur diuerſarij inualidas eſſe inductiones,& applicationes: quod a Chriſto prohibitam ambitionem,decreta & decretales iactent: quod eſt falſiſſimum: licet ſuperioritatem,& ordinem dignitatum in eccleſia dei eſſe declarent,ac aſſerant: cum & decreta,& decretales ſemper ambitionem,& iniuſtam dignitatum uſurpationem prohibeant,ac deteſtentur,& ſeuera animaduerſione corrigant. *Mar. 9.* *Luce. 9.* *Decreta nō cōtra Chriſtum.*

¶ Atque falſum eſt Chriſtum reſiſtere dignitati Pontificiæ, aut Primatui Romanæ Eccleſiæ: fateor poſſe Romanum Pontificem peccare ſuperbia, ambitione, temeritate,ſicut multi malis artibus tantum quæſiuerunt faſtigium: quos Deus iudicet: ſi

quando

quando non per oſtium intrauerunt ad ouile Chriſti: quos tanto maior manet pœna, quanto altiori abuſi ſunt dignitate.

¶ Et quia radices fuerunt putridæ, Putridum etiam fructum attulerunt, cum diuerſarius ait, Apoſtolos primo hoc inſtitutum pulchre ſeruaſſe, quando Iacobus, Iohannes, & Petrus, a ſe ſuos Primatus reiecerunt: hoc inquam falſiſſimum eſt. Nuſq̃ enim legitur S. Petrum niſi moriturum primatum ſuum depoſuiſſe: in hoc enim plus credendum S. Iohanni Chryſoſtomo quam Luddero: qui affirmat uelut ſupra quoq; eum induximus. Licet Iacobus poſt Aſcenſionem ſpecialem illius loci curam Hieroſolymis habuerit: tamen Petrus uniuerſalem curam illius loci obtinuit: Vnde Iacobus ſucceſſit Chriſto Hieroſolymis, ut Vicarius particularis loci. Omnes enim Apoſtoli fuerunt paſtores, & Vicarij Domini noſtri Iheſu, ſicut Sancta teſtatur eccleſia. Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare. Tu domine ſuppliciter exorare, ut gregem tuum paſtor æternæ non deſeras, ſed per Beatos Apoſtolos tuos, continua protectione cuſtodias: ut eiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores. Eccleſia hic omnes Apoſtolos appellat uicarios. Verum unus fuit Vicarius generalis S. Petrus, non S. Iacobus, ut prolixe hoc probauimus lib. 1. & 2.

Petrus non depoſuit Primatũ

Eccleſia.

¶ At forſitan quæris, aut tacitus miraris, cur non S. Petrus fuit inſtitutus pontifex Hieroſolymis? poſſem tibi mox dicere. Iudicia dei ſunt imperſcrutabilia, & iudicia dei abyſſus multa, quis nouit ſenſum dñi, aut quis cõſiliarius eius fuit? Tamẽ S. Leo exprimit hoc ob id factũ a deo: ut ibi eſſet paſtor eccl'ię ſuę: ubi eſſet prĩceps terreni regni, & ut Bernh. ait ad Eugeniũ. Congruebat Iacobũ fieri Epiſcopũ Hieroſolymis: nam frater domini dictus eſt: ut ibi poſitus ſuſcitaret ſemen defuncti fratris, ubi occiſus eſt ille: & ſi non me fallit memoria libro primo, aliqua adduximus, puta ut regna Romano Imperio ſubiecta citius fidem Chriſti ſuſciperent: quam dominã uidiſſent ſuſcepiſſe: & ſicut fuerat eis magiſtra erroris; ſic fieret doctrix ueritatis: congruit enim gloria loci, excellentiæ præſidentis, & alia quæ attulimus.

Cur Petrus nõ epiſcopus Hieroſolymis.

Roma. 11.

Leo.

Bernhar.

¶ Sed uide Cynicum Theologum omnes Sanctos pontifices ab Apoſtolos uſq; in hunc diem ambitionis, & contentionis accuſantem: negligentiæ uerbi diuini, & aliorum ſcelerum. Poſſum dicere cum S. Auguſtino, contra Manichæos, contra Adamantium, ſi quis uellet inquit dentes in ipſos conuertere, quam mordaciter iſta reprehenderet: inculpabiles enim patres culpat, & minime ambitioſos. Nam poſt S. Petrum mox fuerunt. xxxij. Martyres, in pontificia ſede Petro ſuccedentes: poſt quos multi alij eruditione, & ſanctitate conſpicui, in eadem regnauerunt: quos omnes una cuculla, audet tã inſigni nota inurere: ut neglecto CHRISTI & Apoſtolorum exemplo ſine ſine contenderint, non pro uerbo, quo plus doceant, ſed quo latius mandent: Non ergo ægreferant Franciſcani Minoritę, non Iacobitæ prædicatores, non Epiſcopi, non iureconſulti, non Florentiſſimorum ſtudiorum Theologi, non Epiſcopi. Non reuerendiſſimus Cardinalis Thomas Caietanus Sed. Apoſtoli. Legatus. Non Sylueſter de Prierio. Non Hieronymus Emſer, nec Eckius ipſe, ſi impetuntur ab iſto Cynico Theologo: cum triumphantibus Martyrum coronis, in cœlo regnantibus non parcat: ſanctiſſimis patribus glorioſe CHRISTVM uerbo & opere confitentibus detrahat: at deus ſit ei propicius, & dimittat nobis omnia peccata noſtra.

In Ludderum.

Augu.

Non ægreferãt morderi a Luddero.

Precatio autoris.

Obiectio Ludderi ex Actibus Apoſtolorum diluitur, quomodo Petrus ſententiam de legalibus dederit. Paulus ſuperiorem agnouerit Petrum, & de electione Barnabæ. Cap. 36.

Obiectio Ludderi. Actu. 15.

POllicetur dein diuerſarius ſua ſe probaturum ex hyſtorijs & rationibus. Prima autem eſt Petrus æqualis ſcribitur cæteris Apoſtolis, deniq; ſui ſermonis confirmationem a Iacobo accepit. Deinde nullum Apoſtolorum ipſe ordinauit: nec ullus ſub ipſo fuit: quomodo ergo ſucceſſor Petri, omnium Apoſtolorum, ſucceſſores ſub ſe habere poteſt? quid quæſo ad hæc dici ab ullo poteſt? Item Mathiam nec ipſe, nec omnes ſimul auſi ſunt in Apoſtolum ordinare: ſed ex deo poſtularunt tantum: cui & hoc addi poteſt, quod legitur: dixit illis ſpiritusſanctus: ſegregate mihi Saulũ, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos: tunc ieiunantes, & orantes imponenteſq; eis manus dimiſerunt illos.

Temeritas Ludderi. Actu. 13.

Solutio.

¶ Quamuis non impendio illa adducta ex ſuperioribus poſſint dilui: at ut ordinẽ proſequamur damnati libelli, ſuſcipiamus reſponſionem illorum. Et primo quidẽ non nego Petrum fuiſſe æqualem alijs in Apoſtolatu, non ſolum poteſtate, ſed etiã honore, ut Cypriani Martyris authoritate probauimus ab initio: quare non conuenit, quod diuerſarius diuinatur, Petrum fuiſſe æqualem alijs Apoſtolis poteſtate, ſed non honore: at de illa æqualitate, & inæqualitate multa diximus lib. 1.

Cypria.

Hierony.

¶ Porro cum aſſumit diuerſarius ſermonem Petri accepiſſe confirmationem a S. Iacobo: oſtendimus illud eẽ falſum, tũ ex textu ipſo, tum ex diui Hieronymi authoritate: quoniam S. Petrus fuit princeps huius ſententiæ de legalibus non obſeruandis: quamuis ſi ex humilitate detuliſſet S. Iacobo non fuiſſet uituperandus, ſed laudandus: ſicut Vicarij Papæ, & Patriarcha Alexandrinus ceſſerunt Nectario Conſtantinopolitano, in Concilio Conſtantinopolitano.

¶ Porro quod S. Petrus nullum Apoſtolum ordinauerit, oſtendimus lib. 1. hoc eſſe ambiguum: quia neutra pars euidenter duci poteſt ex ſacris literis: quod ſi etiã hoc diuini muneris fuit: quod Chriſtus hoc ſibi reſeruaſſet: tamen hoc eſt impertinens ad primatum, nec impedit, nec promouet inſtitutum: Nam ſi Primatus Pont. traditur, ob hoc tamen non fit omnipotens: quod poſſit omnia facere. Vnde facere Apoſtolum ſecundum communem, eſt ultra Primatum pontificium.

Anacletus. Apoſtoli ſub Petro.

¶ At falſiſſimum eſt nullum Apoſtolorum fuiſſe ſub Petro: cum omnes iuxta Anacleti ſententiam, uoluerunt eum eſſe primum: Immo S. Paulus agnouit eum eſſe ſuperiorem: cum ad eum aſcendit Hieroſolymam, ut conferret cum eo Euangeliũ: non quod S. Paulus dubitaret de reuelatione facta: ſed quod & per S. Petrum, & alios Apoſtolos, ille autentice (ut ita dicam) approbaretur: quo perſpicuum fieret ipſum ueritatem Euangelij tenere S. Petri approbatione: Vnde magnam fuiſſe aſcendendi cauſam, ex ipſius S. Pauli teſtimonio liquet. Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcẽdi Hieroſolymam, cum Barnaba, aſſumpto & Tito: aſcendi autem ſecundũ reuelationem, & contuli cum illis Euãgelium: quod prædico in gentibus. Pondera quod iuſſus a domino ſecundum reuelationem aſcendit conferre Euangelium. Cur iuſſus conferre Euangelium, niſi quia illi erant columnæ eccleſiæ, erant ſeniores, & in eccleſiæ regimine ſuperiores: licet in fidei propagatione, & fundatione uelut omnes Apoſtoli, erant æquales: quare deſine tanta temeritate diffinire: quaſi ad hæc (quæ leuicula ſunt) nihil poſſit dici: cum omnia facillimẽ ſint dilutionis.

Gala. 2.

¶ Ita de S. Mathia deligendo late ſuperius diſſeruimus. Ad id uero quod de Barnaba, & Saulo adduxit facile reſpondeo: hoc plus fauere aſſertioni noſtrę, quã Ludderanę: Nam etſi electio in Apoſtolatum facta fuerit a ſpiritu ſancto: quia dixit, in opus ad quod aſſumpſi eos: tamen ordinatio uidetur hoc loco a Petro facta: inquit enim, & imponentes eis manus, dimiſerunt illos glo. in modum ordinandorum: & ita tunc deſcribuntur eſſe ordinati ad Apoſtolatum: ſicut fuerunt a ſpiritu ſancto aſſumpti: at ſiue unum ſit, ſiue aliud, hoc nihil refert ad Primatum, ſiue S. Petrus

ordinauerit

ordinauerit Apoſtolos, ſiue CHRISTVS ſibi hoc ſpeciali munere reſeruauerit, ſecundum ſuperius controuerſa.

Quod Paulus reprehendit Petrum ex hoc Primatus Petri non improbatur. Cap. XXXVII.

SEcunda Hiſtoria quam adfert diuerſarius ex Paulo. Antiochiæ Petrus a Paulo reprehendebatur, in quo patet Romanum Pontif. ſubeſſe cuilibet melius ſentienti: Nec ideo uerum eſſe, aut bonum quia ipſe ſic dicit, aut fa cit: ſed rationem reddere tenetur: Immo non ſemper poteſt rationem reddere, ſed cum Petro aliquando errat. *Obiectio Ludderi. Gala. 2.*

¶ Ad hanc hiſtoriam dicimus, ut ex ſuperioribus liquet: quoniam hoc factum per tinuit ad fidei ædificationem: quod pertinebat ad officium Apoſtolatus, nam quo ad fidei defenſionem erant Apoſtoli pares ex Apoſtulatu: Et ſic debet intelligi B. Hierony. ſuper epiſtola ad Galat. Paulus Petrum reprehēdit: quod non auderet, ni ſi ſe non imparem ſciret: non imparē intellige in Apoſtolatu. Renarrat Gratianus. *Solutio. Hierony. 2. q. 7. Paulus.*

¶ Vnde ſi modo eſſet Apoſtolus in terris: ille in his quæ ſunt fidei, nec Sum. Pont. nec toti Concilio eſſet ſubiectus: quantum uero ad regimen, & poteſtatem attinet, ſic Petrus fuit ſuperior Paulo: quem uelut eccleſiæ caput uenerabatur: ad quem primo aſcendens uidere eum, manſit apud eum diebus. xv. Et quod illuſtriſſimus princeps Georgius Saxoniæ Dux &c. Ponderabat pro Petro, quod cum Symon Magus illuderet populo & uolaret, dixit S. paulus ſe oraturum, ut Petrus præcipe ret. Vide imperium agnouit in Petro, & in hoc ei ceſſit. *Dux Georgius Saxo.*

¶ Et ut docte ponderat Hieronymus in Epiſtola ad Auguſtin. quod & poſt. xiiij. annos aſcendit: quaſi non ſecuritatem habuerit prædicandi Euangelium: niſi eſſet Petri ſententia roboratum: Vnde facile admitto ſuperiorem ab inferiori melius ſen tiente emendari: ubi imminet periculum fidei: indubitatum autem eſt apud om nes, Paulum fuiſſe æqualem Petro, quo ad fidei defenſionem. Vnde & Michael de Zezenna reſtitit Iohanni. xxij. prædicanti animas ſanctorum non beari uſque quo reunirentur corpori. *Hiero. Zezenna.*

¶ Non eo cōfugio: quod fingam alium Petrum fuiſſe reprehenſum a Paulo, quam Apoſtolum: quod aliqui dixerunt, quod uere & docte a B. Grego. ſuper Ezechie le reprehenditur: fateor ergo Petrum reprehenſibilem a Paulo reprehenſum: Nam legit Pauli epiſtolas, & laudauit eas. Itaq; ſe etiam reprehenſum laudauit, inſigne ue ritatis teſtimonium: Paulus ſcripſerat in epiſtolis ſuis Petrum reprehenſibilem. Et ecce Petrus in epiſtolis ſuis aſſerit Paulum in his quæ ſcripſerat admirandum: quā manſuetudinem miratus B. Grego. ſuper Ezechiele ait, penſate Fratres chariſſi mi in quo mentis uertice ſtetit: qui illas epiſtolas laudauit, in quibus ſcriptis ſe uitu perabilem inuenit: quæ illa manſuetudo tanta eſſe potuit? quies animi? quæ ſolidi tas antiquæ inperturbatio cogitationis? Ecce a minore ſuo reprehenditur: & repre hendi non dedignatur: non ad memoriam reuocat, quod primus in Apoſtolatum uocatus eſt: non quod claues regni cœlorum acceperit: non quod peccata quęcūq; in terra ſoluerit, eſſent & ſoluta in cœlo: non quod in mari pedibus ambulauit: non quod paralyticos in Iheſu nomine iubendo erexerat: non quod ægros ſui corporis umbra ſanauerat, non quod mentientes uerbo occiderat: non quod mortuos oratio ne ſuſcitabat: hoc ergo loco quia reprehenſus eſt Petrus, non poteſt aduerſario pro bari eum non fuiſſe uniuerſalis eccleſiæ paſtorem. *Grego. 2. Pet. 3. Grego. lib. 2.*

Obijcit diuerſarius de Hieronymo, Victore, Aniceto, & Polycarpo, ac orientalibus, ueritas aperitur, & quæ fuerit occupatio patrum cū Paſchate, & lapſus Ludderi multiplex. Cap. 38.

Obiectio Ludderi. Lib. 5. AFfert dein diuerſarius tertio loco tres hiſtorias, Prima eſt ex eccleſiaſtica hiſtoria. Victor primus Roma. Pont. Aſiæ Epiſcopos uoluit excommunicare: redargutus autem eſt non a Paulo: ſed ab Ireneo Lugdunenſi: & coercitus etiam a cæteris omnibus: monitus, & iuſſus pacem habere, & eccleſiam non conturbare: quibus ſicut decuit ceſſit. Item ibidem Anicetus quoq; ceſſit Polycarpo Smyrneo Epiſcopo, nec eum cogere potuit in ſua decreta. Item hiſtoria trip. *Lib. 4.* Iulius primus conatus prohibere ne citra ſuam authoritatem Concilium cogerent orientales Epiſcopi, inaniter egit: quia nihil illi hoc curarunt: & acutiſſime illi reſcri- *Solutio.* pſerunt, hæc diuerſarius in damnato libello. Cum diuerſarius hiſtoriam adducit de S. Victore mirum eſt quam cęcutiat: quum ex illa hiſtoria apertiſſime conſtet Ro- *Ireneus.* manum Pont. eſſe ſuperiorem Græcis & Aſianis: non enim Ireneus etiam S. Martyr monuit Victorem, ne Aſianos excommunicaret: quia non haberet poteſtatem ſuper eos: nam uir tanta ſanctitate erat, Victor dein Martyrio coronatus: ut nõ am- *De paſcha.* biret poteſtatem in Aſiaticos, quã nõ haberet: Sed monuit Ireneus ne pro re tali, cu- *S. Pius.* ius non admodum magnum erat periculum tanta fieret in eccleſia dei turbatio: Vt *S. Victor.* autem plenius cognoſcatur de cauſa ab ouo eam replicemus: ſtatuerat S. Pius Pa- *Polycrates.* ſcha debere celebrari die dominico iuxta reuelationem factam Hermeti ab angelo in habitu paſtoris uelut Canon. 1. Pij indicat: idem decreuit S. Victor. xiiij. a S. Petro decretali prima: hoc Polycrates Aſianus noluit acceptare iuſſus etiam a Victore. Cui plures alij adhærebant celebrantes Paſcha uetuſto more. xiiij. Luna primi menſis: Ideo Victor omnes illas eccleſias a communione indicauit ſeparandas. Monuit Ireneus ne faceret, ne tot eccleſias a communione ſepararet. Cui etiam S. Victor acquieuit. Expende Lector, Ireneum non negaſſe Primatũ Papæ Victoris: Sed cõſuluiſſe ob maius malũ uitandũ: ne exerceret poteſtatẽ excõmunicandi ob tale factũ in tot eccleſias: & ita plus ſuffragatur Primatui, quam reſiſtat: non dixit, uel S. Ireneus, uel Polycrates ad Victorem: quid agis: Excedis limites regiminis tui: non habes illam poteſtatem excommunicandi: ſed ſolum uoluerunt non debere Papã eos excommunicare ob hoc factum: maxime perpenſa eccleſiarum multitudine: Fallitur ergo diuerſarius credens ſe hic infirmare poteſtatẽ Papæ: ubi optime roborat: ac probat. Nam quis eſt q̃ neſciat inferiorẽ monere Papã ſeuerius agere uolentẽ: ita arbitror quottidie fieri tã apud Imp. q̃ apud Sum. pont. & ita factũ fuit in præſenti *Hierony.* negotio: cum uaria obſeruatio, ut Hierony. ſuper epiſtola ad Galath. ait. Euangeliũ non uariet. Vnde Ireneus non cohercuit Papam: ut aſſumit diuerſarius: nec hoc di- *Euſebius.* cit Euſebius: quoniam & ipſe dicit rectiſſimam eſſe Victoris ſententiã, Paſcha die dominico celebratum: ſed diſplicuit ei quod ob hanc cauſam omnes eccleſiæ Aſiaticæ deberent a nobis ſecedere: & reuera longo tempore in eccleſia etiam uſq; ad tẽ- *Labor patrum de Paſchate.* pora Auguſtini, & Hieronymi maximus erat labor de tempore paſchatis celebrandi. Vnde ſemper in Synodo autumnali, uel Auguſti, fuit unum de præcipuis negotijs: ut decerneretur concorditer quo die paſcha celebrari deberet: ne ex uarietate ſcandala naſcerentur ſicut plurima nata fuerunt: Hoc tunc grauiſſimum eccleſiæ negotium: nullius eſt noſtro ſæculo difficultatis: cum iam ex tabulis etiam ineruditi, eruditiores, ex motibus aſtrorum facile ſupputant, in plures centenarios: quod ſit interuallum, & alia cohærentia. Scripſimus annis ab hinc ſex diortoſim ſuper ea- *Anicetus.* dem re ad dominum Apoſtolicum Leonem ponti. Maxi. Dein quod de Aniceto S. Papa & Martyre affert, corrumpit diuerſarius hiſtoriam, non habet hoc Euſe- *Ludder corrũpit Euſebium.* bius in eccleſiaſtica hiſtoria: nam cum diceret Euſebius ita, ut cederet Anicetus Polycarpo, etiam ſacerdotali miniſterio perfungi, corruptor ille dicit, Anicetum ceſ- *Polycarpus.* ſiſſe Polycarpo, & ubi Euſebius ſcripſit, nec Anicetus Polycarpo ſuadere poterat: inuertit diuerſarius, nec eum potuit cogere in ſua decreta. Vnde ita ceſſit ei Anicetus

Non quod

Non quod Polycarpus nollet eſſe ei ſubditus: Nã quid tunc feciſſet Romæ Anicetum adiens ex Smyrna: ſed quia Victor uoluit, ut paſtor uniuerſalis: ut per omnes eccleſias Aſiaticas, & alias, Paſcha celebraretur die dominico: uenit ad eum Policarpus, oſtendens quę turbatio futura eſſet in Aſia ſuper illo decreto: tamen ne fieret illa perturbatio pro conſeruanda concordia obtinuit apud Anicetum, ut morem antiquum obſeruarent eccleſię in Aſia. Nam & Anicetus uoluit manutenere conſtitutionem Pij: & propter illam condeſcenſionem Aniceti. Inducit diuerſarius Papam non fuiſſe ſummum Epiſcopum, aut primum: quod quilibet facile intelligit nullius eſſe roboris.

Lapſꝰ Ludder cum uult ꝓbare ex facto hæreticorum.

¶ At longe impudentiſſimum eſt, quod tertio loco inducit. Aliquid probaturus ex facto hęreticorum, & ſchyſmaticorum. Nam illi Epiſcopi fuerunt Euſebius, Theoginus, Theodorus, & Berinthus: qui ſanctos dei expulerunt Athanaſium, Paulum, & alios, ut hoc libro meminimus non ſemel: ubi etiam illos probauimus fuiſſe ſub Iulio Pontifice, licet minarentur ſe receſſuros ab obediẽtia, ſi Iulius communicaret Athanaſio, & non confirmaret Epiſcopos, quos ipſi delegerant: tamen Iulius eos citauit, & excommunicauit: ac Athanaſium, cum reliquis reſtituit: licet ſchyſmatici illi, & hęretici denuo eos expulerint perfidia Imper. Conſtantij Arriani. Conſidera candide Lector quibus nenijs diuerſarius nitatur: cum facta hæreticorum in probationem adſumat: nec ſciat fundum, ſcopum, & id in q̃ cardo rei uertur, quid Orientales Epiſcopi ſcripſerint Iulio, quid Iulius reſponderit, inuenies in fine operum B. Athanaſij, ſicut his epiſtolis ſæpe uſi ſumus hoc libro.

Quod Ludder obijcit de Primatu eccleſiæ Romanæ ab Imper. Conſtantino IIII. dato reſpondetur, & quid Regum diffinitio in rebus fidei poſſit decernitur. Cap. XXXIX.

Obiectio Ludderi.

NE diutius q̃ par ſit proſequamur diuerſarij inductiones: & ſic faſtidium legentibus pariamꝰ. Colligamus nos tres eius hiſtorias in unum. Quarta eſt, inquit Roma. Ponti. eſſe omnibus ſuperiorem humano decreto ſancitum eſt. Nempe Conſtantini quarti Gręcoꝝ Imp. ut ſcribit Platina in Benedicto ij. nec ſit tamen obſeruatum ab alijs Epiſcopis. Quinta hiſtoria, Nunquid Cyprianũ, Augu. alioſq; Aphricę Epiſcopos confirmauit Papa: qui tamen de latina eccleſia fuerãt? nunquid eorum Concilia impediuit? aut conciliabula fuerunt, quia ſine Romani Põti. auctoritate geſta ſunt? ut in eorum libris clare habetur. Sexta quando Alexandrinum, Antiochenum Hieroſolymitanum, & alios Aegypti, Arabiæ, Syriæ, totiuſque Orientis Epiſcopos inſtituit: hi omnes ergo hæretici fuerunt? Abſit.

Platina.

Solutio.

¶ Iſta omnia facilis ſunt dilutionis, nam quod primo allegat illud factum iure humano Imperatorio: tot occurrunt, ut uix ſciam: quo primum repellam, tam fragilem, & caducam obiectionem: ſed hinc ordiar. Primo enim nos probauimus Primatum auctoritate Euangelij, ſanctorum Martyrum: Vbi Imperatores nedum eccleſiam non glorificabant: ſed eius quęrebant deſtructionem: Tum ſi ab Imperatoribus uoluit ordiri. Cur non incepit a Conſtantino primo, de quo ſupra plura: aut cura Marciano, aut Theodoſio, aut ab illo legum inſtauratore Iuſtiniano I. qui omnes conſtituerunt Roma. eccleſiam fore ſupremam eccleſiarum. Porro qua dialectica ſequitur, hoc eſt conſtitutum iure humano: ergo non eſt de iure diuino: quaſi non poſſit idem eſſe de iure diuino, naturæ, & humano: cum exploratum ſit, nihil eſſe iuſtum iure fori: quod non ſit iuſtum iure poli, ut Chryſopaſſo prædeſtinationis oſtẽdimus. Hoc attendentes Chriſtianiſſimi Impera. multa conſtituerunt ſuper eccleſias: quę

Primatꝰ Papæ non ab imperatoribus

Lapſꝰ Ludderi multiplex

96. diſ. Conſtãtinus

prius erant iure Pontificum, aut diuino decreta; ut per ius imperiale teneretur ius di
uinum, & executioni daretur ius Pontificum, & diuinum: Non ergo fuit intentio
Conſtantini iiij. nouum ſancire, aut nouum priuilegium conferre; ſed ius ei compe-
tens declarare, cedere, aſſumere, manutenere, exequi, iuri diuino ſe conformare,
aut quocunq; alio nomine appellem (non curo hic diſcutere quando ualeant leges lai
corum circa res eccleſiaſticas, de quo per Doctores in c. eccleſia S. Marię de conſti-
Nicolaus Papa tu. cum concordantibus). Et quod hoc ſit uerum liquet ex epiſtola Nicolai Papæ ad
Michaelem Imper. ſæpe iam citata, in qua inter alia ait. Iſta ergo priuilegia huic ſan
ctæ ſedi a deo ſunt donata, a Synodo, non ſunt donata: ſed ſolum celebrata, & uenera
ta; per quæ non tam honor quam onus nobis incumbit, & infra. Proinde animaduer
tendum eſt, quod non Nicena, non deniq; illa Synodus, quodquam eccleſiæ contu-
lit priuilegium; quæ in Petro nouerat eum totius iura poteſtatis plenius meruiſſe, &
cunctarum Chriſti ouium regimen accepiſſe. Vnde priuilegia Apoſto. ſedis nullate-
nus poſſunt commutari; quoniam fundamentum quod deus poſuit, humanus nō ua
let amouere conatus; & quod dominus ſtatuit firmum ualidumq; conſiſtit: illeq; po-
Roma. 13. tiſſimum peccat, qui dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuilegia inquam huius ſedis
perpetua ſunt, diuinitus radicata atque plantata; impingi poſſunt, transferri non poſ
Hibernicus ſunt; trahi poſſunt, euelli nō poſſunt, comprobat hoc Hibernicus diſputans, cum Ar
Armenus meno. Nam Armenus minus bene ſentiens de fide obiecit: quomodo eccleſia Ro-
ma, eſſet alijs prelata Conſtantini Imper. auctoritate. Circa annum Gratiæ 350. Si-
militer per Phocam Imperatorem; qui temeritatem Ciriaci Conſtantinopolitani re-
preſſit (ut ſupra meminimus) Et Romanum Ponti. ſuperiorem Conſtantinopolita
no, & alijs declarauit: Nam ſic ait Armenus, magnus Imper. Tartarorum poſſet ec-
cleſiam de Cathay conſtituere caput omnium eccleſiarum; reſpondet Hibernicus
hanc dignitatem eccleſia ab aliquo Imper. ut prudenter obijcis, non accepit: ſed a ſo
lo Chriſto Imper. Cœleſti: ne tamen aliqua perſona, uel eccleſia hanc prærogatiuam
ſibi uſurpare preſumeret: & ut ipſa Roma. eccleſia liberius, & ſecurius ubicunq; ſua
exequi poſſet iura; emanarunt, ſuper hoc Imper. decreta, non inſtitutoria, ſed decla-
ratoria, & adiuuantia; quibus temeritas rebellantium Auguſtali etiam decreto re-
primeretur. Vides candide Lector per leges Imperatorias, non repelli ius diuinum.
Et nedum Imper. ſed & alij Reges catholici Eccleſiaſtica ſtatuta, ut ſeruarentur: da
Richaredus tis legibus adiuuarunt. Sic Richaredus Rex, & Syſenandus Hyſpaniæ, & Gallię re
Syſenandus ges, fecerunt obſeruare decreta Conciliorum Arelateñ. Toletani, & Tauriensis, &
Carolomannus Carolomannus Rex Francorum conſtituit ſeruari Canones a Concilio a ſe conuo-
S. Bonifacius cato promulgatos ſub preſidentia S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini Germano
rum Apoſtoli. Anno ſalutis 752. Hæc late deduximus non propter diuerſarij ob-
iectionem, quæ nulla eſt: Sed quod ex inſtitutionibus principum lib. ij. allegatis; poſ
ſet quis ſimile argumentum excudere. Et quod nulla ſit ratio diuerſarij patet, quia
Platina. melius citaſſet Platinam in uita Bonifacij iij. ubi Impera. prætulit Romanum Con-
Bonifacius ſtantinopolitano, Et quia circa tempora Benedicti non erat illa contentio de Prima-
tu: ſed ſolum de modo eligendi Pontificem, in præſentia Ambaſiatorum Cæſaris, &
Lapſꝰ Ludder ſuper hoc fecit Conſtantinus iiij. Conſtitutionem: & non hinc prætulit eum alijs ec-
et intētio Plati cleſijs: ſed præſupponit eum omnibus Prelatum, & ab omnibus uenerandum: eo ip-
næ explicatur ſo quod ſit Roma. Ponti. Ait enim Platina. Conſtantinus Impera. hominis ſanctitate
permotus ſanctionem miſit, ut deinceps quem clerus, populus exercituſque Ro-
ma. in Pontificem delegiſſet eundem ſtatim CHRISTI uerum uicarium eſſe om-
nes crederent: nulla aut Conſtantinopolitani principis, aut Italiæ exarchi, expecta-
ta auctoritate; ut ante fieri conſueuerat: id. n. ratum erat in creando Pontifice, quod
princeps confirmaſſet, uel qui eius uices in Italia gereret. Hęc Platina ubi perſpicuũ
eſt etiam

eſt etiam Grammatico lectori ſanctionem illam pręcipue reſpexiſſe illam confirmationem electi Imperialem:non poteſtatem, aut dignitatem confirmati.

Errores multiphariam Ludderi excutiuntur, potiſſimum quod exiſtimat ad Primatum iure diuino attinere confirmationes Epiſcoporum, & Aphricana Concilia ſine conſenſu Papæ facta. Cap.XL.

CONceperamus contrahere Ludderanas obiectiones:& ecce præter uotum coactus ſui me dilatare,ob ineptam diuerſarij inductionem: Nam ſi Conſtãtinum primum induxiſſet diuerſarius,aut Theodoſium plus apparentiæ habuiſſet obiectio:pergamus iam ad quintę hiſtorię (ita appellat) dilutionem. Vnde ab initio ſtatim laterem lauat: quod ex eo, ꝙ Papa illos non confirmarit Auguſtinũ & Cyprianum:ideo non fuerũt ei ſubiecti. Nam ignorat adhuc diuerſarius ab antiquo conſtitutum, Epiſcopum quemlibet a ſuo Metropolitano confirmandum,& Metropolitanum a Primate,& Primatem a ſuo Patriarcha: quod iugum neſcio quomodo Epiſcopi excuſſerunt,ut confirmationem ſaltem in Germania,omnes ex Roma petant forſitan uiri magni,& potentes,ac natalibus illuſtres dedignabantur confirmari ab humilis generis Metropolitano, hoc autem de confirmatione per Metropolitanum facienda,conſtitutum fuit in Concilio Niceno. Et renarrat Bonifacius Papa in quadam Epiſtola, ad Hylarium Narbonenſem. Et Gratianus renarrat. Poteſtas ſane, uel confirmatio pertinebit ad ſingulas prouincias ad Metropolitanum Epiſcopum. Cum alijs Canonibus Innocentij,& Gelaſij,a Gratiano enarratis. Et Canon iiij. Concilij Niceni ait in fine. Firmitas autem eorum quę geruntur per unamquamq; prouinciam Metropolitano Epiſcopo tribuatur. Hęc omnia apertiſſime probantur ex decreto xvij. octaui Concilij uniuerſalis,poſt quod nullum tale habemus tanta unanimitate plurimarum nationum collectum,cuius decreta habeamus. Dicit autem ſic. Sancta & uniuerſalis Synodus antiquam conſuetudinem iubet ſeruari per Aegyptum,& prouincias,quę ſub ipſa ſunt,ita ut horum omnium Alexandrinus Epiſcopus habeat poteſtatem,dicens. Qui & in Romanorum ciuitate huiuſmodi mos præualuit,qua cauſa, & hæc ſancta, & magna Synodus,iam in ſeniori, & noua Roma: quam in ſede Alexandriæ,Antiochię, & Hieroſolymorum priſcam conſuetudinẽ decreuit ab omnibus obſeruari:ita ut eorum pręſules uniuerſorum Metropolitanorum, qui ab ipſis promouentur, ſiue per manus impoſitionem, ſiue per pallij dationem Epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant poteſtatem uidelicet ad conuocandum eos urgente neceſſitate,ad Synodalem conuentum, uel etiam ad coercendum illos, ad corrigendum quum fama eos ſupra quibuſdam delictis forſan accuſauerit:Expende de acceptione firmitatis &c. Et lib.ij. de Conſtantinopolitano adduximus,quos Epiſcopos habeat confirmare. Recte ergo diximus diuerſarium inanem meſſem facere: cum aſſumit, illos non confirmatos a Papa. Ergo non fuiſſe ei ſubiectos.

Confirmatiões Epiſcoporum.
Notẽt Germani.
Nicenum Concilium
Bonifacius
Diſ.64.Epi.
Innocen.
Gelaſius.
17.Concilium

¶ Et omnino nullum colorem habet de Cypria. & Auguſt. cum hoc lib. ſupra oſtẽderimus Aphricam illoꝝ temporibus fuiſſe Ro.eccle.ſubiectam:ſic Ro.Pont. Theſſalonicẽ. Epiſcopo priuilegium dedit Epiſcopos inſtituendi per Achaiam, & Macedoniam:Et ꝙ Epiſcopi Aphricani fuerunt a primatibus confirmati liquet ex Cano.xiij. Concilij Chartaginẽ. cui S. Augu. interfuit, Aurelius Epiſcopus dixit quid ad hęc ſanctitas ueſtra, ab uniuerſis Epiſcopis dictum eſt, a nobis ueteꝝ ſtatuta debent ſeruari,ne inconſulto Primate,cuiuſlibet prouinciæ,tam facile rem præſumant multi congregati Epiſcopi,Epm̃ ordinare. At ut diximus nullus fuit tam temerari9:

Confirmatio Epiſcoporũ
Chartagnen. Concilium Augu.

qui ſenſiſſet eſſe de iure diuino, omnes Epiſcopos debere immediate ordinari, aut confirmari a Romano Pontifice: licet omnes iure diuino ſint ei ſubiecti, & eius auctoritate inſtituantur.

Lapſo Ludder Hiſtoria. *locus* *Aphricana Cõcilia à Papa.* *Zozimus* *Bonifacius* *Ludderi temeritas* *Aphri ad Papã*

¶ Sed magnam audiamus diuerſarij inſcitiam: ꝙ adducit Concilia Chartaginẽſium fuiſſe geſta ſine auctoritate Romani Pont. Adhuc puer didiceram, Hiſtoriam eſſe teſtem temporum, lucem ueritatis, magiſtram uitæ, nunciam uetuſtatis. Et ꝙ prima lex hiſtoriæ eſſet, ne quid falſi diceretur. Factus autem uir cogor diſcere a Luddero pro hiſtorijs, etiam nugas & ſomnia. Nam in ſuperioribus liquidiſſimum fecimꝰ, quomodo iij. & iiij. Concilia Aphricana, fuerint auctoritate ſedis Apoſtolicæ celebrata, miſſis ad iſta Fauſtino Epiſcopo, Philippo & Aſello preſbyteris a Zozimo Papa, & Bonifacio Papa dein continuante: qui dein ſæpius miſſi ſunt ad illa Concilia Aphricana. Et ſcias candide Lector nullum Concilium Aphricanorum fuiſſe uniuerſale Concilium: & liquet ex epiſtola Concilij ad Bonifacium Papam: & profecto admirandum eſt diuerſarium non timere ſe turpiter deprehendi in falſo: quum ſe remittit ad libros Auguſtini, & xc. epiſtola extat Cõcilij Chartaginẽ. ad Innocẽ. Papam, & reſpondet ei epiſtola xci. & laudat eos: ꝙ ſicut debuerunt, ita ſedem apoſtolicam conſuluerunt, ſic epiſtola xcij. eſt Concilij Milleuitani. Cui S. Auguſtinus interfuit. Reſpondet Innocen. Epiſtola xciij. & utriuſqꝫ Concilij concluſa approbat: adhuc audet diuerſarius mentiri, auctoritatem Romani Ponti. non interueniſſe ad Concilia Aphricana. Similiter in operibus Cypriani lib. I. epiſtola ij. eſt Concilij Aphricani xxxviij. Epiſcoporum ſcribentium Cornelio Papæ: ꝙ ipſi decreuerint de pace pœnitentibus, & ad eccleſiã redeuntibus danda &c. ſubdentes ꝙ credimus nobis q̊qꝫ pœnitentiæ miſericordię contẽplatione placiturũ: ita Cornelium Papam fecerũt certiorem de preſbyteris ad gremiũ eccleſię redeuntibus lib. iij. epiſtola xi. Et ſuperius locuplete probauimus Aphricam uſqꝫ ad interiora Libiæ Aethiopiæ (ubi fuerunt Chriſtiani) pertinebat ad Alexandrinum. Vnde ſemper conſtantiſſimũ fuit nullum Concilium ratum fuiſſe ſine Romani Ponti. auctoritate. Nam S. Marcellus Papa, & martyr ſcribit Canone ij. Apoſtoli eorumqꝫ ſucceſſores, domino inſpirante conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus præter Romanæ ſedis auctoritatem. Hoc tamen excipio niſi Papa uenire, uel mittere renueret, ut Talaſius Epiſcopus Capadociæ dixit in Synodo Epheſina. Per iſta reſpondetur etiam ad ſextam hiſtoriam diuerſarij, quando in ſuperioribus oſtendimus, Orientales Epiſcopos, & Aegyptios, ſedi apoſtolicę fuiſſe ſubiectos, ad ipſius ſedem prouocaſſe, & ſedis apoſtolicæ beneficio reſtitutos: qui a ſchyſmaticis fuerant expulſi. Vnde recte conuincitur legem hiſtorię non ſeruaſſe Ludder.

Cyprianus. *S. Marcellus* *Talaſius*

Omnes fideles ſunt ſub Papa, conqueritur iacturam Chriſtianorum author, Bahanis prædictio memoratur, eccleſia tamen probatur magna in comparatione ad Iudæam. Cap. XLI.

Obiectio Ludderi. *Pſal. 2. & 20.*

SEptima porro hiſtoria, uel ratio diuerſarij eſt. Nec hodie inquit ſub Romano Ponti. ſunt qui in Perſide, India, Scythia, totaqꝫ Oriente ſunt. An putas nullos ibi eſſe Chriſtianos, & regnum Chriſti in Romano coactum, Cuius ſunt omnes fines terræ? an non ſunt Epiſcopi, quia non induunt ueſtes, non habent palatia, equos, aliaſqꝫ pompas Romanas? ſufficit ꝙ uerbum dei docent, & diligant, & paſcant: quia ſic nec Apoſtolos confiteberis fuiſſe Epiſcopos, ſi faciem rerum, non res ipſas contemplari cœperis. Immo eo meliores Epiſcopi, quo a laruis facierum remotiores, & eo minus Epiſcopi, quo propiores.

¶ Ad hanc

¶ Ad hanc Ludderi obiectionem forte non eſt opus, ut reſpondeamus: quia Tartarorum nouimus multitudinem, Turcarum potentiam, Saladini Sarracenorum, in Aphrica latiſſima regna, in Scythia diuinatur diuerſarius eſſe Epiſcopos, ubi homines, nec ſunt homines: In India forte Pręſtan uoluit ſignificare, uulgus preſbyterum Iohannem appellat: & meminit Picus doctiſſimus comes, quia Præſtan Indica uox regem ſignificat. Vere dolendum eſt Chriſtianitatem, in has anguſtias deductam in centum annis, uix unum regnum Granati in occidente acquiſiuimus. Et in Oriente, xxxiiij. perdidimus regna, & duo Imperia: perdidimus Aſiam terrā Sanctam pedibus ſaluatoris noſtri calcatam, perdidimus Aphricam, Aegyptum, Thraciam, & totam ferme Græciam: quæ aut non eſt Chriſtiana, aut errat in fide quo olim orationem habuimus: nolumus uagari, Bohemos in fide continere non poſſumus, qui ſiti ſunt in umbilico Germaniæ magnę: Et tamen nobis ipſis audemus arrogare robur Chriſtianitatis: quum multo plura fecerit noſtra tempeſtate pro fide Hyſpani, Luſitani, & Poloni: iam enim (quod dolenter dicimus) completum eſt quod Bahanis famoſiſſimus præpoſitus, & patricius curiæ dixit in generali Concilio viij. dum Patriarchæ ſuper ordine ſedium contenderent, futurum eſſe, ut Patriarchales ſedes ſucceſſiue redigeruntur ad unum Patriarchatum: ſicut iam ſola ſedes Romana inter Patriarchales eſt Chriſtiana: at ſperamus etiam id futurum quod dixit. Deum & alias dein ſedes Patriarchales iterum reuocaturum: non nego nulla fide plures nationes contineri, quam in Chriſtiana: ſed plures eſſe hæreticos & ſchyſmaticos doleo, Græci, qui adhuc ſunt Chriſtiani ferme omnes ſunt ſchyſmatici, cum Moſchobitis, Rutenis, & pluribus Tartaris: illi qui ex noſtratibus in Aſia fuerunt: neſcio quę monſtra nobis referunt, Surianorum, Iacobitarum, Neſtorianorum, Armenos commemorant, Georgianos Abaſinos, qui ex India ueniunt, Maronitas, & ſimiles hæreticos: quos neſcio an ſint meliores Thurcis, ut Iohan. Maioris amœni ingenij Doctor autumat. Hi ſunt partus Arrij, Sabelli, Neſtorij, Euthyces, Macedonij, Dioſcori, Apollinaris, Phocij, Maronis, Eunomij, & ſimilium hęreticorum peſtes, & huiuſmodi genimina, tales attulere fructus. At ſcimus extra archam Noe, extra unitatem eccleſiæ neminem ſaluari: ſed exiſtimat diuerſarius regnum Chriſti nimis coartatum ſit: ita pluribus uociferatur in Pſal. illo ſecundo. Sed reſpondeamus ei, non negare Chriſtianum eſſe poſſe ſub Thurca, aut Saladino, aut Succaſſano Perſarum. Sed illum uerum Chriſtianum nego: qui cum Romana eccleſia non ſentit, ei non obedit: neque eſt illa Pſalmographi intelligentia quam adfert diuerſarius. Cum ſciamus omne iudicium datum filio. Sciamus primo reſurgentem dixiſſe, data eſt mihi poteſtas in cœlo, & in terra. Vbi tamen nulli fuerunt Chriſtiani, nec in India, nec in Occidente: quare fallitur, hic Grammaticæ Theologię Doctor, inferens, dabo tibi gentes in hęreditatem, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: ergo in omnibus gentibus & terris ſunt Chriſtiani. Cum experiamur reipſa quam arcta ſit Chriſtiana poſſeſſio: niſi uelit diuerſarius negare Thurcas, Agarenos, Idololatras eſſe ſub CHRISTO. Mirum quod non & illud allegauit Iſa. ad eum conuertentur omnes gentes: ſi reſpondes nondum hoc impletum, ſed tunc quando reliquiæ Iſrael ſaluę fiunt, ſicut prædixit. Et Abacuc cum concordantibus. Sed cur etiam illud non ſic accipis: Vt tunc futurum ſit, ut habeat omnes fines terræ, quando erit unum ouile, & unus paſtor in uniuerſo mundo.

Solutio. *Picus.* *Calamitas iperij Chriſtiani.* *Bohemi.* *Bahanis* *Cōſummatum.* *Græci.* *Maioris* *Iohan. 5.* *Quō Chriſti ſit orbis terrarū.* *Mat. ulti.* *Iſa. 1.* *Iſa. 10. & 11.*

¶ Quis non attineat hic dicere de Anguſtia Roma. eccleſiæ, quam uellem eſſe multo maiorem: tamen habemus adhuc opulentiſſima regna Germaniæ, Italiæ, Gallię, Hyſpaniæ, Siciliæ, Neapoli, Caſtiliæ, Nauarræ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Scotiæ, Datiæ, Noruegiæ, Granati, Suetiæ, Cypri, Bohemiam adderem, ſi eſſet tota incolumis. Et Boſnam, quę ſi quis acutius perpendat facile intelliget, quanto orbis Chri.

Chriſtiana amplitudo.

Eccleſia maior ſtianus maior ſit Iudęorum regnis: quanto amplior eccleſia quam ſynagoga: magni-
Synagoga tudinem terrę Iudaicę nobis aperit beatus Hieronymus in Epiſtola ad Dardanum
Hierony. dicens. Vtique a Dan uſq; ad Berſabeę, quæ uix centum ſexaginta milium in lon-
gum ſpacio tenditur, neque enim Dauid, & Salomonem potentiſſimos Reges, ex-
ceptis his quos uictoria in amicitiam receperunt, plus tenuiſſe ſcriptura teſtatur: &
hoc dico ut taceam quinque Paleſtinę ciuitates, Gazam Aſcalonem, Goth, Accarō
& Azotum, Idumæos quoque a meridiana plaga, uix ſeptuaginta, quinque mili-
bus a Hieruſalem ſeparatos, Arabas, & Agarenos: quos nunc Sarracenos uocant in
uicinia urbis Hieruſalem: pudet dicere latitudinem terrę promiſſionis: ne Ethnicis
occaſionem blaſphemandi dediſſe uideamur, ab Ioppe uſque ad uiculum noſtrum
Bethleem, quadraginta ſex milia ſunt, cui ſuccedit uaſtiſſima ſolitudo, & infra.
Hæc eſt Iudeę tuarum longitudo & latitudo terrarum, in his gloriaris, ſuper his
te per diuerſas prouincias, ignorantibus iactitas, ad populum phaleras: ego te in-
tus & in cute noui: liquet iam diuerſarium perperam calumniari Romanam eccleſi-
am, & Epiſcopos in ea, pręferendo eis quoſdam Epiſcopos Mathematicos: qui nul-
libi extant in Perſide, in Scythia qui doceant, diligant, & paſcant, & ſimul liquet quo
modo torqueat uerba Pſalmi contra ſancti ſpiritus intentionem. Ad aliam uenia-
mus obiectionem.

Diluitur obiectio, quomodo Acatius depoſuit Liberium Pa- pam: Felicem Papam catholicum fuiſſe monſtratur, & cauſa S. Iohan. Chryſoſtomi latiſſime examinatur. Cap. XLII.

Obiectio Lud- deri. HIeronymum deinde inducit de illuſtribus uiris ſcribentem quod Achaous E-
piſcopus Cęſarienſis, diſcipulus Euſebij Pamphili Imperante Conſtantio, Li-
Achaous cor- rupte. berium Papam depoſuerit.
¶ Item Iohannem Chryſ. non Ro. Pont. ſed Theophilus Alexandrinus, & Epipha-
nius Cypri Epiſcopi, ut in tripartita hiſtoria, depoſuerunt. Idem Epiphanius Cypri
minor Epiſcopo Hieroſolymitano, eundem excommunicauit. Et ſi hiſtorias conſide
res quomodo nunc Imperatores, Item Papa Epiſcopos & Epiſcopi Papam muta-
rint, ſtatuerint, depoſuerint, credas te Italiam quendam uidere.
Solutio. ¶ Hęc mirum quod non puduerit diuerſarium adducere. Primo legi debet Acha-
Hierony. tius, in tantum inquit Hierony. claruit ſub Conſtantio Imp. ut in Liberij locum Ro
mæ Felicem Arrianum Epiſcopum cōſtituerit: ſed age, ſi Hieronymi teſtimonium
Euſebius ſuſcipis, cui & Euſebius conſentit (ut te iuuē) quid de facto illo argutaris: uis ne quic-
quam probare quod Acatius Arrianus fauente, & adiuuante Conſtantino Impera.
Arriano, conſtituit Felicem Arrianum. Non enim quod fit, ſed quod iure fieri de-
beat ſpectandum eſt. Vnde ſuſpicio eſt, diuerſarium ſubticuiſſe uerba Hiero. quia
In Acatium ſtatim prodidiſſet, Acatium ui & de facto ut aiunt, non de iure proceſſiſſe: & ſic po-
tentia imperatoria fretum Acatium contra patrum decreta, & Canones: ius omne &
Damaſus phas polluiſſe. Et Damaſus Papa, qui Felici ſucceſſit: & ideo totiꝰ negotij ueritatem
Liberium non ignorauit: is in Catalogo Ro. Pont. ad B. Hiero. locuplete teſtatur, Liberium, qa
Felix non Ar- rianus noluerit Arrianę perfidię conſentire a Conſtantio Imp. in exilium pulſum. De Feli-
ce autem miratur Platina, ꝙ Hiero. & Euſebius eum Arrianum affirmant: cum uir
Platina. fuerit catholicus: Non enim Acatius eum ordinauit Papam, ſed Synodus: fuitq; Arri
anis infenſiſſimus, ut elegans eius epiſtola ad Athanaſiū, & alios ſanctos abunde pro
Excuſatio. bat: imo ab ipſis Arrianis occiſus eſt: quia quem ſperabant futurum defenſorem, ha-
Hierony. bebant aduerſarium: forte autem Hiero. in hanc uenit ſuſpicionem: ꝙ Arrianorum
potiſſime

potiſſime opera,ad faſtigium conſcenderat: qui magnã de eo conceperãt ſpẽ: licet ſpiritu ſancto eccleſiã ſanctam non deſerente,ſpe ſua fruſtrati ſunt Arriani: ſed utcunq; ſit,manifeſtariũ eſt Acatij hæretici factũ,non poſſe cõuellere Primatũ Roma.pont.

¶ Sed quis non demiretur diuerſarij impudẽtiam, robur,& argumentum haurientis ex iniuſtiſſima Iohan.Chryſo.Innocentis,eruditi & ſancti Epiſcopi expulſione. Cum grauiſſimis auctoribus compertum ſit uniuerſam hanc Chryſoſtomi calamitatem,ex Eudoxiæ imperatricis inuidia deſcendiſſe: quod ob corruptiſſimos mores, ſanguinarium & efferum animũ,eam Iezabelem nuncupaſſet. Vnde facile Theophilum Alexandrinum,inſignis auaritiæ uirum,& pluſq; muliebri inuidia laborantem: ad cordis ſui deſideria,crudelis fœmina pertraxit: qui Epiphaniũ Salaminę Cypri Epiſcopum,uirum alioquin bonum,uafricijs & dolis circunuenit: ut in eius deſcenderet ſententiam: iam a Palladio memoriæ proditum eſt Theophilum tanto liuore exagitatum aduerſus ſanctum,ut & Antiochum, Acatium,& Seuerianum acceſſiret,a Chryſoſtomo prius ob publica crimina,a ſacris officijs deſtitutos: quo factionẽ,& tumultum facilius concitare poſſet. Tres itẽ peſſimas,ſed opulentas ſubornauit uiduas Marſam Craſtitiã,& Engraphiã,Chryſoſtomũ de criminibus arguentes: qui forte acerbius fœdã & corruptiſſimã earum uitam in cõtionibus corripuerat: hoc iniquiſſimum Theophili factum,impijſſimæ imperatricis crudelitatem, iniuſtã Sancti Chryſoſtomi eiectionem,contra æquum, phas,& ius factam, Noſter hic diuerſarius pro iure adducit: iniuria,Summi ponti.demoliturus auctoritatem.

In Ludderum. Chryſoſtomi cauſa.

Epiphanius.

Theophilus.

In Ludderum.

¶ At tamen ut ſit iſtud diuerſarij telum, enſis Aiacis: oſtendamus ex illa Chryſoſtomi deiectione aſſeri,& probari Romani Ponti.auctoritatem. Nam Theophilus eiecto Iohanne eueſtigio deſtinauit literas , ad Innocentium Papam', ſignificans illius depoſitionem. Innocentius autem ęgretulit Theophili temeritatem quam uir prudens,& grauis ex eo conijciebat,quod ſolus ſcripſerat Theophilus: & ſeriem rei geſtę omiſerat: et quod dudũ fama fuerat ei cognitus Chryſoſtomus: ut uir doctus, & bonæ opinionis: auxit Innocentij iudicium epiſtola Chryſoſtomi a.XL. Epiſcopis ſcripta incip. Et ante literas noſtras,in qua querebatur iniurias,quibus a Theophilo afficeretur.

Ex hoc facto probari Primatum Petri.

Innocen.

¶ Vnde Innocentius Papa auditis,& dijudicatis utriuſq; partis allegationibus,& iuribus,Theophili iudicium irritum,& caſſum eſſe decreuit,& Theophilo reſcripſit. Frater Theophile,nos & te fratrem noſtrum Iohannem cõmunionis noſtrę eſſe uolumus: ſicut & in prioribus literis expreſſimus: & in eadem ſententia etiã nunc perduramus: Itaq; ſi conſcientiæ tuæ confides, tu quoq; iudicio accurre ad Synodum proxime celebrandam,& illic iuxta Canones Niceni Concilij contende.

Irritatur iudiciũ Theophili.

¶ Vnde fecit commiſſionem Alexandro Antiocheno Patriarchę: qui uocata Synodo,rem cõponeret,quod & fecit: ob id Innocen.ſcripſit Maximiano Epiſcopo. An Atticus in locum Chryſoſtomi ſubſtitutus, fuerit conditiones pacis proſecutus, & in eadem epiſtola incip. Miramur prudentiam tuam,appellat Chryſoſtomum beatiſſimum uirum,& in epiſtola,ad Alexandrum Antiochenum incip. Apoſtolici fauoris gratia diligenter inquirit. Vtrum omnibus ſit cõditionibus ſatiſfactũ in cauſa beatiſſ.& uere deo digni ſacerdotis Iohannis: Dein ut Attico conformanti ſe conſilijs & actibus Antiocheni communio præſtetur, & ſubſcripſerunt ſe. xx. Epiſcopi Italiæ: ſed ruptis tandem fœderibus, & diſſipatis pacis conditionibus, malignitate Eudoxiæ Imperatricis,& Theophili: Innocentius pręcepit cogi denuo Conciliũ: ad quod deſtinauit quinq; Epiſcopos, duos preſ byteros, & unum Diaconũ Romanæ eccleſiæ: qui in itinere,imperatricis ſubornatione,capti fuerunt,& demum re infecta remiſſi. Miſeris tunc modis diuexatus uir ſanctus Chryſoſtomus,quod ægerrime tulit Innocentius admonuitq; Archadium Imperatorẽ; ut Iohannem reſtitue-

Alexander Antiochenus. Cauſa Chryſoſtomi.

Imperator excommunicatus In Ludderum. 96. diſ. duo ſūt

ret: quod dum facere renueret, Imper. excōmunicauit. Renarrat Gelaſius ad Anaſtaſium Imper. tranſcripſit Gratianus. Collige Lector ſyncere quam temere induxerit Theophili iniquiſſimum factum diuerſarius: quam euidenter hic probetur, Græcos fuiſſe Romano Pont. ſubditos: & quomodo hic Primatus Papæ pulchre approbetur. Cum Alexandrinus Theophilus Conſtantinopolitanus Iohannes, recurrerint ad Romanum Ponti. Antiochenus Alexander iuſſu Papæ Concilium habuit. Papa Imperatorem Græcorꝝ, & Romanorum excommunicauit: quæ ſi nō probent Primatum Papæ apud diuerſarium, neſcio quo eum cogerem?

Epiphanius. Cypri. Iohan. Hieroſolymitanus.

¶ De Epiphanio Cypri, quem aſſumit diuerſarius excommunicaſſe Iohan. Hieroſolymitanum. Ex B. Hieronymo liquet Epiphanium euocaſſe Concilium Orientalium Epiſcoporum apud Antiochiam, ubi Iohan. Hieroſolymitanum ob hæreſis ſuſpicionem Synodus ſancta uocauit: ubi dum non comparuiſſet aucta ſuſpitione B. Hieronymus acriter aduerſus eum magna libertate ſcripſit: miſerat Iohannes Iſidorum Alexandrinum ad Antiochiam, qui & Alexandriæ infamatus erat ſuper erroribus Arrianis: Si ergo Concilium ſeparauit Iohannem a communione, & Iohannes Concilij Niceni Canones tenens, non appellauit ad Roma. Ponti. quis intelligens, & ſapiens, per hoc uellet dicere, Romanum ponti. nō eſſe primum omnium. Et non te prætereat, fuiſſe priſcorum morem, ut Prouinciales Synodi quotannis celebrarentur: & Epiſcopi, qui uel hæreſi, aut inſigni crimine fuiſſent notati euocabantur: & rei, uel contumaces reperti, a communione omnium Epiſcoporum ſeparabantur: ut præter decreta Pontificia, ex epiſtolis liquet Athanaſij, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, Cypriani, & aliorum liquet.

Synodi prouinciales annui.

¶ Porro quod adducit de diſſidijs Imperatorum, & Romanorum pont. parum conducit propoſito noſtro: nam ſi Papa depoſuit Imp. eſt pro Primatu Romani pont. Cum autem aliquando Imperatores noſtri, uim intulerunt ſed. Apoſtolicæ, conſtat omnibus hiſtorias legentibus: quid fuerit ſubſecutum: nullus Antipapa cum honore tranſijt ad patres: & ut omnia alia prætercam, hoc doleo nobiliſſimam Sueuię domum ſub his odijs ſuccubuiſſe: quæ tum late dominabaꝰ per Sueuos, Francos, Orientales, Veſontios, Rhenanos, regna tenebat Siciliæ, Neapolis, Ethruriæ, Hieroſolymis, & Germaniæ. Sed omnium morte cadunt mors ultima linea rerum. Neqꝫ unqꝫ poſt Sueuos, Imperium Romanum, hanc apud exteros tenuit auctoritatem: licet potentiſſimi interea rexerint Imperatores. Nam ut Daci, Poloni, & Hungari feudum ab imperio ſuſceperunt in ſceptro, magni duces gladio. Florentiſſimę Italię ciuitates tributa pendebant ſolita: quæ iam ſit Imperij Romani facies? ſi regna & prouincias hęreditariasglorioſiſſimi Caroli. v. Romanorum, & Hyſpaniarꝫ Regis detraxeris, norunt hij qui a conſilijs ſunt ſacri Imperij: quod iſta octaua inductione in libello diuerſarij aliqua maculate ſunt impreſſa a calcographis, uiderit ipſe, nam facile intelligo cum Hieronymum inducit, ipſum non ſcripſiſſe de odijs Papę & Imper. ſed contra Iohannem Hieroſolymitanum. Parce ſtudioſe Lector huic prolixiori ſolutioni, impulit enim me, & diuerſarius hiſtorijs abutens, & Iohā. Chryſoſtomi, uiri iuxta ſancti & docti calamitas.

In Antipapas. Sueuiæ domus occubuit. Imperium Romanum. Carolus 5. lapſum Imp. eriget.

Obiectio diuerſarii, quomodo alii Epiſcopi non ſuccedant certis Apoſtolis, ſicut Papa, Petro, exoluitur. Cap. 43.

Obiectio Ludderi.

PErgamus ad unam diuerſarij rationem, quam multum arroganter iactitat, quaſi inuictam: illud quaſi prouerbium mihi ſuggerit, Encomium ante Victoriam, uerba ſua ſunt huiuſmodi. Quid ad hoc dicemus? Vera ne eſt illa ſententia, quam tota eccleſia omnia etiam decreta, omnes doctores tenent, eſſe uidelicet Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores. Si eſt falſa, quid iactatur tanta

diſ. 21. In nouo

auctoritate

auctoritate? Si uera, quomodo ſolus Romanus Pont. eſt ſucceſſor unius Apoſtoli Petri, & cęteri omnes Roma. Pont. ſunt ſubditi. Cur non & alij Apoſtoli habēt ſucceſſores? aut fuerunt cæteri Apoſtoli ſucceſſores unius Petri? Cur cęteris Apoſtolis aufertur ſua gloria, & tribuitur uni Petro? Cur non quilibet Epiſcopi habent, q̃d eorum Apoſtoli habuerunt? cum Romanus habeat, quod Petrus ſuus prædeceſſor habuit? Muta ergo uerbum: & dic quod epiſcopi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores (ego aliter legerē) ſed unus Epiſcopus Romanus, eſt unius epiſcopi ſucceſſor.

¶ Iſta ratio fateor, niſi ego ſum inſenſatior trunco, cogit & omnium obſtruit os, eſſe Epiſcopos omnes æquales: & ſicut Romanus Pont, a nemine ordinatur: ita quilibet per ſolam electionem, ſicut ipſe ordinari debet, iure diuino: ſtat ergo ſententia firma, nullum Apoſtoloꝝ a Petro miſſum eſſe, ſed oēs eadem a Chriſto dño, ęqualia accepiſſe in ſuas ſortes: ergo & Epiſcopi eoꝝ ſucceſſores, æqualia habent, cum Romano Pont. excepta honoris prærogatiua ſeu dignitatis, ſicut Paulus ad Corinthios clare ſcribit, quid enim minus feci a magnis Apoſtolis. Hæc Ludder. *Sunt uerba iſta Ludderi.* *2. Cor. 11.*

¶ Poſtq̃ euomit hiſtorias diuerſarius, aggreditur alio genere certaminis caſtra noſtra, & rationibus oppugnare nititur, profecto alogis, & irrationabilibus. Vnde forti umbone hęc repellamus inauſpicata arma. Cum enim in fronte aſſumit, totam eccleſiam omnia decreta, tenere Epiſcopos eſſe ſucceſſores Apoſtolorum: dico ueriſſimam eſſe hanc ſententiam, quod ſi diuerſarius eccleſiam audit, & ipſe probabit eam: & ſic cadat infœlix ſuus error, quo negat Epiſcopum iure diuino ſuperiorem preſbyteris: ſicut enim ſemper hactenus creditum eſt, Epiſcopos ſucceſſores Apoſtoloꝝ: ita & preſbyteros diſcipulorum ſeptuaginta duorum, ut ſupra quoq; meminimus: dum has ſpinas diuerſarij reſecaremus: quis autem fidelium unq̃ tanto delyrio delyrauit: ut diceret diſcipulos æquales Apoſtolis: ſuccurrit nunc mihi B. Hierony. ſuper quo ædificabat diuerſarius in ſuperioribus. Verum fundamenta minus recte iacta per diuerſarium. Ex eodem Hieronymo audiamus, in Apologia aduerſus Rufinum ad Pammachium, & Marcellum dicente, ſciat (quis) multum mihi eſſe, de Angelis, & Seraphin & Cherubin dicere dęmones fieri, & homines, quod affirmat Origenes, et ipſos inter ſe angelos diuerſa officioꝝ genera eſſe ſortitos, quod eccleſiæ repugnat: quomodo & inter homines ordo dignitatum ex laboris uarietate diuerſus eſt, cum Epiſcopus, & preſbyter, & omnis eccleſiaſticus gradus, habeat ordinem ſuum, & tamen omnes homines ſunt: Sic & inter angelos merita eſſe diuerſa: & tamen in angelica omnes perſiſtere dignitate. Confer iam optime Lector & expende uerba Hierony. an ſint diuerſi gradus iure diuino in ſacerdotio, & epiſcopatu: niſi q̃s extreme deſipiat, & neget ordines angeloꝝ iure diuino eē diſtīctos. *Solutio.* *Epiſcopi ſucceſſores apoſtolorum.* *Hierony.* *Origenes.*

¶ Sed redeamus, unde digreſſi ſumus: aſſumat diuerſarius Epiſcopos ſucceſſores Apoſtoloꝝ, quod fateor, At per hoc Romani Pont. Primatus nō improbat: quoniam & Apoſtoli cæteri Petrum agnouerunt eoꝝ principem eſſe, ut lib. 1. & 2. probauimus. Cum hoc tamen libere cōfitemur: ſicut oēs apoſtoli fuerunt ęquales apoſtolatu, et ordine Epiſcopatus: ſic etiā modo omnes Epiſcopi ſunt æquales ordine: longe tamen differentes regimine, & poteſtate, tam iure diuino, quā iure humano.

¶ Non curemus pompoſa uerba diuerſarij, an ſit truncus, uel ſtips, obſeruantes modeſtiam Theologicam: ſolum diluamus obiecta, & dicamus tria ſunt fundamenta in Apoſtolis ſcilicet, ordo Epiſcopalis, Apoſtolatus, & regimen, in duobus primis erant omnes æquales, ſed non in tertio, ut in ſuperioribus adduximus Anacletum, Cyprianum, Hierony. & Leonem: at in tertio Petrus plurimum differebat a reliq̃s apoſtolis. Nam primo ipſe erat conſtitutus ordinarius paſtor uniuerſalis totius eccleſiæ, ſed apoſtoli ex ſpeciali gratia acceperunt eorum poteſtatem a Chriſto, quam alias erant accepturi a Petro: & ita uerus Dominus Iheſus in conferendo pręuenit *Tria ſunt in Apoſtolis.* *Apoſtolorū dignitas.* *Iohan. ulti.*

1. Corin. 5. *Ephe. ulti.* ſuum uicarium. Vnde alij Apoſtoli facti ſunt, in regimine, quaſi legati non ordinarij, iuxta illud Pauli, legatione pro Chriſto fungimur, & legatione fungor in cathena iſta. ¶ Ex quo ſtatim eliciunt aliæ differentiæ. *Differẽtiæ Petri & Apoſtolorum.* Nam licet primo regimen Apoſtolorum extenderet ſe ad omnem locum, itaq; ubiq; poterant exercere ſuam poteſtatem in quemcunq; locum deueniſſent: etiam ſi ſpecialiter alicuius loci curam ſuſcepiſſent, tamen unus Apoſtolus non habebat poteſtatem ſupra alium, dempto Petro, qui erat princeps omnium, ut lib. 1. & 2. oſtendimus.

¶ Sequitur ſecundo. Cur poteſtas Petri eſt perpetua, & indefectibilis: quia eſt ordinaria Petro data pro ſe, & ſucceſſoribus: ipſi ſoli dictum eſt, paſce oues meas, aliorum uero poteſtas etiam regiminis erat ſolum delegata & perſonalis. Vnde modo Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum non in Apoſtolatu, ſed in ordine celſiori, id eſt Epiſcopali. Et in regimine ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, non quo ad regimen illud uniuerſale, quod habuerunt Apoſtoli, & poterant eo uti ad quemcunq; locum deuenerint: ſed ſolum quo ad regimen certi loci, & certę eccleſię, ſicut obſeruatum eſt a temporibus Apoſtolorum.

Regimen apoſtolorum. ¶ Sed acutus & ingenio ualens ſtatim obijcit, cur Epiſcopi non ſuccedant Apoſtolis in eorum uniuerſali regimine. Eijciam hunc ſcrupulum, quia in Apoſtolis gemina fuit uis regitiua, ſeu duplex regimen, unum ſequebatur, & erat quaſi appendix Apoſtolatus, & ſicut in uniuerſo orbe poterant docere omnes gentes, & fundare eccleſiam dei, ſic dedit eis, & poteſtatem regendi eaſdem: aliud autem erat regimen quod Epiſcopatus ordinem comitaretur, ut ſibi certo loco ſedes fixerant Epiſcopales, & meminimus in ſuperioribus.

¶ Iam quiſq; uel mediocriter doctus intelligit, Epiſcopos, ſicut ſunt ſucceſſores apoſtolorum in ordine, & faſtigio illo hierarchico: *Epiſcopi ſuccedunt apoſtolis.* ita ſucceſſores eſſe in regimine certę eccleſiæ, aut certi loci. Et ſicut non ſunt ſucceſſores Apoſtolorum in dignitate apoſtolatus, ita nec ſunt ſucceſſores in regimine uniuerſali, conſequente apoſtolatum: loquar ruſticius, ut intelligar planius, non quæro phaleras uerborum, non pictæ munia linguæ, præſtat plus ſapere corde, quam ore, infœlix cuius uerba humano more in ore potius quam in pectore naſcuntur.

¶ Conſectarium eſt ad prædicta: quomodo Linus, qui Petro ſucceſſit, uelut uniuerſalis paſtor, omnibus fidelibus, tunc uitalem auram ſpirantibus, fuit ſuperior regimine & prælatione: *Cõparatio Lini & S. Iohan.* ſacra tamen illa anima Iohannis Euangeliſtæ (ita appellat eũ Dionyſius) eo tempore adhuc in uita exiſtens, Apoſtolatu Linum præcedebat: in quo apoſtolatu, & id continebatur: ut eſſet fidei propagandæ fundamentum, eccleſiæ columna, Chriſtianæ religionis propagator: Vnde etiam S. Iohanni, in his quæ erant fidei plus exiſtimo eſſe credendum, quam Lino, & omnibus Epiſcopis, non apoſtolis. Niſi uererer faſtidium pariturum lectori; adducerem rationes cur uicarij particulares, i. Epiſcopi inſtituuntur a Papa, aut Primatibus, quibus a Papa committitur: et tamen de uicario generali Papa non dicitur: quod ſuã poteſtatẽ ab aliquo homine accipiat, ſed immediate a deo: licet ab hominibus eligatur, quod & ſi, ratio uniuerſalis & ſpecialis uicarij bene expenſa reſolutionem indicet: tamen quia forte plura imbiberent dubia, ideo miſſa faciamus illa.

¶ Applicando ergo ad propoſitum: obiectionem Ludderanam, ita diluo: Succeſſor Petri habet uniuerſalem poteſtatem, & regimen, ſed ſucceſſores aliorum apoſtolorum non habent uniuerſale regimen, etiam quale apoſtoli habuerunt. Et ratio omnium iam liquet, quia nec Papa, nec Epiſcopi, ſuccedunt apoſtolis in apoſtolatu: ita nec in regimine cõnexo apoſtolatui: ſed quia præter executionem apoſtolatus, Petrus habuit uniuerſale regimen totius eccleſiæ, illud habet etiam ſucceſſor ſuus Papa: alij autem apoſtoli præter executionem apoſtolatus, non habuerunt niſi regi

men

men particulare; ideo & epiſcopi eorum ſucceſſores non ſuccedunt niſi in regimine particulari.

Vna cathedra in eccleſia. Cyprianus. Optatus.

¶ Hinc eſt quod una dicitur eſſe cathedra in eccleſia dei, non duodecim ſecundum duodecim Apoſtolos, ut uere ait poſt Ciprianum Optatus Mileuitanus lib. II. contra Parmenianum, cathedra una eſt, & negare non potes ſcire te in urbe Roma Petro primo cathedram eſſe collatam; in quo uno cathedrę unitas, ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſq; defenderet, ut iam ſchyſmaticus eſſet, qui unam cathedram aliam collocaret. Vnde ſi iſta ratio diuerſarij haberi deberet in eccleſijs ordinandis, nunq; eccleſia Alexandrina fuiſſet prælata Epheſinę, cum in Alexandria diſcipulus Marcus, in Epheſo Iohannes Apoſtolus ſederit, modo ſemper oppoſitum fuit ſeruatum a tempore Apoſtolorum.

Papã ordinari

¶ Quod diuerſarius aſſumit Papã a nemine ordinari: eſt mihi numeris platonis obſcurius; nam uel per ordinationem intelligit electionem, ſic conſtat a uero plurimũ eſſe alienum: cum tam digeſte & mature modus eligendi Roma. Ponti. ſit pręfixus & circunſcriptus, nec omnes Epiſcopi ſic a Papa ordinantur; aut diuerſarius per ordinationem intelligit conſecrationem, ſic iterum in ueritatem cõmittit diuerſarius, quoniam quod ab antiquo Epiſcopus Hoſtien. Papam conſecrauerit manifeſtũ eſt licet nouiſſimis temporibus conſtitutum ſit, ſemper ſeniorem Epiſcopum Cardinalem, conſecrare Papam; aut per ordinationem diuerſarius abuſiue & omnino improprie intelligit confirmationem. Sic uerum eſt Roma. Pontif. iam a nemine ordinari, tamen alij Epiſcopi ordinantur ab eo, cuius ratio iam pluries expoſita fuit.

Obiectiones Ludderi diluuntur, in primitiua eccleſia ſanctos martyres fuiſſe ſub Papa, & quomodo Romæ non Hieroſolymis uoluit Primatem eccleſiæ reſidere. Cap. XLIIII.

Obiectio Ludderi.

ALia ratione hoſtis nos aggreditur: cum uidit primam aciem fractã eſſe, reſponde inquit. Si Romanus Pontif. præcepto dei eſt uicarius generalis in tota eccleſia. Sequitur ineuitabiliter eos peccare, immo eſſe hæreticos, qui non ſub eo fuerint. At tunc tota primitiua eccleſia, ſaltem uſque ad 400 annos, cum tot Martyribus, & ſanctis hæretici erunt: obſecro quid prodeſt, tantam blaſphemiam in eccleſia pro fumidę poteſtatis pompa ſtatuere: deniq; etiam S. Petrus erit hæreticus, qui ante Romanam eccleſiam cum Apoſtolis fuit Hieroſolymis.

Pro Hieroſolymitana.

¶ Vndecimo argutatur diuerſarius, ſi ulla eccleſia eſt prima, & mater omnium, nõ eſt alia, niſi Hieroſolymitana, ut dixi ſupra: quid enim faceret Roma, ſi haberet hæc pro ſe quæ habet illa. Nempe quod Iſa. & Miche. & omnes prophetę pronũciarint de Zion exituram legem Euangelij, & de Hieruſalem uerbum domini. Itẽ quod dominus ibi dedit gloriam in domo ſua nouiſſima, ut Haggeus dicit, quod CHRISTVS ibi Pontifex. Apoſtoli autem uelut Preſpyteri, quod CHRISTVS ibi oblatus eis ſpiritum ſanctum miſit. Et breuiter hinc in omnem terram exiuit uerbũ dei; hinc omnes eccleſiæ, nec eſt ullius tam impudens frons: qui poſſit negare, hanc eſſe uere matrem eccleſiarum omnium, fontem radicem, ac matricem, etiam Romanæ eccleſiæ: Si ergo hæc non habet Primatum. Immo uix quintum ei dederunt: quanto minus Romana habet: quæ eſt eius diſcipula, dicat aduerſus hæc aliquid qui poteſt. Hæc diuerſarius.

Temeritas Ludderi.

Solutio.

¶ Non recedendo a ſancta ueritate ſuperius enucleta & defenſa: nihil terreamur magnificis, & tragicis Ludderi uerbis: nam cum petit ſibi reſponderi, ſi Ro. Ponti. ſit uicarius dei, peccaſſe eos: qui non ſub eo fuerint, aſſentior omnes, qui Petro, uel ſuis ſucceſſorib. fuerint rebelles, inobediẽtes fuiſſe, uel hæreticos, uł ſchyſmaticos, in

his quæ ſunt fidei, Et cum ſubſumit diuerſarius, Sanctos Martyres in Primitiua eccleſia a.400.annis fuiſſe hæreticos: quia Roma. Pont. non fuerint ſubiecti: hoc inquit impium eſt, & blaſphemum, tot Sanctis Martyribus crimen rebellionis, ſchyſmatis, & inobedientiæ impingere: cum luculentiſſimis Martyrum teſtimonijs probauerimus illum Primatum Pontificium.

¶ Vnde conſtat diuerſarium hic in foribus peccare, cum exiſtimat a 400. annis primitiuæ eccleſiæ, non omnes Epiſcopos fuiſſe ſub Petro Roma. Ponti. aut eius ſucceſſoribus: quare & in alijs oportet, ut fœde labatur: Vnde curuum agit hic diuerſarius ſophiſtam: cum id minime probet, in quo totius rationis pondus hæret: debebat enim fidem facere de eo, quod ſancti Martyres, & fideles a.400. annis primitiuæ eccleſiæ non fuiſſent ſub Romano Pont. Nam præter multa alia: meminimus nos adduxiſſe Nicenam Synodum: quæ fuit intra illos.400. annos: Et tamen ex ea conuincitur Summus Pont. Roma. tenere Primatum: audet tamen fumidã ratiunculam diuerſarius dicere inuictam rationẽ: ita plus prędicat ſua arma quã ipſis lędat.

Ludder ſophiſta.

¶ At ridiculum omnino eſt: quod ſequitur S. Petrum ſtante illa ſententia fuiſſe hæreticum: cauillum enim illum lib.1. diſſeruimus: nam Petrus ante fuit paſtor uniuerſalis eccleſiæ conſtitutus, nondum tamen locus erat ei a domino Iheſu deſignatus: niſi quod ſedẽ Antiochiæ poſuit: & poſtea ſeptimo anno domino iubente, ut Marcellus Martyr teſtatur: trãſtulit ſedem ſuam ad Romam, caput orbis: itaque Petrus factus eſt primo uniuerſalis paſtor ex commiſſione Chriſti, & dein iuſſu eius factus Pont. Romanus: & ita probat ratio hoc & euincit: aliquando fuiſſe Summum & Maxi. Pont. quando non fuit Romanus Ponti. ſicut quando fuit Antiochię: nam tum uerum erat Antiochenum eſſe Summum Ponti. at quia illud ius primatus, quod S. Petrus habuit a deo: illud iuſſu dei dimiſit eccleſiæ Romanę: ideo conſecutione ſedentis, ipſa habet iam illud diuinum, quod ſit prima omnium & magiſtra, & omnino nullum colorem habet hæc ratio prætenuis Ludderi, contra Auguſtam ueritatem fidei. ¶ Non diſſimilis eſt ſequens ratio, inanis uidelicet, & minime ſtringẽs: nam cum probare proponit, Hieroſolymitanam eccleſiam eſſe primam, & matrem omnium, Si de prioritate loquitur originis, & temporis, neminem habebit ſententię ſuę aduerſantem: non enim ſolum Hieroſolymitana eccleſia fuit prior tempore Romana, ſed & Samaritana, & Antiochena. Porro ſi ad prioritatem reſpexeris dignitatis, & excellentię, Roman. prior omnium eſt, quæ omnibus auctoritatem impartitur & influit, & ea quidem ratione Cyprianus & Ambroſius appellant eam matrem eccleſiarum: cum alijs lib.1. memoratis. Vnde non refragor, allegata per diuerſarium facere pro honore eccleſiæ Hieroſolymitanę: ſi ipſa rerum initia, ſi originem & caput inſpexerimus. At contrarium eueniet, dum fontem, et radicem principalis eminentię & dignitatis attenderimus: quia hanc prerogatiuam obtinuit cœleſti beneficio eccleſia Romana: & quod inquit diuerſarius uix Hieroſolymitanam eccleſiam quintum locum obtinuiſſe: dico plus eam nullum locum ſedis principalis obtinuiſſe omnium uſque ad ſextam Synodum, de quo plura in ſolutione decimæ quartę obiectionis.

Ioan. ulti.
Marcellus.
Cyprianus.
Ambro.

¶ Admiraris cum dominus eccleſiam Hieroſolymitanam morte & Paſſione ſua dignatus ſit honorare, ibi mortuus ſepultus, reſurgens, aſcendens, ſpiritum ſanctum mittens &c. Quamuis nemo conſiliarius dei exiſtat: tamen iuxta antiquorum traditionem in ſuperioribus fuere aliqua adducta. Cur Primatum eccleſię uoluerit deus Romæ: quibus iam illa adde, quoniam deus elegit locum propter gentem, nõ gentem propter locum: ideo cum Chriſtus præuiderit fidem citius Hieroſolymis defuturam quam Romæ: ea propter noluit eam eſſe eccleſiarum primam, & ſuperiorẽ: in qua tam breui tempore futura eſſet fidei ſubuerſio: Nam prima hæreſibus fuit

Cur Roma electa.
Hieroſolymis repudiata.

deprauata,

deprauata,ſicut aliæ eccleſiæ Orientales:dein ab infidelibus occupata:ideo decenti
us,et utilius erat eligere primam ſedem durabiliorem:qualis eſt ſedes Romana,quę
deo prouidente(ut Iulius ait)& S.Petro ferente opem in futuꝝ manebit,nullis hęre
ticorum latratribus ſuccumbens. Expende iam Lector, quid ſibi uelit aduerſarius,
cum prouocet lectorem:ut ſi poſſit quid reſpondeat: quaſi caſſes iſti aranearum a-
damantinis uinculis fortiores eſſent:mihi ipſi tempero Theologicam ſeruaturus mo
deſtiam:alioquin Ludderana delyria,atq; uanas iactantias ſuis coloribus depingerē:
at quia petijt ſibi reſponderi,uideor locuplete ei ſatiſfeciſſe.

Obiectiones duæ Ludderi ex Concilio Niceno,multa hic con tra laudabile Concilium Conſtantienſe ſacrum effutiuit. Cap.XLV.

DVodecimo diuerſarius inſtruit rationem ex auctoritate Cōcilij Niceni, in *Obiectio Ludderi.*
quo plura uerba in uarijs ſuis libris ſemper mordaciter prodigit: & tanq;
ſecurus de uictoria opponit illud Concilio Conſtantieñ. Vnde in præſenti
libello ait.Concilium Nicenum,ut ſcribitur in hiſtoria eccleſiaſtica ſtatuit arti.vi.in *Lib.10. cap.5.*
hunc modum:Et apud Alexandriam,uel in urbe Roma,uetuſta conſuetudo ſerue-
tur,ut uel ille Aegypti,uel hic ſuburbanarum eccleſiarum ſollicitudinem gerat Re
ſponde: hoc Concilium omnium ferme ſacerrimum eſt: & ecce non modo Prima-
tum,& Monarchiam Roma.non dat Pontifici:ſed ex uetuſta conſuetudine,non iu
re diuino tribuit ſollicitudinem Italicaꝝ,& ſuburbanarum eccleſiarum: atq; hęc in
propoſitione mea tetigi, quando contra frigidiſſima decreta, ſtaret decretum huius
Concilij: Si ergo ſum hæreticus, age tollant primum hoc Concilium: cui me ipſa
quoq; decreta, tanquam Euangelio cogunt obedire: non poſſum duobus dominis
ſeruire contrarijs.

¶ Tredecimo loco altera uice adducit Concilium Nicenum,quod ſtatuit,non a Ro *Alia obiectio*
ma.Ponti.omnes Epiſcopos ordinari,ſed a prouincialibus Epiſcopis,dicens.Et ſi for
te in ordinando Epiſcopo,duo uel tres,pro aliqua contentione diſſentiant, reliquoꝝ
auctoritas,& pręcipue Metropolitani,cum cęteris firmior habeatur.Obſecro quid
amplius facere debeo? nonne ſatis eſt,ꝙ Romano Ponti.omnia quæ ſibi arrogat, li-
bens cedo:debeo inſuper probare, ꝙ hæc decreta ſunt contempta,& irritata: unius
Epiſcopi arbitrio.

¶ Et in reſolutionibus ad Spalatinum longe impatientius mordet: quod ſi eſt de iu-
re diuino inquit Roma.Ponti.omnia in omnibus eccleſijs poſſe:non eſt in eius pote-
ſtate, uel Concilij ſtatuere, aut permittere contrarium: & ita defendens Primatum
Roma.eccleſiæ,aſſerat tum Sacratiſſimum Concilium, tum ipſos Pontifices ius di- *Cōſtantien. Cō*
uinum ſoluiſſe,& infra.Ad hoc deſcendit,ſi articuli Iohan. Huſs negātes Primatum *cilium damnat*
eccleſię Roma.ſunt damnati,Mauult credere Concilium Conſtantieñ.erraſſe,q̃ ꝙ *Ludder.*
recedat a Concilijs Niceno,& Aphricano:nam prius dixerat ſatis clarum eſſe in Cō
cilio Conſtantieñ.inquiſitores hęreticę prauitatis,obtinuiſſe tyrannidem.Et in diſpu
tatione Lipſica ait.Articulos aliquos damnatos Iohannis Huſs in Concilio Conſtā-
tieñ.eſſe Chriſtianiſſimos,& Euangelicos:& agentibus iniquis adulatoribus eſſe dā
natos.Ita ſcribit Concilium nouiſſimum Lateranenſe,contrarium ſtatuiſſe Concilio *Concilium La-*
Conſtantieñ.de poteſtate Papę ſuper Concilium ſubdens.Atq; ita ſcilicet inuicē ſe- *teranen.*
ſe reprobantia Concilia,interim ſatis nos tutos reddunt, & liberos ad contradicendū
utriſq;:quæ.n.ſibi diſſident,cui conuenient?

¶ Et in propoſitionis primæ reſolutione ait.uolo liber eſſe,& nullius ſeu Concilij ſeu *Libertas Lud-*
poteſtatis,ſeu uniuerſitatum,ſeu Pontificis auctoritate captiuus fieri,quin confiden- *deri. i. temeri-*
tas

ter confitear,quicquid uerum uidero:ſiue hoc ſit a catholico,ſiue hæretico aſſertum, ſiue probatum,ſiue reprobatum fuerit,a quocunq; Concilio. ¶ Et infra.Ita & in Cõſtantieñ.Concilio definita contraria.Primum determinatum illic eſt,Concilium eſſe ſupra Papam,quod ego ueriſſimum iudico:& ꝙ ſi hoc uerum eſt, apparet Conciliũ Conſtañ. male damnaſſe articulum hunc Iohannis Huſs,Papa non eſt iure diuino ſuper omnes eccleſias,& infra. Atq; ita patet Conſtantienſe Cõcilium,aut articulum Huſſ.male damnaſſe,aut contra ius diuinum impie determinaſſe & egiſſe, & infra. Id quod in Conſtantieñ. Concilio determinatum eſt, Papam eſſe infra Concilium, & eccleſiam,ac per Baſilieñ.confirmatum:iam nouiſſimo Roma.Concilio eſt reprobatum,& totum Baſilieñ. abrogatum: atq; ſtatutum Papam eſſe ſuperiorem Concilio: quid hic dicemus.Neceſſe eſt aut Roma.aut Conſtantieñ. Concilium hæreticum eſſe:ſi non licet a decretis Concilij recedere: Denique uia iam nobis eſt facta enarrandi auctoritatẽ Conciliorum,& libere contradicendum eorum geſtis, ac iudicandi eorum decreta. Nam ut dicunt ſi in uno articulo erraſſe deprehenditur : iam tota eius uacillat auctoritas : quis eſt igitur tam audax, qui me præſumat hæreticum arguere. Etiam ſi uniuerſa decreta Concilij, tam Romani, quam Conſtantienſis negem.

Contrarietas Conciliorum

¶ Et infra. Sed ad Conſtantieñ.Concilium reuertor:quo magis impetor cuius damnationem in articulo illo Huſſitico. Papa non eſt de iure diuino ſuper omnes eccleſias,etiam ideo iniquam aſſero:ꝙ ſit cõtraria Niceno Concilio, & Aphricano & toti Orientali,& Aphricanæ eccleſiæ,Cum non niſi ſexta Synodo Calcedoneñ. oblatus ſit Primatus(non iure diuino)ſed ab eccleſia Romanis Ponti. nec ſit tamen ab eis aſſumptus,ut ſcribit S.Gregorius. Nam ſi iure diuino ſtaret Primatus, Nicenum cum quatuor ſequentibus eſſet hæreticum:omneſq; in eccleſia Orientis hæretici, hæretici Romani Ponti.qui oblatum primatum reſpuerunt:quare uolo auctoritati Conſtantieñ.Concilij nihil cedere.

¶ Item in fine reſolutionum ait,iam quod ab initio egimus.Concilium Conſtantieñ. determinauit Concilium eſſe ſupra Papam,ſicut & huius determinationis uſum ibidem ſeruauit deponendo,& ſtatuendo Papam.At ſi iure diuino, Papa omnibus eſſet ſuperior,Concilium hæreſim, & fecit, & diffiniuit : quia hæreticum eſt diuinum ius damnare,& contrarium ſtatuere.

¶Et infra.Quod ſi Papa eſt iure diuino:non licet eum deponere ullo modo,ſiue ſit malus,ſiue bonus,ſiue hæreticus,ſiue catholicus:ſed eſt tollerandus uſq; ad mortem : ſicut Saulem a deo unctum iure diuino regem Dauid tollerauit : quare iterum errant,& hæretica erunt decreta:quæ ſtatuunt Papam pro hæreſi deponendum: quia contra ius diuinum ſtatuunt:cum non ſit ſuperior,qui deponat:ſi autem eſt ullus ſuperior,ut Cõciliũm(quod eſt uerum)iam ipſe nõ eſt ſuperior omniũ iure diuino: ſed accipit hanc ſuperioritatem humano Cõcilij iure : cui rurſus eam debet mutandam eius arbitrio.

Hiero. Emſer.

¶Et in moleſta ſcriptione contra dominum Hieronymum Emſer,ſacerdotem, prudentia,integritate morum,& eruditione iuxta clarum ait.Mea propoſitio de Primatu Papæ,non eſt mea,ſed Concilij Niceni: tibi ergo iſta conſequentia eſt probanda Martinus eſt hæreticus in huius ſententia propoſitionis, ergo Nicenum Concilium eſt hæreticum.Hæc Ludder in locis præallegatis.

Quæ mala ſequerentur,ſi auctoritate Conciliorum errores non poſſent condemnari, & hæreſiarchæ ab eccleſia damnati anathematizantur. Cap.XLVI.

Tanta

TAnta ſunt, quæ ex Luddero attulimus, temeritate onerata, ut Chriſtianus
uix pijs auribus ferre, uix ſine gemitu legere poſſit, Conciliorum ſacratiſſi.
auctoritatem, non ab uno Epiſcopo, ſed ab uno fratre euacuari: qui nulliꝰ
Concilij auctoritate uult premi: ꝙ ſi hanc licentiam catholico permittimus: iam actũ
eſt de fide Chriſtiana: iam nullus fuit hæreticus. Nam omnes hęretici dixerũt quod *Mala ſi non ſta*
uidebatur eis uerum eſſe: repugnabant catholici ex ſacris literis, quibus gloſſas pro *tur Concilijs*
libito dederũt hæretici, & alios locos ſacræ ſcripturę ꝓ ſe allegabant: ꝗs quæſo opti-
me lector diffiniet, uter rectius teneat intelligentiam ſcripturę ſecundum quod ſpi-
ritus ſanctus efflagitat? niſi uel Concilium uel Papa: alioquin miſerrima eſſet fides
noſtra omnium, quod cum ambiguum aliquid in fide credendum ponetur. In utrã
qꝫ partem doctiſſimis exiſtentibus aſſertoribus, non haberemus indubitatum reme-
dium, ad quod catholici recurrerent pro dubietate tollenda: & ita fideles eſſent du-
bij in fide: abſit, ut demus hanc anſam hęreticis blaſphemandi eccleſiam: deus ſpon-
ſam ſuam non relinquit, cum qua manſurus eſt uſqꝫ ad conſūmationem ſæculi. Vn-
de ſi hæretici Arriani hanc haberent licentiam, quam ſibi fingit & format hic di-
uerſarius, dicturi ſunt: catholici ſumus: quia non cogimur auctoritate Concilij Nice
ni nos damnantis: libere uolumus confiteri: quod uidetur nobis uerum. Si non cogit *Si Concilia ne-*
nos auctoritas Concilij, parati ſumus noſtra oſtendere ex ſacris literis: & quantum- *gantur*
cunqꝫ pleniſſime diluerentur eorum fundamenta: tamen ita ſemper iudicarent, eoꝝ
auctoritates, & rationes fore inuictas & ſolutiones eorum eſſe bonas, & ſufficientes
ad obuerſantia tela catholicorum elidenda: quis iam erit iudex? non admittent homi
nem ſingularem: quia ſi pronunciabit contra eos, allegabunt, & eum ſuſpectum: &
quia ſit homo poſſit errare: ſi factum fuerit Concilium dicturi ſunt, homines ſunt, er
rare poſſunt: & ita in eorum peruerſa hæreſi ſub his folijs ſemper latitabant: quod de
Arrianis, hoc de omnium hæreticorum generibus loquimur. Vide o candide Le-
ctor & catholice, quam ampla uia ſtrata ſit per diuerſarium hæreſibus, & hæreti-
cis: quo ſe tueantur, ubi latitent, quo ſe inuictos defendant: ſed diſpellenda ſunt hære
ticorum armamenta effodiendę ſpeluncæ, euellendæ, & diruendæ munitiones, de- *Reſiſtendum*
nudandæ inſidiæ, apparatus ſophiſticus detegendus, exuendi illis operculis: ut nudi *hæreticis*
tas eorum pateat: Sancta mater eccleſia laudetur, immo magis ſponſus ipſe dominꝰ
Iheſus magnificetur, quam ſuã ſponſam, ſanctã eccleſiam nunqꝫ derelinquit malleis
hæreticorum ſuccumbere: Excommunicemus, & anathematizemus omnes, a ſan-
cta eccleſia dei excommunicatos & anathematizatos ab ipſis Apoſtolis Nicolaum *Hæretici ana-*
Baſiliden, Cherintum, Martionem, Valentinianum, Hermogenem, Manetem, Pau *thematizãtur*
lum Samozatenum, Arrium, Nouatianum, Donatum, Iouinianum, Heluidium, E
bionem, Fotinianum, Eunomium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, Boniſa-
cium, Priſtinum, Luciferum, Pelagium, Neſtorium, Euthiceñ, Dioſcorum, Pe-
trum Mongium, Petrum Antiochenum, Sergium Pyrrhum, Titum, Nicepho-
rum, Photium, Abelardum, Marſilium de Padua, Vualdenſes, Pauperes de Lug
duno, Iohannem Vuicleff, Iohannem Huſs, & quotquot a ſancta dei eccleſia ſunt
condemnati. Et ſi ullo loco maxime pugnandum eſt cum Luddero, hic omnibus
neruis in obſequium Chriſti, cum eo confligemus: & acerrimum ei mouebimus
bellum, quod tamen non præſenti libro, ſed alio dei gratia adiuuante, præſtabimus,
de auctoritate ſacrorum Conciliorum inſcripto: ubi ſi deus nos iuuerit, plura rara, re
motiora & primitiuæ et prouectę eccleſiæ geſta tractabimus, lectoribus, & grata &
iucunda, ac quod omnium optimum, utilia: qua de re in præſentia ſolum tracte-
mus de Concilijs quantum Primatum Petri, & Romani Pontificis attingunt: quæ
eo indoctius, & imperitius tractat diuerſarius: quo minus illa uidit unquam: ſic An- *Ludder nunqꝫ*
dabatarum more in tenebris pugnat: quod ut lectori pio & catholico oſtendam: opꝰ *uidit Concilia*

eſt ut ſic Chriſto, pie & ſobrie ſapiamus pro noſtra ſalute & proximoꝝ ędificatiõe.

Canon VI. Concilij Niceni ponitur, tantum tres fuiſſe ſe- des Patriarchales oſtenditur, & lapſus Lud- deri explicatur. Cap. XLVII.

PVgnat ergo diuerſarius primo ex Concilio Niceno; ſed ꝙ fruſtra illud in aciem ducat, liquet ex lib. ij. ubi oſtendimus potentiſſime Primatum Romani Pont. probari ex Concilio Niceno; attamen ut ex ordine ſua purgemus. Primo ponam ipſum Canonem Concilij Niceni, & cum Concilium in Græcia fuerit; Gręce fuerunt Canones ſcripti, in Concilio Niceno & Calcedonenſi licet plures latini interfuerint, etiam authores Canonum.

¶ Canon vi. Concilij Niceni.

¶ Antiqua conſuetudo ſeruetur per Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omniũ habeat poteſtatem; quia et urbis Romę Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam cæteraſq; prouincias ſuis priuilegia ſeruentur eccleſijs.

¶ Synodus Chartagineñ. exemplaribus Attici Cõſtantinopolitani, & Cyrilli Alexãdrini paulo diuerſius tranſtulit ſic.

¶ Mos antiquus perduret in Aegypto, Lybia, et Pentapoli, & Alexandrinus Epiſcopus, horum omnium habeat poteſtatem; quoniamquidem & Roma. Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem apud Antiochiam & cæteras Prouincias, honor ſuus unicuiq; ſeruetur eccleſiæ.

¶ Huius Canonis ſententiam primo aperiam, quia nec Summariũ, nec gloſſa in Gratiano eam ſunt aſſecuti, dein conferam ad diuerſarij inductionem ſimul exponens nihil facere eam contra Primatum Romani Ponti. Nam hoc te non lateat, ab initio tantum tres fuiſſe ſedes Patriarchales Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam; ideo ſolum fit mentio hic illarum trium ſedium Patriarchalium. Vnde ſuperius, cum agebatur de Iohanne Hieroſolymitano diximus, eum a Synodo Antiochena damnatum; quia is ſuus fuerat Patriarcha. Nam tota Paleſtina, Immo totus Oriens ſubiectus erat tunc Patriarchæ Antiocheno, teſtis eſt B. Hieronymus ad Pamachium de erroribus Iohan. Hieroſolymitani dicens. Tu qui regulas quęris eccleſiaſticas, & Niceni Concilij Canonibus uteris, & alienos clericos & cum ſuis Epiſcopis commorantes, tibi niteris uſurpare, reſponde mihi ad Alexandrinũ Epiſcopum Paleſtina quid pertinet. Ni fallor hoc ibi decernitur, ut Paleſtinæ Metropolis Ceſaria ſit, & totius Orientis Antiochia, dein dicit, illum Metropolitanum Ceſarieñ. quem debuiſſet adiſſe Iohannes uel Antiochenum.

Tres tantum Patriarchæ.

Hierony.

Hieruſalẽ ſub Antiochia

Grego.

¶ Et pro hoc eſt notabilis epiſtola B. Gregorij ad Eulogium cuius ſupra quoq; meminimus; quomodo tres iſtę ſedes ſint una cathedra, per quas omnis eccleſia colligatur; & plura alia poſſent in huius rei fidem produci, ſed Canon Concilij Niceni quẽ uerſamus hoc ſatis indicat. Voluit ergo ſacrum Concilium Nicenum, quod ſicut Pontifex Romanus habeat poteſtatem ſuper omnes eccleſias ſui Patriarchatus, ita Alexandrinus habeat poteſtatem Patriarchalem ſuper eccleſias Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis. Sic & Antiochenus ſuper alias prouincias Orientis, poteſtatem habeat Patriarchalem. Sed per hoc non euincitur quicquam contra Primatum Romani Pontificis. Nam & ſi ut Patriarcha, nullam habeat ſuper dictas prouincias poteſtatem; tamen omnium eccleſiarum Epiſcopi adhuc ſub eo erant, & ad ipſum appellabant; ſic Athanaſius Patriarcha Alexandrinus, ad Iulium. Flauianus Conſtantinopolitanus Patriarcha ad Leonem. Ignatius Conſtanti. ad Nicolaum Romanos

Pont. ap-

Pont. appellarunt; modo appellat quis ad maiorem & ſuperiorem, ut ſupra oſtendimus eos hoc potuiſſe facere auctoritate Niceni Concilij: non ergo iſto Canone improbatur Romani Pon. auctoritas, ſed patriarchalium ſedium robur affirmatur.

¶ Et hanc eſſe intelligentiam Canonis Niceni Concilij liquet: quoniam ſic accepit ipſum Synodus viij. Cuius Canonem ſupra adductum, hic repetamus neceſſe eſt. Eius decretum xvij. eſt iſtud. Sancta & uniuerſalis Nicena prior Synodus antiquã conſuetudinem iubet ſeruari per Aegyptum, & prouincias, quæ ſub ipſa ſunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Epiſcopus habeat poteſtatem, dicens, qui & in Romanorum ciuitate huiuſmodi mos prẹualuit, qua pro cauſa hæc ſancta, & Synodus tam in ſeniori, & noua Roma, quam in ſede Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymorum priſcam conſuetudinem decernit in omnibus conſeruari: ita ut eorum præſules uniuerſorum Metropolitanorum: qui ab alijs promouetur, ſiue per manus impoſitionem ſiue pallij dationem, Epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt: habeant poteſtatem: uidelicet ad eos conuocandum urgente neceſſitate ad Synodalem conuentum, uel etiam ad cohercendum illos & corrigendum, cum fama eos ſuper quibuſdam accuſauerit forſan. Et infra. Conſueuerunt autem Metropolitani bis in anno Synodos facere: ideoq; ſicut dicunt ad Patriarchale penitus non poſſe recurrere caput: Sed S. hẹc & uniuerſalis Synodus, nec Concilia quæ a Metropolitanis ſiunt interdicens, multo magis illa nouit rationabiliora eſſe ac utiliora Metropolitanorum Concilijs: quæ a Patriarchali ſede congregantur: & ideo fieri exigit. A Metropolita quippe unius prouinciẹ efficitur: A Patriarcha uero ſẹpe totius Dioceſeos cauſa diſpenſatur, ac per hoc communis utilitas prouidetur: propter quod & ſpeciale, propter generale bonum deſpici conuenit: cum maioribus ſuper hoc facta fuerit aduocatio: cuius apud quoſdam Metropolitanorum antiqua conſuetudo, & Canonica traditio per contemptum ipſorum poſtpoſita uideatur: non currentibus eis ad communem profectum, quas leges eccleſiæ ſẹquere condemnantes: omni excuſatione ſemota ſubiacere uocationibus proprij Patriarchæ, ſiue cum communiter, ſiue cum ſigillatim factẹ fuerint exigunt. Habes candidiſſime Lector planiſſimam Niceni Concilij explicationem, de quo more, & antiqua conſuetudine loquatur, quem uelit ſeruari Alexandrino Patriarchẹ Romano, nihil ibi de Primatu ſummi Pont. agitur, ſed Patriarchali poteſtate: Nam hic intentio Concilij Niceni explicatur: cum textus Concilij eſt inſertus, ideo ſeruari debet: ſic etiam intellexit Papa Nicolaus ſcribens ad Primatem Bituricenſem Rudolphum in epiſtola incip. Conqueſtus eſt frater noſter Sigedodus. Renarrat Gratianus.

Synodus 8.

Officium patriarchæ.

Nicolaus

10.q.3. conqueſtus.

¶ Iam liquet primo diuerſarium (quia non uidit Canones Concilij Niceni) corrupte allegaſſe Concilij Canonem: quoniam non ſe habet, ut eum euocauit, ſicut inſpicienti eſt obuium: q; ſi Canonum iſtorum copiam habere non potuit, arguendus eſt qui tam temere de ijs pronunciet: & ob hos ſacro Concilio Conſtantieñ iniurietur: arguendus eſt & indiligentiẹ: quoniam ſi uigilanter in decreto Gratiani quẹſiuiſſet, uti ſe iuriſto Theologum pollicetur, reperiſſet Canonem Concilij Niceni.

In Ludderi ignorantiam

Diſ.65. mos eſt

¶ Secundo etiam ſi uerba illa attendamus, quæ poſuit, non ſunt Euſebij Cæſarienſis, ut diuerſarius autumat; quamuis ille author ſit eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ut Hieronymus de illuſtribus uiris teſtatur: tamen decimus liber, & undecimus ſunt Ruffini, ut teſtatur in epiſtola ad Cromatium Epiſcopum. Vnde liberius declinare poſſumus Ruffini narrationem: quam aliquod Concilium ſacrorum negare. Habito autem fonte, non oportet recurrere ad riuulos: potiſſimum ſi a dulcore natiuo fontalis originis degenerent.

Euſebius

Lapſus Ludderi

Hiero.

Ruffinus

¶ Tertio etiam ſi riuus iſte etiam non ſit amarus tamen interpretatione diuerſarij amareſcit. Sit ita quod Alexandrinus habeat curam Patriarchalem Aegypti, & Ro-

manus curam Patriarchalem Italicarum & ſuburbanarum eccleſiarum. Non per hoc negauit Primatum unius Patriarchæ ſuper alium: ſed uniuſcuiuſq; poteſtatē in ſubiectas eccleſias aſſeruit: quam nemo uir bonus unquam negauit.

¶ Quarto liquet quod infœliciter dicat Concilium Nicenum non dare primatum Romano Pont. quoniam lib. ij. oſtendimus fore in eo cōſtitutum: ut Epiſcopi in uniuerſo orbe conſtituti, poſſent prouocare Ro. Ponti. modo appellatio fit ad maiorem. Parum etiam fœliciter tradit quod ait tribui Romano Pont. Italicarum urbium Primatum, non iure diuino ſed antiqua conſuetudine. Nam plus arbitror ualere apud catholicum, expoſitionem Concilij octaui, quam Ludderi: modo Concilium viij. interpretatur antiquam conſuetudinem, de qua loquitur Canon Nicenus, de euocatione Epiſcoporum, correctione eorum, ac confirmatione. Nihil agitur hic de Primatu ſummo totius eccleſiæ: & in his tribus uoluit Synodus ſeruari antiquam conſuetudinem.

¶ Porro ieiuna eſt conſequentia, illud eſt de conſuetudine, itaq; non eſt de iure diuino, ſacerdotes ordinari eſt moris, negabis ne hoc eſſe iuris diuini? matrimonia ſunt quotidiana, præſcindes ne iſta a iure diuino? quid dicis Ludder? negas ne conſuetum eſſe iure diuino? & quid aliud magis optare debemus ambo, qui Theologicū nomen fatemur: quam ut ius diuinum eſſet conſuetiſſimum: quo uitia & peccata eſſent minus aſſueta. Noli ergo inferre, Canon Niceni Concilij ſanxiuit hoc eſſe conſuetudinis, uel moris: itaq; non eſt de iure diuino, quia parum referat ad pręſens inſtitutū. Deſine ergo diuerſari exclamare ut hoc Concilium ſacerrimum tollatur: noli dicere, ſeruire Primatui contrariari Concilio Niceno: non ſunt hæc contraria, ut opinaris, noli dicere Concilium Nicenum te tetigiſſe: quod nunquam uidiſti, ſaltem cum hęc ſcriberes: placet ergo & perplacet, ut Niceno Concilio inſeruias, ſicut adduximus, non uelut tu ſiniſtre interpretaris.

Conſuetum de iure diuino

In Ludderum.

In Ludderum.

Reliqua pars Canonis VI. Concilij Niceni explicatur, omiſſio Synodorum prouincialium deploratur. Cap. XLVIII.

INduxit dein Ludder alium articulum Concilij Niceni: & quia ex originalibus eum non accepit, non mirum ſi claudicet. Ego autem optime Lector, curabo ne te ita famelicum dimittam: ſperans pro amore Chriſtiano, & fraterno, ut preces apud deum O. M. fundas pro me miſero peccatore: ideo tibi præſcribam, reliquam partem Canonis ſexti: quam ille uidetur denotaſſe. Nam & in Ruffino, unde emendicauit, mox ſequitur.

¶ Canonis vi. Niceni pars ulti.

¶ Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi quis pręter ſententiam Metropolitani, fuerit factus Epiſcopus. Hunc magna Synodus definiuit Epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundum regulam eccleſiaſticam comprobato, duo, aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

¶ Alia tranſlatio legit.

¶ Per omnia autem manifeſtum eſt, quod ſi quis pręter conſcientiam, & uoluntatē Metropolitani Epiſcopi, fuerit ordinatus, hoc Cōcilium ſanctum & magnum cēſuit nō debere eſſe Epiſcopum: ſane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato, ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo uel tres animoſitate ducti per contentiōem contradicant: obtineat plurimorum ſacerdotum ſententia.

¶ Addidi illam ſecundam tranſlationem, ut uideat Ludder, quam libere cum eo agam: quippe

quippe in communi,in re Chriſtiana: quæ omnibus nobis cordi eſſe debet: gloriã ergo quæramus dei: nolo enim fratrem perdere,ſed lucrari ſi fieri poteſt: quod ut commodius fiat addam Canonem quartum huius ęmulum.

¶ Canon.iiij.Niceni Concilij.

¶ Epiſcopum conuenit maxime quidem ab omnibus,qui ſunt in Prouincia Epiſcõpis ordinari.Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem. Tribus tamen omnimodis inidpſum conuenientibus,& abſentibus quoq; pari modo decernentibus, & præſcripta conſentientibus: tunc ordinatio celebretur: firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamq; Prouinciam Metropolitano Epiſcopo tribuatur,aſſumit ergo diuerſarius, Concilium Nicenum ſtatuiſſe non Roma. Pontif. ſed Prouinciales Epiſcopos ordinare Epiſcopum: patior iam amphibolum illud ſæpius: quid ſibi uelit diuerſarius noſter per ordinationem,cum tria concurrunt in Epiſcopo,electio,confirmatio, & conſecratio. Electio fuit aliquando plebis, aliquando Epiſcoporum in uicinia,aliquando cleri,non diocæſis,ſed eiuſdem eccleſiæ.i.capituli.Confirmatio pertinebat aliquando ad Metropolitanos,aliquando ad Primates, aliquando ad Patriarchas: quę iam eſt apud poteſtatem patrum Roma.Pont.Cõſecratio ſemper fuit apud tres Epiſcopos:licet qui debeant eſſe illi Epiſcopi pro tempoꝝ uarietate quoq; mutatum ſit. *Varietas in ordinandis Epiſcopis.*

¶ Sed uides Candide lector hoc nihil officere Primatui Roma. Ponti. a quocunq; quis fuerit ordinatus ſecundum Canonicas ſanctiones,non erit ei moleſtum: modo ſit ei ſubiectus,ordinantur Abbates, Sacerdotes ab Epiſcopis: quis autem hanc ferret temeritatem,ſi quis ob hoc negaret Abbates & Sacerdotes Roma. Pontif. fore ſubiectos: pueruli clamitant,ſi uinco uincentem te &c. Et quantum ad iſtas ordinationes,& modum eligendi attinet, neminem arbitror tam obtuſum, aut hebetem: qui neſciat illas mutandas pro temporum locorum,& perſonarum qualitate.

¶ Non officit quod frigide opponit Ludder, ſacrum illud Concilium per decreta Pontificia,& Canones ſubſequentium Conciliorum,Euangelio æquiparatũ,ideoq; immutabile fore: Nam in his quæ ſunt fidei ſtat ſacri illius Concilij ordinatio: uerum plura alia ſunt,quæ abſq; fidei iactura mores hominum reſpiciunt, & eccleſiaſticum ordinem,abſq; perfidia plærîq; Canones mutati ſunt: quod ut uerum fateare inſpice Canonẽ.v. ubi indicitur ſingulis annis per prouincias bis in anno Concilia celebrari: quam in diſſuetudinem abijſſe dolenter referimus. Nam totius eccleſiaſticæ difformitatis inordinationem hinc defluxiſſe ſuſpicor.

¶ Corrigebantur in Synodis Prouincialibus Epiſcoporum exceſſus & defectus prælatorum,rebellium aut oppreſſorum cauſæ examinabantur:ſic Epiſcopus quiſq; in diocæſi,dein Synodum celebrans excedentes puniebat, ſiue excedens puniebatur: ſic optime mores eccleſiaſtici conſeruabantur, unitas & conformitas eccleſiarum erat: at cum deſierunt illa Concilia: Videmus quanta confuſio in eccleſijs facta ſit: quam deformati mores: quam corrupti abuſus: Si enim caput ægrotare cœperit, omnia in deteriorem partem uergunt: poſſem hic depingere calamitatem eccleſiæ: at non eſt præſentis inſtituti,de abuſibus alias plura. *Synodi prouinciales.*

¶ Lectorem tamen admonere hic uolui Ruffinum ubi recenſet conſtituta ſacri Concilij,nec ordinem obſeruaſſe Concilij,& aliqua omiſiſſe,aliqua uero addidiſſe, quæ in Concilio non leguntur.Exemplum adferam unicũ,refert Ruffinus ſub. 14. Ne diaconi ſedeant inter preſbyteros, & ne diuidant Euchariſtiam præſentibus Epiſcopis: ſi uero preſbyter nullus ſit in præſentia.Tunc liceat ei diuidere Euchariſtiam: hic primo intuere in Canone.xiiij.nullus ſit ſermo de diaconibus,ſed cathecuminis: deinde in Canone. XVIII. ubi agitur de diaconibus huiuſmodi licentia diaconis minime attribuitur. Habes quod petis Candide Lector , non office- *In Ruffinum.*

re Primatui Romani pontifi. ſi Epiſcopus a Coepiſcopis, uel Metropolitano, uel Primate ordinetur.

Solus Ro. habuit ſub ſe Primates.

¶ Hoc iterum te admonere uolui Alexandrinum, Antiochenum, Conſtantinopolitanum &c. ſub ſe fuiſſe Metropolitanos, ſed non Primates: ſolus Rom. Patriarcha habuit ſub ſe primates uices Patriarchæ tenentes: Vnde etiam ipſi aliquando nominati ſunt patriarchæ uelut primas, Aquileien. Arelaten. per prouinciam, & Lugdunẽ. ut arbitror per Galliam: Bituricẽ. per Narbonẽ. Magdeburgẽ. per Germaniam: non mihi occurrunt iam legittimi termini, & fines horum Primatuum: ſat ſit Lector ſyncere, Eckium te admonuiſſe: ſic in Aphrica, & Sicilia Primates aliquando Patriarchæ appellentur, textus eſt ſingularis in cap. cõqueſtus. ix. queſt. 3. ubi de primate Bituricẽ. ait Nicolaus, quaſi iure Patriarchatus tui &c. Et infra ad te quaſi ad Patriarchã ſuum prouocauerit: quod tene memoriæ, quia eſt ſingulare.

Primas Patriarcha dicitur.

Defenditur conſtantien. concilium, Examinatores articulorum Huſs narrantur, & de decreto Conſtan. Concilium eſſe ſupra Papam. Cap. XLIX.

Dirutis fundamentis facile euacuantur: quæ paſſim ædificauit frater Ludder ſuper illis: nam quod ad Spalatinum ſcripſit, uelut nix liqueſcit: non enim Concilium Nicenum, aut Summi Pontifices ſoluerunt ius diuinum: quia ad nullum tempus recedendum determinarunt a iure diuino: quod nihil in illo Concilio ſtatutum ſit contra Primatum Romanæ eccleſiæ, uelut duobus capitibus iam expoſuimus.

Iam uero præciſus hæreticus

¶ Quam uellem autem, confratrem meum non calumniari ſacrum Conſtantien. Concilium: non enim aduerſatur Concilijs Niceno, & Aphricano, ſicut falſe exiſtimauit ipſe: ideo aſſentiatur potius ſacro Concilio, & reputet illos articulos damnatos Iohan. Huſs ſubeſſe fidei potius: quam quod dicat Cõcilium ſacrum erraſſe: ſed ita omnes fecerunt hæretici, proprio innitentes capiti, Concilia, & reſponſa prudentum ſunt aſpernati: ſic plures ſacerrimum illud Cõcilium Nicenum recipere aſpernabãtur. Nam decretis Concilij ad Conſtantinum magnum perlatis, ille proteſtatur temptantem obniti huic ſacerdotali ſententiæ, uelut cõtra diuina ſtatuta uenientem, in exilium ſe acturum. Vnde ſex cum Arrio in exilium pulſi ſunt, aliquibus, xi. forte, ſe ſubdole, & ſimulate ſubſcribentibus: Ex quibus reperti ſunt, ubi ſimulatio in ueritatem deflueret, ut in Euſebio Cæſarienſi: alij in ſimulatione perſeuerantes, nacti oportunitatem temporis, quales fuiſſent oſtendebant, uelut Euſebius Nicomedien. cum complicibus. Non ergo iniurietur tam ſacro concilio Conſtantien.

Rebelles concilio Niceno.

Euſebius prius Arrianus.

In Ludderum.

¶ Et profecto mirandum eſt de fratre illo, nam dum iudex curiæ Romanæ contra eum uellet procedere iuſſu Summi Pont. iſte prouocauit ad futurum Concilium: ſi ergo non uult coherceri auctoritate Concilij: quid illud appellat, fruſtra legis implorat auxilium, qui in eam committit.

Defenſio Conſtantien. cõcilij Huſ. damnatus per nationes.

¶ Falſum autem imponit Concilio ſacro: quod inquiſitores obtinuerint tyrannidẽ in eo Concilio, & agentibus iniquiſſimis adulatoribus, articuli Huſſitici condemnati ſunt: Nam primo certum eſt, tantam fuiſſe in hoc concilio libertatem, qualẽ non legimus pluribus annis: neq; hoc fecerunt adulatores Sum. Pont. dum agebatur, ut tres ſe pro Papa gerentibus, uel ſponte renuntiarent, aut iure cogerentur renuntiare. Et ut omnis prorſus ſuſpitio abeat, condemnatio et examinatio per nationes facta fuit: ubi uiri optimi ex omnibus regnis deligebantur: quare nec adulatoribus Papæ, nec inquiſitoribus imputari debet, huiuſmodi articulorum condemnatio.

¶ Vnde in actis eiuſdẽ Concilij ſeſſione, vi. ſic legitur. In cauſa fidei contra Iohannẽ Huſs auctoritate huius ſacri Concilij procedent Archiepiſcopus Rhaguſinus, pro

natione

natione Italica,pro natione Germanica Epiſcopus Flebieñ.magiſter Vrſunus Taluenda,pro natione Gallicana,Magiſter Vvilhelmus Comes,pro natione Anglicana in ſacra pagina Magiſtri,cauſam dicti Iohan. Huſs & ſuorum ſequatium examinando,& in illo procedendo uſq; ad diffinitiuam ſententiam diffinitiue incluſiue. Item quod prædicti commiſſarij recipiant relationem dominorum Cardinalium Cameracen.(is fuit Petrus de Aliaco)Sancti Marci,& Floretini(illi enim tres Cardinales plus manutenebant negocia Concilij alijs) De proceſſu facto ſuper condemnatione librorum,& articulorum tam.XLV.in Parrhiſien.& Pragen. quam etiam ducentorum ſexaginta,in Oxonien.ſtudijs facta: nec non ſuper condemnatione memoriæ Iohan. Vvicleff.ac confirmanda ſententia lata in Concilio Romano ſuper condemnatione,& combuſtione librorum prædicti Iohan.Vvicleff & relationem ſuper præmiſſis faciant nationibus,& huic ſacro Concilio,quam citius cōmode illam facere poterunt. Vides quomodo non inquiſitores,nō adulatores ſum. Pont.ſed deputati per nationes, articulos Huſſiticos examinarunt: ut prorſus omnis ceſſet ſuſpitio: Ita in condemnatione Iohannis Huſs fuerunt deputati Antonius Cordien. pro natione Italica,Stephanus Dolen. pro Gallicana,Patricius Chartaginen.pro Anglicana,Nicolaus Merſeburgen.pro Germanica.Et Iohānes Hoſtie. præſidens nomine collegij fuit: Deſinat ergo Ludder incuſare ſacrum Concilium Conſtantien.& hæreticis Bohemis præbere anſam excuſationis,in eorum ſchyſmatibus,& hæreſibus. Non dicat Chriſtianus articulos illos a Concilio ſacro dānatos eſſe Chriſtianiſſimos,& Euangelicos: ſed eis anathema dicat cum eccleſia.

Damnatores Vvicleff.

Damnatores Huß.

¶ Quod aſſumit Concilium Lateranen.conſtituiſſe contrarium concilio Conſtantien.de poteſtate Pape ſuper Concilium: in primis non liquet mihi de illo decreto nouiſſimi Concilij. Vidi enim aliquas, non omnes diffinitiones illius Concilij: dein dato eo quod ita ſit diffinitū in concilio Lateranen.quod me præterit, diluit ſua obiectio facillime: & quia in manibus eſt ſolutio D. Thomæ de Vio Caietani: quæ mihi apparet bona eſſe & ualida: ideo eam renarrabo,duæ reſponſiones inquit dantur ad Concilium Conſtantien. Prima negans illa eſſe autentica auctoritate ueri Concilij,facta ſunt tempore ſchyſmatis: quo erant tres Papę in eccleſia dei: ab una ſola obedientia. ſ.Iohannis. xxiij. abſente etiam illo ſuo Papa: quod conſtat ex eo, quod illa promulgata ſunt Anno Domini.M.CCCC.XV. die VI. Aprilis in ſeſſione.V.& obedientia Gregorij.XII. coniuncta eſt illi die.IIII. Menſis Iulij eiuſdem anni,& obedientia Benedicti.XIII.iungi cœpit Anno dñi.M.CCCC.XVI. die XIII. Octobris in ſeſſione.XXII. Vnde dicere quod illa obedientia conſtitueret Concilium generale catholicam eccleſiam repræſentans, nihil aliud eſt, quā reuocare antiquum ſchyſma,& damnare ut ſchyſmaticas duas obedietias: & quod ſemper fuit & eſt dubium facere certum.

An Papa ſuper Concilium

Card. S. Sixti.

¶ Et ſi dicatur Martinum.v. approbaſſe illa decreta, & illam Synodum, decreta quidem ſeſſione ultima,ubi legitur dixiſſe.Omnia & ſingula determinata, concluſa,& decreta in materijs fidei per præſens Concilium conciliariter tenere, & inuiolabiliter obſeruare ſe uelle,& nunq; contraire quoquomodo: ipſaq; ſic conciliariter facta approbare,& ratificare & nonaliter,nec alio modo.

Ob. quomō Papa approbauit decreta cōſtan.

¶ Conſtat autem Concilium eſſe ſupra Papam,uel Papam ſuper illud, eſſe materiam fidei: quare decreta illa ſeſſione.v.facta de ſuperioritate concilij ſupra Papam ſint approbata: Synodum uero in Bulla condemnationis articulorum Iohan. Vvicleff ſacro approbante Concilio,ubi interrogatoria ponens dicit. Vtrū credat quod condemnationes Iohannis Vvicleff, Iohan.Huſs & Hieronymi, de Praga factæ de perſonis eorum libris & documentis per ſacrum generale Cōſtantien. concilium, ſint rite,& iuſte factæ, & a quolibet catholico pro talibus tenendæ & aſſerendæ.

Et cum conſtet,quod contra Iohannem Vvickleff,in ſeſſione octaua.Contra Iohā nem Huſs in ſeſſione.xv.& contra Hieronymum de Praga in ſeſſione.xxi.lata fuerit ſententia: conſequens eſt,quod tunc ante unionem obedientiarum omnium Cōcilium generale fuerit.Si Martinus uerum dicit in Bulla.

Reſpon. ¶ Reſpondendum eſt quod tractari aliquid in materia fidei contingit bifariam,aut de forma illius,aut ſolum,ut materia eſt: Tunc enim agitur de forma fidei, quando tractatur ut credendum,uel condemnandum a fideli: ſed ſolum materialiter tractatur,quando res quidem pertinet ad fidem: ſed non pertractatur, ut credenda uel condemnanda,ſed alia quadam ratione: extra formale enim contingit infinita eſſe. Et quia niſi ſermo intelligatur formaliter,perit certitudo,ideo uerba Martini.v.in illa ultima ſeſſione formaliter ſunt intelligenda,in Cōcilio quidem illo fuerat in materia fidei tractatum & deciſum formaliter contra illos tres hęreſiarchas:ut patet in dictis ſeſſionibus,& etiam ſeſſione.xix.& fuerant multa alia tractata:ſed non ut materia fidei inter quæ ſunt illa ſeſſionis.iiij.&.v.in cuius ſignum nulli fuerunt deputati tractata illa in fide examinandum: nulla etiam fit ibi mentio de credendo,uel nō credendo.Martinus autem.v.approbauit decreta in materia fidei formaliter tantū, & non illa alia.Et hoc euidenter etiam patet,quia illa uerba dicit oſtendens requiſitioni Oratorum Regis Poloniæ exigentium: quod acta per Concilium contra illos prænominatos hæreticos firma eſſent; ut patet in ſeſſione ultima: & ꝓpterea bulla illa condemnationis ſubſecuta eſt.

¶ Ad inſtantiā uero de Synodi approbatione dicitur,quod ꝑ illud & alia interrogatoria ibidem de Concilio Conſtantien.poſita,totum a nobiliori parte Martinus nominauit: quia licet Concilium inceperit ſub ſola obedientia Iohannis.xxiij. tamen fuit conſumatum unitis tribus obedientijs,& electo Martino ab eo actorizata.

¶ Fundat hanc ſolutionem,quod non eſt rationi conſentaneū Martinū uoluiſſe declarare alias obediētias fuiſſe extra eccleſiam; Poſtea dat aliā ſolutionē quę imbibit plura dubia: ob id breuitati ſtudētes remittimus ad tractatū d' auctoritate cōciliorū.

Excuſatio Huſſitici reijcitur. ¶ Infero tamen liquere ex dictis inanem eſſe quorundam excuſationem palliatam, pro Huſſitis ſchyſmaticis,quia condemnatio Iohan.Huſs facta ſit a Concilio Acephalo; & quod etiam dubitauerit ſe eſſe cōcilium: quia licet una tantum fuerit obedientia Huſſitas,& Vvicleffiſtas condemnās.Tamen Martinus Papa electus in caput eccleſiæ illud ratificauit: & approbauit: quare nō poteſt quis eos tutari: Vn̄ Bulla condemnationis emanauit.xxiij.Februarij,& Concilium fuit abſolutū.xxij.Aprilis: quare hoc colore errorem excuſare non potuerunt. Non ergo uerum eſt quod

Iam apoſtata. aſſumit Ludder,Concilia legittime congregata,ſe mutuo reprobare.

Concilium Conſtantien.non decidit contraria, quæ ſit. 6. Synodus neſciuit Ludder,de ordine conciliorum,conciliū poteſt Papā dubium deponere,ſimiliter hæreticū.Cap.L.

Augu. Liberis uerbis loquuntur Philoſophi ait Auguſtinus,nobis autem ad certam regulam loqui phas eſt,Ideo miror Ludderum tanta frui libertate,ut

In Ludderum. nec auctoritatem Summi Ponti.nec Conciliorum uelit aduertere: niſi reſipuerit: quis non uidet hanc eſſe occaſionem,Immo cauſam ſuæ ruinæ: ſic ſingularitas omnes hæreticos dementauit: ut ſuæ prudentiæ innitentes,in caſum,& perditionem dati ſunt & reprobum ſenſum: ueneretur potius mecum, & cum uniuerſa eccleſia,ſacratiſſima Concilia: Summum obſeruet Pontif. ſtudia Florentiſſima ſuſcipiat: & non credat ſe toto mundo ſapientiorem: ſic ſe humilianti deus dabit grātiam: ſuperbienti uero reſiſtet.

Pro Concilio Conſtan. ¶ Sic quod addit Concilium Conſtantien.determinaſſe contraria & pugnantia,Vide Lector quam iniurius eſt,& ſacro Concilio, & patri-

& patribus,qui illi interfuerunt: quaſi homines fuerint inſenſati,non aduertentes qd ſtatuerent: Nam etiam ſi Concilium ſub obedientia Iohannis. xxiij. ſtatuit Concilium eſſe ſupra Papam: tamen hoc ei,non repugnat,Papam de iure diuino eſſe ſuper omnes eccleſias.Nam dum iure diuino Papa præfertur omnibus eccleſijs ſingularibus: per hoc non præfertur omnibus eccleſijs unitim & cõiunctim: ſicut uniuerſale Concilium totam repræſentat eccleſiam,ita ſenſerunt omnes,qui arbitrati ſunt Concilium eſſe ſupra Papam,ut etiam Guilelmus Anglicus, qui Concilium dixit eſſe ſupra Papam,adhuc reputauerit ſententiam illam fore hæreticam, Petrum iure diuino non fuiſſe ſupremum paſtorem: non ergo illa ſunt contraria, ſicut autumat diuerſarius: ſic etiam perperam arguitur,alterum Conciliorum eſſe hæreticũ, Conſtantien.aut Romanum: uelut iam aperuimus: quare non dicat ſibi uiam factam libere contradicendi Concilijs: quoniam illã uiam nullus ingreditur,niſi ſchyſmaticus,hæreticus,uir belial,qui Concilio legittime congregato contradicit. *G.Ockam.*

¶ Partius ergo ſentiat,& religioſius loquatur de Concilio illo ſacro Conſtan.Quis enim purgatis & caſtis auribus ferre poſſit: quod affirmat condemnationem articuli Huſſitici eſſe iniquã: & peius eſt quod cauſam aſſignat falſam: ſcilicet ꝙ ſit cõtraria Concilio Niceno,& Aphricano: cum ſatis ſuperq; expoſuimus in ſuperioribus hoc eſſe falſum.Vnde tantos patres. tam ſacrum concilium, non debuit iniquitatis arguere,ex concilijs,quæ nunq; uidit: & quę uidit: non intellexit.

¶ Pari laborat ignorantia,cum ait de Synodo ſexta Calcedonen. &c. Nam primo aberrat in limine, cum ſexta Synodus dicatur illa Conſtantinopolitana ſub Agathone Papa,& Iuſtiniano.ij.celebrata: ut liquet ex epiſtolis quas ſcripſerũt ad utroſq;: ad imperatorem incipit.Quoniam Sanctæ & uniuerſalis Synodi quintæ &c.Porro ſi ſextam Synodum uoluit ex omnibus,plurimum aberrabat,cum plura pręceſſerunt quam quinq;,ſicut Ancyranum, Neoceſarienſe, Cæſarienſe, Gangrenſe,& Antiochenum,quæ Nicenum Concilium præceſſerũt.Vbi dein Sardicen. & Laodicenſe,ac Cõſtantinopolitanum fuerunt celebrata,cum pluribus Aphricanis;quæ omnia ante cõcilium Calcedonen.fuerunt: Si autem ad auctoritatem reſpicit,iam quarta Synodus eſt,non ſexta,ut Gregorius teſtatur in Epiſtola ad Iohannem Cõſtantinopolitanum,Eulogium Alexandrinum,Gregorium Antiochenum, Iohannem Hieroſolymitanum &c. Nam Nicenum primum,Conſtantinopolitanum ſecundum,Epheſinum tertium: Calcedonen.quartum locum obtinet: Si autem ad ciuitatem referas,fuit primum Cõcilium in Calcedone habitum. *Lapſus Ludderi de.6. Synodo* *Lapſus ludder.* *Calcedonen.nõ 6. Synodus.* *Grego.* *Quatuor concilia.*

¶ Porro & id quod inducit falſum eſt. Oblatum fuiſſe Primatum Romano Pont. quem noluerit acceptare: nec Gregorius unq; meminit primatus in illa oblatione, ſed dicit nomen oblatum uniuerſalis Pontificis: ſicut ſæpe legitur libro quarto, & ſeptimo regiſtri: Eodem marte, fracto.ſ. & debili currit illud quod addit Nicenũ concilium cum quatuor ſequentibus contrarium definiuiſſe: cum fugiat eum,quæ fuerint quatuor ſequentia illa: aut quid decreuerint: cum nullum illorum uiderit: dum talia temere nimis effunderet,Compeſcat oro,ob dominum Iheſum hęc omnia audientem,linguam diuerſarius,& non calumnietur concilia eſſe hęretica, non Patres Orientis,cum eccleſia Romana conſentientes,non Romanos Pont. Maxime ueteres. Nunq; enim docere poterit eos reſpuiſſe Primatum: quod cum ſit falſiſſimum: ipſe pro conſtanti aſſumit. Sed nimis pręceps fuit frater meus in iudicando,re nondum expenſa & iudicata, non uiſis originalibus, non lectis actis ex fontibus: ſed prępropere ob quędam male intellecta,anſam arripuit contra lunam latrandi, & caput Pontificium,paſtorem eccleſię calumniandi. *Error Ludderi quod Papa reſpuerit Primatum.* *Temeritas ludderi.* *Apoſtata iam præciſus.* *Ludder præceps.*

¶ Ex quibus facile elicitur reſponſio ad ſequentia. Nam quod ait Concilium Conſtantien.determinaſſe concilium eſſe ſupra Papam: iam ampliter diſcuſſimus, ſed

quod robur addit Concilium uſu approbaſſe prædictum decretum, deponendo & ſtatuendo Papam. Dico quando Papa eſſet indubitatus, & non ſubeſſet hæreſis, aut alia cauſa ob quam poſſet deponi: tunc nec Cōcilium, nec aliquis qui uiuit, poſſet alteri tantam poteſtatem dare: quantam habet Papa: At in Concilio Conſtantieñ. nullus erat indubitatus Papa: cum unuſquiſq; ſuam haberet obedientiam: & quiſq; reputauit ſe uerum Papam: ob hanc ambiguitatem, non temere egit ſacrum Concilium, ad unionem faciendam, & concordiam in ſancta eccleſia dei tres adigendo ad ceſſionem & quartum eligendo: Nam non deerant, qui nullum iſtorum reuerebantur, ſed ſe profitebantur neutrales.

Papa quando deponendus.

¶ Sic liquet quomō diuerſarij obiectio de hæretico, quod non deberet deponi, nullum omnino fucum habet: quomodo fide carens, quæ eſt fundamentum omnis ſpiritualis ædificij, non eſſet deponendus. Vnde ſecus eſt de Saule, quem dominus proiecerat a facie ſua: quoniam adhuc fidē non deſeruerat. Pro quo eſt notabilis textus S. Bonifacij Epiſcopi Moguntini, & Martyris, ac Germanorum, quaſi Apoſtoli, quem renarrat Gratianus. Si Papa ait, ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehendatur inutilis & remiſſius in ſuis operibus, & inſuper a bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus: nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit in precipitium gehennæ: cum ipſis plagis multis inæternum uapulaturus: huius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus, a nemine eſt iudicandus: niſi deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo ſtatu, uniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto illius ſalutem poſt deum ex illius incolumitate, aduertit propenſius pendere: ſponte iam cadunt, quæ ſequuntur, Papam eſſe ſuperiorem alijs auctoritate Cōcilij: & ita iure humano, quod euicimus non ſemel eſſe falſum: Sic & de improba conſequentia: quam audet inferre. Si propoſitio mea eſt hæretica, Conciliū Nicenum eſt hæreticum: Nam concilium Nicenum omni ætate habitum eſt ſanctum, & catholicum. Propoſitio autem tua Frater Luddere habita eſt ſemper falſa & hæretica: quare hoc collyrio oculum tuum non ſanabis, niſi reſipiſcas, & Summum paſtorem Chriſti in terris uicarium agnoſcas.

Lapſus Ludderi.
Bonifacius. Germanus. c. ſi Papa diſ. 40.
In Ludderum iam apoſtatā.

Quod Concilium Nicenum non ſolum Primatum non tribuit Hieroſolymitano, ſed & eum Metropolitano ſubiecit. Cap. 51.

IVimus prolixiores in diluenda pericoloſa diuerſarij obiectione: quod omnium maxime uidebatur hic a ſyncera fidei profeſſione recedere: dum ſacrorum Conciliorum auctoritatem niteretur eneruare: proſequamur & deſpiciamus reliqua munimenta diuerſarij, quartadecima, uel ratio, uel auctoritas eſt iterum ex Niceno Concilio deſumpta: quod honoris Primatum, non Romano Pontif. tribuat, ſed Hieroſolymitano: quia Concilium dicat. Et ut Epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita, honoris prerogatiua ſeruetur, manente nihilominus, & Metropolitani ipſius Prouinciæ dignitate.

Obiectio Ludderi.

¶ Doce me Lector inquit diuerſarius, quid faciendum ſit? quando non ſatis eſt, me hodierno tempore confiteri Romanum Ponti. eſſe primum: niſi mentiar quoq; & negem alium antiquitus fuiſſe primum: & tanti Concilij auctoritati reſiſtam.

¶ Non miraris Lector toties Concilium illud a diuerſario produci: qui illud nunq; uiderit: tu iudicato an iure uel iniuria dixerim eum Andabatarum more in tenebris pugnare. Ponamus primo Canonem prout in Concilio uere habetur: nam uerba, quæ Ludder adducit eſſe uerba Concilij, non ſunt uerba Concilij, ſed Ruffini, dein ueritatem iſtius Canonis explicemus.

Dilutio.
In Ludderum.
Nicenum.

¶ Canon. vij. Concilij Niceni.

¶ Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Heliæ Epiſcopus honoretur, habeat

beat honoris conſequentiam ſalua Metropoli dignitate. Inſpice Lector quantum euariet pura & Germana Concilij lectio, ab illa diuerſarij: tamen obuium eſt Lectori, Concilium uoluiſſe honorem deferendum Epiſcopo Hieroſolymitano: licet ſine præiudicio Metropolitani: neſcio profecto unde uenerit diuerſario in mentem: ut auſus fuerit ſenſum & ſententiam Canonis corrumpere, pronuncians Concilium tribuere Primatum honoris, de quo diſceptamus, Epiſcopo Hieroſolymitano: cum tantum abſit, ut primatum illi non tribuat: ſed & Metropolitani eius dignitatem corroboret. *In Ludderum.*

¶ Audiuimus autem ex Hieronymo ad Pamachium contra errores Iohannis Hieroſolymitani, Cæſaream eſſe Metropolim Paleſtinę: quare uoluit Hieronymus, Iohannem oportuiſſe pro ſui excuſatione, adire Cæſarien. proprium Metropolitanũ, uel Antiochenum Patriarcham ſuum, non Alexandrinum: Honorari ergo uoluit Concilium Hieroſolymitanum Epiſcopum: ſed incolumem uoluit eſſe Metropolitani ſui Cęſarien. dignitatem. Vbi eſt ergo Primatus totius eccleſię ei delatus: qui Metropolitano ſuo, & Patriarchę decernitur eſſe ſubiectus: Ideo Synodus Antiochena Iohannem excommunicauit Hieroſolymitanum: quare honor iſte, nõ fuit Primatus, ſed ſpecialis cuiuſdam reuerentiæ exhibitio: Et ob id in Concilijs Epiſcopus Hieroſolymitanus habebat ſuperiorem locum ſuo Metropolitano, ut in Concilio Niceno Macharius Hieroſolymitanus pręceſſit Gaium Ceſarieñ. Et in Concilio Calcedoneñ. Iuuenalis Hieroſolymitanus præceſſit Ethiconem Cęſarienſem: aliud ergo quęrat patrocinium, quoniam hoc non releuabit eum, ſed potius deijciet. *Hierony.* *Hieroſolymitanus ſub Antiocheno.*

Quæ ad Apoſtolos dicta ſint, quomodo pertineãt ad ſucceſſores. Cap. LII.

DEcimaquinta diuerſarij ratio eſt. Si Romana eccleſia eſt prima propter primum Apoſtolum Petrum: eadem neceſſitate confitebimur & Compoſtellanam eccleſiam eſſe ſecundam propter Apoſtolum S. Iacobum: & Epheſinam tertiam propter Apoſtolum tertium Iohannem: & ſic per ordinem Apoſtolorum: At iſte ordo nunquid ſeruatur? quo iure ergo, ſolus Petrus Primam facit eccleſiam, niſi humano? Cur ergo Conſtantinopolitana, quę nullum habet Apoſtolum, pręfertur ſecundo loco Compoſtellanæ? Cur Alexandrina quæ & ipſa nullum habet Apoſtolum, pręfertur Epheſinę? Cur Antiochena ſine Apoſtolo pręfertur Ediſſenę: quę Apoſtolum Thomam habet? Cur Hieroſolymitana, his omnibus quinto loco poſtponitur, quę Chriſtum, Petrum, Iacobum, Iohannem, Item Iacobũ columnas (ut Paulus ait) habuit & uniuerſos diſcipulos? Vides ꝙ ſit nulla ratio? ꝙ Chriſtus ſtudioſe huius Primatus ambitionem præuenit, & cauſas eiuſdem penitus confudit. *Obiectio Ludderi.* *Gala. 2.*

¶ Similis illius eſt xvi. quę ſequit̃. Si ad ſolos Petri ſucceſſores pertinet uerbũ Chriſti. Tu es Petrus, & paſce oues meas. Pari ſequela concludetur, ſolius Iohannis ſucceſſores eſſe filios Marię in cruce commendatos: ſolos plus cæteris dilectos: quia hũc ſolum in cruce allocutus matri commendauit: ergo ab Epheſinis Epiſcopis accipiũt alij, ut ſint filij eccleſiæ, & Mariæ, Itẽ ſoli ſucceſſores Iacobi, & Iohannis eſſent filij tonitrui, & ſoli ſucceſſores Iacobi minoris ſint fratres domini: Et omnino omnium, ad quos Chriſtus ſemel locutus eſt, ſucceſſores haberent eadem iure diuino, quo quid uanius dici poteſt. Hęc Ludder. *Alia obiectio*

¶ Prouidus autem Lector, & qui uigilanti iudicio, ſuperiora expendit: uidet facile quam nihil iſta Primatum impugnent Roma. Ponti. Nam cum argumentatur ex *Solutio.*

ordine Apoſtolorum oſtendimus in ſuperioribus dignitatem eccleſiarum, non ſic dinoſci oportere; nec aliquem ſucceſſiſſe in Apoſtolatu: nec Papa ſucceſſit Petro in Apoſtolatu: ſed in regimine; & quia ei ſoli commiſit deus uniuerſale regimen; ideo ſolus ſucceſſor Petri hoc habet: & quo ad ſpecialia regimina aliorum Apoſtolorum, non attinet dignitas eccleſiæ ad Apoſtolatum: ſed quod locus erat inſignior. Teſtis eſt S. Clemens, auctoritate Petri hanc factam diſcretionem, & renarrat Gratianus. Hinc euenit, ut aucta dignitate urbis Conſtantinopolitanæ, ſacrum Concilium Calcedonen. Epiſcopum eius Alexādrinę & Antiochenę præpoſuit: ſed obliuioſus eſt Ludder: q negat Antiochiam habuiſſe Apoſtolum, quaſi S. Petrus non ſeptem annis ibi ſedem tenuerit; & citauimus in ſuperioribus Gregorium, quomodo ſit una cathedra, Romæ, Alexandriæ, & Antiochię: ita liquet, & de Hieroſolymitana eccleſia: cur non ſit prior alijs: quæ tunc ſecundum ſęculi dignitatem, longe deciderat a faſtigio, in quo fuerat Dauidis, & Salomonis temporibus. Vnde uolebat Chriſtus ſacerdotio tranſlato, etiam cathedram transferre; quia Petrus iubente domino ſedem ad Romam tranſtulit: Cur autem noluerit Hieroſolymam eſſe primam, ſuperius non obticuimus. Taceat ergo Ludder: & deſinat aſſerere CHRISTVM preueniſſe hunc Primatum, & cauſas eius confudiſſe; quamuis ambitionem deo diſplicere nemo ambiget.

S. Clemens | *Diſ. 80. in illis.* | *Conſtantinopolitanus*

¶ Sic ſequens diuerſarij ratiuncula eſt ſuperius diluta, ubi aſſumit. Cur dicta ad alios Apoſtolos non pertineant ad ſucceſſores: nam luculenter in ſuperioribus monſtrauimus, triplicia eſſe amabilis domini ſaluatoris noſtri dicta ad Apoſtolos, aliqua enim fuerunt mere perſonam reſpicientia: quale fuit & illud, ut Petrus eum in Martyrio ſequeretur non Iohannes: quod hamo piſcem prenderet &cę. Aliqua fuerunt mere communia, omnibus hominibus oportuna, ideo ait, quod uobis dico, omnibus dico. Tertio ſunt aliqua dicta, quæ non mere reſpiciunt perſonam, nec communitatem, ſed dignitatem; quia quod dicitur prælato, dicitur ſuis ſucceſſoribus: talia ſunt, ut oſtendimus uerba affirmantia Primatum in Petro: ideo ad ſucceſſores diſtenduntur: ſed quod Iohannes plus alijs fuit dilectus: hoc pſonale fuit, in ſucceſſores nō deriuatur. Et ita cum Ludder non poſſit hoc capere, neceſſario euenit: ut in caſſes errorum irrecuperabiliter impingat; niſi antiquioribus credere uelit, & cedere ſuo ſenſui. Adduximus ſuperius Auguſtinum in epiſtola ad Eſitium, ubi ex ſacris literis abunde probat, quæ diximus.

Verba domini ad Apoſtolos | *Math. 13.* | *Augu.*

Obiectiones Ludderi aliæ, contra Primatum Petri. Cap. LIII.

IN fine dico inquit Ludder, me neſcire, an fides Chriſtiana pati poſſit: quod in terris aliud caput eccleſiæ ſtatuitur, præter Chriſtum. Sunt qui Chriſtū in eccleſiam triumphantem reijciunt, ut Romanus Pont. militantis eccleſiæ caput exiſtat, contra expreſſum Euangelium. Ecce ego uobiſcum ſum uſq ad conſummationem ſęculi, & illud. Saule Saule quid me perſequeris? Ideo enim regnum fidei, eccleſia uocatur: quod rex noſter nō uidetur, ſed creditur, oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſcabellū pedū ſuorū. Et nunc tradet regnū deo & patri: at hi, regnū rerū pręſentiū faciunt: dum uiſibile caput erigunt; nam & mortuo Ponti. eccleſia non eſt ſine capite: Cur ergo uiuo Pont. Chrs non pro capite ſolus habetur, An uiuo Pontifici cedit, & mortuo ſuccedit, uelut quidā alternus Pontifex? Si aūt & uiuo Pōtifice caput eſt: ut qd duo capita in eccleſia ſtatuimus? qd & in diſputatione Lipſica inter mōſtra cōputabat Ludder, duo adijciens robora, Primo q Auguſt. lib. 1. de Trinita. exponit uerbum Apoſtoli de regno Chriſti præſentis tēporis, adden

Obiectio Ludderi. | *Math. ulti.* | *Actu. 9.* | *1. Cor. 15.* | *Confirmatio.*

addens illud Apoſtoli. Vnus dominus,una fides,addens & illud quod ſequitur. Veritatem autem facientes in charitate,creſcamus in illo per omnia,qui eſt caput Chriſtus:ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuſcuiuſq; membri,augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. *Ephef.4.*

¶ Secundo addidit illud.quid eſt Apollo,quid Cephe,quid Paulus,diuiſus eſt Chriſtus? ubi prohibet manifeſte aliud caput quam Chriſtum:ideo ſubdit, deus perſonā hominis non accipit,iuxta expoſitionem Hieronymi,ideo ibidem dixit, fundamentum aliud nemo poteſt ponere, pręter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Iheſus, & Chriſtum uocat lapidem uiuum,ſuper quo ædificari debemus,iuxta illud. Ecce ponam in Syon lapidem ſummum angularem probatum electum precioſum & qui crediderit in eum non confundetur. *1.Cor.3.* *Hierony.* *1.Pet.2.* *Pſalm.117*

¶ In eadem diſputatione Lipſica,improbauit locum Bernh.lib.ij.allegatum,quoniā Chriſtus,non poteſt filius facere quicquā,niſi quod uiderit patrē facientē:neq; loquitur de eccleſia militante,nec triumphante,omnium doctorum ſententia:ſed de ęqualitate ſui cum patre. Sic quod nihil poſſit facere pater: quin idem poſſit & filius: nam ex textu pręcedenti colligatur iſta intelligētia,ubi Euangeliſta ait,propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere:quia non ſolum ſoluebat ſabbatum,ſed & patrem ſuum dicebat deum,æqualem ſe faciens deo. *Iohan. 5.*

¶ Poſtremo concludit librum ſuum de poteſtate Papæ. Concludo. Omnis ſacerdos in articulo mortis,& neceſſitatis eſt Epiſcopus,eſt Papa, habens pleniſſimam plenitudinem poteſtatis ſuper confitentem: ut tenet ſententia communis totius eccleſiæ, & ex B. Cypriani epiſtolis euidenter conuincitur. Ergo nec Papa eſt Epiſcopis,nec Epiſcopus eſt ſuperior preſbyteris iure diuino, tenet conſequentia, quia ius diuinū eſt immutabile tam in morte,quam in uita.

Quomodo Chriſtus ſit caput eccleſiæ & Papa. Cap.LIIII.

SILudder ex falſo infert, nemo miretur:tale principium talem meretur caudam:falſa fuere adducta,& pręmiſſa:non mirum,ſi & falſe concludat:tamen euoluamus,pro quanto ſententiæ catholicę aduerſantur allata in concluſione. Nam primo omnium nemo niſi Antichriſtus negat, Chriſtum eſſe caput eccleſiæ:cui data eſt omnis poteſtas in cœlo,& in terra,& hoc probant inducta. Hoc pulchre declarat B. Auguſtinus, ad Dardanum pertractans illud, in ipſo ſunt omnes theſauri &cæte. quia ille caput eſt, & in eo ſunt omnes ſenſus diuinitatis, ſenſit hoc gloſſa, ſuper illo. Caput eius aurum optimum, gloſſa, ideſt Chriſtus, qui eſt caput corporis eccleſię,ſapientię plenum. At licet dominus Iheſus caput ſit indubitatum,et principale ſuę ſanctæ eccleſiæ:tamen quia eſt tranſlatus in gloriam ſuam: & utile eſt & ferme neceſſarium,communitatem habere unum caput: quod uiſibiliter cum ea conuerſetur,exercendo miniſterium ueri capitis, circa perſonas illius regiminis, pro uarietate locorum, temporum, & perſonarum:Nam recurſus ad deum haberi non poteſt,niſi per preces deuotas,gemitus, ſuſpiria &c. Ideo poſuit caput miniſteriale, quod eſt caput ſecundarium Papam dico:qui eſt uicarius Chriſti. Sicut autem Chriſtus nobis ſubtraxit præſentiam corporalē:ita & miniſterium illius præſentiæ: quod ſuo uicario commiſit:uiderit ipſe,ut tanti officij munera, digne exequatur: tamen ut uerum caput adhuc ſolus influit omnem ſenſum, gratiæ uirtutum & donorum, ſacerdotibus dumtaxat miniſterium exhibentibus. Ideo S. Paulus Timotheo inquit, miniſterium tuum imple, & paſſim officium ſacerdotale, & Apoſtolicum appellat *Solutio dictorum.* *Chriſtus caput eccleſiæ* *Math.ulti.* *Augu.* *Canti.5.* *Papa caput.* *2.Thimo.4.*

miniſterium: quod & ego uellem cum diuerſario Epiſcopos noſtros plus expende re,q̃ odioſum dominationis uerbum.

¶ Quare uerum eſt Chriſtum nobiſcum eſſe uſq; ad Conſummationem ſęculi: & ita uerbum illud Apoſtolis dictum ad ſucceſſores quoq; tranſit:ſicut Petrus moriturus Clementi cathedram, & eccleſiam commendauit (ſcio epiſtolam illam non ab omnibus recipi) dicens. Eandem ego poteſtatem ligandi & ſoluẽdi tibi trado, quam mihi Chriſtus reliquit,ſpretis ac contemptis rebus omnibus, tum corporis,tum fortunæ:oratione autem & prędicatione ſaluti hominum ut bonum paſtorem decet cõſule. Verum eſt ꝙ S. Clemens ceſſit officio humilitatis cauſa: ne alijs daretur exemplum ſubſtituendi ſucceſſores in prelatione:Et ita impletum eſt illud Pſalmiſtę. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,glo.,ideſt pro Apoſtolis Epiſcopi: quos eccleſia genuit,& in fide patrum conſtituit. Explicuit hoc B. Vrbanus auctoritate B. Auguſtini. Non ergo te putes deſertam:quia non uides Petrum:non uides Paulum:quia nõ uides per quos nata es,de prole tua creuit tibi paternitas.

S. Petrus. *S.Clemens.* *Pſalm. 44.* *Vrbanus diſ.63.quorum uices.*

¶ Stante ergo capite ſupremo Chriſto, agnoſcat fidelis Romanum Ponti. eius uicarium: & ita omnium aliorum fidelium caput miniſteriale & ſecundarium. Et ſic liquet quomodo D. Iheſus non rejcitur extra eccleſiam militantem:ſed utriuſq; eccleſiæ caput eſt:Papa uero tantũ eſt caput miniſteriale eccleſię militantis. Mortuo ergo Pontifice,eccleſia eſt ſine capite miniſteriali:licet nõ ſit abſq; capite Primario Chriſto. Sic eſt regnum fidei,quo ad nos,licet ſit regnum gratiæ quo ad Chriſtum fidelibus gratiam ſuam communicantem: Hic enim credimus quod alibi uidebimus: hic habemus in ſpe, quod habituri ſumus in re: hic eſt regnum gratiæ: alibi erit regnum glorię:quare regnum fidei non deſtruit Primatum Roma. Pont. quoniam niſi eſſet fides:iam non ſuſpiceremus Papam,nec ueneraremur eum, uelut Chriſti uicarium interris:cui etiam Imp. & Reges genua flectunt. Eſt ergo hic regnum militare,alibi erit regnum triumphale.

Regnum fidei.

¶ Qꝫ uero nequit Ludder intelligere. Si uiuo Pontifice Chriſtus ſit caput: quomodo non ſit monſtrum duorum capitum: Dico ꝙ neſcit tractare ſymbola, & myſteria:nam unius corporis naturalis non monſtruoſi,non ſunt plura capita: & tamen corporis myſtici ſunt plura capita, licet ſubordinata: & in hoc deficit ratio corporis myſtici,a ratione corporis naturalis. Vides parrochianum eſſe caput ſuę eccleſiæ, Epiſcopum dioceſis, Archiepiſcopum prouinciæ. Primatem regni &c. ſunt capita ſubordinata eiuſdem corporis myſtici.

¶ Obuium ergo iam eſt, quomodo Paulus perſequebatur Chriſtum: qui perſequebatur membra eius:nam eum iam diximus fidelium omnium eſſe caput. Ita ergo eſt unus dominus,una fides:Ita eſt corpus eccleſiæ compactum:cuius caput Primarium & uerum eſt in cœlo:Et placet mihi illos non audiri: qui dominum dumtaxat conſtituunt principem & caput eccleſiæ triumphantis, cum æque ſit caput eccleſię militantis.

¶ Et quod prædicta ſint uera oſtendo ex eo, quia & ſi Apoſtolus dicat, fundamentum aliud neminem poſſe ponere quam Chriſtum,ut diuerſarius adducit:tamen ſacra illa anima Iohannes,quando angelus ſuſtulit eum in ſpiritu in mõtem magnum & altum:& oſtendit ei ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo,a deo habentem claritatem dei,dicit. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim,et in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum,& agni. An putas Iohannes raptus ſpiritu, duodecim fundamenta ponens,contradicat ſancto Paulo affirmanti, nullum aliud poſſe poni quam Chriſtum,abſit hoc a uiris ſanctis eccleſiæ columnis,ſacrarum literarum ſcriptoribus. Itaque iuxta beati Auguſtini doctrinam unicuiq; dicto, uera eſt attribuenda intelligentia,et conſtabit hos locos minime eſſe pugnantes. Loquitur

Apocal.21. *Augu.*

enim Pau-

enim Paulus de fundamento primario:quod eſt unum ſolum:at Iohan. loquitur de
fundamento ſecundario: & illoꝝ ſunt plura, parilis ratio eſt de capitibus.
¶ Porro ꝙ adducit Paulum ad Corinth.quid eſt Apollo &c.Reſpondeo ab initio ca *Paul.ad Corit.*
pitis Paulus non meminit Petri,ſed in fine ꝙ omnia ſint Chriſti. Vnde non fuit inten
tio Pauli,increpare eos:qui eſſent ſecuti Petrꝝ per obedientiam, ſicut a Chriſto prin
cipem,& uicarium conſtitutum,ſed quia ſingularitatem aſpiciebant perſonaꝝ, qua
ſi ad Baptiſmum plus ualeret perſona unius,q̄ alterius:quaſi non eſſet idem ſacramẽ
tum Baptiſmi,ab uno Chriſto efficatiam habens: & hanc eſſe diui Pauli intentiõem
clare indicant uerba diuiſionis & ſchyſmatis. Prius enim dixerat. Obſecro autẽ uos *1.Cor.1.*
fratres per nomen domini noſtri Iheſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes,& non ſint
in uobis ſchyſmata. Vnde diuerſarius melius debebat allegare caput primum : at ut
B.Athanaſius ibi meminit. Prius enumerat ſe Paulus, quam Petrum : non quod i- *Athanaſius*
pſe ſit maior:ſed quod potius Petrum anteponat,cum gradatim aſcendat,primo no
minando Apollo qui minor eo erat,dein ſe,tertio Petrum uelut maiorem,poſtremo
Chriſtum uelut ſupremum : hic uir dei Athanaſius pulchre explicat ſanctum Pau-
lum uoluiſſe etiam hic S.Petrum eſſe maiorem: ſolum ergo Paulus docuit ſchyſma
ta uitanda:quod adeo Primatum non infringit, ut eum potiſſime probet : quoniam
ſchyſmata melius tolli non poſſunt : quam omnibus uni capiti obedientibus.ideo B.
Hieronymus ait, unus eligitur, ut capite conſtituto ſchyſmatis tollatur occa- *Hierony.*
ſio.Tota ergo Pauli intentio eſt,diſſidentes fratres ad unionem reducere : ſacramen
ta non ex miniſtris,ſed ex Chriſto iudicare:quod Primatui Roma.Pont.omnino ni
hil demit uel aufert. Sic & de lapide libenter concedimus, dominum eſſe illum : at
hęc noſtra non infirmant.
¶ De Bernhardo uide quid feceris Ludder,ſi tam doctum, & ſanctum uirum car- *Pro Bernhar.*
pſeris,uelut abutentem ſacris literis.Porro omnes fatemur eo loco probari æqualita
tem dei:at ex hoc non incongrue inducit Bernhar.filium non facere aliud, q̄ ꝙ uide
rit patrem facientem.Inſtituta eſt ergo eccleſia militãs ad ſimilitudinem eccleſię tri-
umphantis : licet nemo neſciat, opera trinitatis ab extra eſſe indiuiſa. Vnde apparet
adhuc diui Bernhar. ratio uera quam etiam Gregorius Nazianzenus aſſumpſit, & *Nazianzenus.*
nos libro ij. meminimus.
¶ Ad concluſionem ſuam,qualesfuerunt literæ, tale habent ſigillum : cum aſſumit
in articulo mortis Epiſcopum eſſe Papam, & pleniſſimam plenitudinem habens,
dico illud eſſe falſum:nec eſt communis ſententia eccleſiæ : ſed oppoſitum obſeruat
eccleſia: nec hoc qđ aſſumit,probabit ex Cypriani epiſtolis.Hoc tenet eccleſia,quẽ-
libet ſacerdotem in articulo mortis, ubi alterius copia deſit, poſſe abſoluere a culpa
omnium peccatorum:quia in illo caſu, nec Papa, nec Epiſcopus reſeruat ſibi caſus :
& ita quo ad abſolutionem a culpa,quilibet ſacerdos habet illam poteſtatem, quam
Papa:at non in ſola abſolutione a culpa conſiſtit pleniſſima plenitudo poteſtatis : cũ
ſuperſit abſolutio a pœna : at hoc non eſt noſtri,quoniam in fœturam conflauimus
materiam pœnitentiæ quotidiane,abſolutionis a pœna, initij pœnitentiæ & indulgẽ
tiarum:ſi quando per otium licuerit,repurgabimus illam:& ad mundum reſcribem9
ad emendationem,& informationem multorum.

Obiectio Ludderi in reſolutionibus contra Primatum Petri. Cap.LV.

EXaminatis diuina ope ſententijs a Luddero poſitis in libello quem inſcri- *Obiectio Ludderi.*
pſit de poteſtate Papæ:addenda uidetur ratio quam poſuit in reſolutionib.
propoſitionis xiij.ubi tria ſupponit.

¶ Primum quamlibet ciuitatem habere debere Epm proprium iure diuino, probat ex Paulo, huius rei gratia reliqui te Cretę ut quæ deſunt corrigas, & conſtituas preſbyteros per ciuitates, ſicut ego diſpoſui tibi. Hos autem preſbyteros eſſe Epiſcopos, teſtatur Hieron, & textus ſequens oſtendit. Oportet enim Epiſcopum eſſe irreprehenſibilē &c. Et Auguſtinus epiſtola xxix. ad Hieronymum Epiſcopum deſcripturus rationem addit, & dicit. Erat enim ciuitas, quaſi diceret, non erat ſimplex preſbyter, ſed Epiſcopus, de quo loquor: quia erat ciuitas cui præerat.

Tit. 1. *Hiero.*

¶ Secundo ſupponit Chriſtum habere, aut aliquando habuiſſe Chriſtianos in omni termino terræ, ut extrema parte Indiæ, & Aethiopię, & alijs finibus, iuxta, Poſſeſſionem tuam terminos terræ, & dominabitur a mari, uſq; ad mare, & a flumine uſq; ad terminos orbis terrarum.

Pſal. 2. & 71.

¶ Tertio ſupponit, fideles Chriſtianos poſſe eſſe perfectos, & pauperes, relictis omnibus ſuis rebus, ita ut nihil proprij habeant.

¶ Tunc arguo, dentur hi fideles in extremo aliquo termino terræ, perfecti & pauperes, Credis ne Chriſtum, qui legem ſuam uoluit eſſe ſuauem, uoluiſſe ut per tantum iter, tantis ſumptibus fideles ſui, Epiſcopum e Roma palliatum, & confirmatū acciperent? Nam hinc uere plus impoſuiſſet oneris eccleſiæ ſuæ, q̃ unq; impoſuiſſet Synagogæ: Cum coegiſſet eos paupertati Euangelicę renunciare: & contempto precepto eius, ſollicitos eſſe, quomodo diuitias & ſumptus coaceruarent: quo pallia & confirmationes impetrare poſſent: Nam ſi eſt ius diuinum Epiſcopos omnes e Roma accipere. Non licet hoc ullo, uel loci, uel rerum caſu infringere: ac per hoc infringere, oportet aliud ius diuinum, ſcilicet ne ſolliciti ſint de craſtino. Impoſſibile. n. eſt a tot finibus terræ tantum iter conficere ab ijs, qui iuxta Euangelium ſolliciti nō ſunt de craſtino: non enim habebunt ſumptus.

Paupertatē illam modo blaſphemat ludder

Math. 7.

¶ Si dices, poteſt Romanus Ponti. committere uicinis Epiſcopis poteſtatem ſuam. Reſpondeo tunc non erit ius diuinum ex urbe Roma Epiſcopos petere: quia ius diuinum non poteſt mutari aut transferri in alium, ab eo cuius eſt. Et cur non hodie quoq; Primatibus, non confert hanc poteſtatem? Quid enim hic obſtat, niſi detrimētum lucri & gloriæ: adfert deinde Epiſcopo capto ab hoſtibus: quia ſi eſt ius diuinū, captiuitas nō excuſat, & ſi uotum ſufficiat, & in alijs ſufficere deberet: qui iam exhauſti ſunt: & tam longe a Roma poſiti, ut magno ſuo detrimento (contra charitatem) Epiſcopum emere cogantur.

¶ Confirmat quia ſequitur ex uerbo Pauli, quo cuilibet ciuitati Epiſcopum tribuit (qui nunc plębani dicuntur) Epiſcopos, Patriarchas, Primates, qui hodie ſunt, eſſe iuris humani tantum: quod & decreta indicant, quibus Roma. Ponti. ſibi tribuunt eccleſiarum omnium & dignitatum conſtitutionem. Atq; ita iure diuino Papa nulli eſt ſuperior omnino, aut ſolis plębanis ſuperior eſt, cæteris medijs, ac maioribus ſuo iure, & uſu ſuperior eſt, quo & Cardinalibus, atq; ut plæbanus alteri non præfertur iure diuino: ita nec ullus Epiſcopus, ulli Epiſcopo: omnia enim hęc per eccleſiam ordinata ſunt.

¶ Ex quo ulterius ſequitur quod cum unus Romanus Pontif. non poſſit omnium parrochiarum curam habere (quibus ſolis ſuperior eſt iure diuino, ſi ſuperior eſt ut dixit) non eſſe credendum quod CHRISTVS ad impoſſibile uoluerit eum iure diuino aſtringi: ac per hoc nec iure diuino ſuperiorem eſſe omnibus: quod ſi non omnibus pari ratione nulli particulariter ac ſi omnes omnium ciuitatum Epiſcopi, æquales ſunt iure diuino.

Non in qualibet ciuitate eſſe Epm iure diuino oſtenditur, ſimiliter nec Epiſcopi omnes iure diuino a Papa confirmantur. Cap. LVI.

Paralo.

PAralogiſmos,ſophiſmata,cauillos captiunculos,diuerſarij, quis non contẽnat,explodat,maxime cum his innixus audeat eccleſiam dei,ſacra concilia, Summos Pont.maximis afficere iniurijs,unde miſeret me confratris,quod his nugis uincitur & irretitur diuerſarius:& in tot incidit erroneas doctrinas:nolo ta men ob hoc in eum inuehi, & acerbius ſcribere: quod iure tamen facere poſſem,ſi eius maledicentiam imitari mallem, ꝙ Chriſtianam ſeruare modeſtiam: nolo ergo eum remordere in preſentia,ſed mallo compati. *Iam præciſus hæreticus.*

¶ Quamuis omnia obiecta facillime dilui poſſint per ſuperiora:tamen quibus non eſt otium ſuperiora omnia perlegendi: hic ſudabo:non quod difficilia ſint quæ obijciuntur:ſed quod me negotijs alijs obrutum,& feſtinantem occupatiorem faciunt. Curramus ergo per oẽs diuerſarij locos:et qd uerũ quid falſum in eis ſit deſpiciamus, *Solutio ad priora.*

Prima ergo ſuppoſitio Ludderi falſa eſt, & aliena a fide: aut ſi rigorem obſeruare uelimus: dicamus eam contrariam fidei; nam non in qualibet ciuitate eſt Epiſcopus iure diuino: quia nullus eſt Vvittembergæ: niſi diuerſarius pronunciet ſe Epiſcopũ. Cum probat, quia Paulus iuſſerit conſtitui preſbyteros; hoc quidem uerum: at dum contendis preſbyteros eſſe Epiſcopos,Primo nos oſtendimus,aſſumptũ illud eſſe falſum & quæ fuerit ſententia Hierony. expoſuimus: dein & ipſe Ludder ſibi repugnat dum deducendo Auguſtinum ait, non erat ſimplex preſbyter, ſed Epiſcopus: ubi facit differentiam inter preſbyterum,& Epiſcopum. Tertio ſi per Epiſcopum intelligit plebanum: iam non coanguſtabit ad ciuitates: quoniam & in ſub urbijs,uillis, pagis,ſunt plebani. Immo aliquando oppidani parrochialem eccleſiam habent in rure; Quarto non refragor Paulum per preſbyteros denotaſſe Epiſcopos: ſicut ſupra diximus,& gloſ.interlinearis hic ſubſcribit: quod & alius interpres fecit uir ſanctus.Noluit enim uniuerſam hanc inſulam: quæ maximis ciuitatibus ex tructa eſt uni Epiſcopo demandari; iuſſit ergo per ciuitates Epiſcopos conſtitui: ſi cut diſpoſuerat,non dicit in ſingulas ciuitates: ſed ad ciuitates ſicut diſpoſuerat; de illa materia,ſatis ſuperqꝫ ſuperius diximus. *Non in qualibet ciuitate Epiſcopus.* *Cap.21.*

¶ Altera ſuppoſitio in ſuperioribus hoc lib. iij. fuit confutata, & ibidem reſpondimus ad Pſalmiſtam: nam dominium Chriſti non infert neceſſario omnes illos credere quibus dominatur,cum reſurgens mox dixerit, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Vnde miror quomodo Ludder hoc moueat: cum ſatis nouerit maximorum & grauiſſimorum uirorum auctoritate,tot eſſe regna in quibus nulli ſunt omnino Chriſtiani: & cum terra ſit ampliſſima tota Chriſtianitas coacta eſt in angulum Europę: cum Europa uix ſit ſeptima, uel octaua pars terræ. *Mat.ulti.*

¶ Tertia ſuppoſitio,uel falſa eſt, uel impertinens; nam non uideo quomodo totus populus Prouinciæ,uel etiam diocæſeos,poſſet obſeruare ſtatum illum perfectionis Euangelicæ paupertatis.

¶ Nunc ad futilem & pudendam diuerſarij rationem. Cum proponit perfectos illos & pauperes non accepturos Epiſcopum e Roma &c. Dico primo uiros perfectos primitiuæ eccleſiæ,& pauperes ex Aſia ſæpe uiſitaſſe Roma.Pont.ſicut ſenex Polycarpus Smyrneus Anicetum. Dico ſecundo neminẽ unꝙ dixiſſe: quod diuerſarius falſo aſſertoribus ueritatis imponit,ſ.quod ſit de iure diuino,ut omnes Epiſcopi confirmentur e Roma, cum Patriarcha Alexandrinus, Arabes, Aegyptios, & Aethiopes confirmauerit: Antiochenus, Aſiaticos,& Ponticos, Primates in Aphrica alios Epiſcopos uicinos,ut ſupra meminimus. Et adeo quidẽ ſedes Roma. conſuluit Epiſcopis: ne longitudine itineris frangerent: ut remotioribus Græcis uicariũ cõſtitueret: ad quem oẽs loco Papæ recurrerent: addo quod paupertas Euãgelica nõ impediret iter longinquum: ut in cordigeris noſtris bonis uiris liquet. Dico quar to inſerere hic diuerſariũ alium errorẽ: quod cõſilia Euãgelica ſint præcepta, de quo *Polycarpus.*

alias plura. Dico quinto Papam malefacere, ſi ab iſtis pauperibus acciperet, uel exi-
Grego. geret pecuniam pro pallio, ſecundum cõſtitutionem B. Gregorij in Synodo. Dico
ſexto errare, & fingere nouum errorem diuerſarium: quod credit aliquẽ eſſe iſtius
opinionis, ut iure diuino conſtitutum ſit Epiſcopos omnes e Roma pallium accipe
re, nam tanto delyrio, nullus unq̃ delyrauit. Septimo ſeipſum inuoluit, quod credit
Math. 6. illud, de ſollicitudine in craſtinum non habenda, eſſe præceptum Euangelicæ pau-
Herony. pertatis, cum illa cura non poſſimus eſſe liberi, ut Hieronymus ait, ſed quod uitij
eſt prohibuit ſaluator.

¶ Obijciens autem bene dicit, quia poteſt Papa committere uices ſuas, ut diximus
& reſponſio eius eſt nulla: quia non eſt ius diuinum petere confirmationem ex ur
be: cum Patriarchę hoc potuerint, Primates, & aliquando Archiepiſcopi ex com-
Treueren. cõfirmauit Epiſcopos. miſſione Papæ: ſicut Treueren. Archiepiſcopus, teſte Bebenburgio, confirmauit
Epiſcopos regni Auſtraſiæ: de Primatibus hodiernis diximus hoc tertio.

¶ Sed prorſus puerile eſt, quod aſſumit de exiſtentibus in captiuitate: quaſi nõ excu
ſarentur: cum de iure diuino ſit hominem in extremis confiteri: & tum ob captiuita
tem impiorum excuſantur: neminem prudentem habebit hic aſſertorem. Dauid
1. Reg. 20. in neceſſitate comedit propoſitionis panes ſanctos, quos ei non licebat edere, & ta-
Math. 12. men CHRISTVS eum excuſauit.

¶ Infantilis eſt alia ratio ſecunda, & lib. primo ſoluta. Nã primo falſum ẽ & erroneũ
quemlibet plebanum eſſe Epiſcopum: Immo ſibi ipſi diſſonat: quia tunc preſbyteri
non fuiſſent in ſolis ciuitatibus: dein falſum eſt Epiſcopos eſſe ſolum a iure huma-
no: nam Epiſcopalis ordo eſt a Chriſto inſtitutus: ſed nõ nouit Ludder ſingula ſin
gulis tribuere: nam quod eccleſia Moguntina, Conſtantien. Auguſten. aut Bam-
bergen. ſit Epiſcopalis, hoc eſt iure humano: & uoluntate Pont. Romani, qui ſæpe
unit diuiſas, & diuidit unitas: tamen Epiſcopi electi dignitas, ratione ordinis eſt de
iure diuino: accipe Symbolum in uicinia, modus eligendi Sum. Pont. ſit iure huma
no: tamen poteſtas electi eſt de iure diuino, ita dico de Epiſcopis: nam iure diuino
fruuntur, licet modo iure humano eligantur, & in illa, uel alia eccleſia conſtituantur
ſicut ſedes Epiſcopalis quæ iam eſt in Eychſtetten. auctoritate Romani Pont. poſ-
ſet transferri ad Ingelſtattẽ. quod latine auri ciuitas ſonat: ſicut olim dicitur fuiſſe:
Eychſtetten. hinc & hodie Epiſcopi Eychſtetten. dicuntur Aureatenſis eccleſię Epiſcopi. Quis
Aureatten. aliqui exiſtiment Aureatum in medio itinere ſitum fuiſſe, inter Ingelſtattẽ. &
Eychſtettẽ. prope caſtrum. Naſſenfelſ. Vnde liquet lapſus crudus diuerſarij. Sic li
bro primo de paſtura Petri diximus. Quomodo Papa poſſit omnium eccleſiarum
curam habere. Non enim eſt ſolum paſcere docere, ſed & cohercere: Ideo bacu-
lum geſtat paſtoralem, quo & ſegnes oues impellat: ut progrediantur & uagos con
tineat, & ad gregem reliquum coherceat: quæ omnia libro primo locupletiſſime
tradidimus. Vnde ob tam fragilia fundamenta, & falſos ſcripturæ intellectus, non
debuit Ludder cornua erigere, contra Summum Pontif. contra ſacra Concilia, cõ
tra tot probatiſſimos Patres, & Doctores, ſed eis humiliter conſentire.

Ad beatiſſimum Apoſtolici culminis patrem D. Leonem. x. Pontif.
Maxi. ac Auguſtiſſimum D. Carolum. V. Romanorum Impe.
& Hyſpaniarum Regem potentiſſimum, ac ad omnes Epi-
ſcopos, catholicos, & principes Chriſtianos per uni
uerſum orbẽ terrarũ, authoris peroratio.

POſt longam illam nauigationem, uela tandem dimittamus: & nauẽ ſub-
ducamus in portum: quod fœlix fauſtumq; fiet. Non fruſtra arbitror me
totis lacertis, in Martini Ludderi erroribus, Pontificiam poteſtatem, ac au-

ctoritatem Conciliorum tangentibus, deſudaſſe: uiſus enim eſt mihi error iſte per
nitioſiſſimus, & qui totam, uelut tabifica lues & peſtilens, inſiceret eccleſiam. Si eniꝫ
abijcit Romani Ponti. auctoritatem, & Conciliorum; ut quæ humano ſint firmata
pręſidio, poſitiuo ſubnixa iure: quid modo tutum erit in Chriſtiana religione, ſiue
contemplemur diffinitiones fidei & declarationes, ſiue ſanctorum Canonizatiões,
ſiue hæreticorum condemnationes. Nam omnia iſta iuxta Ludderanam ſententiã
erunt dubia, ſuſpecta, & ambigua, ut parum conſtanter ſanctum quis uenerari au-
deat, quem formidat per errorem a Papa Canonizatum. Parum firmiter quis hæ-
reticos ſchyſmaticos anathematizet, quos ſuſpicat, parum propitijs iudicibus, aut
errantibus fuiſſe condemnatos. Expendat quiſq; Catholicus quæ licentia hic prębe
tur: quanta uia præſumptioni ſternitur: dum quiſq; pro captu ſuo ſacram ſcriptu-
ram intelligeret, exponeret. Immo laceraret, & in hoc ſuo innitens capiti, nec Ro-
ma. Pont. nec ſacra Concilia, nec Sanctos Patres, aut præclara ſtudia audire uellet
aut iudicare permitteret: an iſta nõ omnẽ fidei uim mox eneruarent, ac noſtram ſa
cram religionem Chriſtianam teterrimis næuis commacularent.

Mala quæ ſe-quuntur ex Luddero.

¶ Agite ergo Chriſtiani orbis pręſides. Tu ſanctiſſime Leo Papa, Chriſti uicarius
in terris, eccleſię paſtor, fidelium rector. Tu Carole Auguſtiſſime fidei Catholicæ
Reip. Chriſtianę aſſertor, tutor, & propugnator, uos alij Chriſtiani proceres, quib.
Rex Regũ, & Dominus dominantiũ, ſaluator noſter Iheſus Chriſtiani ſui Imperij
habenas cõmiſit. Vigilate ſuper grege cõmiſſo, fidem & religionem tueamini, erro
res prohibete, ſchyſmata tollite. Alioquin ante tremendum & iuſtum iudicem, ex-
actam cõmiſſæ poteſtatis dabitis rationem. Quod ad me attinet, pro theologica, &
Chriſtiana profeſſiõe, ex ſacris literis, & S. patribus, conatus ſum hos errores expun
gere, tela eorum frangere, falſe intellecta ad uerum Germanum ſenſum reducere:
uobiſq; oſtẽdere: uos hortari: uos monere, ſicut his pręſentibus hortor & moneo: ue
ſtrum erit Auguſtali authoritate, ea quę recte fidei conueniunt, defendere & tuta-
ri. Quod ſi & ipſe lapſus eſſem, ſubijcio illa Sedi Apoſto. & in ea ſedenti Pont. Ma
ximo, corrigenda ac expungenda. Quandoquidem uideor ſatis meo functus offi-
cio. Vos nunc ueſtro fungamini, & curate impenſius, tali uos uigilantia in his quę
ſunt fidei laborare: Vt pręmia accipiatis ęternę beatitudinis Domino Iheſu paterno
lumine authore, qui eſt benedictus in ſęcula, Amen.

¶ Finitum Ingoldſtadij Bauarię (cuius oppidi meminit Carolus. I. cogno
mento magnus, in teſtamẽto ſuo) ſeptima die Februarij, quę ſacra eſt apud
Bauaros & Schuanfeldios diuo Richardo Anglorum Regi, & Sueuię
Duci. Anno uirginei partus. 1520.

SOLI DEO GLORIA.

AVTHOR LIBRI OBTVLIT EVM IN SYNGRA
pha ſua ad manus Domini Papę Leonis. x. In urbe
Kalendis Aprilibus. 1520.

DE POENITENTIA ET EIVS PARTIBVS. LIB. IIII.

Clementiſſimo ac ſanctiſſimo Domino noſtro. D. Clementi. 7. Sanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Pont. Max. Iohan. Eckius Theogolorum minimus ſe commendat.

IN tanta rerum omnium perturbatione, Pont. Max. Eccleſiæ dei præfectus es: in tanta orbis Chriſtiani calamitate: dum truculentiſſimus ille tyrãnus Thurca, expugnatis Taurino in Pannonijs, & Rhodo Carij maris Inſula duobus firmiſſimis Reipub. Chriſtianæ propugnaculis extinctionem ſacræ fidei noſtræ molitur: & proceres Chriſtiani, inteſtinis ſe laniant bellis: tot millibus hominum intra paucos annos deſideratis. Quibus malis peſtilens illa lues hæretica Ludderana accedit, maiorem immodum hoc biennio aucta: Quare inter acclamãtium uoces & exultantium iubilos in hac noua Pontificatus tui electione (quę fauſta fœlix fortunataq; ſiet & tibi & ſanctæ eccleſiæ dei in primis) ego quoq; ad pedes S. T. prouoluor: at longe diſpari ratione, q̃ alij: qui dum faſtigio honoris tui, ac Apici dignitatum cõgratulantur: ego labores difficillimos, curas edaciſſimas, onera grauiſſima tibi ante oculos pono. Non dico tibi. P. B. quod collętantium uoces auerſeris: ſed cum indubie futurum ſit, ut immodice te laudibus efferant: tu cura id eſſe ꝙ audis: ut Poeta ait: & eris proculdubio Pontificum omnium digniſſimus: addo etiam fœliciſſimus. Aſpice itaq; Pont. ampliſſime uineam domini dei ſabaoth ſanctã dei eccleſiam: laceram: ſauciã: & miris modis afflictam: & amplificandæ reip. Chriſtianæ pro boni paſtoris officio animum accomoda: ut erigas lapſa, ſanes ſaucia, reſtituas diruta, amiſſa recuperes, errantia reducas, noxia uel ures uel ſeces: & in uniuerſum ea præſtes: quæ maxime dei gloriam, eccleſiæ exaltationem promoueant: Vbi in primis. S. T. ad pernitioſiſſimæ Ludderanæ hæreſis extinctionem accingatur: quæ tanto nocentior eſt omnibus alijs retroacti temporis hęreſibus: quanto magis colluuiem omnium hęreſum in ſe complectitur. Et tamen ſicut ſaluator noſter Iheſus futurum prædixit, ſub nomine Iheſu tantas perfidias diſſeminant unde uehementius pungunt & ſecretius fallunt: quia ut in adagio dicitur, nullum acetum acrius: quã quod ex uino natum eſt dulci. Quis enim catholicus ex animo non doleat, ſi facinora nephandiſſima hæreticorum uel modicum recenſeri audiuerit beatæ uirginis Mariæ ac omnium ſanctorum uenerationem aſpernantur: imagines ſanctorum & crucifixi conculcant: ſaluberrimum ſacrificium miſſæ negant: beneficia pro cultu diuino fundata extinguunt: profeſſi utriuſq; ſexus ex monaſterijs exiliunt: & publice matrimonia contrahunt: ordines religionum irrident: eccleſiæ pręcepta ac leges de feſtis: de ieiunijs: de communione & confeſſione ſemel in anno faciendis: contemnunt: ſacra concilia damnant: nullum ſacramentum præterq̃ baptiſmi & Euchariſtiæ admittunt. Excommunicationem non pili faciunt: purgatorium non curant: ſuffragia pro mortuis iudicant inania & commentitia: & in ſumma: nulla mala non admittunt: Serpſit hoc malum latius q̃ putabatur: ut uix ſit ullus Germaniæ angulus: qui non ſit hac hæreſi tam breui tempore infectus: ut iam minus mirer Pindari Thebani dictum: qui hominem umbra & ſomnio comparauit: quod nihil ſit ſomnio uanius: nihil umbra inſtab ilius: tantam inſtabilitatem hominum in ſacra fide Chriſtiana his annis experti ſumus. Non hoc cõmemoro Pont. Max. ut abſterream: ſed quod intelligat. S. T. euidentius: quanto in periculo ſit res fidei in Germania: in illa ipſa Germania, quę tot iam ſęculis & zelo ac feruore fidei, obedientia in ſed. apoſt. nemini ceſſit: atq; ſic celerius tam nobili nationi ſicut pius pater optimus prouideas: In quam rem non dubita plures uenerabiliſſimos prælatos: nobiliſſimos principes habiturus es adiutores: & in primis illuſtriſſimos principes. D. D. Vvilhelmum & Ludouicum Comites palatinos Rheni ac Bauarię ſuperioris

Admonet Pon. officij.

Errores Ludderi.

Principes Bauariæ catholici.

rioris & inferioris duces uere & ex animo catholicos: quibus nihil magis cordi eſt: ꝗ quod extirpata & funditus exciſa hæreſi Ludderi: bellum a proceribus Chriſtianis concordibus uotis in Thurcam moueretur: in quam rem non modo omnem potentiam dominiorum ſuorum conuerterent: ſed & lęti arma corriperent, & exultabundi exercitui ſe infunderẽt, ſanguinẽ & uitam pro rep. Chriſtiana expoſituri. Id quod plerię alij Germaniæ principes ex animo percupiunt. Quod ſi. S. T. fortiter ac pie r[illegible]uerit aggreſſa: non dubito maximam hinc eccleſię dei utilitatem prouẽturam: ut nec Zenonis Cincei naufragium, fœlicius illi ceſſerit: quã ſi telam a Leone. x. clementiſſimo Pontifi. orſam finias. Sed quid homuntio ego, ita inſto, hortor, & urgeo: cum omnes boni ſibi polliceantur te reip. Chriſtianę propugnatorẽ & cuſtodem futurum optimum. At quod ſanctum fidei negotium hanc oppellam literariam. S. T. contra hæreſim Ludderi offero: non quod aliquid mihi gloriæ indeuendicem: ſed operam quam pro Chriſto, pro eccleſia debeo: diligenter impendam: ſicut toto hoc quinquennio ſaxum illud aſſidue & laborioſiſſime uoluo. D. O. M. gratia ſua miſericorditer. S. T. tueatur, dirigat, ſecundet ac adiuuet Amen. Romæ. 1523. In Decembri.

DE POENITENTIA ET EIVS PARTIBVS LIB. I.

De laudibus pœnitentiæ, & cauſa ſcribendi. Cap. I.

POenitentiam rem omnium ſaluberrimã fore, illud indicat & probat: quod fidei noſtrę catholicæ anteſignani: et ipſe quoq; legifer Chriſtus, ſermones ſuos ad populum non niſi a pœnitentia auſpicati ſunt: ſiue prophetam altiſſimi intuemur: confeſtim Mathæus nobis referet, eum a pœnitentia exorſum. In diebus illis (inquit) uenit Iohannes baptiſta, prædicans in deſerto Iudeæ dicens. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Magnum utiq; argumẽtum pro laude pœnitentiæ: quod magiſterio ſpiritus ſancti didicimus per eum qui multos filiorum Iſrael conuertit ad dominum deum ipſorum: & meſſiam præceſſit in ſpiritu & uirtute Helię. *Mat. 3.* *Luce. 1.*

¶ Et amabilis dominus noſter Iheſus fons & author ſalutis noſtræ, a pœnitentia prędicationem ſuã incepit. De receſſu enim Chriſti in Capharnaum ita nobis indicat Mathęus. Exinde (inquit) cępit Iheſus prędicare & dicere, pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Ac ſi aperte mũdo intonaret, Ego lux mundi, ego author ſęculi, redemptor generis humani, ſaluator ueſter, qui cohęredes uos faciam regni cœlorum, ſalutem afferre nequeo, regnũ cœlorum dare nolo: niſi agatis pœnitentiam. Hoc initium ſalutis ueſtrę, hoc facite & uiuetis. *Math. 4.*

¶ Et ut perpetuo ſibi conſtaret ſpiritus ſanctus, in prima contione ad populum habita: ubi Euangelica ueritas, poſt paſſionem domini promulgari cepit, pœnitentiæ imprimis ratio habita eſt. Nam magiſtrum Iheſum, ac præcurſorem imitatus. S. Petrus, Iudæis ſciſcitantibus quid facere deberent, repletus ſpiritu ſancto reſpondiſſe renarratur a Luca. Pœnitentiam agite & baptiſetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Iheſu Chriſti in remiſſionem peccatorum: & accipietis donum ſpiritus ſancti. Quibus omnibus fit manifeſtarium, pœnitentiam, maximum eſſe religionis Chriſtianæ fundamentũ, a quo fidei catholicę proceres & ipſe νομοθετης. Chriſtus, totius ſpiritalis ędificij telam exorſi ſunt. Itaq; inſtitui deo duce contritionem hic aſtruere, quo pacto concipiatur: Cuiuſmodi ſit eius initium in quo ſcopo profecto Ludder dum uerbi diuini ſeminatores noſtræ tempeſtatis improbare nititur: & tumore elati animi ſui, ſingularem quærit ſententiam, iam ſacris literis, & ſpiritui dei qui in his loquitur ac ſanctæ matri eccleſiæ expreſſe aduerſatur: peccatores præpeditos effi *Actu. 2.*

cit: ne hanc ſalutarem efficacemq; adipiſcantur medicinam: Tantoq; periculoſior
exiſtit error Ludderi ac nocentior, quanto directius circa radicem pœnitentię uer-
Leo. ſatur: cum ueriſſime dixerit Leo Papa ad Mauros, difficile eſt, ut bono pagantur
exitu, quę malo ſunt inchoata principio. Cogitet enim quiſquis fidelis & Catholicus
ſe templum eſſe, aut dei ſi gratia ſpiritus ſancti unctus fuerit, aut diaboli, ſi peccato-
2. Cor. 6. rum fecibus ſordeat, ſicut Paulus ad Corinth. inquit templum dei ſanctum, quod
eſtis uos: quare dum pœnitet eum, tuliſſe ſathanę imperium, quod nititur excutere
per pœnitentiæ medicinam: uigili diligentia expendat, & quam maxime poteſt, cu
ret, & templum Chriſto ædificet ſanctum ac idoneum: quod facere nequit ſi prin-
cipium eſt ruinoſum: ſed ſimilis erit ſtulto: qui ædificauit domũ ſuam ſup harenã:
Math. 7. & deſcendit pluuia: & uenerunt flumina: & flauerunt uenti & irruerunt in domũ
illam: & cecidit: & fuit ruina eius magna. ¶ Summa ergo diſputationis noſtrę eſt:
contendit Ludder impugnando ueritatem cum confidentia clamoris: contritionẽ
Scopus diſput. ſolo amore concipi: Si quis autem eam parare uelit recogitando oẽs annos in ama-
ritudine animę ſuę. Et expendendo peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinẽ,
fœditatem: ſtatuendo ante oculos acerbitatem æternę damnationis, & amiſſionem
ęternę beatitudinis: hanc contritionem aſſerit facere hypocritam ac magis peccato
rem: pœnitentiam non niſi amore concipi. Contra nos cum ſacris literis, & eccleſia,
ac ſanctis patribus tutabimur contritionem, pœnitentiam interiorẽ: quam etiam de
Paulinus. tritionem. S. Paulinus: compunctionem Chryſoſtomus: conuerſionem frequenter
Chryſoſto. ſacra ſolet appellare ſcriptura, timore concipi, non modo filiali, ſed etiam timore pœ
Eccle. 1. narum: ut ſic initium charitatis ſit timor domini. Tanto aut alacrius in aciem contra
Ludderum deſcendemus: quanto pertinacius ipſe non erubuit aciem dei uiuentis
confundere: q̃uis iam dudum abſtulerimus obprobriũ de populo Iſrael: quod hæc
Ludder uictus ipſa cauſa in diſputatione Lipſica agitata fuerit, & nobis Luddero & Eckio in fœli-
cem Parrhiſinam achademiam ultro cõpromittẽtibus. Victor ego in hac, ſicut & in
Sententia Parrhiſien. aliȷs diſputatis, mature ac grauiter per Parrbiſieñ. lata ſententia, euaſi. Erit forte nõ
alienum ſententiam illorum hic præfigere.

¶ Contritio quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem pecca-
torum, ponderando peccatorum grauitatem multitudinem amiſſionẽ æternæ bea-
titudinis, ac æternę damnationis acquiſitionem, hæc inquam contritio, facit hypo-
critam, immo magis peccatorem.

Parrhiſien. ¶ Hæc propoſitio eſt falſa, uiæ ad pœnitentiam impeditiua ſcripturis ſacris & do-
ctrinæ ſanctorum difformis.

Ludder. ¶ Chriſtus nunq̃ peccatores coegit timore ad pœnitentiam.

Parrhiſien. ¶ Hæc propoſitio capiendo coegere pro inducere, ſicut capitur frequenter in ſcri-
ptura ſacra eſt hæretica.

Augu. ¶ Bonus eſt timor & utilis licet ſit inſufficiens per quẽ paulatim fit conſuetudo iu-
Ludder. ſtitiæ, de his uerbis Auguſtini ſequitur iudicium Ludderi. Hoc eſt (inquit) meo
iudicio conſuetudo deſperandi & odiendi deum ſi excludatur gratia.

Pharriſien. ¶ Iudicium Ludderi de illo dicto Auguſtini Bonus eſt timor &c. eſt falſum, te
merarium & impium accipiendo gratiam ut ſupra, pro gratia gratum faciente ſi-
cut eam accipit ſcriptor.

Ludder. ¶ Si Iohannes ſcilicet baptiſta timorem docuiſſet eſſe initium pœnitentiæ, nõ ideo
ſequitur pœnitentiam incipere a timore.

Parrhiſien. ¶ Hæc propoſitio eſt manifeſte erronea, in Chriſtum & inſpiratã pręcurſoris eius
doctrinam contumelioſa.

¶ Hæc Parrhiſieñ. ſtudiȷ de hæreſibus Ludderanis ſententia; quæ etſi ſufficere de
beat fideli catholico; ſufficere debeat omnibus bonis; tamen uolui etiã rationẽ red-

derę

dere omni poſcenti, de ea quæ in nobis eſt fide: At gladio quoq; ſpiritus, quod eſt uerbum dei, fractam Ludderi hęreſim deo auſpice, iam catholicus lector agnoſcat.

Falſe imponit Ludder catholicis: quod negent fidem eſſe neceſſariam. Cap. II.

PRoperantes autem ad contritionis ueritatem, Iohannem baptiſtam imitati: qui Iudęis ad eum uenientibus & quęrentibus primo in eis amouit falſam opinionem, dein ueritatem inſeruit & implantauit, dicendo. Ego uox clamantis in deſerto: Ita ante ueri & recti implantationem, etiam nos, falſam Ludderi de catholicis doctoribus opinionem, uelut matutinas nebulas diſpellemus: mox dein inſtituto operi nos accingentes. Ludder enim in damnatiſſimo libro Captiuitatis Babylonicæ imponit catholicis: quod fidem adeo extinxerint: ut negent eam neceſſariam eſſe in ſacramento pœnitentiæ: Immo imponit catholicis, ut ſtatuant hęreſim eſſe, ſi quis fidem aſſerat neceſſariam. Et contritionem ſic docuerint: ut eam fide promiſſionis priorem facerent & longe uiliorem: hęc Ludder in eo libro contra catholicos. Re ipſa uerum affirmans, quod ſancti patres Cyprianus, Auguſtinus, Athanaſius, Hieronymus, Fulgentius, & alij orthodoxi de hęreticis conqueſti ſunt: quomodo in mendacijs animos auditorum auertant. Ita hic Ludderum illudere catholicis eſt certiſſimum: qui tantam eis auſus eſt imponere hęreſim, falſitatem, errorem & inſaniam: quod fidem uti non neceſſariam ſtatuant. Cuius oppoſitum omnes catholici tenent: qui ex ſpiritus ſancti doctrina nouerunt: Quoniam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet, accedentem ad Deum: quia eſt: & inquirentibus remunerator ſit. Nouerunt quod poſtulaturus a deo in fide nihil hęſitet: qui enim hæſitat ait Iacobus ſimilis eſt fluctui maris: qui a uento mouetur & circumfertur. Nouerunt, quod omne quod natum eſt ex Deo uincit mundum: & hęc eſt uictoria quę uincit mundum, fides noſtra. Ita ſentiunt, prędicant, docent omnes catholici: quibus Ludder pro malitia cordis ſui, hanc hęreſim audet impingere: quod dicant fidem non eſſe ad hoc ſacramentum neceſſariam. Non hoc legit in Thoma Aquinate, Scoto, Durando, Alexandro, Bonauentura, Richardo, Arimineñ. Gerſone, aut ſimili: ſed confingit ſibi huiuſmodi, ſecundum cæcitatem cordis ſui: quo ualidius poſſit mordere, lacerare, detrahere. Omnes enim in hoc conueniunt catholici fidem eſſe fundamentum totius ſpiritalis ędificij: quoniam ſit iuxta diui Pauli ſententiam. Sperandarum rerum ſubſtantia, argumentum non apparentium: quare norunt ueriſſimum eiuſdem dictum. Iuſtus ex fide uiuit, tanq̃ ex radice: quia iuſtitia dei per fidem IHESV CHRISTI in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum. Abſunt tamen longe ab hæreſi Ludderana: quæ ex fundamento fidei facit totum ſpiritale ædificium: de quo peculiari opere beluæ iſtius capita reſecabimus, de fide & operibus: ſufficiat in pręſentia diuus Iacobus in catholica ſua epiſtola: quę eſt in omnibus canonibus ſcripturas ſacras aſſerentibus in nouo teſtamēto, de quo alibi latius: ait autem Iacobus. Quid proderit fratres mei: ſi fidem dicat quis ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? & infra. Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt. Sic ergo iuxta ſanctorum patrum auctoritatem, catholici omnes fidem neceſſariam aſtruunt: ad ſpiritale ædificium: ſuper qua ædificare debemus aurum, argentum & lapides precioſos ut Apoſtolus hortatur. Ceſſet ergo oblatrare Ludder & mendaciter improperare catholicis: q̃ negent fidem eſſe neceſſariam: quam adeo ſtrennue profitentur. Et omnes in hanc concedunt ſententiam: Cum uoluntas de ſe ſit cæca, neſcia quid agere debeat: tunc ei oſtenditur per oculum intellectus, quid agat: quorſum tendat, & ideo

Iohan. 1. Ludder. Hæretici mendaces Hebræ. 11. Iaco. 1. 1. Iohan. 5. Hebræ. 11. Abac. 2. Ad Rom. 3. Iaco. 2. 1. Cor. 3.

quando tendit ad finem ſupernaturalem: neceſſarium eſt lumen altius: quo oſtendã tur ſibi ſuperna: hoc eſt lumen fidei donum dei.

¶ Sed miraris forſan o Chriſtiane unde hæreticus anſam acceperit falſo hoc catholicis imponendi: quod nullibi unquam dixerunt: at noli mirari: cum dixiſſet, quemlibet abſoluendum debere firmiter credere ſe abſolui per uerba ſacerdotis: quę ſtulta credulitas: Immo uana præſumptio: cum fuiſſet per catholicos reprobata: homo uerſipellis, & natus candida in nigra uertere, imponit eis: quod fidem negauerint neceſſariam: quod non poſuerint eam priorem contritione: cum profecto nullus ad contritionem & confeſſionem peccatorum ſe accingat: niſi credat ſacramentum pœnitentiæ: per quod ſperat ſe ueniam peccatorum conſequi, ſi idonee percipiat. Abeat ergo Ludder: & deſinat catholicis tãtam hæreſim imponere: quod
Augu. neſciant fidem eſſe fundamentum ſpiritalis ædificij: cum ſanctum Auguſtinum ſequantur ſuper Iohan. dicentem. In radice arboris nulla apparet ſpecies: tamen quicquid eſt pulchritudinis uel decoris in arbore ex illa procedit: ſic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt ex fidei fundamento procedit.

Contritio initium pœnitentiæ deſcribitur. Cap. III.

EXploſo manifeſtario hæretici mendacio, recto itinere ad inſtitutum pergamus. Et primum quomodo contritio catholicorum iudicio præparetur: & quod ſit pœnitentiæ initium poſt fidem aperiamus. Nam uulgatiſſima eſt illa Auguſtini ſententia: Pœnitentia timore concipitur. Paratur ergo apud catho-
Augu. licos contritio hac uia: quod peccatorum nexibus implicitus, diſcutit, colligit, de-
Iſa. 38. teſtatur peccata ſua recogitando omnes annos ſuos cum rege Ezechia in amaritudine animæ ſuæ: ponderando peccatorum grauitatem, damnum, fœditatem, mul-
Initia pœnitentiæ. titudinem: deinde iram Dei quam ſuſcitauit contra ſe: amiſſionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem: & alia quæ poſſunt triſtitiam & dolorem excitare, ac in odium peccatorum acuere. Hæc autem contritio imperfecta eſt & ſeruilis, adhuc in tenebris ambulans: mox autem diuinæ gratiæ lumen, radij ſui ſplendorem immittit: quo talis adhuc altius euehatur: Non modo timore pœnæ, ſed & amore iuſtitiæ peccata odio habens. Sic ut primo ſit peccator: dein ſeruus fiat Dei, timore pœnæ: mox & amicus Dei: qui zelo iuſtitiæ ſuccenſus ſummam diligat bonitatem ac maieſtatem Dei. Sic ordinata ſunt ſpiritus ſancti opera: ut a fece peccatorum & ſeruitute diaboli homo pœnitens euehatur ad amorem uirtutum & dei amicitiam per medium timoris ſeruilis.

Augu. Cap. 2. ¶ Alijs uerbis hanc catholicam ſententiam, ante oculos nobis poſuit S. Auguſtinus libro de pœnitentię medicina. Aſcendit itaq; homo aduerſus ſe tribunal mentis ſuę: ſi timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal CHRISTI: ut illuc recipiat unuſquiſq; quæ per corpus geſſit, ſiue bonum: ſiue malum: conſtituat ſe ante faciem ſuam: ne hoc ei poſtea fiat: nam minatur hoc Deus peccatori dicens. Arguam
Pſalm. 49. te: & ſtatuam contra faciem tuam. Atque ita conſtituto in corde iudicio, aſſit accuſatrix cogitatio: teſtis conſcientia: carnifex timor: inde quidam confitentis animi ſanguis per lachrymas profluat: poſtremo ab ipſa mente, talis proferatur ſententia: ut ſe indignum homo iudicet participatione corporis & ſanguinis domini: ut qui ſe parari a regno cœlorum timet per ultimam ſententiam iudicis ſummi: per eccleſiaſticam diſciplinam a ſacramento cœleſtis panis interim ſeparetur. Verſetur ante oculos imago futuri iudicij, ut alij accedant ad altare Dei: quo ipſe non accedit: cogitet ꝙ contremiſcenda ſit illa pœna: qua percipientibus alijs uitam æternam, alij in

mortem

mortem præcipitantur æternam. Hæc ergo eſt iudicij interioris forma (Nam pœ-
nitentia eſt ſacramentum quaſi iudiciale, ut inferius oſtendemus) qua peccator
pęnitere incipit, dum a carnifice, hoc eſt timore, immodice urgetur. Huic ortho-
doxæ ſententiæ refragatur Ludder: at eius iacula facile deprecabimur: ſi ueritatem
catholicam prius ex armario ſacrarum ſcripturarum roborauerimus: Sic enim in
præſentia, uelut Hieronymus alibi ſuadet: utilius apparet firmare noſtra: quam Hierony.
expugnare aduerſa. ¶ Et de contritionis neceſſitate nemo eſt fidelium qui du-
bitet aut dubitare poſſit: ita enim dominus per Iohelem inquit. Scindite corda & Iohel.2.
non ueſtimenta ueſtra. Contritio autem ſcindit cor: quando ipſum terit diſplicen-
tia anteactę malæ uitæ. Et per Ezechielem ait. Si impius egerit pęnitentiam ab om- Ezech.18.
nibus peccatis ſuis: quę operat9 eſt: & cuſtodierit omnia præcepta mea: & fecerit iu-
dicium & iuſtitiam uita uiuet & non morietur. Eſt autem ipſa contritio pęnitentia
interior, pęnitentia cordis: ſimilia dicit Ezechiel infra. Vnde imprimis deus petit Ezech.33.
ab homine ſibi offerri cor uoluntatis ſicut per ſapientem in Prouerbijs inquit. Prębe Prouer.23.
fili mi cor tuum mihi: & oculi tui uias meas cuſtodiant. Per contritionem autem
cor offert domino Deo per conuerſionem: ad quam nos hortatur per Zachariam
prophetam. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro (per contritionem) & ego Zacha.1.
conuertar ad uos (per gratiam) Quod autem deus conterentem conuertat per gra-
tiam teſtatur per Hieremiam. Si conuerteris, conuertam te. Tam grata & accepta Hiere.15.
eſt deo conuerſio peccatoris per pęnitentiam interiorem. Quod bene nouit ille pęni-
tens: qui miſericordiam a deo conſecutus ei cecinit. Sacrificium deo ſpiritus contri- Pſal.50.
bulatus, cor contritum & humiliatum deus non deſpicies.

¶ Recte ergo catholici hanc internam pœnitentiam inceperunt appellare contritio Contritio
nem: qua comminuitur & quaſi in puluerem conteritur uetus ac carnalis homo, iu-
xta illud Iſaiæ. Et comminuetur quemadmodum conteritur lagena figuli contritio- Iſa.30.
ne præualida: & non inuenietur de fracturis eius teſta, in qua portetur igniculus de
incendio: aut hauriatur parum aquæ de fouea. Sic debet eſſe contritio ueteris cor-
dis: ut non inueniat diabolus in eo: ubi ponat igniculum praui deſiderij, aut hau-
riat modicum aquę de fouea carnis noxię uoluptatis. Et ita contritio eſt mortificatio Contritio
ueteris hominis & operum eius, per extinctionem uitæ peccatricis & odium pec-
catorum. Tales erant de quibus Lucas in Actibus apoſtolicis ſcribit. His autem au- Actu.2.
ditis compuncti ſunt corde: ita hortatur Dauid. Quę dicitis in cordibus ueſtris et in Pſalm.4.
cubilibus ueſtris compungimini. Ita. n. dum diſplicent ei peccata: primum ſentit acu
leos peccatorum & ſpinas, ſicut ſentiebat ille qui dixit. Conuerſus ſum in ærumna mea Pſalm.31.
dum configitur ſpina. Nam cor ſic punctum ſuſcipit prudentiam & ſenſum ſpi-
ritalem iuxta illud Eccleſiaſtici: qui pungit cor confert ſenſum. His contritionem a- Eccle.22.
ſtruere placuit: quam etſi aduerſarij, licet inſigniter temerarij, nõ negent: tamen ſuo
loco oſtendemus, quomodo circa pręducta impie labantur: iam ad caput erroris
accedamus.

Pœnitentiam timore concipi probatur ex parabola de filio prodigo & exhortatione Baptiſtæ. Cap. IIII.

OStendamus iam illud primarium, pœnitentiam timore concipi: & recte Pœnitentia ti-
contritionem auſpicari recogitatione pœnæ ęternæ ac beatitudinis: quod more cõcipitur
tanta temeritate negat Ludder: pro quo audiamus Euangelium uerba
CHRISTI recenſentem, de filio prodigo, qui congregatis omnibus peregre Luce.15.
profectus eſt in regionem longinquam: & ibi diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam,
& facta fame cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis: quas porci manducabãt:
& nemo illi dabat: in ſe autem reuerſus dixit. Quanti mercenarij in domo patris

mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meũ & dicam ei. Pater peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus uocari filius tuus; fac me ſicut unum ex mercenarijs tuis &cæ. Omnium catholicorum iudicio:
Chryſoſto. filius hic prodigus typum gerit pœnitentis: ita teſtatur Chryſoſtomus, teſtatur Au
Auguſt. guſtinus de quæſtionibus Euangeliorum libro ij.capi.xxxiij. & de uera ac falſa pœ
Hierony. nitentia cap.iij.Et beatus Hieronymus libro huic rei ſpeciatim dicato de filio prodi-
Roterdam. go:q; ſi neges hunc librum eſſe Hieronymi cum Roterdamo. Et fateor uideo eum poſitum inter Homilias Chryſoſtomi in ordine xxiiij. Negare tamen non poteris
Hierony. Hieronymi eſſe epiſtolam ad Damaſum Papam ſuper eadem re, quæ incipit. Bea-
Beda. titudinis tuæ interrogatio; ſequitur uenerabilis Beda, & Gregorius Niſenus, Tho-
Niſenus ma renarrante inquit. Hunc filium prodigum nobis deſcripſit ſpiritus ſanctus:ut inſtruamur qualiter nos debeamus cordis deplorare peccamina. Cum ergo filius hic prodigus; nobis normam pœnitentiæ præfigat:confeſtim erit dilucidum: pœnitentiam a timore pœnæ & amore pręmij initium ſumere. Clara ſunt uerba; quæ nullis Nigidianis commentationibus obtenebrari poſſunt. In ſe enim reuerſus inquit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Ecce ponit pręmia domus paternæ. Ego autem hic fame pereo; ecce timorem pœnæ. Surgam & ibo ad
Augu. patrem meum. Verba ſunt inquit Auguſtinus,pœnitentiam meditantis. Et ſic meruit per iſta uenire ad amorem filialem; quia cum adhuc longe eſſet, uidit illum pater ipſius: & miſericordia motus eſt,occurrens cecidit ſuper collum eius: & oſculatus eſt eum; ita Deus per gratiam ſuam præuenit, timorem caſtum & filialem ac charitatem ei offerendo; quem uiderit etiam timore pœnæ ad ſe pro miſericordia
Baſilius & remiſſione culpę ire: Ita docte Baſilius tres gradus facit filij ad patrem ſurgentis, Mercedis ſpem, Supplicij timorem, & bonitatis paternæ ſynceram dilectionem:ſic enim pœnitentiam a timore incipit,& in dilectione perficit:tunc pater eum oſculatur:& dat annulum in manu eius:& Chriſtus iam non ſeruum uocat,nec mer-
Iohan.15. cenarium:ſed amicum. Vos amici mei eſtis:ſi feceritis quę ego præcipio uobis: iam non dico uos ſeruos.

Math.3. ¶ Sic præcurſor domini Iohannes timorem ingeſſit Iudæis, ſubinde ad pœnitentiam eos cohortans. Ita enim nobis renarrat Mathæus. Videns autem multos Phariſæorum & Saducęorum uenientes ad baptiſmum ſuum dixit eis. Progenies uiperarum quis demonſtrabit uobis fugere a uentura ira:facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ita catholici uerbum dei ſeminantes, ſecuti Chriſtum, ſecuti Iohannem, docuerunt populum pro paranda pœnitentia & contritione, recogitare grauitatem peccatorum, acerbitatem æterni ſupplicij, beatitudinem & præmium regni cœleſtis.

Dionyſi. ¶ Et quidem rationabiliter; quoniã duo Dionyſio teſte,ſic deus res adminiſtrat, ut ima ad ſuperiora per media ducat; quare cum peccator ſit in imo, nec dignus pane quo ueſcitur, uolens aſcendere ad ſuperiora gratię:hoc faciet per medium timoris. Cum ergo extrema ſint eſſe inimicum dei, medium dabile eſt ſeruitutis, per quod tranſitus fiat ab uno extremo in aliud.

Inimicus	Seruus Dei.	Amicus.
Peccator	Pœnitens	Iuſtus.

Ambroſi. ¶ Nolo prolixius hæc extendere:alioquin adderem beatum Ambroſium ſuper Lucam de filio prodigo & cap. iij. de pœnitentia libro ſecumdo. Quamuis fatear, maioris eſſe perfectionis, quod aliquis luto peccati immerſus obtutu iuſtitiæ & bonitatis dei erigeret ſe ad gratiam dei compeſſendam:quod contemplatione iuſtitię raptus in eam exardeſceret; inciperetq; cum Salomone fieri amator formæ illius. Sed

quis eſt

quis eſt hic & laudabimus eum? Nemo it inficias quin perfectior eſſet pœnitentia *Sapien.8.*
ab amore iuſtitiæ incipiens: at fragilitas noſtra peccato immerſa hoc non patitur: de-
ſtituta pennis gratiæ, non poterit ſe in tantum iuſtitiæ ſolem attollere: niſi prius timo
re lutum excutiatur. Itaq; Saluator & catholici doctores: conſcij fragilitatis noſtræ ti-
more pœnitentiam nobis pariunt: quo cum filio prodigo ad amorem iuſtitiæ & filia
lem dilectionem peruenire ualemus.

Solutiones Ludderanę euacuantur. Et primo de lege quid operetur. Cap. V.

QVamuis iſta ſint luce clariora: coluber tamen iſte nititur ſe euoluere, & ua-
nis ambagibus ueritatem ſacrę ſcripturæ eludere: nam in congreſſu di-
ſputationis Lipſicæ Anno ſalutis M. D. XIX. die uero XII. Men- *Diſpu. Lipſica*
ſis Iulij, me ſupradicta contra errores ſuos inducente, reſpondit primo rationem
dicti ſui daturus; quod impoſſibile ſit pœnitere ante dilectionem legis: quia le-
ge in memoriam reuocata: ſi deſit gratia mox ſequitur augmentum peccati iu-
xta Paulum. Lex intrauit ut abundaret delictum, & iterum. Lex propter tranſgreſ *Roma.5.*
ſiones poſita eſt; ideo Auguſtinus de ſpiritu & litera dicit libe. arbi. ante gratiam *Gala.5.*
nihil ualere niſi ad peccandum, non autem ad pœnitendum. Hinc Paulus ait. Lex *Augu.*
iram operatur: hoc eſt monſtrat peccatum, ſed non dat gratiam, ut odiatur peccatũ: *Roma.4.*
ideo manet odium legis & dilectio peccati. Concedo ergo (dixit Ludder) quod lex
recordatio peccatorum intuitus pœnarum poſſunt terrere peccatorem: ſed nunq̃
faciunt pœnitentem. Et eodem die poſt prandium dixit: lex ante charitatem nõ ope
ratur niſi iram & auget peccatum: taceo ꝙ diſponat ad eam: quemadmodum timor
ſeruilis fructus legis: iram operatur & auget peccatum.

¶ Tunc intendebat reſpondere ad inducta de filio prodigo: quod filius prodigus in- *Rñſio ludderi*
cepit uere ab amore iuſtitię: quia conuerſus in ſe, cognouit primo bonum: & ex co-
gnito bono intellexit ſuum malum: hanc autem conuerſionem ſui in ſe ipſum: non ha
buit ex timore pœnæ; ſed a trahente intus patre, & dilectionem paternę domus in-
ſpirante: nam cum prius uixit in peccatis: bonum nec cognouit nec dilexit: nec pecca
tum odiuit: ideo neceſſaria fuit alia affectio, ſcilicet amor boni. Sic ad Iohannem ba-
ptiſtam reſpondit: quod aliud eſt docere pœnitentiam: aliud incipere pœnitentiam.
Aliud eſt prædicare bonum opus; aliud eſt incipere bonum opus: prędicator mo-
net, terret, allicit &c. ſed nihil ſequitur: niſi gratia mouerit uoluntatem. Et poſtea ait,
lex docet ſancta, iuſta & bona: ſed ſola gratia incipit, facit, & perficit. Ideo etiam ſi Io- *Lapſ9 Ludder*
hannes docuiſſet timorem eſſe initium pœnitentię: non ideo ſequitur pœnitentiam
incipere a timore. Hę ſunt tortuoſi colubri in uia euaſiones: ſed ut inuicta ueritas ca-
tholica triumphet pellem Leoninam aſino detrahamus.

¶ Nam quod primo graditur in mirabilibus ſuper ſe adducendo, quędam extraria *Contra Ludde*
& impertinentia de lege. Reijcimus illa: quod primario inſtituto noſtro non refragã- *rum.*
tur: fatentur Catholici, peccatum eſſe aliquid factum: dictum uel concupitum con-
tra legem dei: ut Auguſtinus contra Fauſtum recte deſcripſit. Ea de re Apoſtolus *Auguſt. lib.22.*
Paulus fatetur, concupiſcentiam ſe neſciſſe: niſi lex diceret. Non concupiſces. Et ita *Roma.7.*
ſicut tranſgreſſione legis abundat delictum: ita obſeruantia legis augetur meritum.
Ideo nihil eſt quod de pręceptis & mandatis dei cõqueramur. Niſi ad intentionem
Paulinam per legem, legem Moyſi uelimus intelligere: ſic enim litera (hoc eſt lex
Moyſi) occidit: ſpiritus autem Euangelij uiuificat: quoniam lex neminem ad per- *2. Cor.3.*
fectum adduxit, Paulo teſte. Sed ſic longe abeſt Ludder a Paulina intelligentia: cum *Ad Hebræ.7.*
longe diuerſiſſima intentione Paulus, legem occidere dixit & ſubintraſſe ut abun-

daret delictum: quam quod huc torquet Ludder; & uim facit ſacris literis, & ſpi-
ritui ſancto in eis loquenti: paupertatem enim Moſaicæ legis aperit Paulus compa-
rando ad diuitias gratię CHRISTI: lex enim per ſeruum data eſt, per Moyſen:
Iohan. 1. nimirum quod reos fecit. Cum Euangelium per filium datum ſit: quod filialem o-
peratur gratiam & dilectionem quod ſanctum Iohannem nõ latuit cum dixit. Lex
Iohan. 1. per Moyſen data eſt; gratia & ueritas per IHESVM CHRISTVM fa-
cta eſt. Sic tractant hæretici ſacras ſcripturas, hoc eſt torquent, rumpunt, lace-
Galat. 3. rant ſecundum impietates cordis eorum. Vere ergo ait Apoſtolus: quia lex
pœdagogus noſter fuit in CHRISTO. At non eſt noſtri inſtituti proſequi
Augu. differentiam legis & Euangelij: quam diligens Lector abunde ex Auguſtino de
ſpiritu & litera colliget (quem hic Ludder citando in falſam partem uiolenter tor-
Cyrillus. quet) & ex Cyrillo libro primo ſuper Iohanne. Et nos poſt tot heroes, in Commenta
Eckius rijs noſtris ſuper Iohanne: quos publico noſtro prælegimus auditorio: locuplete e-
laborauimus. Hæc dumtaxat placuit adducere: ut Lector intelligat: quomodo ſacra
ſcriptura uiolentiam patiatur ab hęreticis.

¶ Iam alia illius commenta conuellamus: ubi in duobus pręcipue uel fallitur, aut fal
lere uult catholicos: primo quod hunc timorem ante charitatem uult eſſe infructu-
oſum: ex quo credit ſe probaſſe, pœnitentiam non incipere a timore: ſed quis eſt
tam inopis ingenij: qui errorem tam manifeſtarium non deprehendat: fatentur enĩ
1. Cor. 13. & hoc catholici cum ſancto Paulo. Si quis charitatem non habuerit: factus ſit ſicut
æs ſonans & cymbalum tinniens: fatentur pœnitentiam nõ eſſe perfectam: niſi adue
nerit charitas & timor filialis: fatentur ſi quis uellet ſtare in timore ſeruili dũtaxat ſicut
Iudas: ꝙ ueram pœnitentiam nunq̃ adipiſceretur: ſed per hoc non improbat Lud-
der: quin timor ſit initium pœnitentię: quin per timorem paretur & acquiratur pœ-
nitentia: Is eſt ſcopus negocij: quem Ludder non tangit: Liquet hoc examinando ad
ducta per eum.

¶ Nam primo quod dicit impoſſibile eſſe pœnitere ante dilectionem: fateor per-
fecta pœnitentia habet pro termino charitatem & dilectionem: quia per pœniten-
tiam homo iuſtificatur: iuſtificatio non fit ſine gratia: ſed probet faſtuoſus hæreticꝰ:
quod ob hoc pœnitentia non poſſit incipere ante dilectionem: Quæ poſtea adduxit
de lege iam diximus, quomodo ad legem Moſaicã pertineant. Ita concluſionẽ ſuã
in parte reijcimus: quod recordatio legis & intuitus pœnarum non faciant pœni-
tentem: Nam ab his: quis non dicitur pœnitens: tamen illa faciunt plærunque ut
ſuccedat amor filialis: & ad hoc conducunt & adiuuant: & pro tanto ualent ad pœ
nitentiam parandam: ſicut de ſymbolo ſetæ Auguſtinum euocabimus. Volumus
ſolum impetrare: quod timor pęnæ, ualeat ad parandam pœnitentiam: quia timore
concipiatur: & ita timor ſit initium pęnitentiæ: nemo catholicus uult timorem eſſe
pęnitentiam. Sic prorſus negemus, timorem ſeruilem ſolum augere peccatum (non
enim eſt inſtituti noſtri: & propoſito noſtro nihil conducit dicere quomodo lex au-
get peccatum) Nam ab initio reſiſtimus hæreticis & dicimus: quia timor etiam
ſeruilis, ſit donum ſpiritus ſancti: quod ſtatim probabimus: & Ludder in illa ipſa
diſputatione, ab armis ueritatis coactus fuit hoc admittere. Quamuis ergo ani-
mam non faciat gratam Deo, nec opera accepta & meritoria: nullibi tamen euin-
cet, quod propterea augeat peccatum. Alterum in quo fallitur Ludder, eſt quod
neſcit uarias ſpiritus ſancti gratias diſtinguere: liquet hoc in euacuatione ſequen-
tis ſolutionis.

Ludderum

Ludderum male reſpondere, prodigum motum dilectione iuſtitiæ. Cap. VI.

PORro quam omnino nihil dicat(neq; enim aliquid dicere poteſt contra uir-
tutem ſpiritus in ſacris literis) ad inducta de filio prodigo, liquet intuenti:
nam quod inquit eum incepiſſe ab amore iuſtitiæ ex profeſſo eſt falſiſſi-
mũ: cum in ſe conuerſus fuerit, ex inopia & indigentia pœnali: dum neminem habe-
ret qui ſiliquis eum ſatiaret. Et ita fame adactus, conuerſus eſt ad ſeipſum: & poſtea *Pſalm.119.*
ad patrem: nam ita euenire ſolet tribulatis ſicut Dauid hoc bene nouit cum diceret. *Pſalm.32.*
Ad dominum cum tribularer clamaui: Et iterum. Imple facies eorum ignominia, et *Pſalm.9.*
quęrent nomen tuum domine. Et rurſus. Cognoſcetur dominus iudicia faciens. Et *Iſa.26.*
Iſaias. Domine in anguſtia requiſierunt te. Et quod non ab amore iuſtitiæ inceperit *Luc.15.*
ex uerbis Chriſti conſtat prodigi uerba inducentis: quomodo apud ſe deliberabat.
Surgam & ibo ad patrem meum & dicam illi. pater peccaui in cęlum & coram te:
iam non ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unum ex mercenarijs tuis: hic ap
paret quomodo non amore iuſtitię in ſe conuertebatur, qui adhuc remotus a filiali *Augu.*
dilectione poſtulabat fieri mercenarius. Ideo Auguſtinus de quæſtionibus Euange
liorum, negat eum adhuc fuiſſe penitentem, dicens. Cæterum uerba ſunt pęnitenti
am meditantis in confeſſionem peccati, nondum tamen agentis. Nec ualet euaſio
Ludderi, quod nondum egerit ad extra pęnitẽtiam: quoniam S. Auguſtinus loqui-
tur de actu interiori mentis, ubi meditabatur pęnitentiam: nondum agebat. Et om-
nia iſta roborantur ex eo quod cum ad patrem ueniſſet, non dixit omnia, quæ dictu *Augu.*
rum ſe eſſe promiſerat: ut recte Auguſtinus ponderat, ſed uſq; ad illud. Non ſum di
gnus uocari filius tuus: non iam addit quod in meditatione illa dixerat. fac me ſicut
unum ex mercenarijs tuis. Cum enim panem non haberet, mercenarius eſſe cupie- *Beda.*
bat: quod poſt oſculum patris generoſiſſime iam dedignatur: intelligit nanq; (ut *Seruus.*
Beda ſuper Luca ait) inter filium, mercenarium, & ſeruum, non minimam eſſe diſt- *Mercenarius.*
antiam. Seruum eſſe qui metu pęnæ a uitijs temperat, mercenariuin qui commodi *Filius.*
gratia uirtutis opera ſequitur. filium qui affectu ipſius boni, bonum operatur. Teſta
tiſſimum ergo relinquitur prodigum in ſua meditatione non fuiſſe uere pęnitentẽ,
nec incepiſſe ab amore iuſtitiæ, ſed a timore pęnæ: quo impulſus ſurrexit & iuit ad
patrem acquirendo amorem iuſtitiæ, & filialem dilectionem.

¶ Quanta autem inſcitia Ludder erratum ſuum roborare nitatur de tractione pa- *Tractus dei.*
tris, erudito eſt obuium: fateor enim uolũtatem noſtram non poſſe in bonum motũ,
niſi pręeunte motiõe tractu dei patris: q̃a nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex no *2.Corin.3.*
bis quaſi ex nobis: a Deo enim eſt noſtrum cogitare, uelle & perficere ut Paulus *Philip.2.*
nos docuit. Ideo recte Auguſtinus inquit. Initium ſalutis noſtræ deo inſpirante ha- *Augu.*
bemus, ſed non quæcunq; motio paterna eſt per amorem iuſtitiæ: cum omnes moue
at ſufficienter: ſemper enim ut Iohan. in Apocalipſi inquit: ſtat ad oſtium & pulſat: *Apo.3.*
licet duri ei non aperiant: contra quam Dauid eos docuerat. Hodie ſi uocem eius au *Pſal.94.*
dieritis nolite obdurare corda ueſtra: fatemur ergo tractionem patris præcedere pę
nitentiæ initium in reuertente: ſed aliud eſt mouere & trahere: aliud gratiam & cha-
ritatem largiri: ita eccleſia orat deum, ut actiones noſtras aſpirando pręueniat, ſed
quia non ſufficit, addit & adiuuando proſequatur. Nam quo ad illam gratiam chari
tatis & dilectionis. uerum eſt: q̃ Iohan. Chryſo. ait homilia. xvij. ſuper Iohan. ſuper il
lo. Conuerſus autem Iheſus & uidens eos ſequentes. Hinc admoneri, inquit Chryſ. *Chryſoſto.*
poſſumus deum ſuis in nos beneficijs noſtras non pręuenire uoluntates: ſed a nobis
incipiendum eſſe: ſed cum nos prompto paratoque animo ad ſuſcipiendam gra-
tiam exhibemus: tunc multas nobis offert ſalutis occaſiones: de qua re ampliter *Eckius.*

a nobis diſputabitur libro de libero arbitrio cōtra Manicheam Ludderanorum hęreſim. Vnde fallitur hic apertiſſime Ludderus: quod exiſtimat pœnitentē non poſſe ordire peccatum, niſi afficiatur ad bonum: cum omnis homo qui ſpirat nouerit, odiri peccatum propter timorem pœnæ, quod ethnicus etiam agnouit, cum diceret: Oderunt peccare mali formidine pœnæ: quomodo autem non odiret prodigus peccatum: ex quo in tantam uenit miſeriam ac omnium rerum inopiam, hæc pro euacuatione fuci Ludderani, licet per ſe friuoli & temerarij, dicta ſufficiant.

Quam abſurde Ludder uelit iſta conſtare Baptiſtam prædicaſſe timorem fore initium pœnitentiæ: & tamen timor non ſit initium. Cap. VII.

AT omne delyrium ſuperat: quod reſpondendo ad Iohānem baptiſtam induxit. Nam primo diſcrimen facit inter docere pœnitentiam: & incipere pœnitentiam &c. quod quam euanidum ſit, quis non intelligit: nam cū prædicatores uerbi dei, per grauitatem pœnarum uelint homines terrere a peccatis: ut ſic ueniant ad dilectionem boni: ipſe in ſermone de pœnitentia hunc morem prædicandi communem improbauit. Et tamen iam fatetur baptiſtam ſic prædicaſſe: ſed aliud ſit prædicare, aliud incipere pœnitentiam. Siſte pedem iam perfide: & uide quid conſectarium ſit dictis tuis: Baptiſta incepit prædicare incutiendo timorem pęnarum: hunc imitantur prædicatores noſtri temporis: in iſto: quare uel bene prædicant: male ergo renouaturus omnia eos improbas: aut ſi male prædicant: & ſic dices Baptiſtam male prædicaſſe, qui eum morem ſeruauit. *(margin: In Ludderum.)*

¶Porro Baptiſta prædicando uel intendebat fructum ſuæ prædicationis: ut auditores uerbi ſui, eſſent etiam factores: tunc ſicut ille eos ab initio uoluit terrere prædicatione: ita eos uoluit timore perducere ad pœnitentiam: nullum eſt itaq; diſcrimen in hoc, quam quod ſicut ille minis pœnarum prædicat pęnitentiam: ita auditores perculſi timore ueniebant ad pœnitentiam. Vide ergo quomodo Ludder ſeparet non ſeparanda. Quod ſi pergis in errore incepto, eueniſſet Baptiſtam noluiſſe obedire prædicationi ſuæ: aut ſi uoluit eos conformiter uiuere doctrinæ ſuę: uoluit eos ea facere, quæ ipſe docebat, fatetur Ludder prædicatorē monere, terrere: & tamen non uult auditorem habere timorē: quale monſtrum Ludderanum eſt hoc? Dicat quæ uelit Ludder: tamen etiam ſuo iudicio prædicatores bene prędicant terrendo minis pœnarū: ut a peccatis ad meliorem frugem auditores uertantur. Nonne & hoc inſaniæ ſimile: quod inquit. Si etiam Iohannes docuiſſet initium pœnitentiæ eſſe timorem: non ideo ſequitur pœnitentiam incipere a timore: quaſi Iohannes quo inter natos mulierum nō ſurrexit maior, fuerit mentitus: quaſi plenus ſpiritu ſancto adhuc ex utero, aliquid docuerit quod non ſit uerum: quaſi uox clamantis in deſerto: præcurſor Chriſti, parauerit uias domini per mendatia & uanitates: abſit hoc ſuſpicari de tanto teſte ueritatis, quem non prædicatio ſed inſpiratio docuit ait Bernhar. quinimo affirmatiſſime teneamus pœnitentiam incipere a timore, ſi Iohannes dixit pęnitentiæ initium eſſe timorem. *(margin: O impietas. Math. 11. Luce. 1. Iohan. 1. Bernhardus.)*

Timore pœnæ homines cohibiti fuerunt a peccatis in ue. teſt. Cap. 8.

TAntum me effeciſſe confido apud catholicum: ut nullomodo dubitet pęnitentiam inchoari a timore: at id pluribus roboremus, palā facientes ſpiritum id per uniuerſam ſcripturam docere: nam ſi aperuerimus uetus teſtamentum: ubiq; refertum eſt timore pęnarum: nam & comminatione pęnarum uoluit deus cohibere homines, ne peccarent: & peccantes per pęnas reuocauit: liquet hoc factum a domino, etiam in ſtatu innocentiæ: ante naturam corruptam, ubi ad

Adam

Adam dixit. Ex omni ligno paradyſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & ma Gen.2:
li, ne comedas; in quocūq;. n. die comederis etc. Incuſſit hic prothoplaſto deus timo
rem pœnarum; ne tranſgrederetur præceptum acceptum: ſed obedientiam man-
dati cuſtodiret: dicet ne Ludder hic pro impietate ſua: deum uoluiſſe facere ex pro
toplaſto hypocritam. Longum eſſet currere per omnes locos hiſtoriæ: cum ut B.
Hieronymus expendit libro. 1. contra Pelagianos in ueteri teſtamento non fuerit Hierony.
promiſſum regnum cœlorum, ſed uel promiſſione bonorum temporalium deus al
lexit eos, uel comminatione pœnarum abſterruit. Sufficiat adducere locum de da-
tione præceptorum. Iamq; aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat: ecce cepe- Exod.19.
runt audiri tonitrua: ac micare fulgura & nubes denſiſſima operire montem: clan-
gorq; buccinæ uehementius perſtrepebat; et timuit populus, qui erat in caſtris: cūq;
eduxiſſet eos Moyſes in occurſum de loco caſtrorum: ſteterunt ad radices mon-
tis: totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet dominus deus ſuper eū
in igne: & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratq; omnis mons terribilis: &
ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius: & prolixius tendebatur: & capit. ſe-
quēti. Cunctus autē populus uidebat uoces, & lampades, & ſonitū buccinę, montē
q; fumantem: & perterriti ac pauore concuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi, lo-
quere tu nobis & audiemus: nō loquatˀ nobis dn̄s: ne forte moriamur, & ait Moyſes
ad populū. Nolite timere: ut. n. ꝓbaret uos uenit deus: & ut terror illiꝰ eſſet in uobis:
& nō peccaretis: quid apertius his uerbis: deus uult populū timorē habere: & hoc ꝑ
dicātˀ præcones diuini uerbi: Ludder aduerſatˀ, nō uult eos timere deū, non uult prę
dicatores minis pœnaꝝ terrere plębē: ut ſic ad uerā dei charitatem perueniant.
¶ Veniamus ad alia teſtimonia prophetica. Regius pſaltes inquit. Si autem dereli- Pſalm.78.
querint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iuſtitias meas
prophanauerint: & mandata mea non cuſtodierint: uiſitabo in uirga iniquitates eo-
rum, & in uerberibus peccata eorum. Quomodo apertius propheta, timore pœna-
rum uelle eos diſtinere a peccatis potuiſſet ſignificaſſe: id perpetuo facit Iſaias. Et Iſa.1.
conteret ſceleſtos & peccatores ſimul: & q dereliquerint deū cōſumētur: & iſr. opus Iſa.5.
dn̄i non reſpicitis: nec opa manuū eius cōſideratis: propterea captiuus ductus eſt po
pulus meus: qa nō habuit ſcientiā: & nobiles eius īterierūt fame, & multitudo eius ſi
ti exaruit: ꝓpterea dilatauit infernus animā ſuā: & aperuit os ſuū abſq; ullo termino:
& deſcendēt fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eū. Sic ca. 34.
plura reperies & cap. xlij. & . xliij. & lxv. cū alijs locis concordantibus. Ideo inquit in
capit. vi. In timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis. Similes locos plu
res reperies in Hieremia & alijs prophetis: pertinentiſſima ſunt propoſito noſtro,
quæ 2. Paralip. 7. & Leuit. 26. & Deut. 5. leguntur ſed breuitati ſtudens omitto. Leui.26.
Ideo Dauid inquit Salomoni. Si quæſieris deum inuenies, Si autem dereliqueris Deute.5.
eum, proijciet te inæternum. Quod & Azarias filius Obeth dixit ad Aſa regem & 1. Paralip. 28.
tribum Beniamin, dominus uobiſcum: quia fuiſtis cum eo. Si quęſieritis eū inuenie 2. Paralip. 15.
tis: ſi aūt dereliqueritis eum: derelinquet uos, tranſibunt aūt dies multi in Iſrael abſq;
deo uero, & abſq; ſacerdote, abſq; doctore quoq; & abſq; lege: cū reuerſi fuerint i an
guſtia ſua: & clamauerint ad deum Iſrael & quæſierint eum reperient. Quibus om
nibus liquet ſcripturam ſacram etiam timore pœnarum homines abſterrere a ma-
lo, & reducere ad bonum: alioquin ſapiens non dixiſſet. Memorare nouiſſima tua:
& inæternum uon peccabis: cum inter illa & præmia & pœnæ enumerentur. Eccle.7.
¶ Prædictis omnibus concordat ratio Dionyſiaca ſupra adducta: qa ſic deus res ad-
miniſtrat ut ima ꝑ media ad ſupiora ducat: quare cū peccator ſit in imo: uolēs aſcen Dionyſ.
dere ad ſuperiora gratię, hoc faciat per mediū timoris. Dei pfecta ſunt opa i ordine:
ordinate itaq; fit etiā peccatoris cōuerſio: ut nō repēte ex inimico fiat amicꝰ, ſed prio Deut.8.

ex inimico fiat ſeruus:ex ſeruo,qui iam eſt de domo domini, poſtea fiat amicus, & filius per gratiam adoptionis.

Error ſolutionis Ludderanæ reijcitur: quo neminem ait, niſi dulciter a Deo uocatum. Capit. IX.

Rñſio ludderi — TAm ualida ueritatis præſidia nititur euacuare, homo ad lacerandum ſacras literas natus.Et ad prophetica reſpōdit teſtimonia in ſtudio Lipſenſi; percuti poſſe peccatorem; ſed niſi gratia cooperetur,nihil proficitur ut
Hiere. 5. — Hieremi.v. percuſſi eos & noluerunt,Iſa.1. A planta pedis uſq; ad uerticem nō eſt
Iſa. 1. — in eo ſanitas; ſuper quo percutiam uos ultra? quia nihil profecit percutiendo. Con-
Ariſtoteles — firmauit hoc per Ariſtotelem tot uerbis aſtruentem opus bonum oportere eſſe uoluntarium,& libera uolūtate fieri: at uoluntas certe aut amor eſt, aut ſoror amoris. Porro Chiſtus nunq̃ coegit peccatores ad pœnitentiam: ſed ſuauiter allexit quoſcunq; uocauit ut Zachęum, Magdalenam & Apoſtolos, & omnes: ſicut & apud
Hiere. 3 — Hiere. dicit. perpetua charitate dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui.Ergo fatetur timorem domini neceſſariū quidem,ſed filialem: quia ſine amore impoſſibile eſt ferre conuerſionem ſui: in qua terretur conteritur & humiliatur peccator iuxta illud.
1. Reg. 2. — Dominus deducit ad inferos & reducit. Adijcit poſtea & hanc eſſe ſcholaſticorum ſententiam: cum omnes conſentiant: contritionem oportere fieri monente & imperante charitate: ut ſic ſit uoluntaria & hilaris pœnitentia. Et illud quod fatebar perfectionis fore erigere ſe ad pœnitentiam amore iuſtitiæ. Reſpondit nec terrore nec amore poteſt ſe homo erigere ad gratiam capeſſendam: ſed gratia præuenit & mouet ad merum dei obtutum & amorem iuſtitiæ. hæc reſponſa Ludderana erroribus turgentia.ſed confringamus arcum impij in quo confidit.

Euacuatio reſponſionis. — ¶ Nam primo eludere nititur prophetica teſtimonia: admittit quidem percuti peccatores; ſed principale inſtitutum non euacuat: omnes fatentur pœnitentem incipere a timore: ſed non debet perſeuerare in timore: quia timor debet eſſe medium, nō extremum: uia non terminus,alioquin habebit timorem Iudæ. Timor itaq; non proficit,niſi accedat charitas expellens: at per hoc non improbatur,timorem non præcedere charitatem. Plena eſt ſacra ſcriptura,quomodo plures flagellis non fuerunt emendati, uelut obduratiſſimus Pharao repetitis uicibus docuit. Sic fruſtra inducit
Ariſtote. — Ariſtotelem: fatemur actum uirtutis eſſe uoluntarium, liberum, minime coactum. Et pœnitentia libera eſt & uoluntaria: ſed ut uoluntas eam uelit, timore pęnarum inducitur,nondum tamen diximus,actum timoris eſſe opus uirtutis, uel pœnitentiā: quod Ludder indocte præſupponit: ſufficiat diuini uerbi præconibus timore concipi pœnitentiam: ut ſic peccator,ab odio dei per timorem euehatur ad amorem dei. Quod ſi etiam amor, affectus ſit quaſi primarius uoluntatis: tamen & alias affectioēs libere ſubit,ut nihil prorſus efficiat Ludder cū captioſa ſua Ariſtotelis inductione.

In Ludderum. — ¶ Expende autem o amice lector Ludderi in ſacris literis oſcitantiam, quod audet affirmare: nunq̃ Chr̄um peccatores coegiſſe timore ad pœnitētiam: cum tota eccle-
Augu. — ſia nouerit, qualis fuerit Pauli apoſtoli uocatio uelut docte meminit B. Auguſt. inquiens. Cum Chriſtus Petrum & alios apoſtolos uerbo ſolo euocaſſet: Paulum eccleſiæ ſuę poſtea magnum ędificatorem,ſed horrendum antea uaſtatorem,non ſolū
Vocatio Pauli — uoce compeſcuit,uerum etiam poteſtate proſtrauit: atq; in infidelitatis tenebris ſęuientem, ad deſyderandum lumen cordis ut ſurgeret, prius cęcitate corporis percuſſit: ſi pœna illa non eſſet,non ab ea poſtmodum ſanaretur: inuehitur poſtea Augu. in Pelagianos: Vbi eſt inquit quod iſti clamare conſueuerunt,liberum eſſe credere uel non credere: cui uim Chriſtus intulit,quem coegit. Ecce habent Paulum apoſtolum,agnoſcant prius in eo cogentem Chriſtum, & poſtea docentem: prius ferientem & po-

tem̃,& poſtea conſolantem. Perſpicis iam quantum Auguſtinianus Ludder ab Au-
guſtino diſſideat δὶσ δ̔ιαπασῶν. Ludder neminem uult a Chriſto coactum uel du-
rius uocatũ: Contra Auguſt. Paulum dicit coactũ & percuſſum. Subdit Auguſti-
nus. Mirum eſt quomodo ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit,
plus omnibus laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem: eius perfe-
cta charitas foras mittit timorem. Sed ſcio quid hic cogitet Ludder pro malicia ſua:
Auguſtinum hic non recipio: quod ex aſſe mihi reluctetur: quia hic & ſupra Iohã- *Augu.*
nem & in Epiſtola ad Vincentium, libris contra Pitilianum & Donatiſtas Augu. *Hæretici pote-*
ubiq; affirmat, eccleſiam per implorationem poteſtatis ſæcularis licite poſſe impel- *ſtate cohercẽdi*
lere hæreticos: ut ad gremium & unitatẽ eccleſiæ reuertantur: hoc eſt ꝙ odit Lud-
der, quod dolet capitulo ſuo: nam timens pelli ſuæ etiam hanc poſuit hæreticam
propoſitionem. Hæreticos comburi eſt contra uoluntatem ſpiritus.

¶ Adducamus ergo alium teſtem omni exceptione maiorem Chriſtum: qui in euã-
gelio per parabolam oſtendit, quomõ plures multifariam uocat. Quoſdam autem *Luc.14.*
non uocet, ſed compellat intrare ad cœnam: ita enim inquit Lucas. Et ait dominus
ſeruo. Exi in uias & ſepes, & cõpelle intrare: ut impleatur domus mea. Hic iã quis
non uidet, aliquos non dulciter uocatos, ſed cõpulſos uenire ad cœnã: ſicut largiter
proſequitur B. Gregorius Homilia. xxxviij. plerosq; frangi huius mundi aduerſita- *Grego.*
tibus, ut ad dei amorem redeant: quia præſentis uitæ deſiderijs corriguntur. Id pro-
pheta etiam antea dixerat eodem loco a Gregorio explicatus. Ita enim ait Oſeas. *Oſee.2.*
Propter hoc ecce ego ſepiã uiam tuã ſpinis: & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas
nõ inueniet: & ſequet̃ amatores ſuos & non apprehendet eos: & quęret eos & non
inueniet, & dicet. Vadã & reuertar ad uirum meum priorẽ: quia bene mihi tunc
erat magis quam nunc. Quæ eſt illa uxor quæ recedit a uiro ſuo: niſi anima pecca-
trix, quæ cum ſequitur adulteros per malas concupiſcentias, ſpinis aduerſitatum &
pœnarum cohercetur: quæ ſe ita uidens affligi pœnis, timore ſpinarum proponit
ſe uelle reuerti per pœnitentiam ad priorem uirum: ad deum: quia melius ſit ei eſ-
ſe in gratia: quam ſeruire diabolo & peccatis. Ruit ergo iam Euangelico & pro-
phetico impugnata eloquio, Ludderana ſentẽtia, nullum niſi dulciter uocatũ &c.
plura ubiq; occurrũt huius rei teſtimonia: at quid in re manifeſtaria & omnib. catho-
licis obuia, tempus perdimus: nam quod Ludderus in diſputatione Lipſica niteba-
tur euacuare illos locos: eo quod Paulus etiam percuſſus, ſine gratia dei non fuiſſet
curatus: nec ille compulſus intrare, ſine gratia intraret: hoc quidem liquet: quam ni-
hil omnino officiat propoſito: fatemur contra hoſtes gratiæ Pelagianos gratiam
fore neceſſariam: ſed contra Ludderanos: Euangelicis & propheticis innixi ſun-
damentis aſtruimus: timorem eſſe idoneum medium a peccatis ueniendi ad gra-
tiam. Et hoc euincitur locis allegatis ad quod nihil reſpondet Ludder: ſed ſicut ri-
diculus fidicen chorda ſemper oberrat eadem, dicens. gratiam dei neceſſariam:
quod nemo negat: ſed & poſterius docebimus: & hunc quoq; timorem eſſe do-
num ſpiritus ſancti. fateor flagella dei non ſemper aſſequi profectum emendatio-
nis, ſicut nec correctionẽ: patuit hoc in Cain, in Pharaone, in Saule, & in Ieſabele, &
in Iuda traditore: quẽ dominus minis abſterrere uoluit (ut pulchre Chryſoſtomus *Chryſo.*
in homilia proſequitur) dicens diſcipulis Iuda præſente. Amen dico uobis quia *Mar.14.*
unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum: & iterum. Vnus ex duodecim qui
intingit manum mecum in catino: & filius quidem hominis uadit ſicut ſcriptum eſt
de eo: Vę autem homini illi per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei ſi na-
tus non fuiſſet homo ille. Sed factus eſt ſicut aſpis ſurda, obturans aures eius: ne au- *Eccleſ.7.*
diret uocem incantantis ſapienter: quia quem deus deſpexit: nemo corrigit.

Timorem ſeruilem eſſe initium ſapientiæ ex Paulo & alijs pluribus oſtenditur. Cap. X.

QVantam autem in ſacris ſcripturis habeat intelligentiam Ludder: ipſe hic
prodit: nã iuxta cor ſuum uenenatũ ſacras tractat, imo lacerat ſcripturas:
non accipiens ſententiam ſpiritus eccleſiæ & ſanctorum. Magna enim im
pietate pronunciat, ea quæ in ſanctis ſcripturis & patribus de initio pœnitentiæ di-
cuntur, debere intelligi de timore filiali non pœnarum: q̃uis cum urgerem eum Li-
Ludder uictus pſiæ, peruici hominem: ut etiam timorem pœnarum ſineret eſſe initium pœniten
Lipſiæ. tiæ: licet cum gratia: quo conceſſo ruit ſuperba turris ſua Babylonica: quam in cõ-
fuſionem prædicatorum erigere molitus eſt. At præſtat firmare noſtra, ut ſic con-
Eccle. 1. fundantur aduerſa: Vulgatiſſimus eſt ſapientiæ locus. Initium ſapientiæ timor do-
Pſalm. 110. mini: quo uſus eſt prius Dauid, & Salomon. Timor domini principium ſapientiæ,
Prouer. 1. quem peſſime lacerat hic Ludder: dicendo quod de filiali, non ſeruili timore intelli
Gloſſ. gatur. Et quod non ſit initium ſapientiæ niſi cum gratia. Sed inuicta ueritas contra-
rium aſtruit. nam primo aduerſatur ei gloſſa interlinearis, quæ adijcit, timor ſcilicet
Caßiodo. ſeruilis, Proue. 1. Sic repugnat ei Caſſiodorus ſuper illo Pſal. metus iudicij, ianua eſt
conuerſionis: ſi addatur diſcretio dilectionis: modo metus iudicij eſt actus timoris
Beda. ſeruilis. Sic intellexit Beda: et tralatũ eſt in gloſ. ordinariam. Duo ſunt timores domi
ni inquit: ſeruilis qui principium ſapientiæ eſt amicus eſt filialis qui perfectionẽ ſa-
pientiæ comitatur. Et docet poſtea quomodo ſeruilis ſit initium ſapientiæ: quia qui
poſt errata ſapere incipit: primo terrore diuino corripitur, ne puniatur: ſed hũc per
Pſalm. 118. fecta charitas foras mittit. Hos duos timores pulchre tetigit Dauid. Confige a ti-
more tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui: fatetur enim hic ſe Dauid habere
timorem pœnę: quia a mandatis domini timui: & petit configi a timore domini ca-
ſto carnem ſuam: hoc eſt carnalia deſyderia, quaſi re ipſa Dauid oſtenderet timo-
rem mandatorum eſſe medium perueniendi ad timorem filialem.
Augu. ¶ Ideo S. Auguſt. Et nobiles eorum in manicis ferreis: ferrea ſunt uincula inquit,
Pſal. 149. q̃diu timent, ament, & aurea erunt: audiſtis Apoſtolum Iohannem. Timor nõ eſt
1. Iohan. 4. in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor tormentum ha-
bet: hoc eſt uinculum ferreum: & tamen niſi timore incipiat homo deum colere, nõ
perueniat ad amorẽ initium ſapientię timor domini: incipit ergo a uinculis ferreis et
Dan. 5. finitur ad torquem auream: dictum eſt enim de ſapientia. Et torquem auream circa
ceruicem tuam. Non tibi imponeret torquem auream: niſi primum in compedibus
ferreis te alligaſſet: ſed incepiſti a timore: conſumaris a ſapientia: Hæc eo prolixius
Staubitz ſeductor Ludderi. induxi, ut omnis homo qui ſpirat intelligat quantum abſint Ludder & Staupitius
Auguſtiniani, a ſancto patre Auguſtino in recta ſacrarum literarum intelligentia.
Auguſtinus ſubnixus ſacra ſcriptura definit, nullum iuſtificari, niſi incipiat a timo-
re: Ludder negat talem iuſtificari, ſed eſſe hypocritam & magis peccatorem: ſed ab
amore debeat incipere: hæc eſt illa noua inflata βαταλογια qua uelut rana æſopica,
tument Ludderani, neotericos cum ueteribus patribus contemnentes.
¶ Sed rurſus inuictam ueritatem aſtruamus timorem ſeruilem eſſe initium pœni-
tentiæ & ſapientiæ. Et ſemper intelligo per timorem ſeruilem, timorem pœnarum
tam præſentis ſæculi, quam futuri. Tunc roboratur ueritas catholica per Apoſtolũ
1. Thimo. 5. Paulum. Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri habeant timorem. Hic S.
Paulus uult publice peccantem publice redargui: ut alij timentes ſic publice redar-
gui: a peccatis ceſſent. Quid ad hæc dicet: aut omnino dicere poteſt lupus ille ſacra-
rum literarum: quomodo Paulinus theologus (qualem ſe iactitat ſumma arrogan-
tia Ludder) S. Paulo tam aperte aduerſatur. Vult S. Paul. pro eccleſiæ ædificatione

peccantes

peccantes notorios, publice argui: ut alij timore huiuſmodi correptionis cohercean-
tur: Ludder palliatus Paulinus id pernegat; ſed illo timore factos illos magis peccato
res & hypocritas; ſed in malam crucem abeat Ludder antequam credamus ei plus:
quam uaſi electionis, archanorum dei conſcio; & in tertium cœlum rapto. Et non ſo
lum non credamus plus illi monſtro Luddero & ſuo Grammatico Melancthoni,
quam S. Paulo; ſed etiam mille anathematizemus Ludderos, & angelum quoq; ſi ali-
ud euangelizauerit nobis; ꝗ S. Paulus: Vt autem eſt inſigniter temerarius; ſibi ſoli ar
rogabit intelligentiam epiſtolarum S. Pauli; ut obſtruatur os loquentis inania: addu-
co duos teſtes irrefragabiles, qui Apoſtoli uerba, ſecundum intelligentiam quã de-
di, explanant. Nam Athanaſius infatigabilis hæreticorum malleus adhuc ſcriptis ſuis **Athanaſi.**
caput Ludderi concutit, dicens ſuper hoc loco Apoſtoli. Hoc eſt eos qui in prauis
facinoribus perſeuerant; & quos inquirendo deliquiſſe compereris, propalam obiur
gato. Non ut iracundiæ medearis; ſed ut cæteri affecti formidine a peccatis abſtine-
ant. Oportet itaq; ut alijs terrori Epiſcopus ſit; nam ut ſine cauſa quempiam condẽ-
nare, temeritatis eſt & imprudentiæ; ſic ſontes & noxios non increpare, peſtiferum:
nam in plures morbus in poſterũ diſſeminabitur. Audi Ludder & rubeſce S. Pauli
uerba ſic accipit Magnus Athanaſius; quod timore & formidine uoluerit aliquos a
peccatis continere; & tu aſſeris timorem augere peccatum; & abundantius teſtatur;
per timorem effici; ne morbus in poſterum in plures diſſeminetur; & tu contra af-
firmas ipſum timorem eſſe infirmitatem; & reddere timentem infirmiorem. Vi-
de quam belle Paulo tuo concordes, & ſanctis patribus, albo nigrum; lupus agno.
¶ Audi etiam ſanctum Ambroſium (ſi tandem ab inſania tua reſipiſcas) ita ſcri- **Ambroſi.**
bentem. Delinquentes autem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant.
Adnotauit florentiſſimus præſul. Si probetur, aut manifeſtum ſit, quia preſby-
ter irreuerenter uerſatus ſit, publice arguatur: ut cæteri terreantur: quod non ſo-
lum ordinatis proficit; ſed etiam plæbi: quando enim uident uirum in dignitate
conſtitutũ: erroris cauſa corripi, neceſſe eſt ut caueant ſibi. Ecce Ludder audis Chri
ſti ſacerdotẽ, uerum Iſrahelitam, dicere illos timore proficere, qñ timore infamiæ, ca-
ueant ſibi a peccatis; quid ergo tu contra Paulum, contra lumina eccleſiæ, tam pro-
terue & malitioſe negas, bene a noſtræ ætatis prædicatoribus prędicari. Contritio-
nem parandam recogitatione pœnarum inferni. Sed hi ſunt antiqui ſerpentis ſibili, ſa **In Ludderum.**
lutem fidelium impedientis; ille per te loquitur Ludder, qui ab initio in ueritate non
ſtetit, & mẽdax eſt, quod homini uſq; in profundam cęcitatem obſtinato, adhuc plu-
ribus patefaciamus.

Timorem ſeruilem eſſe bonum, & initium pœnitentiæ inuicte ex Auguſtino probatur; & charitatem & timorem ſe compati. Cap. XI.

QVia ueritati, ſua non deſunt patrocinia; quæ abunde ſpirituſſanctus per ſa
crarum literarum ſcriptores & eccleſiaſticos patres mundo manifeſtauit:
adhuc plura proferamus teſtimonia. Et primo prodeat glo. ordinaria ſuper
Paulo. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiri- **Gloſſ. Ro. 8.**
tum adoptionis filioꝝ dei; in quo clamamus abba pater. Vbi glo. poſteaq; doctiſſime
(illud. n. non intelligit Ludder; hinc adeo inſigniter delyrat) duplices timores ſepa-
raſſet, de ſeruili timore ſubdit. Et ſeruilis qui bonus eſt & a deo, ſed non ſufficiens.
Quod dictũ cõuenit cum illo Augu. a Petro Longobardo repetitum ex cõmenta- **Augu.**
rijs Pſalmidicis. Timor ſeruilis eſt, cum per timorem gehennæ continet ſe homo a
peccato; quo præſentiam iudicis & pœnas metuit; & timore facit, quicquid boni fa-

cit: non timore amittendi æternum bonum: quod non amat: ſed timore paciēdi malum quod formidat: Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi: ſed timet ne mittatur in gehennam. Bonus eſt iſte timor & utilis, licet inſufficiens: per quē paulatim fit cōſuetudo iuſtitiæ. forte Ludder ut eſt ingenioſus ad torquēdum ſacras literas, mox reſiſtet: non probari per hoc timorem ſeruilem eſſe initium ſapientiæ, etiā ſi dicatur bonus & utilis ab Auguſtino.

Augu. ¶ Ideo adducam ei Auguſtinum adeo apertum & candidum, ut cum omnibus ſuis Carlſtadijs & Melancthonibus, nec hiſcere quidem poſſit in contrarium: is omnem
Tract. 9. hanc difficultatem, Luddero nondum nato, amputauit ſuper epiſtola Iohan. Verba eius ad longum recenſeamus. Cœpit (inquit) credere diem iudicij. Si cœpit credere: cœpit & timere. ſed quia timet, adhuc nondum habet fiduciam in diem iudicij: nondum eſt in illo perfecta charitas: nunquid tamen deſperandum eſt? in quo uides initium: cur deſperes finem? Quod initium uideo inquies? ipſum timorem: audi ſcri-
Sapien. 1. pturam. Initium ſapientiæ timor domini. Cœpit ergo timere diem iudicij: timendo corrigit ſe: uigilat aduerſus hoſtes ſuos, ideſt peccata ſua: incipit reuiuiſcere interius & mortificare membra ſua, quæ ſunt ſuper terram. Vides S. Auguſtinum initium ſapientiæ poſuiſſe timorem pœnarum nondum inchoata charitate. Et certe ra-
Rō pro Augu. tio inſuperabilis firmat dictum Auguſtini: nam cum hic per ſapientiam, charitas intelligatur, quæ eſt uera ſapientia, faciens diuina bene ſapere animę & rectificans guſtum ſpiritus. Si ergo iuxta Ludderanam ſententiam: timor filialis eſt initium ſapientiæ: & timor filialis non eſt ſine charitate: ſequetur charitatem eſſe initiatam ante ſuū initium: quo quid abſurdius imaginari poteſt.

Auguſt. ¶ At proſequamur uerba Auguſtini: inquit enim poſt pauca ſic. Ergo incipiat timor: quia initium ſapientiæ timor domini: cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor: qui ei locum præparauit: quantum enim illa creſcit, ille decreſcit, & quātum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor, minor charitas, maior timor. Si autem nullus timor, non eſt qua intret charitas: Sicut uidemus per
Symbolū ſetæ. ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur: ſeta prius intrat: ſed niſi exeat, non ſuccedit linum. Sic timor primo occupat mentem: non autem ibi remanet timor: quia ideo intrauit, ut introduceret charitatem. Quis non intelligit Auguſtinum loqui de timore ſeruili, quem ſtatuit initiare, & introducere charitatem quod ex hoc euidentiſſime conuincitur: quia minuitur ad augmētum charitatis, Immo omnino pellitur foras a charitate perfecta. Sed filialis timor augetur: & coęuus eſt charitati: qa timor
Pſal. 18. domini caſtus inæternum permanet & in ſæculum ſæculi. Alioquin nunquam dixiſ
Iſa. 11. ſet Iſaias de Chriſto, requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris domini: in quo perfectiſſima fuit charitas, & ſpiritus non ad menſuram.

¶ Et ne credas Auguſtinum pœnitere ſui dicti illud roborat in ſequentib. per Pſal.
Pſalm. 29. Conuertiſti luctum meum in gaudium: mihi concidiſti ſaccum meum, & cinxiſti me lætitia: ut cantem tibi gloria mea, & non compungar: hic propheta gratias Deo agit de perfecta charitate: quæ foras miſit timorem, ſtimulantem & pungentem cōſcientiam. Stimulat mentem timor: intrat charitas, ſanat quod uulnerat timor: Adij-
Symbolum timoris. cit huius rei ſymbolum Auguſtinus. Timor dei ſic uulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit: & quaſi uidetur uulnus augere. Ecce putredo quando erat in corpore, minus erat uulnus, ſed periculoſum: accedit ferramentum medici: minus dolebat illud uulnus: quam modo dolet cum ſecatur: plus dolet cum curatur, quam ſi non curaretur. Sed ideo plus dolet accedente medicina: ut nunquam doleat ſuccedente ſalute. Occupet ergo cor tuum timor: & inducta charitate ſuccedat cicatrix ferramenti medici. Quomodo ualidius poſſet explicare Auguſtinus ſententiam ſuam de timore ſeruili, quomodo ſit initium ſapientiæ. Et ſimul tacite

reſpondet

reſpondet obiectioni:qua quis cauſaretur timorem ſeruilem pungere & uulnerare:
quia timor iſte uulnerat ut curet,non ut lædat.

¶ Et ut omnibus numeris Auguſtinus aduerſetur notho ſuo Auguſtiniano Lud=
dero,adhuc plus dicit.Si ſine timore es:non poteris iuſtificari: ſententia dicta eſt de *Ecci 1.*
ſcripturis.Nam qui ſine timore eſt:non poterit iuſtificari. Opus eſt ergo,ut intret ti
mor primo,per quem ueniat charitas:timor medicamentum, charitas ſanitas. poſtea
ſeparans duos timores inquit. Sunt homines qui propterea timent ne mittantur in
gehennam,ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno.Ipſe eſt timor,qui introdu *Timor ſeruilis*
cit charitatem:ſed ſic uenit ut exeat. Adhuc eſt aliquis tam inſenſatus,qui auſit nega
re,hanc fuiſſe Auguſtini ſententiam, initium ſapientiæ eſſe timorem ſeruilem. Ex=
pendat aliquis iam utriusq; iudicium, & S. Auguſtini & Ludderi. Auguſtinus iu= *Confer Augu.*
dicat timorem ſeruilem eſſe initium pœnitentiæ & amorem conſummationem & fi *& Ludde.*
nem.Contra Ludder negat timorem eſſe initium pœnitentiæ ſed hypochriſis aug=
mentum. Et amorem qui eſt finis apud Auguſtinum: ſtatuit ille initium pœniten=
tię.Auguſtinus ſententiam dicit de ſcripturis dictam. Qui ſine timore eſt,non pote=
rit iuſtificari.Contra Ludder uocem Staupitij ſui exiſtimat de cœlo ſonantem, non
eſſe ueram pœnitentiam:niſi quę ab amore iuſtitiæ & dei incipiat. Cõfer hic ſcriptu
ram & Staupicium:poſtea Auguſtinum & Ludderꝝ:& decerne utri plꝰ credendũ. *Staupitius*

¶ Anteq; promoueamus hic pedem, ex re erit tua optime lector, te unius commo=
nefacere,quod Ludder ignorauit: & plures neoterici non aduerterunt. Exiſtimat *Error quorun*
Ludder,& plures alij in hoc decipiuntur:quod charitas expellat timorem ſeruilem: *dam*
ſicut peccatum:ita ꝙ adueniente charitate, ceſſet omnino timor ſeruilis. Ipſorum.n.
opinione,non poterunt ſtare ſimul,charitas & timor ſeruilis:Sed deſtruit hunc erro *Augu.*
rem Auguſtinus negans charitatem niſi perfectam,foras mittere timorem.Et ne ca
ptioſe argutaris de perfecta charitate: manifeſte ſine inuolucris teſtatur charitatem *Timor cũ cha*
manere cum timore ſeruili:nam de illo agit:adijcit enim ubi minor charitas: ibi ma= *ritate.*
ior timor:quia quantum creſcit charitas,tantum timor decreſcit:non ergo repugnãt
adeo:quod ſe non compatiantur:ſed ſubeſſe perfecto nequeunt in eodem eſſe domi=
cilio:quod ſumme eſt aduertendum:alioquin plures abſterrerentur, ſentientes timo
rem pœnarum:ne deſperarent ſe non recipere gratiam. Et pro illo uidetur euidens
teſtimonium Malachiæ,per quem dominus dixit. Filius honorat patrem, & ſeruus *Mala.1.*
dominum ſuum.Si ergo pater ego ſum:ubi eſt honor meus.Et ſi dominus ego ſum:
ubi eſt timor meus dicit Dominus exercituum.Quis hic negabit (niſi cum Ludde=
ro colaphizare uelit prophetam)Deum expoſcere a nobis, quod diligamus eum ut
patrem:Et timeamus ut dominum.Nec arbitrare ſolum Auguſtinum hoc uidiſſe:
Nam & B.Bernhardus ſuper Canticis hoc idem uidit:cum dixit. Donec quis pre= *Bernhar.*
mitur a ſpiritu ſeruitutis:parumq; habet de ſpe,de timore plurimum:non eſt ei pax,
neq; requies fluctuante nimirum conſcientia inter ſpem & timorem: maximeq; ꝙ a
ſuperabundante timore abundantius crucietur:nam timor habet pœnam. Et ideo
non eſt illi dicere.In pace inidipſum,dormiam & requieſcam:quoniam nec dum ſin= *Pſalm.4.*
gulariter ſe conſtitutum in ſpe poteſt dicere.Cæterum ſi paulatim per incrementum *Athanaſius*
gratiæ cœperit deficere timor, & proficere ſpes: cum demum ad hoc uentum fue=
rit:ut totis uiribus exurgens charitas in adiutorium ſpei, foras mittat timorem: tunc
eiuſmodi anima ſingulariter in ſpe cõſtituitur: habes nõ mox timorẽ expelli,ſed per
incrementum gratiæ. Et ſic offenſe leges glo.ſuper illo. Non enim accepiſtis ſpiritũ *Gloſſ.Ro.8.*
ſeruitutis iterum in timore &c.ubi ponit duos timores:qui faciant duo genera ſeruo
rum.Et de uno dicit,ꝙ ſit ſeruus qui & filius quod intellige iuxta prædicta: ꝙ ſit ſer=
uus ratione timoris & pœnæ:& ſit filius ob charitatem.Hoc uelim memori mẽte te=
neas, nec cures: quæ alij in diuerſum ratiocinantur: tamen hoc non negliges, ſi ue=

lint timorem ſeruilem includere deformitatem peccati: ut S. Bonauen. & alij adno-
Bonauen. tent:non poterit ratione deformitatis timor ille manere cum charitate; at omittentes
parerga iſta, ad inſtitutum reuertamur.

Idem pluribus ex Auguſtino probatur. Cap. XII.

Q Vamuis plures Auguſtini locos poſſemus decerpere: at quia iam explora-
tum habemus Auguſtini mentem:ſuperuacaneum eſſet diutius immorari:
obiter ſolum attingamus aliquos locos, ut oſtendamus quomodo ſemper ſi-
Augu. Pſalm. 5. bi ſimilis ſit Auguſtinus ſolidæ inſiſtens ueritati. Dicit enim. Introibo in templũ ſan-
ctum tuum, in timore tuo, fortaſſe propter hoc addidit. In timore tuo, quod magnũ
præſidium procedentibꝰ ad ſalutem:cum autem quiſquis peruenerit:fiet in eo quod
dictum eſt:conſummata dilectio foras mittit timorem. procedentibus ergo cũ profi-
ciat timor ille ſeruilis:quid rei hoc eſt quod Ludder catholicos improbat: quia doce-
ant pœnitentiam concipi a deteſtatione peccatorum, qua quis recogitet grauitatem
& multitudinem peccatoꝝ, æternã damnationem &c.

Augu. ¶ Sic B. Auguſtinus lib. ij. de Geneſi contra Manichæos inquit. Nihil enim ſic reuo-
cat homines a peccatis, quemadmodum imminentis mortis cogitatio. Adhuc quatis
caput Luddere, timor mortis imminentis reuocat homines a peccatis.

Auguſt. cap. 6. ¶ Non diſſonat ueritati, nec ſibi Auguſtinus libro de contritione cordis:qui totus fer-
me poſſet induci:at pauca audiamus. O peccata mea inquit, magna eſtis ualde, mul-
ta eſtis nimis, ſi a uobis non abſoluatur:quid erit mihi? Iudex enim terribiliter diſtri-
ctus, inæqualiter ſæuus, immoderate offenſus:uehementer iratus. Sententia immu-
tabilis, carcer irremedicabilis, tormenta ſine interuallo, & ſine temperamento, torto-
res horribiles, qui nunquam laſſantur, nunquam miſerentur. Timor reum contur-
bat, conſcientia confundit, cogitationes increpant, & fugere non licet. Ecce in quibꝰ
periculis conſiſto inceſſanter, & quia non ſemper hoc cogito, ero miſerior, & miſera-
bilior, quia obliuiſci poſſum. Semper enim Deus uidet peccata mea, ſemper incuti-
untur diſtricta iudicia. Expende amice Lector per quæ Auguſtinus in eo ipſo ope-
re de contritione cordis, docet eam parari. Si homo recogitet peccata ſua, iratum iu-
dicẽ:tortores horribiles, pœnas æternas:quẽ Neoterici diuini uerbi præcones ſequũ-
tur Ludder cõtra reijcit & dãnat, quia timorem ſeruilẽ incutiant, q̃ faciat magis pec-
Augu. Cap. 9. catorem & hypocritã. Cur aũt S. Auguſtinus, Si huiuſmodi recogitatio hypocri-
tam facit, docet eodem libro triplicem recogitare abyſſum, puta peccatorum, pœ-
narum, & iudiciorum dei:quare Ludder non modo neotericorum ſermones ad po-
pulum reijcit:ſed S. Auguſtini (quem gloriatur ſe habere patrem ordinis ſui) doctri-
nam ubiq; ſubuertit.

Augu. Cap. 18. ¶ Prolixum eſſet referre Auguſtinum de ſpiritu & litera, quem in alijs locis eiuſdem
libri, male intellectis, Ludder accepit in petram ſcandali & offenſionis. Cõparat au-
tem Auguſtinus leges ad affectus:q̃ ſicut lex præceſſerit Euangelium: ſic timor præ-
cedat charitatem:lex autem modo ſit euacuata:quoniam pœdagogus terrens aufer-
tur, cum timori ſucceſſerit charitas.

Auguſt. Cap. 2. Speculum peccatoris. ¶ Omitto quod idem Auguſtinus in libro de ſpeculo peccatoris, conqueritur pau-
cos eſſe:quibus ante oculos ſit propriæ fragilitatis cognitio, corruptibilis carnis cor-
ruptio, peccatorum recordatio, inſtantis mortis meditatio, & feruentis putei gehen-
næ cogitatio: hoc eſt ſpeculum quod ſanctus Auguſtinus optat omnes peccato-
res habere: contra Ludder catholicæ ueritatis inimicus, robuſtus uenator dia-
boli: non uult peccatores hoc ſpeculum intueri: ne agnita eorum feditate, ex
manibus inferorum elabantur. Immo ſi uera eſſet Ludderi ſententia (ſicut eſt
falſiſſima)

falſiſſima) totus ille liber Auguſtini, cum omnibus alijs ſuperius citatis, eſſet errone= us,ſeductiuus,& ſaluti animarum contrarius: quod de catholico doctore, tot ſæcu= lis a tota eccleſia recepto & approbato,minime ſentiamus.Credamus potius Ludde rum eſſe talem, qui ſuperbia tumidus, gloria inflatus, magiſterium exerceat hære= ſum,errores reuocando extinctos, & nouos inueniendo: uelut docte de eo docta Parrhiſien. diffiniuit ſchola, eum fecem & ſentinam omnium hereſum nominando. *In Ludderum.* *Parrhiſien.*

¶ Addat prioribus diligens lector, quę Auguſtinus in hanc rem dixit libro de uera & falſa pœnitentia,potiſſimum in cap.xiiij.Item orationem integram his annectere poteris in tribulatione,ab eo libro meditationum cap.xxxviij.conſcriptam: & alia q̄ ſparſim in commentarijs Pſalmorum,Euangelij Iohannis, de ciuitate dei, & alijs li= bris in hanc ſententiam conſcripſit.Nos ad alios catholicos proceres ueniamus. *Augu.*

Idem probatur ex Chryſoſtomo, de pœna damni & ſenſus. Cap.XIII.

PLenis uelis ex Græcia,nauigat contra Ludderum,aureum os:quod non ni ſi aurea & catholica intonabit,operepreciu m erit audire Chryſoſtomum: Nam cum Ludder(iam in ſenſum reprobum datus) male uelit latinæ eccle ſię & latinis patribus,Græcos extollens etiam malos ſchyſmaticos & hæreticos:quan to huic libenter auſcultabit,bonorum Gręcorum doctiſſimo,& doctorum optimo. Sic autem inquit in Homilia lxxx.de pœnitentia ad populum. Pœnitentiam non o= portet iraſci,nec efferari:ſed conteri quaſi damnatum,quaſi non habentem fiduciam: quaſi addictum,ut ex miſericordia ſola ſaluari debentem,ut uiſum in benefactorem ingratum & reprobum,& innumeris dignum ſupplicijs:& infra.Pręueniens Deus in nos beneficia confert:& rurſum præuaricatos, uenia dignos efficit: & pœnas ſta= tim non infert:ut per omnia nos trahat ad pœnitentiam.Et quæ benefacit: & in eo ꝙ longanimiter ſuſtinet: frequenter autem & per quę quoſdam caſtigat & illorum ti= more correctis,pœnæ fugiant periculum.Hic populo Antiocheno pręedicauit Grę cus Chryſo.aliqs timore pœnarum correctos, pœnarꝫ fugere periculum. Et Lud= der non uult ſic pręedicari populo noſtro,Non ſolum eandem ſententiam,ſed iiſdem etiam uerbis repetit Chryſo.Homilia xxxi.ſuper epiſtola Pauli ad Hebrę.ne credas eum,minus attente alibi locutum.Timore itaqꝫ pœnarꝫ,emēdantur peccatores(etiā inuito Luddero & Staupitio)ut ſic pœnarum effugiant pericula. *Chryſoſto.* *Chryſo.*

¶ Explicatius hanc rem agit in Homi.29. ubi ponit ꝟba pęnitentis ad deū,in hanc ſententiam. Dn̄e ante te omne deſiderium meum:& gemitus cordis mei a te nō eſt abſconditus:clamorem meum ſuſpiriumqꝫ intellige:pauor peccati ſollicitat me, pon dus conſcientiæ meæ deprimit me: non eſt mihi ſpes uiuendi, neqꝫ fiducia moriendi, Iudicium tuum deus uereor: & pœnas timeo impijs præparatas: audi me obſecro: modo dum tempus eſt:remitte quod timeo: dele quod uereor priuſqꝫ abeo, & am= plius non ero.Hic iam expende,quomodo S.Chryſoſtomus docuerit peccatores uo lentes pœnitere,uereri iudicium,timere pœnas, non habere fiduciam moriendi: de= ſtruere nititur hanc catholicam inſtructionem Ludder: ꝙ pœnæ non ſint timendæ: quia timor iſte faciat magis peccatorē & hypocritam.At Chryſoſtomo(dimiſſo pſeu do apoſtolo Luddero)credamus potius,nobis promittenti.Tali animo pœnitēti,re= miſſio datur & uita donatur:nec regnum deerit a domino tribuendum. *Pſal.37.* *Chryſoſto.*

¶ Locupletius hoc agit Homi.xv.ſuper 1.epiſtola Pauli ad Timo. eleganter ſic in= quiens.Plures uirtutem quoqꝫ neceſſitate, non uoluntate eligentes, magnum ex ti= more percipiunt fructum:dum ſuas concupiſcentias frenant:idcirco de gehenna te= xitur ſermo:ut ex ea comminatione, ac metu lucremur plurimum. Si enim traditu=

rus æternis ignibus peccatores, ea incendia non intentaſſet: plures profecto in illa inciciſſent. Nam ſi modo quoq; gehennæ horror, noſtros concutit animos, non deſunt, qui tam facile delinquant, ac ſi nulla eius mētio fieret: ſi nihil huiuſmodi prædictum eſſet: nulla præceſſiſſet comminatio: quo non prorupiſſet noſtra effrenata ueſania? Non ergo minus (quod ſemper dico) dei prouidentiam commendat gehenna: quā promiſſio regni. Quippe huic illa cooperatur: dum metu ad id compellit homines. Nec eſt ſane cur eam rem atrocitatis aut immanitatis eſſe putemus, ſed miſericordiæ potius, ineffabiliſque clementiæ, prouidentiæ, & ſingularis in nos beneuolentiæ ſignum: niſi enim hoc, in gehennam laberemur: & infra. Quod Chriſtus prædixit futurum fabulam eſſe plerịq; putant ac rident: nullus timore corripitur, nemo lachrymas fundit: nullus percutit pectus, fluuius ignis ebullit: flamma ſuccenditur: & nos riſui, delicijs uacamus, ac ſine ullo metu peccamus: hæc & multa alia intonat diſertiſſime Iohan. Chryſoſt. in huncfinem, quod per comminationes Deus uelit nobis incutere timorem: quo a peccatiscaueamus. Et tantum abeſt ut cum Luddero ſentiat hunc facere hypocritam & magis peccatorem: ut etiam extollat & celebret, tanquam clementiæ & beneuolentiæ ſignum: & magnum ſtatuit fructum, qui ex timore proueniat: quem Ludder cōtra tantopere damnat.

Chryſoſto.

¶ Hoc inſuper agit libro de compunctione cordis: ubi ſemper timorem pœnarum conculcat: longum eſſet omnia referre. Audiamus tamen quid in fine primi libri dicat. Semper recordemur mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos: ut pro his ſupplicemus Deo: ut gehennam ponamus in cōſpectib. noſtris: & angelos qui in die iudicij ubiq; diſcurrunt: & congregent de omni orbe terrarum, eos qui trudendi ſunt in gehennam ignis: ponamus etiam & illud ante oculos: quanti doloris eſt excludi, ac proijci a regno cœlorum quod ut mihi uidetur grauius eſt ipſa gehenna. Nam & ſi ignis ille non arderet: & immortalis illa pœna nō eſſet parata: hoc ſolum quod alieni efficimur a Deo: & excludimur a bonis æternis: nonne omni pœna cruciabilius diceretur? Quod ſi non ſufficiunt hæc ad erigendas animas, & incitandas ad ſpem: illud ſaltem reuocemus ad memoriam exemplum, quod de uirginibus refertur: quæ excluſæ a thalamo ſponſi ſunt, propter olei defectum. Ponamus noſmetipſos in illis quę excluduntur: & uideamus qui dolor: & quę pœna ſit: ſi cogitemus eadem et nos pati: ſi negligimus. Eſt ne aliquis ita lapideus: qui hoc exemplo non moueatur: & timeat ne ſimilia incurrat. Hæc Chryſoſto. prolixius induximus: eo quod aureum os hic aperte ponat duplicem pœnam damnatorum, damni & ſenſus: ubi pœna damni maior eſt quam ſenſus. Et quod noſtro affirmatiſſime aſtipuletur propoſito. Nam uolens parere pœnitentiam interiorem in mentibus auditorum, quam ipſe compunctionem, noſtri contritionem appellant, omnibus modis timorem incutit, gehennam ante oculos poni iubet: Conſpectui noſtro obijcit angelos pœnis tradentes: reuocat nobis in memoriam damnatorum exempla. Quod dum eccleſiaſtici patres a 400. annis ſcribendo fecerunt: Ludder eos damnat, reijcit ac reprobat: quia timor iſte: facit hypocritā & magis peccatorem: ſed obſtruatur (faciat deus) os loquentium iniqua.

Pœna damni

Pœna ſenſus et damni.

Idem probatur ex Ambroſio, Baſilio, & Iſidoro. Cap. XIIII.

AT ne paucos hos ſolos quos adduximus credas aduerſari Luddero: ſed & omnem eccleſiaſticorum patrum ordinem: qui ſpiritus ſancti doctrinā ſecuti: docuerunt per timorem, uelut ordinatiſſimum medium, peccatorē uenire ad gratiam & amorē dei. Ideo pergamus plures in hanc ſententiam adducere, & primo prodeat florentiſſimus præſul Ambroſius (ita ſolet eum nuncupare Auguſtinus)

Ambroſi.

ſtinus) qui Syagrio ita ſcripſit. Sunt qui neſciunt bene facere, niſi metu pœnæ, quid expreſſius dicere potuit? Sed audiamus eum in Epiſtola ad Studium ubi ſic inquit. Vbi pœna præſcribitur, debet eſſe pœnitentia peccatorum: ubi remiſſio donatur gratia eſt: præcedit pœnitentia, ſequitur gratia: neq; pœnitentia ergo ſine gratia: neque gratia ſine pœnitentia, debet enim pœnitentia prius damnare peccatum ut gratia poſſit abolere. Audis iam pœnitentiam præcedere gratiam, ubi pœna præſcribitur. Et ideo S. Ambroſius lib. ij. de uocatiõe omnium gentium: dum oſtenderet quomodo gratia præparet uoluntatem donis ſuis; & hunc timorem ſeruilem pœnarum præparatoriũ gratiæ ſtatuit, cum inquit. Hunc autem conſenſum (.ſ. uoluntatis ad gratiam) non ſolum cohortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ: ſed & metus gignit: propter quod ſcriptum eſt: principium ſapientiæ timor dñi: qui quãtiſlibet terroribus inferatur, non aliud agit, quã ut quem fecerit timentem, faciat & uolentem: nec ſolum uolentem, ſed et ſapientem: unde & illud ſcriptum eſt. Beatus cui datum eſt habere timorem domini. Quid enim tam beatificum, quã hic timor, qui genitor eruditorq; eſt ſapientiæ. Cum ergo hic timor etiã per quandã uim magni timoris imittitur, nõ ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur: ſed illa potius quę mentẽ p̃mebat caligo, diſcutit: ut uolũtas deprauata prius atq; captiua, recta efficiatur. Poteſne iã negare Ambroſ. uoluiſſe gratiã pręparare uoluntatẽ p timorẽ pœnarũ: & tu floccipendis noſtros pręedicatores ſacram ſcripturã & Ambro. ſequentes. Hinc B. Ambroſ. in lib. de uita beata, appellat timorem dñi, uiam uirtutum. *Ambroſius.*

¶ Sic B. Baſilius timorem illum Iſagogicum hoc eſt introductiuum appellat & pœdagogum ſuper Pſal. xxxij. ita enim inquit. Poſtq; timor domini initium eſt ſapientiæ domini: qui terrena ſapiunt, per terrorem erudiantur. Timor enim ut pœdagogus & Iſagogicus quidam ad pietatem ſumitur; charitas uero a timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiens perficere ſolet. Terræ igitur uniuerſę, id eſt terrenis uiris præcipit hic ſermo Dauid. Timeat eum omnis terra: commoueantur ab eo inhabitantes orbem: uides ut timor incipit & charitas perficit. Et apertius quidem hoc definit libro de inſtitutione monachali: ubi docet quali timore anima debet recedere a peccatis & ait. Primo quidem odiſſe debet illam ſuam priorem uoluptariam uitam; & ipſam memoriam eius perhorreſcere atq; execrari: deinde ut maiorem timorem habeat, magiſtro utatur ignis ęterni pauore: & metuat pœnã æternam: ſed et lachrymarum tempus agnoſcat per pœnitentiam. Hic ergo nomine & re magnus Baſilius, timorem facit pędagogum, & Iſagogicum pœnitentis & poſtremo etiam magiſtrum. Recte, ergo pœnitentes tali utuntur magiſterio, ac timore pœnitentiam concipiunt: blacteret Ludder quæ uelit, & accipiat uocẽ Staupitij ſui, q; pœnitentia ab amore incipere debeat. Nos contra iuxta doctrinam ſpiritus, docemus pœnitentiam utiliter a timore incipere: qui parat gratiæ locum, & ea adueniente decreſcit uſq; quo perfecta charitas foras mittit timorem: ubi ſponſa amplius non timet dominum: ſed deſiderat aduentum eius, habens fiduciam in die iudicij ut Iohannes ait. *Baſilius* *Timor Iſagogicum.* *Pſalm. 32.* *Baſilius.* *Timor pedagogus et magiſter* *Iohan. 4.*

¶ Iſidorum etſi a Luddero ludibrio habitum pro indoctiſſimo: attamen quia catholicis alius eſt animus: obiter eius ſentẽtiam renarrabimus, nam libro. ij. de ſumo bono, ſequens doctrinam ſpiritus expreſſe id definit, quod omnes catholici contra Ludderum ſtatuerunt: inquit enim. Omnis conuerſus ante ex fletu inchoet peccatorum: & ſic tranſeat ad deſideria ſupernorum, & infra. Ante neceſſe eſt timore cõuerti ad deum: ut metu futurarum pœnarum carnales illecebræ deuincantur; deinde oportet abiecto timore ad amorem uitæ æternæ tranſire, & quæ ſequuntur in hanc ſententiam. Ob id cap. xij. ſequenti diffinit compunctionem cordis eſſe hu- *Iſidor. Cap. 8.*

militatem mentis cum lachrymis exorientem de recordatione peccati iudicij: & po
ſtea colligit quatuor affectiones quibus mens iuſti ſalubriter cōpungitur, ſ. memo-
riam præteritorum facinorum, cogitationem futurarum pœnarum, conſideratio-
nem peregrinationis ſuæ in huius uitæ longinquitate: deſideriũ ſupernæ prię. Hæc
ſunt quæ hodie docent catholici ſeminatores uerbi dei ſicut & ante mille annos &
amplius idem docuerunt ſancti patres & martyres. Ex memoria enim præteritoꝝ
debet naſci diſplicentia; ex cogitatione futurarum pœnarum oritur timor, ex longin
quitate huius incolatus ſurgit faſtidium. Et contemplatione bonorum æter-
norum generatur deſiderium & amor: ut cadat & petat uidere bona in terra ui-
uentium.

Idem probatur ex Hieronymo & Origene. Cap. XVI:

VNa ſemper eſt omnium patrum uox contra Ludderanam hæreſim. A ti-
Hierony. more pœnitentem paulatim aſcendere ad amorem. Id quod & S. Hiero-
Malach. 1. nymus ubiq; teſtatur. Et imprimis ſuper Malachia inquit. Conſideremus
quod filius ac ſeruus in ſcripturis ſanctis uoluntate fiat, non neceſſitate naturæ: qui
enim ſpiritum adoptionis acceperit in filiũ dei uertitur: qui autem ſpiritum ſeruitu-
tis in timorem dei, ſeruus efficitur. Vult itaq; deus primum ut filij eius ſimus: & bo-
num uoluntate faciamus: ſi hoc conſequi uolumus; uel ſaltem ſeruos nos habeat: &
a malis per ſuppliciorum formidinem recedamus. Et infra. Seruus honorat dominũ
non eadem charitate qua filius: ſed ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur, honorat filius patrem
ſeruus dominum ſuum. Et tamen deus omnipotens ſciens differentiam filij & ſerui,
a filio gloriam, a ſeruo timorem expetit: principium enim ſapientiæ timor domini:
ut de timore ſeruorum ad filiorum gloriam tranſeamus. Videmus hic Hieronymũ
aſtruere timorem eſſe bonum: qui ſit a deo & de deo: & quem expetat a ſeruis, ſi-
cut amorem a filijs: quis autem ita deſipit: ut dicat deum expetere peccatum ab ho-
mine: uel illud quo fiat hypocrita & magis peccator, ſicut inſanit Ludder: quare in
Hierony. fine ponit timorem pro uno gradu quo tranſeamus ad gratiam dei. Simile dicit ſu-
Cap. 11. per Eſaia. Paruulos egere timore: quia paruuli ſunt: quem tamen perfecta charitas
foras mittit, & ibidem tamen loquitur de ſpiritu timoris, de timore qui eſt donum
Pſalm. 33. ſpiritus ſancti: de quo & affirmat loqui Pſalm. Venite filij audite me: timorem do-
mini docebo uos. Et quod in Malachia timorem illum dicit ſeruorum: in Iſaia par
uulorum, in Eccleſiaſte appellat timorem incipientium: In ſcriptura diuina affirmãs
Hierony. duplicem reperiri timorem, incipientium & perfectorum. Et in cõmentarijs ſuper
Cap. 5. Paulo ad Epheſios dicit timorem illum filialem poſſe dici reuerentiam, ſicut a Phi-
loſophis dicatur εὐλαβεία. longum eſſet omnia citare quę in commentarijs ſuper
Pſal. ſuper Prophetis & alijs operibus pro ſententia catholica doctor ſanctus diſſe-
ruit: ſufficiat nobis eſſe compertam ex allegatis eius ſententiam, quo hæreticorum
perfidia, etiam hoc malleo conteratur.

Origenes. ¶ Adiungamus huic Græcum antiquiorem, & quem inſigniter in bene ſcriptis ex
tulit, & in erratis emendauit. Origenem uolo: qui cum ſæpius hoc aſſerat; quod ca-
tholici iam ſequuntur: tamen id apertiſſime agit lib. iij. ſuper Iob diffiniens bonum
eſſe timorem pœnæ & iudiciorum dei: quem niſi dęmon expulerit: non poſſit ſe-
minare ſemen peccatorum. Verba ſua ſubſcribamus. Nam & uere, niſi primum
obſcurauerit diabolus animas eorum: niſi prius obliuionem dederit timoris dei atq;
terribilium iudiciorum eius: non utiq; ualebit unq; peccatoꝝ ſemen ſeminare in cor-
dibus eoꝝ: & ea quæ ſequuntur uſq; in finem huius libri: inquit enim memoratus,
timor iudicij, terror, atq; formido futurorum, omnem timorem corruptibilem &
carnalem in obliuionem deducit atq; foras mittit: non enim ſerui dominorum timo

ris recor-

ris recordantur, neq; domini ſeruis imperare occurrunt, unus enim timor inquiſitio-
nis atq; iudicij apprehendet cunctos. Ita ſuper Leuitico teſtatur domos ædificatas a Origenes.
domino obſtetricibus Sephora & Phua, quia timuerant dominũ. Sic in homilia ſu- Exod. 1.
per Pſal. xxxvij. docet peccatorem eſſe miſerijs afflictum: & curuatum uſq; in finẽ:
qui cum publicano adhuc timeat oculos ſuos eleuare in cœlum: ſed percutiens pe-
ctus ſuum dicat. Deus propitius eſto mihi peccatori. Et eadem homilia antea docue Luc. 18.
rat peccatorem debere ita ſuſcipere uerba dei, ut cor ſuum configatur: & per ſtimu
lum eorum quæ dicta ſunt ad pœnitentiam ſuſcitetur: tunc quia in illo non inuanũ
abijt ſermonis dei iaculum; ideo inueniat gratiam: & ponit rem ante oculos idem
exemplo oſtendens, conuerſionem peccatoris, ſicut & noſtri diuini uerbi ſeminato-
res faciunt. Verbi gratia inquit. Et nunc ſi ex omni iſta multitudine auditorum ſint
aliqui ſibi conſcij in aliquo peccato (atq; utinam quidem nullus ſit. Verumtamen ne
ceſſe eſt eſſe aliquos conſcios ſibi) & hi ſi ijs auditis quæ loquimur, recte & fideliter
audiant, & compungatur cor eorum ex iaculis uerborum noſtrorum: & transfixi
talibus iaculis doleant: & conuerſi ad pœnitentiam dicant, domine ne in furore &c. Pſalm. 37.
quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Si uero audiens hæc non compungatur: ſed
tanq̃ iam in corpore emortuo, ita in anima eius nulla ſagitta, nullum iaculum, ſenſum
doloris inueniat, nec ullam peccatorum recordationem capiat, iſte quippe eſt: ut ſti Sagittæ prædi-
mulus furoris domini corripiatur, atq; iræ eius correptionibus arguatur. Non enim cantis.
poteſt dicere domino: quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Atq; utinam omnes
qui nos audiunt compuncti, & ſtimulati ex his quæ dicuntur, atq; ad pœnitentiam
conuerſi dicent ad doctorem: quoniã ſagittæ tuæ infixę ſunt mihi: & dum caſtigas
nos uerbo dei dum uerberas, dum interioribus nos conſcientiæ percutis. Attende
primitiuæ eccleſiæ doctorem, Martyris filium, quid optet, quid in uotis illi ſit. Caſti
gatum & uerberatum compungi: & ſic conuerti ad pęnitentiam: Iaculis & ſagittis
ſtimulari aliquem affirmat ad pœnitentiam. Et plus adijcit, non dignum gratia dei:
non idoneum pœnitentiæ, qui non compungatur: qui ſtimulos illos non ſentiat &
uerbera: cuius animæ ſagittæ iſtæ non ſunt infixæ. Simile uotum habent prædicato
res noſtræ ætatis, timorem & compunctionem peccatoribus: ſecundum doctrinã
ſpiritus incutientes: quos Ludder ſcripturæ ſacræ inuerſor, audet reprobare.

Idem probatur ex Gregorio magno & Nicephoro. Cap. XVII.

VEniamus recto ordine ad magnum illum pontificem Grego. qui & eccle-
ſiæ ſcribendo plurimum profuit: & uiuus uerbo dei populum fideliter in-
ſtruxit: & reperiemus eũ hunc modũ initiandę pœnitentiæ tradidiſſe po-
pulo, & ſcriptis reliquiſſe: qui in hunc diem a catholicis traditur. Inquit autẽ Grego. Grego.
ſuper illo Iob. Pater eram pauperum. Et quidem in bono opere primus inci- Iob. 29.
pientium gradus eſt, ut qui neſcit proximum ſicut ſe diligere: iam tamen incipiat ſu
perna iudicia formidare. expende hunc eſſe primum incipientium gradũ: & Lud-
der contra doctrinam ſpiritus, audet ſtatuere, hunc eſſe gradum deficientium. Et
ne Ludder ſomniando dicat: timorẽ pęnæ eſſe gradũ incipientiũ, ſed non niſi in gra-
tia & amore expreſſe hoc ſubterfugium excludit, loquens de eo, qui nondũ poſſit
proximũ diligere, & ſup eodẽ appellat pondus timoris eſſe anchorã cordis: et ſtatuit Iob. 5.
illos duos affectus neceſſarios contemplanti: amorẽ. ſ. & timorem. Pulchre confert ti
morem in uia dei & uia ſæculi: eiſdem cõmentarijs libro. ij. In uia dei inquit, a timo-
re incipit, ut ad fortitudinẽ ueniatur: nam ſicut in uia ſæculi audacia fortitudinẽ: ita
in uia dei audacia debilitatẽ parit: & ſicut in uia ſęculi, timor debilitatẽ, ita in uia dei
timor fortitudinem gignit. Adeo nihil offendit apud Grego. incipere pœnitentiam
a timore: ut non ab illo incepiſſe periculũ ſit: ut ſic totis uiribus Luddero reluctetur.

Grego. ¶ Semper ſibi ſimilis Gregorius in eadem doctrina ſpiritus perſeuerat; ſententiam principalem lib. iij. dialogorum aſtruit: ubi Petro uim lachrymarum largius addiſcere cupienti, ita reſpondit. in multas ſpecies compunctio diuiditur quando ſingulæ quæque a pœnitentibus culpæ planguntur; unde ex uoce quoque pœnitentium Hieremias ait, diuiſiones aquarum deduxit oculus meus: principaliter uero compunctionis duo ſunt genera: quia deum ſitiens anima, prius timore compungitur, poſt amore: prius enim ſeſe lachrymis afficit: quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At uero cum longa mœroris anxietate fuerit conſumpta: quædam iam, præſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur: & in amore cœleſtium gaudiorum animus inflãmatur: & qui prius flebat, ne perduceretur ad ſupplicium: poſtmodum amariſſime flere incipit: quia difertur a regno: proſequitur latiſſime adducens hiſtoriam in figuram, de Axa filia Caleph; ſed res per ſe dilucida non eget ampliori explanatione: cũ uidemus Gregorium Luddero repugnantẽ. Et quis abunde his probetur S. Gregorium habuiſſe intelligentiam doctrinæ ſpiritus, a timore inchoandam pœnitentiam: & tamen ut plus rubeat diuerſarius, audiamus eundem libro. ij. ſuper Ezechiele Homilia. xix. de ordine ſpiritus ſancti. Cum ſcriptum ſit, Initium ſapientiæ timor domini, conſtat proculdubio: quia a timore ad ſapientiam aſcenditur, non autem a ſapientia ad timorem reditur: quia nimirum perfecta habet ſapientia charitatem: et ſcriptum eſt. perfecta charitas foras mittit timorem: propheta ergo quia de cœleſtibus ad ima loquebatur, cœpit magis a ſapientia & deſcendit ad timorem: ſed nos qui a terrenis ad cœleſtia tendimus: eoſdem gradus aſcendendo enumeremus: ut a timore ad ſapientiam peruenire ualeamus. In mente enim noſtra primus gradus aſcenſionis eſt timor domini &c. Expende gradus quibus aſcendimus ad deum, ubi primum locum tenet timor, non caſtus: qui in æternum permanet: ſed timor ſeruilis, quem charitas foras mittit. Sic plura loquitur in hanc ſententiam lib. 1. Homilia. 4. & item Homil. 7. Et Homilia. 10. inquit. Duæ quippe ſunt commotiones magnæ, quibus corda noſtra cõmouentur. Vna quippe commotio ex timore eſt, altera ex charitate: una fit ex luctu pœnitentium: alia ex feruore amantium: poſt prædicationis ergo uerbum, prima cõmotio eſt, cũ plangimus mala quæ fecimus: poſt uocem uero rotarum & alarum ſecunda cõmotio eſt, dum magnis fletibus quærimus cœleſtia bona quæ audiamus. Rectiſſime ergo ſuo fungitur officio prædicator ſi poſt primum uerbum prædicationis, commouet animos ſubditorum ad plangendum peccata. Et Ludder non ueretur eum damnare, & totam ſacram ſcripturam, cum ſanctis expoſitoribus colaphiſare.

Tren. 3. — Ioſue. 15. — Grego. — Sapien. 1. — 1. Iohan. 4.

Nicephorus. ¶ Adiungamus & huic latino doctori Græcum Nicephorum, ſ. Cartophilacem ad Theodoſium dicentem. Præterea qui fratrem in ſe, uno eodemque die ſepties peccantem, uenia condõnandum: ſuſcipiendũque dijudicarit, is lapſos, quamuis & ſæpe: & multum deliquerint, quo pacto repellet & abijciet? Immo ſpiritualibus increpationibus admonebit utiliter conſulet. Vitam futuram, & æterna ſupplicia in memoriam reducet. Vnum cauebit: ne indulgentius: & citra omnem obiurgationem abſoluat: fiatque alienorum criminum particeps. Ita Græci & Latini ſecundum doctrinam ſpiritus decreuerunt peccatores terrore pœnarum ad compunctionem cordis, ad pœnitentiã et reſipiſcentiam mentis excitandos: quo rite ad gratiam dei & amorem ac perfectam charitatem attingere ualeant.

Idem probatur ex Bernhardo & alijs. Cap. XVIII.

SCio quod Catholico hæc nimia uidebuntur, in re tã aperta et omnibus fidelibus obuia ſed parum forte adhuc uidebor feciſſe hæretico. Ideo expleamus menſuram huius probationis cum iam oſtendimus patres eccleſiaſticos

ſticos huius fuiſſe ſententiæ in primitiua eccleſia, & ea quæ ſecuta eſt trecentis an=
nis: quod ſi pergamus ad ſequentia tempora, Inueniemus magnos diuini uerbi
præcones, a timore inchoandam pœnitentiam docuiſſe Bedam: Rabanum: Stra=
bum: Haymonem ſuper epiſtolis Pauli, Altuinum ſuper Iohanne: qui luculenter
hoc in ſcriptis reliquerunt: Bedam maioris inter eos authoritatis ſuperius euocaui= *Beda.*
mus: adde eum ſi placet in prima canonica Iohannis, ubi dilucide exprimit timorē
qui ſit initium ſapientiæ, eſſe ſeruilem & foras mitti a charitate. Ad ſæcula recentio=
ra ueniamus S. Bernh. Anſhelmi: Richar. de S. Victore: Vuilhelmi Parriſieñ. Ope= *Bernhar.*
roſum eſſet oïa ſigillatim recenſere: properamus enim ad finem huius fundamenti.
Bernh. toto ſermo. xvi. ſuper canticis hoc agit negotiū. Vnde totus poſſit adoptari:
decerpamus florem cum ait, Penſa cuius ſit formidinis & horroris: tuum atq; omniū
factorē contempſiſſe: offendiſſe dn̄m maieſtatis: paueo gehennā, paueo iudicis uul
tum, ipſis quoq; angelicis ſpiritibus tremendū: contremiſco ab ira potentis, a facie fu
roris eius, a fragore ruentis mundi, a conflagratione elementorum, a tempeſtate ua
lida, a uoce archangeli. Contremiſco a dentibus beſtiæ infernalis, a uentre inferi, a
rugientibus pręparatis ad eſcam. Horreo uermem rodentem, & ignem torrentem:
fumum & uaporem & ſulphur & ſpiritum procellarum, & quæ ſequunt̄: dic quæ
ſo nonne illa omnia timorem pariunt ſeruilem, & tamen Bernhar. iſtis hominem ad
pœnitentiam euehere nitebatur: ſicut & prædicatores noſtri temporis. Hoc ubiq;
clamat ſanctus pater ſermone. xxxvij. ſuper canticis: ubi iubet hominem timere deū
& diligere: quia in altero initietur ad ſapientiam: in altero conſumetur. Vide eum
ſermo. 51. quem ſuperius quoq; adduximus. Docte hoc attigit ſermone. 54. ubi in
ter alia inquit. In ueritate didici, nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam,
retinendam, recuperandam, quam ſi omni tempore coram deo inueniaris non al=
tum ſapere, ſed timere. Non prætereas eum ſermone de primordijs medijs & nouiſ *Bernhardus.*
ſimis noſtris. Time inquit o homo quod in morte ſeparandus es a bonis omnibus
huius corporis. Time quod in horribili iudicio præſentandus es. Time quod in ge=
henna, cruciatibus æternis & immenſis exponendus es. Hic ergo timor initium ſa=
pientiæ dicitur, non pudor non dolor: quia neuter ſic initiat ſapientiam, neuter tan=
tam habet efficaciam. Vnde eſt quod non dicitur. Memorare primordia, aut me=
dia, ſed nouiſſima: & inæternum non peccabis. Non graueris uidere tantum docto
rem in ſermone ſexto de paruis incip. Egredimini filiæ Syon. Et quia Ludder ne=
ſciuit dare ſingula ſingulis: uenit in confuſionem erroris: quod ſi aduertiſſet amoris
& timoris diſtinctionem: nō cecidiſſet in Baratrum tantę perfidię. Quā docte aūt
S. Bernhar. illorum officia ſeparet: non melius quā ipſo loquente intelligimus. Inqt
enī ſermo. 54. ſuper canticis. Cū ſint duo genera cōpunctionis: unū in merore, ꝓ no *Timoris & a=*
ſtris exceſſibus: alterum in exultatione pro diuinis muneribus: quoties ſane eam: *moris diſtictio.*
quę ſine anguſtia cordis minime fit, peccatorum ſcilicet meorum, facio confeſſionē.
Videor mihi cancellum, id eſt anguſtiorem aperire feneſtram. Nec dubium quin li
benter per iſtam reſpiciat, is qui ſtat poſt parietem pius explorator: quia cor con=
tritum & humiliatum deus non deſpiciet &c. Quod ſi interdum corde dilatato, in
charitate pro conſideratione diuinæ dignationis ac miſerationis libet animum laxa
re in uocem laudis & gratiarum actionem: puto me iam non anguſtam: ſed ampliſſi
mam ſtatim poſt parietem ſponſo aperire feneſtram: per quā, ni fallor, tanto liben=
tius reſpicit: quanto amplius ſacrificium laudis honorificat eum. Vides utriuſq; con
feſſionis munia (ita enim legendum exiſtimo pro compunctionis) quo homo debi=
te & ſine peccato utriſq; utatur. Nolo beneuolum lectorē multitudine obruere.
¶ Tamen uel unicum uerbum audiamus ex Vuilhelmo Parrhiſienſi, ubi peccatorē *Vuil. Parrhi.*
inſtruit iā conuertendū. Senti inquit, cor tuum emortuū: qui tot et tantis moueri nō

poteris: quem nec diuinarum comminationum terrent tonitrua: nec diuinaꝝ pro-
miſſionum tot & tanta demulcent blandimenta: & alio loco docet pœnitentem de-
bere ſe lapidare comminatione ſuppliciorum æternorum & obiurgationum: & in
hoc docet eſſe ſtudium ſacerdotis, ut adiuuet pœnitentem: & flagellis obiurgatio-
num ipſum cędat. Contra hos heroes, immo contra doctrinam ſpiritus, Ludder hāc
peruerſam hæreſim ſeminare auſus fuit pœnitentiam non incipere a timore: pecca-
torem non debere terreri ſupplicijs, nec allici præmijs, ſed ſolo amore bonitatis attra
hi: at ueritas laborare poteſt, uinci non poteſt.

Cauillis Ludderi exploſis, probatur principale ex Iob, Iſaia, Michea, uerbo Chriſti, ex Leone & Cypriano. Cap. XIX.

AVdiuimus ſanctos patres & doctores, quomodo uerbis teſtati ſunt & do-
ctrina, hanc eſſe pœnitentiæ, uiam ad ſalutem, ſ. timorem: at id etiā exem-
plo ſanctorum comprobemus: prius tamen inanes cauillos Ludderi eua-
cuemus: qui penſatis ſuperioribus facile diluuntur. Nam primo captioſe argutatur.
Timorem domini eſſe initium ſapientię, non ſeruilem ſeu pœnarum. At pluries iam
monſtrauimus & timorem ſeruilem eſſe bonum: & a domino: licet non ſufficientē:
Ludder uictus Lipſiæ. quare & iſte timor domini eſt. Alterum eſt, quod in diſputatione Lipſica, ui argu-
mentorum meorum uictus, & fractus admiſit, timorem quidem eſſe initium pœni-
tentiæ, ſed non ſine charitate; at & hoc captioſum: nam iam ſæpe in ſuperioribus
oſtendimus, timorem ſuppliciorum etiam ſine charitate eſſe initium pœnitentiæ: li-
cet perfecta, conſummata pœnitentia, non ſit, nec fructifera abſq; charitate: quia ti-
mor initium eſt pœnitentiæ, ſed charitas conſumatio. Hoc ſaltem euicimus, etiam
aduerſario fatente timorem ſeruilem non eſſe peccatum, nec facere magis peccato-
Ludder ſibi cōtrarius. rem: quia ſtat cum charitate: cuius oppoſitum prius in ſermone de pœnitentia &
alias ſæpius tanta temeritate diffiniuit: licet & alio loco ſibi contradicat, in reſponſio
Eckius. ne ad Syluestrum Prieratē, ex propoſito decernens charitatem eſſe imperfectā ex
timore pœnarum in purgandis: ut dicato libro de purgatorio errores eius conuel-
limus.

¶ At miraris, unde Ludder in tantam potuit cadere inſaniam, contra doctrinam ſpi
Vnde Luddero error. ritus, contra tam manifeſtaria & patentiſſima ſanctorum patrum dogmata. Sed de-
ſine mirari qui noſti nullam calamitatem eſſe ſolam, & dato uno inconuenienti con-
tingit plura dari. Exiſtimat Ludder omnem infidelium uitam eſſe peccatum: &
quicquid liberum arbitrium agat ſine charitate, peccatum ſit: itaq; timor ille præue-
Grego. Arimi. niens charitatem peccatū ſit: ſeductus ex ſcriptis Gregorij Arimiñ in ſecundo ſen-
Temeritas Ludderi. tentiarum Theologicarum diſ. xxvi. & ſequentibus: & adeo quidem deſipuit Lud
der, ut hunc ſolum catholicum exiſtimaret: alios omnes cōmentarios theologicos
ſuper Longobardū. Pelagiana hæreſi infectos pronunciaret: adeo nihil ueretur de
trahere bonis, homo ad maledicentiam natus: at has hæreſes, deo uolente, expugna
bimus in proprio libro huic rei dicato de libero arbitrio.

Iob. 10. ¶ Iam pergamus id facere quod inſtitueramus exemplo ſanctorum timorem pœ-
narum eſſe uiam ad dominum. Iob enim inquit. Dimitte me, ut plangam paululū
dolorem meum, antequā uadam & nō reuertar ad terram tenebroſam & opertā mor
tis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum: ubi umbra mortis & nullus ordo: ſed ſem
piternus horror inhabitat. Non uidetur tibi is ſanctus uir exacte propoſuiſſe pecca
Iſa. 14. tori timorem pœnarum. Rurſus Iſaias idem facit, detracta eſt ad inferos ſuperbia
tua: concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea: & operimentum tuum erunt
Mat. 3. uermes. Sic in nouo teſtamento. S. Iohannes præcurſor domini, a timore pœnæ ho-
mines ad pœnitentiam prouocabat. Progenies inquit uiperarum, quis uobis demon

ſtrabit

ſtrabit fugere a uentura ira. Ita S. Sebaſtianus in domo Nicoſtrati, conuerſurus ad Sebaſtianus
pœnitentiam parentes Marcelli & Marci, multa de pœnis inferni & gaudio paradi
ſi prædicauit: quod & prius columnæ eccleſiæ. S. Andreas, S. Mathæus, S. Thomas
fecerunt.

¶ Et hoc eſt quod propheta Micheas dixit: qui primo oſtendit gentes inductas ad Mich. 7.
timorem ſeruilem. Videbunt gentes inquit, & confundentur in omni fortitudine
ſua: ponent manum ſuam ſuper os ſuum: aures eorum ſurdæ erunt: lingent humum
ſicut ſerpentes, quæ trahunt terram, turbabuntur in concluſionibus ſuis. Et quare
hæc omnia ſinit deus fieri: ut incipiant timere deum. Ideo ſubdidit. Super domino
noſtro formidabunt, & timebunt a te. Quis autem fructus huius timoris & terroris
inquit B. Hieronymus: quia propheta iam oſtenderat multitudinem gentium pro- Hierony.
pterea in concluſione ſua eſſe turbatam, ut obſtupeſceret & timeret deum: & idcir-
co domino deſeruire ut peccata auferat, & donet ſalutem: ideo propheta miratur &
laudat dominum. Quis deus ſicut tu, auferens iniquitates, & tranſcendens iniuſtitias
his qui reliqui ſunt de hæreditate tua.

¶ Hoc eſt quod Iſaias propheta dixit. Propter timorem tuum domine in utero con Iſa. 26.
cepimus & parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ. præmiſerat propheta
mulieris appropinquantis ad partum exclamationes in quas dolore torta uenit. Sic
nos a facie formidinis dei parturimus, non liberos carnis: ſed ſpiritus: ut qui deũ per
beneficia (ait Hieronymus) non ſenſimus, per tormenta diſcamus. Non impenſe cu- Hierony.
ro uariam hic lectionem: ad quam tamen hæreticus uolens uitare catholicorum ia-
cula, aut uideri uolens, ſæpenumero recurrit: nam utcunqꝫ legatur, ſcopus noſter re-
cto tangitur: ut docte S. Hieronymus aduertit: hunc nodum enim ita diſſoluit. Siue
igitur legerimus: propter timorem tuum domine in utero accepimus. Siue iuxta hæ
braicam ueritatem. In facie tua domine concepimus. Vtrumqꝫ ad id pertinet ſi ex ti-
more & recordatione domini, ſermonem concepimus dei & illuminetur cor noſtrꝝ
dicentium. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine &c. Hęc Hieronymus Pſal. 4.
Expende tu lector iuxta doctrinam ſpiritus, propheticum ſenſum, nam a facie formi
dinis iuxta gloſſ. interlineare͂ (nam falſa eſt: quæ fortitudinis legit, ut antiquiſſimis Gloſſ. reſtituta
ſcriptis liquet exemplaribus: nam iniecta eſt hæc interlinearis gloſſa ex Hieronymo:
quem conſtat conſono omnium iudicio, formidinem hic aſſeueraſſe) concepimus.
Initium ergo ſpiritalis creaturæ: prima fundamina, conceptus coalitionis primariæ,
a timore orditur: ſed conſummatio in charitate perficitur: quia poſteaqꝫ concepimus
per timorem: tunc primum parturimus ſpiritum ſalutis: Ita ꝙ timor eſt quaſi ſemen,
& uiuificatio quaſi conſummatio & fructus.

¶ Et ſi nulla alia eſſet ſcriptura, nullus doctor, adhuc ſola uerba Chriſti deberẽt fran-
gere hæreticum, ut ab impietate deſiſteret, dum inquit. Nolite timere eos qui occi- Math. 10.
dunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt
& animam & corpus perdere in gehennam. Quod aliud teſtimonium uel apertius
uel utilius afferre poſſem iſto: ubi prohibet timorem mundanum. Et nos adhortatur
ad timorẽ ſeruilẽ: ad timorem gehennæ, & eius qui mittit in gehennam. Si iſte timor
eſſet peccatũ, & faceret magis peccatorẽ. Vide quę blaſphemia ſequit̃, Chr̃m nos in
uitaſſe ad peccatũ: docuiſſe nos, ꝙ efficeremur magis peccatores: abſit hoc dicere de
magiſtro noſtro dño Iheſu Chriſto: quin potius cõtra perfidiã hæreticoꝝ aſſeramus
hunc timorem eſſe, & uitam ad deum ac primum gradum pœnitentiæ. Id quod ex
martyribus teſtatus eſt S. Cyprianus in ſermone de lapſis: ubi perſecutionem factam Cyprianus.
exiſtimat propter peccata hominum: quos deus pœnis correxit, ut uel ſero ad timo-
rem domini conuerterentur: oſtendens auctoritate ſacræ ſcripturæ Deum præmo-
nere metu pœnæ: abiecto itaque timore mundano, ſtudeat peccator ſibiipſi timo-

rem pœnarum incutere: & diuini uerbi præco ſummo ſtudio curet animos pecca-
torum: ſagitta timoris Domini uulnerare: qui etſi ab initio durus ſit & amarulen-
Leo. tus: ſtatim tamen charitate diuina dulceſcit: ut ſanctus Leo in ſermone de reſurre-
ctione, congruentiſſimo ſymbolo dicat mentem rationalem, clauis continentiæ &
oleo timoris transfigi.

Pœnitentiam agere uolens, diligenter conſcientiam examinet & peccata diſcutiat. Cap. XX.

TVicimus contra hæreticum ut ſpero: catholicam ſententiam, Timorem pœ-
narum eſſe initium pœnitentiæ: uelut doctrina ſpiritus hoc probauimus: Et
iacto iam fundamento atq; initio pœnitentiæ, inoffenſe ædificium ſpiritalis
perfectionis conſummabimus: quoniam ut ethnicus inquit, Dimidium facti qui cœ-
pit habet. Dum autem peccator timore pœnarum concutitur ſuppliciorum formi-
dine transfigitur: pauore cruciatuum compungitur: reſtat ut peccatorum ſuoꝝ fa-
ſcem colligat, memoriam ſuam diligenter diſcutiat ac examinet: & male actorũ ſuo-
Diſcußio neceſſaria. rum flagitia in ſinum memoriæ, cum illorum odio, diſplicentia, ac deteſtatione ſigil
latim reponat. Hoc fac peccator, & uiues: & Luddero uenatico dæmonis cani, con-
trarium docenti, nullatenus acquieſcas. Et ut ſcias utilem & neceſſariam fore huiuſ-
modi peccatorum diſcuſſionem: audi eum cuius pœnitentia prophetico eſt laudata
Iſa.38. teſtimonio. Domine uim patior, reſponde pro me, quid dicam, aut quid reſponde-
bit mihi, cum ipſe fecerim. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine ani-
mæ meæ. Ezechias qui ambulauit coram deo in ueritate & corde perfecto, preſſus
pœnis & infirmitate nihil habuit quod reſponderet deo, inferenti infirmitatem pro
delictis ſuis: niſi φ diſcuteret peccata ſua & recogitaret omnes annos ſuos in amari-
tudine animæ ſuæ. Tu quoq; fac ſimile.

¶ Aſpice pœnitentium typum, quomodo memoriter meminit peccati ſui, & illud
Pſalm.50. diſcutit. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum con-
tra me eſt ſemper, aut ut alia litera legit, coram me eſt ſemper. Ita & nos ante oculos
Hierony nostros peccata noſtra ponere debemus ut ibi pulchre S. Hierony. admonet: hanc
Diſcußio. diſcuſſionem noli exiſtimare excogitatam a ſcholaſticis doctoribus, ut Ludder mẽ-
titur, concluſione xxvi. Inuolutionum de indulgentijs, Somnium dicens procedere
ex laborioſa & inutili arte confitendi (immo deſperandi & perdẽdi animas) qua huc
uſq; docti ſumus arenam numerare, ideſt ſingula peccata diſcutere, colligere atque
ponderare, ad faciendam contritiõem. Quæ hic hoſtis antiquus humani generis per
organum ſuum eructat, eſſe falſa: & diſcuſſionem illam eſſe bonam & utilem, in pri
Cyprianus. mitiua eccleſia martyrum frequentatam ex ſancto Cypriano diſcere poſſumus, ſer-
mone de lapſis ita dicente. Vos uero fratres, quorum timor in deum pronus eſt: &
in ruina licet animus conſtitutus, mali ſui memor eſt: pœnitentes ac dolentes peccata
ueſtra perſpicite, grauiſſimum conſcientiæ crimen agnoſcite: ad intelligentiam ue-
ſtri, oculos cordis aperite, nec deſperantes: Iubet hic S. Martyr pœnitentes peccata
non ſolum uidere, ſed & perſpicere: & oculos cordis ad intelligentiam peccatorum
Pſal.32. aperire. Contra uult Ludder peccatorem ſicut equum & mulum fieri quibus non
eſt intellectus: ut peccata non diſcutiant: non in memoriam reuocent, nec per medi-
tationem recolligant. ¶ Nouam & fictam credit hanc diſcuſſionem, quam
Auguſt. poſt ſanctum Cyprianum, illud præfulgidum eccleſiæ lumen Auguſtinus libro
Circumſtantiæ de uera & falſa pœnitentia cap. xiiij. docuit. Conſideret inquit peccator quali-
peccatorum. tatem criminis, in loco, tempore, perſeuerantia, in uarietate perſonæ, & quali hoc
fecerit tentatione, & in ipſius uitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere

fornican

fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus aut officij:& ſecundum modum me
retricis,& ſecundum modum operis ſui:& qualiter turpitudinem ſuam peregit:Si in
hoc ſacro,aut cui debuit excellentiam fidei, ut ſunt domus dominorum, & aliorum
multorum. Si in tempore orationi conſtituto,aut in feſtiuitate ſanctorum & in tem-
pore ieiunij. Conſideret quantum perſeuerauerit:& defleat quod perſeueranter pec
cauerit:& quanta uictus fuerit impugnatione: ſunt enim qui non ſolum non uincun-
tur;ſed ultro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed præueniunt uolu-
ptatem:& pertractent ſecum:quam multiplici actione uicij delectabiliter peccent.
Omnis iſta uarietas confitenda & deflenda eſt : ut cum cognouerit : quia peccatum
eſt multum:cito inueniat deum propicium:In cognoſcendo augmentum peccati,in
ueniat ſe cuius fuerit ætatis,cuius ſapientiæ & ordinis,& ſtatum omnem alterius cō-
peccantis,Immoretur in ſingulis iſtis:& ſentiat modum criminis,purgans lachrymis
omnem qualitatem uicij. Hic S.pater, latiſſime deſcripſit examinationem & diſcuſ-
ſionem conſcientiæ,quam non ſolum utilem; ſed etiam neceſſariam affirmat per uo
culam oportet. Et is tantus doctor : & tam uetuſtus atq; receptus, ſolus idoneus eſt,
& tueri catholicos,& profligare hoſtes fidei.

¶ At ut ſunt inſigniter temerarij negabunt forte hunc librum eſſe Auguſtini:qui in
codice retractationum non contineatur. Quaſi ipſo die obitus,ſupremo ſpiritu. Au-
guſt. retractationes ædiderit:quaſi nullum librum poſt palinodias ſcripſerit. Petrus *De pœni. diſ. 5 conſideret.*
Longobardus Parrhiſien̄.antiſtes diſt.xvi.quarti, & Gratianus Cluſinus diligentiſ-
ſimi ueterum ſcriptorum lectores & renarratores librum illum ante 400. ann. Au-
guſtini citarunt titulo:quare colligitur & ſuperioribus annis habitum eſſe Auguſti-
ni librum. Quis non negem ſæpe mentiri titulos librorum , etiam apud diligentiſſi-
mos. Quis neſcit ſtudium Iodoci Clitouei in reſtaurandis antiquis doctoribus:ille ta *Clitoueus*
men ſuperioribus annis,una cum Stapulen̄.curauit excudi Parrhiſijs, Cyrilli Homi *Cyril. ſup Le-*
lias in Leuiticum. Quę tamen non ſunt Cyrilli:ſed Origenis,etiam Hieronymi teſti- *uiti.*
monio. At tamen nihil firmi in præſentia afferre poterunt,quo minus liber is ſit Au
guſtini,ſicut a 500. annis fuit:quæ Carlſtadius in decretum Gratiani expuit:quia nō
facient ad inſtitutum noſtrum,ſcientes prætermus.

Diſcuſſionem & recollectionem peccatorum eſſe neceſſariam iterum probatur & cauillus Ludderi reijcitur. Cap. XXI.

AT ut ſtultitiam eorum indubitato repellamus teſte ,adducendus eſt nobis
Chryſoſtomus doctor minime ambiguꝰ, in ſcripto celeberrimo ſuper Ma *Chryſoſto.*
thæum. Integra uerba eius ex ordine ſubijciamus. Audi Paulum dicentē. *Cap. 12.*
Quoniam ſi noſmetipſos iudicauerimus , non utiq; iudicemur. Si id facies ordinem *1. Corin. 11.*
paulatim progrediens,ad coronam quoq; peruenies. Et quonammodo inquies, mi-
hijpſi rationes uiuendi referam:largos lachrymarum effunde fluuios : ingentes com-
punctionis gemitus redde:humillimus ſis:laboribus ac uigilijs teipſum afflige:pecca
ta tua per ſingulas ſpecies recole: non paruus eſt iſte cruciatus animæ: nec quātus ſit *Diſcuſſio*
ab alio cognoſcitur:niſi ab eo qui compunctus eſt : qui non ignorat animam hac re
in hac uita maxime torqueri:nec eſt neſcius,quantus dolor ex peccatorum memo-
ria naſcitur. Quas ob res, iuſtitiam deus huic pœnitentiæ propoſuit dicens. Dic tu *Iſa. 43.*
prius peccata,ut iuſtificeris. Non eſt profecto, non eſt inſufficiens ad emendandum
uia:ſi cum omnia ſecundum ſpeciē in unum, peccata collegeris: aſſidue animo dein-
de ipſa uerſas,ac de ipſis cōtinue mediteris & cogites. Nam qui hoc faciet:is adeo cō
punget:ut neq; hac uita ſeipſum dignū exiſtimet. Expende catholice lector in pœni
tentia iuſtificatoria,oēs ſpecies peccatorꝝ recolendas; q̄ recollectio,nō deſperatiōem

operatͬ,ſed plurimas habet utilitates Chryſo.teſte,ſi peccata aſſidue in animo uerſet: q̃tum abeſt hic S.doctor a Luddero: qđ hæreticus improbat:catholicus laudat: atq; Apoſtoli auctoritate cõfirmat,ꝙ nos hmõi diſcuſſione,noſmetipſos iudicamꝰ,ut nõ iudicemur a domino:Non uideo quid addi poſſit efficatius in hanc ſententiam.

¶ Ne tamẽ aduerſarius (ut eſt audaculus) dicat S. doctorem præcipitaſſe ſententiã: audiamus Chryſoſt. ſemper ſibi conſtantem Homilia x. ſuper epiſtola ad Hebræos: ubi inter alia ſic inquit. Qualem merebimur ueniam: qui neq; in cogitationem uenimus peccatorum noſtrorum. Si enim hoc eſſet:omnia perficeremus:ſicut.n.ianuã qui ingreſſus fuerit,iam intus eſt:ſic quãdo ꝓpria quis cogitat mala, ad curationem eoꝝ utiq; ueniet. Si autem dicat,peccator ſum:non aũt ea recogitet conſiderans,& dicat: quia hoc & hoc peccaui,nunq; ceſſabit,ſemper quidem confiteris, correctionis curã nunq; faciens. Ecce memoria frequens peccatorum, ianua eſt apud Chryſoſto.ueræ pœnitentiæ:quæ iuuet omnia perficere. Expendas & hoc, quod uir ſanctus monuit ſecundum doctrinã ſpiritus,non ſufficere,diſcutere peccata in genere, ſed ſigillatim memoria repetat,hoc & hoc peccaui:quę omnia Ludderanam, Carlſtadianam, Oecolampicam, & Melanchtonianam expugnant perfidiã:eam deſtruunt, ac diruunt. Roborat dein Chryſo.prædicta eiſdem commentarijs dicens. Nullum inuenitur delictoꝝ tale remedium,ſicut eoꝝ continuata memoria, & infra. Tu uero qui te nunq; peccaſſe cognoſcis, quõ miſericordiam deprecaris:uel pro cuius oras peccatis. Perſuadeamus igiͭ nobis,peccaſſe nos,nec hoc ſola lingua ꝓnunciet,ſed etiã intima conſcientia: nec nos peccatores tantum eſſe dicamus: ſed etiam ipſa peccata ſpecialiter ſingula cõputemus. Nõ res iſta igiͭ noua eſt,nõ recens,nõ ſcholaſticoꝝ cõmentum, ſed ſanctiſſimoꝝ patꝝ,iuxta doctrinã ſpũs,ſaluberrimũ decretum:peccatorẽ uolentem cõuerti ad dñm,debere ſedulo conſcientiã ſuã diſcutere,& peccata recolligere:

Chryſoſto. — *Diſcuſſio ianua.* — *Chryſo. Cap. 12.* — *Peccata in ſpecie diſcutienda*

¶ Qꝫ poſt Auguſtinum,poſt Chryſoſtomũ,Iſidorus quoq;,breuibus lib.ij.de ſummo bono explicuit. Amaritudo inquit pœnitentiæ facit animam, & ſua facta ſubtilius diſcutere: & dona dei quæ contempſit, flendo commemorare; nihil autem peius quam culpam agnoſcere,nec deflere. Hi animarum paſtores optimi docuerunt ſingula peccata facta,recolenda,diſcutienda, & cogitanda,explicantes fructus & utilitates huius recordationis. Hoc omnium ætatum prædicatores docuerunt populum:dempto illo nouo Daniele cum miniſtris iniquitatis ſuæ Carlſtadio, Melanchtone & Oecolampo.

Iſidorus.

¶ Porro fucus eorum:quo hanc perfidiam tegere nituntur,eſt minime idoneus:nam Ludder argutaͬ, huiuſmodi præteritoꝝ memoria, nos refricare concupiſcentias & odia. Carlſtadius(iam ſacerdos coniugatus) impudentius cauillum adducit de peccato carnis. At hę paruulorum ſagittæ non ſunt factæ plagę ueritatis: nã omnis qui ſpirat nouit diſcretionem:ut Bernhar.ait fore moderatricem uirtutum:quæ omnino etiam hoc loco obſeruanda eſt:& S. Grego.tot ſæculis ante Ludderanæ hæreſis ortum ſcripſit & docuit,iuxta doctrinam ſpiritus. Nam ix. Moralium inquit. Nõ debemus plus iuſto diſcutere,ne de ipſo in diſcretionis ſtudio,indiſcretius erremus:& mẽtis noſtræ acies, quo plus cernere nititur, obſcuretur: rurſus qui ab inquiſitione ſua torpeſcunt,ſeipſos neſciunt. Vide eruditum Pontificem, quam docte exceſſum & defectum diſcuſſionis proponat:quæ uitioſa declinantes, auream ſectemur mediocritatem, Medium enim tenuere beati. Non enim ſcrupuloſa debet eſſe hmõi diſcuſſio,quæ plus carnificinam pareret,ꝙ medicinam:nec nimium exacta in peccatis carnis,ne fragilitas iterum titilletur & ad peccatum denuo tentetur:omnibus adde modum. In quam ſententiam Chriſtianiſſimus Cancellarius Iohannes Gerſon, ſalutares ædidit admonitiones: quem Iohannes Geiler Keiſerſpergius fœliciter imitatus, omnibus Diuini uerbi prædicatoribus (nam dicam audacter) noſtra ætate palmam

Cauillus Ludderi — *Bernhardus.* — *Grego.* — *Diſcuſſio diſcreta.* — *Gerſon.* — *Keiſerſpergiꝰ*

palmam præripuit. Ideo propter abuſus, non erat reprobanda diſcuſſio peccatorũ, ſed moderanda. Ita alibi Gerſon conſulit peccata prius contrita & confeſſa, ſolum in genere recogitanda: at ex prædictis liquet cuilibet fideli, ꝙ inſuperabilis ſit doctrina ſpiritus, ueritas catholica.

Pœnitentia debet eſſe amara & gemebunda contra Ludderum. Cap. XXII.

SI quis acutius penſet ſuperiora confeſtim uidebit alium errorem Ludderi ex prioribus deſcendentem, ſubuerſum. Nam cum impie damnaſſet modum prædicandi recentiorum (quem tamen cum doctrina ſpiritus conuenire & primitiua eccleſia, manifeſtum fecimus) & ſtatuiſſet pœnitentiam inchoari ab amore, non a timore: mox conſectarium facit pœnitentiam debere eſſe dulcem: ex dulcedine amoris debere deſcendere in iram & odium peccati. Ita cancrino more reptat hæc beſtia: ut dum omnis doctrina ſpiritus nos inſtruat amaram eſſe pœnitentiam & triſtem, & ex timore pœnaꝝ deſcendere in odium peccati, ꝙ tantis uinciret & irretiret eum peccatis: & poſtremo ex odio peccati rurſus eleuari ad amorem dei. Et q̃uis reipſa cadat illatio Ludderana ex his quæ in ſuperioribus diximus: ubi fundamenta Ludderana euicimus: tamen obiter ſecundum doctrinam ſpiritus oſtendamus: pœnitentiam eſſe amaram. Et liquet hoc ex pœnitentia Ezechiæ. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, non inquit in dulcedine: & iterum. Corripies me & uiuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Correptus amaritudine pœnitentiæ uiuificatur: & tunc amaritudo illa in pace quieſcit per dulcedinem charitatis uiuificantis: quam fructifera autem fuerit illa amara pœnitentia oſtendit dicens. Tu autem eruiſti animam meam, ut non periret: proieciſti poſt tergum tuum, omnia peccata mea. Nouit hoc pœnitentiæ typus Dauid: cum diceret. Poculum meum cum fletu miſcebam: & omnes Pſalmi pœnitentiales pleni ſunt huius amaritudinis: ut diceret Dauid. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, & alia plurima occurrent legenti: & aliqua poſterius adnotabimus: ſufficiat iam ſupremis digitis attigiſſe. Sic Hieremias amaritudinem pœnitentiæ præſcribit dicens. Planctum unigeniti fac tibi. Ideo pœnitentes debent ſcindere corda ſua, in planctu, in fletu & ieiunio conuerti ad dominum. Talem amaritudinem habebat Iob, adeo ut diceret. Tedet animam meam uitæ meæ: dimittam aduerſum me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ. Planior ſententia eluceſcit ex uerbis beati Gregorij ſpiritum uiuificantem ex litera extrahentis. Pro ſe inquit, eloquio ſuo utitur: qui praua quæ geſſit: defendere excuſationibus nititur. Sed aduerſum ſe eloquium dimittit: qui incuſare in ſe hoc incipit, quod errauit. Quod ergo talis in amaritudine animæ ſuæ hoc facere debeat, exemplo Iob manifeſte teſtatur Gregorius ſubdens. Qui culpas ſuas deteſtando loquitur, reſtat ut has in amaritudine animæ ſuæ loquatur: ut hæc ipſa amaritudo puniat, quicquid lingua per mentis iudicium accuſat: & infra. Amaritudo preſentis pœnitentiæ: extinguit ſupplicia ſequentis iræ. Quare non in oleo, aut in odore, uel balſamo ſcriptura docet agendam pœnitentiam: ſed in ſacco, cinere & cilicio. Egregie hoc uidit ſanctus Cyprianus Martyr, quam amara debeat eſſe uera pœnitentia, docens ſubditos in ſermone de lapſis. Orare oportet impenſius & rogare, diem luctu tranſigere, uigilijs noctes ac fletibus ducere: tempus omne lachrymoſis lamentationibus occupare: ſtrato ſolo, cineri adhærere: in cilicio uolutari & ſordibus: iuſtis operibus incumbere, quibus peccata purgantur. Eleemoſynis frequenter inſiſtere. Sic amaram docet Cyprianus pœnitentiam in luctu, in fletu, in lachrymis, in la-

Iſa.38. *Pœnitentia amara.* *Pſalm.101.* *Pſal.6.* *Hiere.6.* *Iohel.2.* *Iob.10.* *Grego.* *Pñia amara.* *Cyprianus.*

mentis,in cinere, cilicio, in ſolo, in ſordibus:quam tam dulcem nititur facere Lud=
der:& primum deſcendere in acerbitatem iræ,& ita pœnitens deſcenderet,cum ue
rum ſit eum aſcendere.

Augu. ¶ Audiamus Auguſtinum, cuius cor charitate ignitum ueritatis faculam nobis ac=
Cap.10. cendet:inquit enim libro de contritione cordis.Sed unde deus meus, tantorum cri=
minum correctio? unde tibi tantorum ſcelerum ſatiſfactio? Præcipitare ergo miſer
homo in profundum immoderatę mœſtitiæ:qui ſponte pręcipitatus es in baratrum
nequitiæ. Obruere infœlix mole terribilis doloris:qui liber corruiſti in cęnum infer=
nalis fœtoris:obuoluere ærumnoſe in tenebris inconſolabilis luctus:uolutare ergo in
gurgite amaritudinis &c.Et infra.Sit ergo pœnitentia continua & amara comes ui=
tæ,continuus dolor,inſatiabilis terror.Et cap.ij.de uera pœnitentia. Scimus quia de=
leuit dominus peccatum Dauid aut quia dolebat peccaſſe,aut quia gemebat,& ſtra
tum ſuum lachrymis rigabat,& tanꝗ panem cinerem manducabat.Et cap.iiij.Petr9
per pœnitentiam & amaros fletus ueniam recuperauit. Multa in hanc ſententiam
dicit cap.xix.Item in ſpeculo de bono diſciplinæ.

¶ Sed quia nihil erubeſcit,frons meretricis facta eſt ei:negat Auguſtinum , uel hos
Ambro. libros eſſe Auguſtini.Aduertat uel florentiſſimum antiſtitē Ambroſium libro pri=
Pnīa amara. mo de pœnitentia dicentem. Volo ueniam reus ſperet:petat eam lachrymis:petat ge
mitibus:petat populi totius fletibus:ut ignoſcatur obſecret. Et cum ſecundo & ter=
tio fuerit dilata eius communio: credat ſe remiſſius ſupplicaſſe:fletus augeat, & mi=
ſerabilior reuertatur: teneat pedes brachijs, oſculetur oſculis , lauet fletibus, nec di=
mittat. Cognoui quoſdam in pœnitentia ſulcaſſe uultum lachrymis, exaraſſe conti=
nuis fletibus genas, ſtrauiſſe corpus ſuum calcandum omnibus, ieiuno ore ſemper
& pallido, mortis ſpeciem ſpiranti in corpore, prætuliſſe. Sed ut eſt ſinuoſus ſtatim
elabetur, Ambroſium loqui de pœnitentia ſolemni: at ſi tantæ lachrymæ exiguntur
in pœnitentia ſolemni:cur tunc nullas admittis in pœnitentia priuata: aut ſaltem hoc
negare non poteris:illud ad omnes pœnitentes pertinere cum inquit.Pœnitentia eſt
uerus dolor cordis & amaritudo animæ pro malis quę quiſꝗ commiſit.

¶ Quis rogo perfectius pœnituit de peccato ſuo quam illud pœnitentiæ ſpeculum
S.Petrus Apoſtolorum princeps (etiam inuito Luddero, ut ſpeciali libro egimus)
at non legimus,eius pœnitentiam fuiſſe dulcem,ſed potius amaram:nam Mathæus
Math.26. inquit. Et recordatus eſt Petrus uerbi Iheſu quod dixerat: priuſꝗ gallus cantet ter
me negabis:& egreſſus foras fleuit amare,quæ uerba & Lucas repetit:adhuc audet
Ludder damnare eos,qui amaram docent pœnitentiam: damnatus ergo S. Petrus,
damnatus Mathæus,ad quos uelut uiuas imagines mittunt nos ſancti patres. Vnde
Chryſoſto. Chryſoſto.Homilia xxxi.ſuper epiſtola ad Hebræos inquit.Vis uidere integrā pœ
nitentiam:aduerte Petrum qualiter pœnituerit poſtꝗ negauerat Chriſtum:narrans
namꝗ Euangeliſta eius hiſtoriam.Et exiens inquit:plorauit amare:idcirco illi remiſ=
ſum eſt tam grande peccatū,quia ſicut debuit,pœnitentiam geſſit,adducit de in pœ
nitentiam Dauid,& quid pœnitens facere debeat:& ſubdit.Si hæc ſecum cogitaue
rit,non iraſcetur,non indignabitur:ſed luctu macerabitur,plorabit,ingemiſcet,lamē
tabitur diebus ac noctibus. Expende quomodo per omnia Chryſoſtomus Ludde=
ro aduerſetur ac eum proſternet. Ludder dicit pœnitentem eſſe lætum & gauden=
tem,ac in pœnitentia dulcem.Chryſoſtomus contra dicit pœnitentem luctu mace=
ratum,plorantem,lamentantem,ingemiſcentem : Ludder uult pœnitētem ſuum ex
amore deſcendere in iram. Chryſoſtomus non uult ſuum pœnitentem catholicum
iraſci aut indignari. Illis ſic contraria opinātibus:indubie uictoria,profligato Ludde
ro,ſtat apud Chryſoſtomum.

Idem pro=

Idem probatur ex Gregorio, Iſidoro, & alijs ac dulcedo pœniten- tiæ quomodo fiat, aperitur. Cap. XXIII.

VT intelligat Ludder in iſta re, de qua minime ambigimus, & ſcholaſtici do-
ctores nunq̃ poſuerunt in controuerſiam, non deeſſe tela catholicis: adijcia-
mus B. Gregorij teſtimonia in hanc ſententiam confertiſſima. Et primo *Grego.*
quidem affatim noſtris aſtipulatur lib. iiij. Moralium, ſuper illo Iob. Occupet eum
caligo &c. inquit. Cum ad mentẽ male geſta pœnitendo reducimus: graui mox mœ
rore confundimur: perſtrepit in animo turba cogitationum, mœror conterit: anxie
tas deuaſtat: in ęrumnam mens uertitur; & quaſi quodam nubilo caliginis obſcura-
tur: & infra. Dies amaritudine inuoluitur cum ad cognitionem mente redeunte pec
cati blãdimenta, cruciatus pœnitentiæ ſequitur: diẽ amaritudine inuoluimus, cum
praue delectationis gaudium, quæ ſupplicia ſequantur aſpicimus: & aſperis hoc fle
tibus circundamus. Gregorius uult laſciuientem peccatorem gaudijs, amaritudine *Grego.*
pœnitentiæ compeſcere: contra Ludder noua ſua Paulina theologia prohibet pœ-
nitentiam dici amaram, ſed eſſe dulcem. Simile quid dicit ſuper Ezechiele Homi-
lia. ix. Euigilemus fratres; & mala quæ nos geſſiſſe meminimus fletibus puniamus:
ut per lamenta pœnitentiæ ueniamus ad carmen uitæ: ne ſi affligi modo pœniten-
do nolumus: ut poſtmodũ ſine fine ſentiamus. Sic in Homil. de Maria Magdalena
teſtatur, quomodo lachrymoſa medullitus ingemuerit, ut a peſte mox ſanaretur.
¶ Iſidorus quoq; Hiſpaleñ. & ſi minus idoneus author ſit apud Ludderum: magnæ *Iſidorus.*
tamen merito apud catholicos opinionis habetur: quod eius ductu plurima conci-
lia Toletana ſint habita, & hæreſis Arriana ex uniuerſa Hyſpania eſt profligata. Is
igitur diligentiſſimus fidei reparator libro ſecundo de ſummo bono, inquit. Om- *Cap. 6.*
nis conuerſus ante ex fletu inchoat peccatorum, ut ſic tranſeat ad deſideria ſuper-
norum: prius enim purganda ſunt uitia quæ geſſimus lachrymis: & tunc mundata
mentis acie, id quod quærimus mentis gaudio contemplemur. Vide hic quam acu-
te ſeparet Iſidorus ea de quibus gaudet pœnitens, de bono. ſ. quod quærit: & ea de
quibus triſtatur, ſcilicet de peccatis. Et horum agit pœnitentiam: ut ad alia bona per
ueniat. Quare confeſſo omnium eſt, pœnitentiam debere eſſe amaram: ꝗuis non ab-
nuamus per internas diuinas conſolationes ipſam dulceſcere, maxime iam intrante
charitate: quæ animam inhabitare non poterit ſine ſuaui quodam guſtu & ſapore
iucundo. Vnde ſubdit Iſidorus. Vt dum antea flendo peccati a nobis caligo detergi
tur, mundatis cordis oculis, libere ſuperna aſpiciantur. Et cap. xiij. Ille pœnitentiam
digne agit: qui reatum ſuum ſatiſfactione legittima plangit, condemnando. ſ. ac de
flendo, quę geſſit: tanto in deplorando profuſius, quanto procliuior fuit in peccato.
¶ In huius figuram uolunt catholici præceptum fuiſſe a domino, ut azimos panes
cum agreſtibus lactucis comederent Iudęi: cum re difficilis & amari guſtus: quia
pœnitentia eſt uia per deſertum difficilis & laborioſa: pulchre Auguſtinus lib. xxij. *Augu.*
contra Fauſtum, pœnitentiam mutationi habitus Thamar comparat. Iam inquit
Thamar habitum mutet: nam & commutans interprætatur Thamar: ſed in ea pror
ſus amaritudinis nomẽ maneat. Non illius amaritudinis, in qua domino fel miniſtra
uit: ſed illius potius in qua Petrus amare fleuit: nam & Juda latine confeſſio eſt.
Confeſſioni ergo amaritudo miſceatur, ut uera pœnitentia fecundatur eccleſia in
omnibus gentibus conſtituta. Figuram explicat ibi Auguſti. facti Iudæ cum Tha-
mar, & eam ab amaritudine dictam uult, quod heemanti ſit a uerbo מרר & hanc
Thamar hoc eſt amaritudinẽ uult eſſe cum Hiuda hoc eſt cõfeſſione. Ita Nicepho *Nicephorus.*
rus ait, iã ſi qui peccauerant, lachrymis liqueſcãt ac continenter malorꝝ ſuorꝝ abalie-
nationẽ meditenť. Cõcludẽdo ergo aſſerimus pœnitentẽ debere dolere d' peccato:

Augu: & ut Auguſtinus inquit, ſemper doleat & de dolore gaudeat: & non ſemper doluiſ ſe doleat. Quanto enim pœnitentia erit amarior: tanto auctiorem reſtituet charitatem: cum qua uenit illa dulcedo ſpiritus: & tunc amaritudo pœnitentiæ uertitur

Exo. 15. per unctionem gratiæ in dulcedinem & ſuauitatem. Sic populus Iſrael ambulauit tribus diebus per ſolitudinem: & uenit in Marath: nec poterat bibere aquas, eo q̃d amaræ eſſent: poſtea uenit in Elim: ubi erant duodecim fontes aquarum & ſeptua-

Exo. 16. ginta palmæ. Sic pœnitens it tribus diebus, hoc eſt per tres partes pœnitentiæ, profligato Pharaone: ſedet in amaritudine: poſtea uenit ad dulcedinem & iucunditatem Elim, hoc eſt ſanctę eccleſię, fontibus duodecim Apoſtolorum irrigatę, & pal

Origenes. mis uictoriæ, lxx. diſcipulorum nobilitatę ſecundum Orige. Nec eſt mirum inquit

Hierony. Hieronymus quod poſt uictoriam uenit in amaritudinem: quoniam uerum paſcha facientes, azyma cum amaritudinibus comedunt: quæ omnia ſancti patres profun

Hierony. de penſarunt: & pœnitentiam amarã ſtatuerunt: et pulchre ut Hiero. confert hæc mundana gaudia amaritudine finiuntur: iuxta illud ſapiẽtis extrema gaudij luctus

Prouer. 14. occupat. Sed ſpiritalia ab amaritudine incipiunt, & lęto & comico, ut diciſolet, fine

Epilogus. terminantur: hanc ſententiam ſecuti Iuniores diuini uerbi prędicatores, recte ſtatuerunt pœnitentiam incipere a timore: quando peccator recogitat grauitatem & multitudinem, ac fœditatem ſuorum peccatorum, ſupplicia damnatorum, & præmia beatorum: & terrore ſic incuſſo, amaricatur animus eius, quouſq; perueniat ad dilectionẽ iuſticiæ: ubi unctus oleo lęticiæ per gratiam ſpiritus ſancti, ſpiritales recipiat hic conſolationes & amoris pignora: ut tandem lęte poſſit contemplari Iheſum in æterna patria cum ſanctis triumphantem. AMEN.

Electo Clemente 1523. In Decembri author obtulit Romæ ad manus Pontificis.

BEATISSIMO PATRI ET DOMINO D. Adriano. VI. Ponc. Max.

Iohan. Eckius, Humilem ad pedes Commendationem.

PRobi ac exaſſe formati artifices, Pont. Max. qui corporum formas ęmu-
lantur, ante omnia capitis modũ effigiant: nec in alia membra prius lineas
deſtinant, quam arcem ſigurarum conſumata habitudine abſoluerint. Ita
ego Adriane apoſtolici culminis præſidens, cõtra hæreſes Ludderanas, omniũ anti
quorum hæreticoꝝ perfidiam ac impietatem, ſuperantes, ſcripturus, primum a ca-
pite exorſus ſum, hoc eſt ab eccleſiæ & ſummi Pontificis authoritate; nam hoc eui-
cto & triumphato: ruituræ erant omnes peruerſi hominis aduerſus ſidem Catholi-
cam, machinæ. Porro cum ſacramentum pœnitentiæ unicum ſit peccantium refu-
gium ac medicina, Confeſſio ipſa, neruus ſit totius Chriſtianæ diſciplinæ; Videbar
ex re catholicorum facere: Si errata, Impietates, ac hęreſes Ludderi ac Oecolampa
dij: gladio ſpiritus: quod eſt uerbum dei: reſecarem: priſtino candori: contra hæreti-
corum fecẽ, confeſſionem reſtituerem. Curauimus autem obnixius, ut neglectis re-
centioribus ac neotericis (quamuis magnæ ducam eos eſſe auctoritatis) eccleſiæ do
ctoribus: ueſtigia ueteris monetæ ab eccleſia receptæ ſequeremur: omnia ex fonte
hauſimus ſacrarum literarum, & receptiſſimis eccleſię ſcriptoribus. Quid enim pro
prium noſtrum eſſe poterit: cum nihil omiſerit antiquitatis diligentia intactum, ni-
hil quod ab eccleſiæ patribus non ſit uentilatum, & excuſſum: Vtile enim iudicaui,
hoc noſtri ſæculi hominibus præſcribere: cum temere negent Ludderani, antiqui-
tus recepta fuiſſe confeſſionem. Cum autem in Rep. Chriſtiana, peccatis noſtris exi
gentibus, omnia permiſceantur: turbentur, ac tumultuentur. Foris enim inſtat atro
ciſſimus hoſtis Thurca, Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimus: Interius uero, præter plę
beorum furorem: ac principum Chriſtianoꝝ grauiſſima bella, execrabilibus erro-
ribus, ac perniciosiſſimis implicatur hæreſibus. In tantis eccleſiæ afflictatæ calamita
tibus: maximam de te concitaſti expectationẽ: qui Reip. Chriſtianę ſuccurrere ue
lis & poſſis: Nobis hoc pollicetur, rerum Theologicarum rara & ſublimis eruditio:
cana prudentia, morum candor inculpatiſſimus, ac ante actæ uitæ incredibilis inte-
gritas. D.O.M. gratia ſua ac adiutorio te & eccleſiam ſuam, non deſtituat. Sed
hunc in te animum pacandę Chriſtianitatis; cum bona corporis ualetudine: au
geat: promoueat: ac diutiſſime conſeruet. Ego autem huius libri examen,
potiſſimum amplitudini tuæ ſubijcere uolui: quod induſtria tua
promptius præſtabit ſuffragium: ſi bene ſcripſi: & benigni
tas: faciliorem ſpondebit ueniam, ſi erraui: ne pluribus
Epiſtola oneretur: me. S. T. commendo. Ex In-
goldſtat Bauariæ Idi. Nouemb. Anno
Gratiæ. M. D. XXII.

Oblatum per authorem uocatũ per breue Pontificium Romæ
in manus Pontificias 1523. die 17. Marcij.

In nomine tuo dulcis IHESV.

DE POENITENTIA ET EIVS PARTE, Confeſſione Lib. II.

Proloquium. Capitulum. I.

CVM ſingula ſacramenta in Chriſto Iheſu, & ſumme ſint ueneran-
da, & apprime utilia: non tamen infimum inter ea ſortitur locum
Pœnitentiæ utilitas. pœnitentia: poſt baptiſmum maxime neceſſaria, his qui denuo pu-
ritatis candidam ueſtem amiſerunt: nullum enim aliud eſt ſacra-
mentum, quod plures animas ex orco liberet, & ad æternæ beati-
tudinis ſedes euehat: ac ipſa pœnitentia. Nam res eſt pœnitentia
tam ſalutaris atq; frugifera: ut eius commoditates facile oratione explicari non poſ-
Augu. ſint, uelut omnis authoritas clamat, inquit Auguſtinus: & omnis bonorum uita co-
natur oſtendere. Quomodo enim non optima res eſſet pœnitentia, eodem aſtipu-
lante: quæ defectus reuocat ad perfectum: hominem redire facit de morte ad uitã
& remiſſionem peccatorum impetrat in hoc ſæculo: quæ ualeat in futuro. Quæ ira-
tum potens eſt placare iudicem, ut ſacra ſcriptura teſtatur. Si clauſero cœlum (ait
2. Paralip. 6. deus) & pluuia non fluxerit: & mandauero & præcepero locuſtæ: ut deuoret terrã:
& miſero peſtilentiam in populum meum. Conuerſus autem populus meus: ſuper
quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit: & exquęſierit faciem
meam & egerit pœnitentiam a uijs ſuis peſſimis: Ego exaudiam e cœlo.

¶ At quã præſtabilis res eſt pœnitentia, ſi quis ea recte utatur: tam pernitioſus eſt
Nouatianus. error, qui eam lacerat & diſcerpit. Ob hanc rem ſancti patres non parum ſudarunt
ad hæreſim Nouatiani extirpandam: qui primum ſchyſma in eccleſia dei ſuſcitauit:
quod Fabiano Roma. Pōt. martyrij aureolam adepto, hic impie ſe ingeſſit aduerſus
S. Cornelium Papam electum: ut pluribus hæc res agitur a S. Cypriano in epiſto-
lis. Et ut nouum foueret ſchyſma, nouum quoq; inuexit errorem, Relapſis in pecca-
tum poſt baptiſma: pœnitentiam negans occaſione ex uerbis apoſtoli male intelle-
Heb. 6. ctis accepta, dum ad Hebræos inquit. Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati:
guſtauerunt etiam donũ cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti. Guſtauerũt
nihilominus bonũ dei uerbũ, uirtuteſq; ſæculi uenturi, & ꝓlapſi ſunt: ruſus renouari
ad pęnitẽtiã: rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiũ dei & oſtentui habentes: at hæc
impietas per S. Cypria. S. Ambroſ. S. Auguſt. & Romanos Pontifices confeſtim
Iouinianus. fuit extincta. Eo tamen errore uidetur fuiſſe infectus Iouinianus: quoniã illius fuit
Hierony. ſententiæ Hieronymo referente: ut qui ſpiritu baptiſati eſſent: tentari a diabolo nõ
poſſent: quam hæreſim Hieronymus ſacræ ſcripturæ teſtimonijs grauiter reijcit.
Surrexerunt alijs temporibus alij errores: eccleſiaſticis patribus ſemper ſtrennue
ueritatem defendentibus.

Ludderi hæreſes. ¶ Nouiſſime ab aquilone unde pandetur omne malum: uenit lerna illa malorum
Ludder: omnia inuertẽs mutans & deſtruens, quicquid eſt religionis, quicquid eſt
Hiere. 1. fidei: morum: honeſtatis: uel eccleſiaſticæ traditionis. Hic cũ aliqua ſacramenta om-
nino extra ordinẽ relegauerit: alia ſic manca: mutila: et imperfecta reddidit: ut ſi fir-
ma eius debeat eſſe ſententia: actum ſit iam de eccleſia dei: tantis ſacramentoꝝ or-
bata & deſtituta præſidijs. Quam eius peſtilentiſſimam hæreſim contra ſingula ec-
Rex Angliæ. cleſiæ ſacramenta Sereniſſimus Anglię Rex & Franciæ Henricus huius nomi-
nis. viij. fidei protector: ædito libro exploſit robuſtiſſime. Multis autem incommo-
dis Ludder ſacramentum pœnitentiæ affecit: & cõfeſſionem ſecretam: quam uer-
borum nouatores auricularem & clancularem nuncupare cæperunt: ignotam pa-

tribus

tribus & eccleſiæ primitiuę ac martyrum fuiſſe contendit: & liberam eam eſſe, nō præceptam: in quam ſententiā inſigniter quoq; furit Oecolampadius: & Vrbanus Rieger ſimili ducitur perfidia.

Oecolamp. *Rieger.* *Oroſius.*

¶ Tantæ autem iniquitati: tot erroribus: quis fidelium negabit: celerrime fore occurrendum: cum male plantatum (ut Oroſius ad Auguſtinum inquit) adeo inualuerit, ut etiā aliquibus locis præualuerit: multis millibus hominum confeſſionem in ſacro paſchæ feſto omittentibus. Ad deuelandas itaq; hæreſes & impoſturas Ludderi ac Oecolampadij, conabimur ex ſacris literis: ex cōcilijs & patribus oſtendere ſemper fuiſſe in eccleſia dei poſt Euangelium promulgatum, confeſſionem: quæ oīa receptiſſimis firmabimus hiſtorijs: ut nullus fidelis eccleſiæ catholicę filius: deinceps uacillet: quin ſacramenti pœnitentiæ diſpenſatio: ſicut modo fit peccatore ſecreto confitente: & ſacerdote abſoluente, Ita a colūnis eccleſiæ: ſanctis apl'is ſit tradita: & authoritate Chriſti præcepta. Duo tamē hic præfabor. Primum nolle me figere pedem in ſolemni pœnitentia: niſi quatenus diuerſarij eam priuatę miſcuerint. Alteꝝ eſt nihil hic a me aſſeri, ſacræ ſcripturæ aut eccleſiæ aduerſum: ſed tantū dixiſſe uolui: quantū a ſede petri: & Adriano vi. in ea ſedente fuerit approbatum: & quę iudicauerit expungenda: iam expuncta uolo.

Intentio authoris. *Proteſtatio.*

Diuiſio pœnitentiæ, & primo de pœnitentia ſolemni. Cap. II.

PRæter pœnitentiam interiorem: quæ contritio incepit nominari: ueteres etiam detritionem nominarunt, Iſaiam imitati: aſſeritur a catholicis pœnitentia exterior, ad quam confeſſio delictorum neceſſaria eſt: de qua hic præcipua nobis cura eſt. Vnde altius nos ordiri oportet: & omnem pœnitentiæ materiam hic excutere: quod uarios uſus eccleſiæ ignorantes, plurimum hic hallucinentur. Vt autem ſignificantius ac diſtinctius omnia in medium proferamus operepretium fuerit uarios illos modos pœnitentiæ ſecernere atq; ſeiungere: quo ſanctorum conciliorum atq; patrum ſententiæ rectius intelligantur: Sanctorum enim excutienti libros, mox in praxi eccleſię triplex occurrit pœnitentia, ſolemnis, publica, & priuata.

Triplex pœnitentia. *Solemnis pœnitentia.* *Agathenſe cōcilium.*

Solemnis pœnitentia eſt quæ ab Epiſcopo: aut eius ſpeciali mandato alicui imponitur propter enorme & uulgatiſſimum crimen, Vrbem aut multitudinem commouens: itaq; hæc prima pro grauioribus, horrendis ac manifeſtis peccatis: & extra eccleſiam in cinere & cilicio publice peragitur. Modus huius pœnitentiæ in Agathenſi explicatur concilio capite. xi. in capite quadrageſimæ omnes pœnitentes qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperint pœnitentiam, ante fores eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo ciuitatis: ſacco induti, nudis pedibus, uultibus in terram proſtratis, reos ſe eſſe, ipſo habitu & uultu proclamantes: Ibi adeſſe debent decani: ideſt archipreſbyteri parochiarum, preſbyteri pœnitentium: qui eorum conuerſationem inſpicere diligenter debent: & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Poſt hæc eos in eccleſiam introducat: & cum omni clero ſeptem pœnitentiæ Pſalmos in terram proſtratus cum lachrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc ea ſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, eis manus imponat: aquam benedictam ſuper eos ſpargat: cinerem prius mittat: deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu, & crebris ſuſpirijs denūciet eis: quod ſicut Adā proiectus eſt de paradiſo: ita & ipſi pro peccatis ab eccleſia abijciuntur: poſt hæc iubeat miniſtris: ut eos extra ianuas eccleſiæ expellant. Clerus uero proſequatur eos cum reſponſorio. In ſudore uultus tui ueſceris pane &c. ut uidentes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atq; commotam: non paruipendant pœnitentiam: in ſacra autem domini cœna rurſus ab eorum decanis & eorum preſbyteris: eccleſiæ liminibus præ-

Gratianus. ſententur. Scio quod Gratianus renarrat iſtum canonem concilij in decreto ſuo,
Diſ.l.In capite a quo alicubi uariaui hic lectionem: ſed ego antiquum exemplar ſcriptum Concilij
Agatheñ. ſecutus ſum: in quo lxix. huius concilij continentur capitula.

¶ Hanc pœnitentiæ formam ſingulis annis agebant: quam diu in pœnitentium nu
Nicolaus. mero continebantur ut ex epiſtola Nicolai Papæ ad Frontarium Archiepiſcopum
Burdegalleñ, liquet. Nam in aliquibus ſceleribus non admittebantur ad communio
nis ſacramentorum gratiã ante trienniũ, ſicut in pͣfata epiſtola liquet: & ea quã ſcrip-
Epiſcopus Ar- ſit Radulpho epiſcopo Argentoraten. ſuper matricida. Et completis annis pœnitẽ-
gentoraten. tiæ: tunc reconciliabantur ſolemniter per epiſcopum eccleſiæ catholicæ; quia alteri
ſacerdoti non licebat reconciliare pœnitentes ſicut a Carthaginenſi conſtitutum eſt
Carthaginen. concilio, Fortunato epiſcopo ſuggerente: & fuit cõcilium ſecũdum Carthaginenſe
concilium. cap. ij. Niſi pœnitens fuiſſet in periculo conſtitutus mortis: ut Aurelio ſuggerente
in iij. capite eiuſdem concilij deciſum fuit: licet uarietas criminum etiam uarietatem
12.q.2.de uiro. expoſtularit pœnitentiarum: qui originalibus caruerit; legat Gratianum, ubi Nico
33.q.2. latorẽ. lai decreta recitantur. ¶ Hæc ſolemnis pœnitentia multorum charitate, in ec-
cleſia frigeſcente, ex uſu eccleſiæ ablata eſt: laicis tantum onus omnino non tolleran
tibus: licet prius deſierit illa ſolemnis pœnitentia in eccleſia Conſtantinopolitana:
Zoſomenus quã Romana. Ita & meminit Zoſomenus in tripartita hiſtoria, ſi exactius penſe-
lib. 9 tur: & ſimul modum exprimit huiuſmodi pœnitentiæ in occidentalibus eccleſijs
& maxime apud urbem Romam: ſeruari ſolitum: ubi & certus ſit pœnitentium lo
cus: inquit autem ſic. Stantes autem rei, & uelut in lamentationibus conſtituti: dum
ſacra celebratio fuerit adimpleta: illi communionem non percipientes, cum gemitũ
& lamentatione ſeipſos in terra proſternunt. Ad quos concurrẽs epiſcopus, & ipſe
cum lachrymis gemitu ſpirituali proſternitur: & omnis eccleſiæ plebs fletibus inun
datur. Poſt hoc autem prior ſurgit epiſcopus: & eleuat iacentes a terra tunc compe
tenter pro pœnitentibus facta oratione dimittit omnes: At illi afflictionibus ſponte
uacantes: & aut ieiunijs, aut abſtinentia lauacri, aut ſuſpenſione ciborum, aut rebus
alijs quæ iubentur, expectant commune tempus quod decreuit epiſcopus. Conſti-
tuto uero tempore uelut quoddam debitum exoluentes, afflictione peccatorum cu
rati: cum populo communionem participant. Congruit iſtud quod de epiſcopo di-
citur, Agathenſi concilio, ſimiliter & de preſbyteris pœnitentium: In quorum ui-
Pœnitentiarij cem charitate Chriſti deficiente iam & declinante, multo mitiorem pœnitentiã cle-
rus cogitur, etiam ſceleratiſſimis exhibere: umbram autem huius pœnitentię adhuc
ſeruari in eccleſia, teſtificabuntur hi qui tempore cœnę domini in eccleſijs cathedra
libus fuerunt: expendentes quis ritus tunc pœnitentium obſeruetur: Sicut hodie
pœnitentiarij Papæ, pœnitentiarij Epiſcoporum: perſonam gerunt preſbyterorum
pœnitentium antiquitus in eccleſia conſtitutorum: niſi quod ex mandato epiſcopi re
conciliationem met impendunt: epiſcopis circa dignitatem & utilitatem eccleſiæ in
rebus prophanis, pluſq; circa animas pœnitentium, occupatis.

¶ Præſtat tamen huius ſolemnis pœnitentiæ ſymulacrum referre: quod hodie ex-
tat, ueteri inſtituto: in Halberſtatenſi eccleſia in Saxonibus. Illud autem eſt huiuſ-
Aen. Syluius modi, Pio. ij. Pontifice in Europa renarrante. In hoc templo (Halberſtatenſi intelli-
ge) ſingulis annis: unus ex populo deligitur: quem peccatis grauioribus inquinatũ
putant: hunc ueſte lugubri induunt: & obuoluto capite prima ieiunij die ad templũ
Adam Halber- ducunt: Indeq; peractis diuinis officijs eijciunt: Is quadraginta diebus nudis pedibus
ſtaten. perambulat urbem: & ædes ſacras circuit: neq; ingreditur: neq; quemq; alloquitur.
Inuitatus a canonicis per uices: quod apponitur comedit. Somnus ei poſt medium
noctis in plateis permittitur: die Iouis ſancta poſt conſecrationẽ olei, rurſus ad tem-
plum introducitur: & oratione facta a peccatis abſoluitur: pecuniaſq; ei populus of-
fert: quæ

ſert:quæ tamen templo dimittunt:hunc Adam uocant:& poſt hoc ab omni crimine
liberꝝ putant,hæc Pius.Expende lector antiquũ eccleſiæ morem in hoc Adamo ob
ſeruari:qui extra eccleſiam eiectus,in cœna domini ad eccleſiam reſtituitur: hoc an-
tiquitus obſeruatũ & Innocentius Papa 1.monſtrat eſſe Ro. eccleſię conſuetudinẽ. *Innocen.*

Sother.

Solemnis pœnitentia non reiterabatur:licet lapſus ad pœni- tentiæ ſacramentum admitteretur. Cap.III.

CVm autem in ſequentibus ſæpius nobis occurrent ſanctoꝝ patrum de pœ
nitentia ſolemni ſententiæ diſcutiendæ: Vſui nobis plurimum erit,de ea ꝓ- *Solemnis pœni*
lixius diſſerere:etiam ſi iam in diſſuetudinem abierit: quo certius lector di- *tentia ſemel fit*
cenda omnia intelligat. Et primis hoc peculiare fuit pœnitentiæ ſolemni : quod non
reiterabatur: hoc ſanctorum patrum liquet teſtimonijs : & ratione non uacat. Nam
ita inquit Origenes ſuper Leuitico. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit: *Origenes.*
quæ non in crimine mortali,non in blaſphemia fidei,ſed uel in ſermonibus,uel in mo *Homil.15.*
rum uitio conſiſtat:hoc eſt uendidiſſe domum quæ in agro eſt,uel in uico cui murꝯ
non eſt. Hæc ergo uenditio huiuſmodi culpa ſemper reparari poteſt: nec aliquãdo
interdicitur tibi de huiuſmodi commiſſis pœnitudinem gerere : In grauioribus eni
criminibus ſemel tantum,uel raro pœnitentiæ conceditur locus: iſta uero commu-
nia:quæ frequenter incurrimus,ſemper pœnitentiam recipiunt,& ſine intermiſſio-
ne redimuntur:non.n.hic Origenes inſanum Montani & Nouati aſſerit dogma:ne-
gantium pœnitentiam reiterari poſſe:ſed ſolemnem non uult reiterari.Et hic per cõ
munia intelligit peccata uenialia & mortalia non enormia. ¶ Similis eſt intelligen
tia uerboꝝ Auguſtini in ſecunda epiſtola ad Macedonium . In tantum aũt hominũ *Augu.*
aliquando iniquitas progreditur:ut etiam poſt actam pœnitentiam: poſt altaris recõ *Epiſtola 54.*
ciliationem,uel ſimilia uel maiora committat:& infra. Et q̃uis eis in eccleſia locus ſi-
millimę pœnitentiæ non concedatur : deus tamen ſuper eos patientiæ ſuæ non obli-
uiſcitur.Et infra.Q̃uis ergo caute ſalubriterq; præuiſum ſit:ut locus illius humillimę
pœnitentiæ:ſemel in eccleſia concedatur: ne medicina uilis, minus utilis eſſet ægro-
tis: quę tanto magis ſalubris eſt:quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen au-
deat dicere deo:quare huic homini : qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis
iniquitatis obſtringit:adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga iſtos non agi : ꝙ
Apoſtolus ait,Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit. Et hic quoq; li- *Roma.2.*
quet ſemel dumtaxat fuiſſe locum pœnitentiæ in eccleſia:quod de ſolemni intelligen
dum eſt:alioquin Montani & Nouati accederet impietati. Renarrant hæc uerba &
Petrus Longobardus & Gratianus : & hic quidem repetitis uicibus. Et cau- *Longobardus Diſ. 50.*
ſam quoq; aſſignat hic Auguſtinus:cur non reiteretur, ne .ſ. uileſcat. ¶ Sic & B. *De pœni. diſ.3*
Ambro.lib.ij.de pœnitentia inquit,Merito reprehenduntur:qui ſæpius agendã pœ *Ambroſi.*
nitentiam putant:quia luxuriãtur in Chriſto.Nam ſi uere agerent pœnitentiam: ite- *Cap.10.*
randam poſtea non putarent:quia ſicut unum baptiſma: ita una pœnitẽtia: quæ tan-
tum publice agitur.Nam quottidiani nos debet pœnitere peccati, ſed hæc delictoꝝ
leuioꝝ,illa grauioꝝ.Et ſequenti cap.de pœniten.inquit. Quæ ſi ſemel fuerit uſurpa
ta nec iure celebrata:nec prioris obtinet fructũ:& uſum aufert poſterioris ;liquet ex
S.patre hic apertiſſime : quomodo duplicem aſſerat pœnitentiam unam publicam
quam negat reiterandã: quæ grauiorum ſit delictorum : alteram ſecretam,leuiorum
delictorum. ¶ Ratio autem cur ſancti patres noluerunt illam ſolemnem pœniten- *Solemnis pœni*
tiam reiterari:iam fuit reddita per Auguſtinum:ne medicina ex ſui reiteratione uile *tentia non rei-*
ſceret.Et ꝙ huiuſmodi pœnitens eijciebatur extra eccleſiam. Sicut Adam eiectus fu *teratur.*
it extra paradiſum terreſtrem; ut Reſponſorium meminit ſuperius citatum.Modo

primi parentes ſemel dumtaxat expulſi ſunt de paradiſo: unde durante huiuſmodi
pœnitentia nunqꝫ toto anno ingrediebantur eccleſiam: niſi a cœna domini uſque ad
octauas Paſchæ; Monitus ſit itaqꝫ ſtudioſus lector, ut ſanctos patres de ſolemni pœni
tentia intellexiſſe uerba illa aduertat. Et nullo pacto Montano & Nouato conſenſiſ-
ſe: cum omnes catholici in hanc concedant ſententiam: ꝙ cũ quottidiana ſit offenſio:
Prouer. 24. etiam quottidiana ſit remiſſio: Ideo ſepties in die reſurgit iuſtus. Et Petro Saluator
Math. 18. dixit, ut non modo ſepties: ſed ſeptuageſies ſepties: fratri ſuo peccatum dimitteret.
Hoc tamen prioribus addendum: in aliquibus eccleſijs reiteratam fuiſſe pœnitenti-
De pœni. diſ. 3 am ſolemnem: quod Gratianus teſtatur. Et illud quoqꝫ addendum. Cum mos fuerit
Nihil prodeſt. eccleſiarum non reiterari pœnitentiam ſolemnem: Neminem ex hoc ſuſpicari: tam
immittem fuiſſe nouercam primitiuam eccleſiam: quod filio quãtumuis crimino ſo,
redeunti gremium miſericordiæ non aperiret: quod ante ultima ſuſpiria alicui ſalutis
Augu. uiam præcluderet. Nam ex Auguſtino colligitur: quod apud Macedonium interceſ
ſerat pro lapſis poſt ſolemnem pœnitentiam: quos noluit in chaos deſperationis præ
cipitari. Nam ita pulchre inducit lapſum poſt pœnitentiam ſolemnem, cauſam ſuã
coram catholicis Ep̃is agentem. Aut date mihi eundem iterũ pœnitendi locum. Aut
deſperatũ me permittite: ut faciam quicq̃d libuerit: q̃tum meis opibꝰ adiuuor, & hu
manis legibus non prohibeor, in ſcortis omniqꝫ luxuria: Aut ſi me ab hac nequitia re
uocatis: dicite utrum mihi aliquid proſit ad uitam futuram: Si in iſta uita, illecebroſiſ-
ſimæ uoluptatis blandimenta contempſero. Si libidinum incitamenta frænauero: Si
ad caſtigãdum corpus meum, multa mihi etiam licita & conceſſa ſubtraxero: Si me
pœnitendo uehementius q̃ prius excruciauero: Si miſerabilius ingemuero: ſi fleue-
ro uberius: ſi melius uixero &c. quis noſtrum ita deſipit: ut dicat huic homini. Nihil
tibi iſta proderunt impoſterum. Vade ſaltem huius uitæ ſuauitate perfruere: auer-
tat deus tam immanem ſacrilegamqꝫ dementiam. Hic habet quod dixi: quod etſi in
eccleſia prouiſum olim fuerit: ut ſemel locus daretur pœnitentiæ ſolemni: tamen ex
cidenti ab eadem, eccleſia non denegauit pœnitentiæ ſacramentum ut hic ex Augu.
liquet. Non tamen potui inuenire fateor quo pacto is ab eccleſia tunc recipiebatur,
ſi illa ſolemnitas pœnitentiæ non obſeruabatur. Nam ex pluribus Canonibus Con-
Carthaginẽ. cõ cilij Carthagineñ. liquet celebrem fuiſſe pœnitentium receptionem per impoſitio-
cilium. nem manuum: nam ita legitur c. xxiij. Concilij tertij. Vt preſbyter inconſulto Epiſco
po non reconciliet pœnitentem: niſi abſente epiſcopo neceſſitate cogente. Cuiuſcun
qꝫ pœnitentis publicum & uulgatiſſimum eſt crimen: quod uniuerſalem urbẽ com-
mouerit: ante apſida manus imponatur ei: ἀψίδα arbitror fuiſſe teſtudinem in introi-
c. Is qui 26. q. 6 tu eccleſiæ. Sic in iiij. Concilio Carthagineñ. Canone lxxv. decernitur: preſbyterum
debere pœnitentem infirmum reconciliare per impoſitionẽ manus: et ori eius etiam
phrenetico euchariſtiam infundere. Et Canone lxxvij. ſtatuitur, pœnitentem infir-
mum: etiam accepto euchariſtiæ uiatico, non debere arbitrari ſe abſolutum, Si ſuper
uixerit, ſine manus impoſitione. Immo in Canone tertio ſequenti, præcipitur omni-
bus diebus ieiunij: manus imponi pœnitentibus: Exiſtimo autem Fabiolã huiuſmo-
di pœnitentia peccatum diluiſſe adulterij: ꝙ uitioſo marito dimiſſo, eo uiuo, alteri ad
Hierony. hæſerat: de qua ſic ſcribit Hieronymus in Epitaphio eius ad Oceanum. Quis hoc
Fabiolæ pñia. crederet, ut poſt mortem ſecundi uiri, non ſemel reuerſa (quo tempore ſolent uiduæ
negligentes, excuſſo ſeruitutis iugo agere ſe liberius, adire balneas, uolitare per plate
as, uultus circumferre meretricis) ſaccum indueret: ut errorem publice fateretur: &
Lateranen. tota urbe ſpectante Romana, ante diem Paſchæ in baſilica quondam Laterani (qui
Cæſariano truncatus eſt gladio) ſtaret in ordine pœnitentiũ, Ep̃o, preſbyteris & om
ni populo collachrymantibus, ſparſum crinem, ora lurida, & ſqualidas manus, ſordi
da colla ſubmitteret; quæ peccata fletus iſte non purget; quas inueteratas maculas

hæc la-

hęc lamenta non abluant? Et infra. Aperuit cunctis uulnus ſuum: & decolorem in corpore cicatricem: flens Roma conſpexit: diſſuta habuit latera: nudum caput: os clauſum. Nõ eſt ingreſſa eccleſiam domini: ſed extra caſtra cum Maria ſorore Moyſi ſeparata conſedit: ut quam ſacerdos eiecerat, ipſe reuocaret. Deſcendit de ſolio deliciarų̃ ſuarum: accepit molã, fecit farinã: & diſcaltiatis pedibus trãſiuit fluentẽ lachrymarum: Sedit ſuper carbones ignis: Hi ei fuere in adiutorium: faciem per quam ſecundo uiro placuerat, uerberabat: oderat gemmas: linteamina uidere non poterat: ornamenta fugiebat. Sic dolebat: quaſi adulterium commiſiſſet: & multis impẽdijs medicaminum, uulnus ſanare cupiebat. Hæc Hierony. de Fabiola: quam auſteritatem pœnitentiæ: ſi ad noſtra conferemus tempora: iudicare nos oportet: nec tantillum feruoris Chriſtiani eſſe in nobis: quod tamen Ludder penitus delere cupit cum ſuis: confeſſionem delendo, & pœnitentiam adhuc laxiorem faciendo. *Nume. 12.*

An ſacerdotibus & magnatibus ſolemnis fuerit iniuncta pœnitentia. Cap. IIII.

DVrante autem illa pœnitentia, non ingrediebantur ut diximus eccleſiam: niſi in cœna domini uſq; ad octauam Paſchæ. Et quia labe infamiæ aſpergebatur pœnitens. Ideo nulli clerico ſolemnis imponebatur pœnitentia, ob ſtatus ſacerdotalis dignitatem. Extat ſuper ea re cap. xiiij. inter decreta Siricij papę. Illud quoq; par fuit nos prouidere: ut ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum. Ita poſt pœnitudinem ac reconciliationem: nulli unquam laicorum, liceat honorem clericatus adipiſci: quoniam quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati: nulla tamen gerendorum ſacramentorum debent inſtrumenta accipere: qui dudum fuerunt uaſa uitiorum. Quod non ita accipiendum eſt: quod clericus non ſit ſacramenti pœnitentiæ capax: ſed quod non publice ſolemnitas pœnitentiariorum, cum eis obſeruabatur. Quod poſtea expreſſius in Carthaginenſi Cõcilio quinto ſancitum eſt cap. xi. Item confirmatum eſt, ſi quando preſbyteri uel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint: qua eos a miniſterio neceſſe ſit remoueri ad tempus: non eis manus tanquam pœnitentibus uel tanquam fidelibus laicis imponatur: liquet & ſacerdotem non potuiſſe ſubire publicam pœnitentiam ſolemnem. Nec eum qui ſubierit, poſſe in clerum promoueri. Quod intelligendum puto: niſi a miniſterio ſuo perpetuo deponatur: quia clericus depoſitus ſic quo ad pęnas laicis æquiparatur. Non tamen clericorum peccata propterea manſerunt impunita: ſed alio modo eis impoſita eſt delictorum emenda: qua eccleſiæ ſatiſfacerent. Meminit adhuc explicatius Leo Papa in quodam Canone ix. inter decreta illius: & ſecundus eorum quos ſcripſit ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum (facilius eſſet mihi citare Gratianum: at uolo Lectorem nihil hæſitare de allegatis: ideo ut maiorem apud eum habeant fidem: quottum originalis adduco) Alienum eſt inquit, a conſuetudine eccleſiaſtica: ut qui preſbyterali honore aut diaconi gradu fuerint conſecrati: hi pro crimine aliquo per manus impoſitionem, remedium accipiant pœnitendi: quod utique ex Apoſtolica traditione deſcendit: ſecundum quod ſcriptũ eſt. Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro illo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendã miſericordiam Dei, priuata eſt expetenda ſeceſſio: ut illis ſi ſatiſfactio fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

Siricius *Sacerdos nõ in ſolemni pñia.* *Carthaginen. Concilium.* *Leo.* *Diſ. 50. alienũ.* *Leui. 4.*

¶ An autem tempore Martyrum, in ſolemni pœnitentia, etiam ſit habita ratio ſacerdotum eſt ſatis ambiguum: quod B. Cyprianus de ſolemni pœnitentia uideatur loqui in epiſtola ad Fidum: ubi Therapius Epiſcopus Victori preſbytero anteq; egiſſet plenam pœnitentiam: & anteq; ſatiſfeciſſet deo: in quem deliquerat, præpropere *Cypria.*

pacem dederat. Quod ſolemnis fuerit ex ſequentibus liquet: quoniam ægrefert Cy
prianus, quod contra decreta, ante legittimum tempus ſatiſfactionis: & ſine petitione
& conſcientia plæbis, nulla infirmitate aut neceſſitate urgente pacem ei conceſſerit:
licet pacem ſemel datam: non putauerit auferendam: ſed uictori traditam ſibi cõmu-
nicationem permittendam. ¶ Forte cum preſbyteri primitus etiam ſolemni pœni
tentia onerarent, poſtea auctoritate patrū rigor ille ſublatus eſt a preſbyteris; ſicut iã
etiam in laicis deficit. Qm̄ magna contigit uarietas in his Canonibus pœnitentiarijs:
cum aliqui Epi erant nimio rigore ſeueri: Alij inſigni clemẽtia mites: Id quod ex epi
ſtolis Auguſtini & Cypria. paſſim intelligi poteſt, & legenti antiqua pœnitẽtiaria, ſæ-
Cyprianus. pe occurret. Et hanc Canonum uarietatem pulchre excuſat S. Cypria. in epiſtola ad
Antonianum: quomodo non rumpat uinculum unitatis eccleſiaſticæ. Verba elegã
tiſſimi Martyris audiamus. Et quidem apud anteceſſores noſtros qui cuidam de E-
piſcopis iſtinc in prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putauerunt: & in to
tum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt: non tamen a Epiſcoporum ſuo
rum collegio receſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ unitatem, uel duritie, uel cenſuræ
ſuæ obſtinatione ruperunt: ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabit
de eccleſia ſepararetur. Manente concordiæ uinculo, & perſeuerante catholicæ ec
cleſiæ indiuiduo ſacramento, actum ſuum diſponit & dirigit unuſquiſq; Epiſcop9,
rationem propoſiti ſui domino redditurus: hæc Cyprianus.
¶ Porro ſicut auctoritas patrum ob honorem ſacerdotalis dignitatis noluit clerum
pœnitentia ſolemni grauare: ita a paritate rationis uolunt aliqui, nec laicos dignitate
fulgentes in cętum pœnitentium fuiſſe publice redactos: id quod iuniores etiam te-
Richard. ſtantur Richardus & Bernhar. gloſ. At qua auctoritate id faciant: ipſi uiderint: Hoc
Bernhar. ego in Paulino lego de uita Ambroſij ad Auguſtinum: cum Theodoſius qui faſces
Paulinus. Imperij tenebat ciuitatem Theſſalonicen̄. gladio percuſſiſſet: diuus Ambro. ei copi-
Amb. in Theodoſium. am ingrediendi eccleſiam denegauit: nec prius dignum iudicauit cętui eccleſiæ: uel
ſacramentorum communioni: q̄ publicam ageret pœnitentiam. Cui Imperator con
tra aſſerebat. Dauid adulterium ſimul & homicidium perpetraſſe. Sed ei illico reſpõ
ſum eſt. Qui ſecutus es errantem, ſequere corrigentem: quod ubi audiuit clementiſſi
mus Imperator: eo ſuſcepit animo: ut publicam pœnitentiam non abhorreret. Maxi
mum quoq; Gratiani Imperatoris occiſorem, pœnitentia illa onerauit: quam tamen
Paulinus. fere reſpuit: de quo ſic inquit Paulinus. Ipſum uero Maximum a communionis con
ſortio ſegregauit: admonens ut effuſi ſanguinis domini ſui, & quod eſt grauius inno
centis, ageret pœnitentiam: Si ſibi apud deum uellet eſſe cõſultum. Et de Theodoſio
Ambro. ſcribit Ambro. in epiſtola ad eum. Offerre non audeo ſacrificium: ſi uolueris aſſiſte
re: an qđ in unius innocentis ſanguine non licet: in multorum licet? Non puto.
¶ Magna quoq; fuit ciborum diſcretio apud pœnitentes, ut canones pœnitentiarij
indicant: q̄ ſi quis egeſtate oppreſſus, eſculenta ſibi comparare nequibat: publicis ec
Cypria. cleſiæ ſumptibus eius inopiæ conſulebatur, teſtis eſt S. Cyprianus Euagrio ſcribẽs:
ſuper hiſtrione. Vbi inter alia ſic inquit. Q̄ ſi penuriam talis & paupertatis neceſſi-
tatem obtendit: poteſt inter cęteros: qui alimentis eccleſiæ ſuſtinentur, huiuſq; ne-
Diſcretio ciborum. ceſſitas adiuuari: ſi tamen contentus ſit frugalioribus & innocẽtibus cibis. Gemat hic
Ludder cum ſuę impietatis complicibus: negantibus diſcretionem cibariorum apđ
Chriſtianos: cum hic S. Martyr pręcipiat illum uti cibis innocentibus: re ipſa expli-
Cypria. cans cibos aliquos eſſe nocentes. Qui uoluerit Cyprianum uideat: quomodo præma
ture pax ſit data pœnitentibus tempore perſecutionis. Libro enim primo ponitur e-
Confeſſionalia. piſtola xxviij. Epiſcoporum ad Cornelium Papam. Et hoc etiam non ignoret Le-
ctor, tempore perſecutionis tyrannicæ in Chriſtianos: ſi quilapſi fuiſſent: his libel-
Beychzedel li dati ſoliti erant, hoc eſt ſchedæ quædam teſtificatoriæ, puta Communicat

ille cum

ille cum ſuis, unde S. Cyprianus in epiſtola ad Confeſſores & Martyres: noluit ſub generali nomine illos coniunctos ad communionem & pœnitentiam recipi: ſed ꝙ ſingulorum nomina ſigillatim quoqꝫ exprimerentur. Et non te prætereat quod eam epiſtolam ſcripſit in exilio ex ſurabulis. Et omnino epiſtolam de lapſis ad Antonianum non prætereas: ubi cauſam exponit cur Libellaticos ipſe cum Coepiſcopis receperit, hoc eſt eos qui ſe pecunijs ab Idolorum cultu redemerint: ſimiliter lapſos tempore perſecutionis præpropere admiſerit: non obſeruatis ſtatis temporibus: quę omnia diligens Lector uidere poterit.

Libellatici & ſermone de lapſis

Canones pœnitentiarij defenduntur contra Melanchtonem: & aliqui enumerantur: ac radix indulgentiarum explicatur. Cap. V.

VT autem maior cognitio huius pœnitentiæ habeatur: præſtat Canones aliquos renarrare de duratione pœnitentiæ: qui tamen Canones pro uarietate temporum multipliciter uariati ſunt. Hoc unum tamen præmittere uelim: ſaluberrimos Canones pœnitentiarios eſſe uetuſtiſſimos: quod & Tertuliani tẽporibus fuerint, & Cypriani: qui ſatis propinqui fuerunt primitiuæ eccleſiæ Apoſtolorum: & ipſi in eccleſia Martyrum: Et quanto erant, propinquiores fontali origini ſalutis Euangelicæ: tanto Canones ſæuiores erant in corrigendis emendandiſque peccatis.

Canones pœnitentiales.

¶ Vnde Melanchtonis hæretici duplex confutatur inſania: præcox enim Ludderi diſcipulus, mox incipiens eſſe magiſter, librum ædidit: de locis communibus Theologiæ inſcriptũ: in quo ueſani præceptoris, inſanus diſcipulus, impietates & blaſphemias expoſuit. Et inter alia aſſerit Canones pœnitẽtiales primũ a Cõcilio Niceno poſitos: & ab his cœpit obtenebrari ỹitas Euangelica: prima aut impietas iam ruinam patit̃: cum & Tertuliani & Cypriani temporibus certa fuerint, expiandoꝝ criminũ decreta. Et Conciliũ Nicenum teſtat̃ debere obſeruari antiquę legis regulas, aperte docet etiam ab antiquo fuiſſe regulas pœnitentiæ. Maxima aũt impietate ſęuit inſanus Grãmaticus in ſanctũ Nicenũ Cõcilium: qd' oĩm ſemꝑ ſanctiſſimũ eſt habitũ: hunc.n. neuum ei impingit: ꝙ eius conſtitutionibus Euangelium cœptum ſit obſcurari: cum in nullo alio Concilio ęque ſplendor ſolis Euangelici claruerit, uelut in illo. Spirituſancto uiſibiliter ſupra patres, Teſte Calcedonenſi Concilio, conſedente ac apparente. O ſceleſtam & blaſphemam linguam quæ tam ſanctum & uetus Conciliũ, ab omnib. catholicis iam annis ferme M. et CC. receptũ, ſerpentino morſu, rodere et lacerare audet. Quis catholicus & Chriſtianus tantam æquo animo feret, impietatẽ & maledicentiam ab homine Grammatico: ex Diomedis & Priſciani ſchola: in diui Pauli ſanctiſſimam ſcholam irrumpente. Videant principes hos ſchyſmaticos uiros Belial in ſuis dominijs tollerantes, an ueri & legittimi ſint ſanctæ matris eccleſiæ filij: qui ſerpentes hos patiuntur materna uiſcera diſcerpere. Exactiſſimam proculdubio reddituri in diſtricto iudicio, pro tam ſcelerato flagitio, rationem: longe aliter ſenſerunt priſci Germani Imperatores & principes: qui iudicia illa peccantium ſerio obſeruari præceperunt. Et ut ſacerdotes Canones illos callerent ſeueriter mandarũt. Nam Theodorus Archiepiſcopus cum Adriano abbate (ut Platina teſtatur: & ante eum Beda in Chronicis) fuit miſſus a Vitelliano Pontifice in Angliam: ut populum in fide prædicationibus & exemplo continerent. Is librum ſcripſit quo declarauit: qua pœnitentia unum quodqꝫ peccatum dilui poſſet. Ex cuius libro plura Gratianus in ſuum tranſtulit Decretum: Accepta ab illo forma Beda, Rabanus, Boniſacius: ſimili argumento eccleſiaſtica pœnitentium iudicia ſunt proſecuti. Horum ſancto-

In Melanchtonem.

Antiquitas Canonum

Concilium Nicenum.

Impietas Melanchtonis

In principes

Germani principes ueteres

Theodorus.

Platina. Beda.

Vitellianus

Gratianus

Beda. Rabanus

Boniſacius

rum temporibus:non obſcurata,ſed illuſtrata fuit Euangelij ueritas:quod in Anglia & Germania patuit:hiſtorias breuitatis ſtudio non recenſeo. Cum unius ſancti Martyris Bonifacij geſta, hoc abunde probent: qui Archiepiſcopatum a Vuormatia in Moguntiam tranſtulit: quatuor ſedes Epiſcopales in Baioaria fixit, Saltzburgen. Patauien. Ratiſponen. ac Friſingen. Conſtituit quoq; Epiſcopum Herbipolenſem: Et eiecto Idolorum culto ex Thuringis & Haſſonibus, in Ertphurdo quoq; ſedem Epiſcopalem conſtituerat:licet per ſucceſſorem eius in Moguntina ſede, Ertphurden. eccleſia ad gremium maternum fuerit reuocata. Quod ſi probe expenderimus & tempora noſtra (quibus ſpretis pœnitentionarijs Canonibus: ferme nullo rigore detinentur pœnitentes) ad tempora conferamus:quibus in uſu fuerunt Canones, ueriſſimum erit, obſcuratam Euangelij lucem per non uſum Canonum pœnitentiariorum:tantum abeſt ſuo deprauatiſſimo dicto hæreticus ille Melanchton Grammaticus, a ueritate:Nec proderit ei (licet non citet) quod Innocentius Papa ad Tholoſanum ſcripſit Cōcilium: obſeruandos eſſe Canones apud Nicęam de pœnitentibus conſtitutos:nam per hoc nō poterit probare, Canones pœnitentię antea nō extitiſſe. Q; ſi etiam Innocentius hoc dixiſſet:qđ non fecit referendū eſſet ad caſum in q̄ loquitur:particulā huius repies amice lector in Gratiano. At exploſa hęreticorum perfidia, redeamus ad inſtitutum:& terminos agēdę pœnitentiæ a Canonibus olim præſcriptos ex uetuſtate renarremus: ſolum eo propoſito:ut noſtri ueterum rigorem ac zelum in diluendis peccatis non ignorent.

S. Bonifacius — *Innocen.* — *Diſ. 50. canōes*

Canones pœnitentiarij

¶ Si quis hominem ſponte occiderit vij. annis pœniteat: Si diaconum xiiij. annis pœniteat: Si preſbyterum xx. & uno annis pœniteat. Si quis hominem non ſponte occiderit:tribus annis pœniteat: Si in publico bello uno anno pœniteat. Si quis hominē debilitauerit tribus quadrageſimis pœniteat. Si quod membrum principale alicui abſtulerit:tribus annis & dimidio pœniteat. Si quis Zodomiticus uel cum pecude ſemel, ſeptem annis pœniteat, ſi conſueuit xiiij. annis. Si fornicatus inter femora ſemel, iiij. quadrageſimis pœniteat. ſi conſueuit:tribus annis pœniteat. Si paruulus oppreſſus hoc patitur, una quadrageſima pœniteat. Si per ſemetipſum duabus quadrageſimis pœniteat, ſi conſueuit:uno anno pœniteat. Si quis adulteratur ſemel v. annis pœniteat, ſi ſæpius x. annis pœniteat. Si quis raptum fecerit iij. annis pœniteat: & de his uno foras eccleſiam pœniteat. Si quis monialem corruperit vij. annis pœniteat. Si qs conſanguineam v. annis pœniteat. Si quis diuinatores conſulit iij. annis pœniteat. Si quis ſacrilegus uel periurus extiterit vij. annis pœniteat. Si quis iurat contra pacem, uno anno pœniteat:& cum eleemoſynis redimat. Si quis pertinaciter odit excōmunicetur. Si qua mulier duobus fratribus nupſerit v. annis pœniteat: ſi quæ partū necat, aut excutit ſponte:ſi iam uiuit xiij. annis pœniteat, & ſemp feria vi. ieiunet. Si mater dormiēs filiū uel filiam oppreſſerit iij. annis pœniteat. Si infans alicubi ceciderit & obierit, parens uno anno pœniteat. Si infans mortuus fuerit per negligētiam ſine baptiſmo iij. pœniteat parens:uno anno ex his foris:ac ſemper vi. feria ieiunet.

Vide Canones Petri Alexandrini.

¶ Vide amice lector rigorem patrum in caſtigandis ſubditorum delictis: expende populi feruorem ac obedientiā: quæ tanta onera, & tam grauia: magna ſynceritate ſuſcepit: & peccatorum cicatrices cōdigna pœnitētia ſanauerit. Qđ ſi ad hoc ſæculū noſtrum conferas:tam impatiens laborum, emendarum, ſatiſfactionū, & omnino rebelle. Non ſolum ſtupebis, ſed ingemiſces & alta ſuſpiria trahes ex intimo cordis dolore, populum Chrianum, ex tanta & tam honeſta diſciplina, ad tantā deſcendiſſe licentiā. An nō exiſtimas mille theſauros indulgentiarum nobis eſſe neceſſarios: Iamiam intelligis, qui ſint anni: quæ carenæ (nam nihil omnino intereſt inter carenam, & quadragenā apud ueteres) quibus proſunt indulgentiæ Pontificiæ & tolluntur eiſdē. Deus ſit nobis miſeris peccatoribus:has pœnitentias pro delictis noſtris nō ſubeuntibus, clemēs & propici-

Indulgentiæ Carenæ.

& propicius; & ſecundum magnam miſericordiam ſuam ſaluos nos faciat. Intelligis chariſſime Lector; quod ſicut a temporibus Clementis uſq; ad Innocentium primum; grauiores adhuc fuerunt canones pœnitentiarij; quam etiam recenſuimus; ita poſtea paulatim a ſeptingentis annis cæperunt languere. Et quantum canones decreuerunt: tantum indulgentiæ Ponti. & epiſcopoꝝ creuerunt: uti hodierno die experimur eas auctiſſimas; & hoc ea radice factum intelliges. ¶ Nam charitate frigeſcente, mox æditi ſunt canones; quibus conſtitutus eſt modus redimendi rigorẽ canonis pœnitentiarij. Vidimus has relaxationes in uetuſto libro eccleſię Merſeburgen. a Bonifacio martyre: Germanoꝝ apoſtolo: conſtitutas. Vnũ tamen canonẽ relaxatorium in præſentia renarremus. Pro uno die: quẽ in pane & aqua ieiunare debet 50. Pſal. genibus flexis in eccleſia ſi fieri poteſt: decantet. Si aũt: in loco conuenienti eadem faciat: & unum pauperẽ paſcat: & eodẽ die excepto uino, carne, & ſanguine: ſumat quicquid uelit. Qui Pſalmos non nouit: unũ diem quẽ in pane & aqua pœnitere debet, diues tribus denarijs (hoc eſt nũmis tribus: quoꝝ quilibet ualet. x.) & pauper uno denario redimat. Aliam taxam fecit Bonifacius: quod diues per ſol. ueret tres ſolidos: mediocris i. ß. omnino pauper. iij. nummos. Quod cum redemptiones cępiſſent fieri: Pontifex pro illo bono opere, aut pro alio commutauit opera, & canone pœnitentiali indicta: & pœnas canonis ſic relaxauit: unde & nomen indulgentiarum proprie deſcendit. Pluribus indicare poſſem; ſufficit ſtudioſo radicem negotij demonſtraſſe.

Radix indulgen.

Canones relaxatorij

Redemptiões ieiuniorum.

Quomodo rigor canonum pœnitentialium olim poterat in uulgo obſeruari: & de iniunctione emendæ. Cap. VI.

MIrabere forſan lector: cum tempore Cypriani: Athanaſij: Auguſt. Grego. tantus fuerit pœnitentiæ rigor: quẽ et in Germania obſeruatum nouimus temporibus Chriſtianiſſimoꝝ principum Caroli Marcelli Pipini, Caroli magni, Ludouici, Lotharij &c. tam in ſolemni: quam cõmuni publica pœnitentia: quomodo homines ad eam ſubeundã fuerint inducti: cũ tanta ſit iam in hominibus ariditas: ut ne minima quidem ſatiſſactionis opera: a ſacerdote impoſita ſuſcipere uelint. At cum deuota Chriſtianorum turba Chriſto ex aio ſeruiebat: maiorq; erat plębis in cleꝝ reuerentia & obedientia. Et qui prælatos eccleſiæ gerebant: uiri erãt potentes in opeꝝ: ſermone, & exemplo. Nulli dubiũ quin homines peccata ſua agnoſcẽtes, ſua ſponte ſe pœnitentiæ exponerent: & preſbytero offerrent. Velut Maria Magdalena pœnitentium typus ſe ultro ingeſſit conuiuio, pedibus Chr̃i aduoluta: lachrymis lauit, terſit capillis. Super conuiuantes ingreſſa eſt, non iuſſa uenit: inquit Grego. imitabile præſtans pœnitentibus exẽplum: ut non uocati ad miſericordiam dei, per uiam pœnitentiæ accedãt. Et ita a cõpluribus factum in primitiua eccleſia: nemini dubium eſſe debet. ¶ At ubi promptitudo eiuſmodi non inueniebat̃: tũc a prępoſitis notorij crimnoſi ad pœnitẽtiæ onera ſubeũda cogebant̃: uelut S. Amb. Theodoſiũ Imperatorẽ ad hoc adegit. Et ex Tolletano colligit̃ cõcilio. Beatus Rhenanus in prologo operꝝ Tertuliani, refert canonẽ prius a me non uiſum: q̊ pacto inquiſitio criminũ antiquitus facta fuerit: & a Nicolao miſſum ex urbe ſuſpicat̃, Ratholdo Argentoraceñ. epiſcopo. Ego inter. 73. canones Nicolai illũ reperire non potui: Huius tñ æmulos nup uidi apd' Reuerẽdiſſimũ patrẽ Sebaſtianũ Sperãtiũ, Brixineñ. epiſcopũ uiꝝ & eruditione: & moꝝ integritate ac reꝝ agendarũ prudentia ſpectabilẽ, in concilio Triburienſi ſub Imperatore Arnulpho ab epiſcopis Gallię et Germanię celebratũ. Lubet igit̃ aſcribere canonẽ illũ, ut Beatus eũ renarrat. In cõcilio publico ab epiſcopo habito primitus iurare debent de uillis ſingulis fideliſſimi quiq; liberi & ſerui, tres uel quatuor: ſeu etiã plures: ut rei ueritas omnino inquirat̃

Luce. 7.

Grego.

Ambroſius.

Tolletanum cõcilium.

B. Rhenanus.

Nicolaus.

Brixinen. epiſcopus.

Inquiſitio.

Iuramentum autem illud huiuſcemodi eſſe debet. Quicquid in illa uilla: in qua habitat, ueraciter ſciat, uel ſerio audierit actum contra fidem rectam & Chriſtianitatem, Epiſcopum aut eius nuncium, quantum recordari poſſit, & ſcientia ſubminiſtrat: non lateat. Poſt iuramentum uero Epiſcopus per ſingula numerare debet: quæ prius iuramento comprehendit: hoc eſt, Si uir ſuper uxorem ſuam aliquam clanculo corrupit, Si cum duabus cognatis, ſiue mulier cum duobus propinquis fornicata ſit. Si commatrem ſpiritalem aut filiolam ſuam ſtupro uiolauit. Si qua mulier partum ſuum necauit, uel conceptum quocumq; modo excuſſit. Si quis cognatum ſuū uoluntate, an caſu occidit ſeu morbidum fecit: & nec dum ad publicam pœnitentiam uenit, Si mulier maritum ſuum: aut maritus uxorem iniquo cōſilio interemit: Si quis uirum aut fœminam ueneno: aut aliqua alia potione occidit: & qui hoc, ſ. uenenum, machinatur. Si ſciant diuinatrices uel augures etiam illos: qui per incredulitatem illas inquirant. Si ſciant meretrices: quia meretrix appellatur, ſi uno contempto: cum alijs fornicatur: licet nupta non ſit. Si illos etiam ſciant: qui cum excommunicatis communionem habent. Si illos ſciant: qui conuicti ſunt periurium perpetraſſe. Si & illos nouerint: qui loca non deo dicata contra fidem eccleſiaſticam colūt & ad Chriſti eccleſias uenire contēnunt. Illos etiā ſi ſciant, qui indictum ieiuniū negligunt. Hæc omnia dum Epiſcopus habet recitata iuratores per iuramentum cōmoneat. Cæteros uero omnes nobiles & ignobiles per bannum Chriſtianitatis conſtringat: ut ſupradictas res minime celēt: ac ſi in die iudicij ante tribunal domini noſtri Iheſu Chriſti rei occultationis præfatarum rerum nephandarum inueniantur. Hoc enim indicat, & per bannum conteſtetur: ut nemo per ullius timorem, nec fauorem, uel etiam amicitiam præfata reticeat, ueraciter ſcita: Neq; per odiū: neq; per inimicitiam ullam quicquam alicui inroget: quæ ueraciter non poſſit probare. Horum aliqua ſi antea in præſentia Epiſcopi allata eſſent eiuſq; iudicio terminata, & poſtea iterata comperta fuerint: ueluti in initio referantur: & Epiſcopali decreto conſtituantur: hæc inquirendorum criminum formula, qua etiam inuiti ad pœnitentiā agendam: & ad cænam dominicam intrare compelluntur. Ex hac uetuſtate relictū

Inquiſitio antiquitus.

Archidiaconi.

eſt, ut Archidiaconi incertis dioceſibus in anno biſſextili circumeant: & peccata enormia emendent. Hactenus de pœnitentia ſolemni, in qua iucundiſſime lector: ſi uidebor tibi prolixior: exiſtima in rem tuam & commodum id ab me factitatū: quo ex fundo: ſanctorum patrum ſcripta exactius intelligere poſſes. Finē ergo huius rei faciamus: & pœnitentiæ illius formulam Summarie a Cypriano in Epiſtola ad Martyres & confeſſores: & ſermone de lapſis, memorię tenaciter cōmendemus.

Excuſatio authoris.

Cyprianus.

Nam primo ſe preſbytero pœnitentium pręſentabant: dein pœnitentiam iniunctā iuxta decreta patrum & conſilium ſacerdotis perficiebant: poſtea Exomologeſin, hoc eſt confeſſionem criminis publice coram epiſcopo & clero faciebant: uelut modo confeſſio generalis publice fit. Hinc eſt: quod hodie ante abſolutionem in confeſſione: prius debet iniungi emenda ſatiſfactoria: licet nō ſit opus emendam illā prius impleri ante abſolutionē, ſicut in ſolemni pœnitentia: in qua re errauit Ludder mirumimodum, in reſolutionibus ſuis de uirtute indulgentiarum: qui id quod ſancti patres de ſolemni pœnitentia dixerunt: hic minus iuſtus rerum expenſor, ad pœnitentiæ priuatæ abſolutionem contorſit: Poſt confeſſionem expiatur delictum per ſacrificium a ſacerdote pro pœnitente factum: Deinde per manus impoſitionem ab Epiſcopo abſoluitur & eccleſiæ reconciliatur. Et poſtea per preſbyterum pœnitentiæ ſuæ ad ſingulos ſacerdotes ducitur: quorum pedibus ſupplex aduoluit. Quo facto, pax iam ei data dicitur, & reconciliatio facta: quare cum alijs fidelibus ad communionem ſacratiſſimæ eucharistię admittitur. Quæ omnia diligenti trutinato libra ſtudioſe lector, & has noſtras uigilias boni conſule.

Iniunctio emēdi.

Lapſus ludder

De con.

De confeſſione publica, & de confeſſione quam peccator tenetur facere de lege naturæ. Cap. VII.

DIximus triplicem eſſe pœnitentiam unam ſolemnem: de qua ampliter diximus: Altera & ipſa publica eſt: licet non ſolemnis. Nam & ipſa fit in facie eccleſiæ propter aliquod graue publicum delictum. Et illa hodie manſit in eccleſia: ſicut uidemus quotannis in eccleſijs cathedralibus. In hoc autem differt a ſolemni: quod etiam clerico iniungi poteſt: poteſt ſæpe reiterari: non adhibentur illæ ſolemnitates: non differtur tanto tempore: ſicut ſolemnis: ſed ſubito cõficitur. Aliqua extant adhuc in eius obſeruantia: quæ umbram tenent ſolemnis pœnitentiæ, ut quod in Indulgentijs fieri uidemus: ubi a ſacerdote pœnitentiario ducitur ad commiſſarium: qui eum abſoluens, committit ſingulis ſacerdotibus: ante q̃s inclinatur pœnitens: ut plene eccleſiæ reconcilietur. De hac pœnitẽtia, cum eius obſeruantia: adhuc ſit in uſu eccleſiæ & nota hominibus: nolo eſſe prolixior. Duo ſolum hic monuerim lectorem. Primo nunq̃ pro crimine quantumcunq; enormi occulto: publica imponatur pœnitentia: ne ſecretiſſimum forum confeſſionis publicũ faciat & manifeſtarium. Contrarium facientes ſunt reprehenſibiles, & mali diſpenſatores mitiſſimi patriſfamilias Chriſti, ſicut eos reprehendit Nicolaus Siculus. Alterum eſt: Si quis fecit peccatum publicum & ſcandaloſum: non debet propterea conſcientiam ſuam angere & inquietare: ut exiſtimet ſe debere facere publicã pœnitentiam: Immo nec tenetur iniunctam ſibi pœnitentiam detegere: ſed quia peccato ſuo publico proximum offendit, & ei ſcandalum poſuit: tunc bono exemplo publice offenſos doceat peccata bonis operibus emendanda: ut quantum offendit publica malicia: tantum ædificet bonis ſuis operibus publicis.

Pœnitentia publica.

Documentum notabile.

c. quæſitũ de pœniten. & rem.

¶ Priuata pœnitentia notior eſt quam ut pluribus deſcribatur. Verum pœnitentia aliquando uſurpatur pro cõtritione: et hæc eſt pęnitentia interior. Dicitur & ipſa abſolutio ſacerdotis facta ſuper peccatis confeſſis: & hęc pœnitentia ſacramentum eſt eccleſiæ Chriſti. Et ipſa quoq; opera: quibus expiantur peccata, hoc eſt ſatiſfactiones, emendæ &c. dicuntur pœnitentia. Et ſi quis dicitur agere pœnitentiã: hoc eſt opera facere bona: quibus pęnam peccatis ſuis debitam, diluat: & pro his ſatiſfaciat. Hæ omnes uoculæ pœnitentiæ ſignificationes ſunt frequentes & uſitatæ, tam in ſacris literis: quam ſanctis patribus. ¶ Et ſicut triplicem poſuimus pœnitentiam. Ita & triplicem aſſeramus confeſſionem oportet ut ſit confeſſio ſeu Exomologeſis publica & priuata: & quamuis uoce iam publice pœnitentes, non confiteantur publice: tamen reipſa & facto confitentur erratum publicum: ſuper quæ in conſpectu totius plębis, non uerentur, publicam pœnitentiam ſubire. Sed hic iam bellum cũ hæreticis oritur. Confeſſionẽ illam priuatã reſpuentibus: nec fuiſſe in uſu antiquę eccleſiæ: ſed a pſychotyranis excogitatam: Ita delyrant Ludd. & Carlſta. Strauſius & uſq; ad inſaniã deſipit Oecolampa. proprio ędito ſup ea re libello. Nos ueritatẽ catholicã tueri conabimur cõtra oẽs male de fide: de eccleſia: de religione ſentientes. Nã et hebræi cõtẽnunt confeſſionẽ: & Gręci dũ maluerũt ꝓprijs: quã eccleſię legib. uiuere: etiã hoc malũ ſchyſmati eoꝝ addiderunt: ut confeſſionẽ negarẽt. Eam iuniores clancularîam, auricularẽ, & ſimilibus modis appellant: at cũ conſtat de re, fruſtra certãt de nomine. ¶ Ab illo ergo ordiamur: qm̃ omnino apparet nobis neceſſariũ eſſe hoc pręmittere: uelut dicendorũ pręparatoriũ. Cum. n. triplex ſit lex: per curricula ætatũ mundi, diſtincta: lex. ſ. naturæ, ſcripta Moſaica, & Euangelica: oſtendemus quamlibet ſuam exegiſſe confeſſionem. Ita quod pro omni tempore: peccator offendens deum optimum Maximum, creatorem ſuum, tenebatur ad aliquam offenſæ ſuæ confeſſionem. Nam a lege naturæ incipiendo perſpicuum eſt, ipſam de

Pœnitentiæ uſurpationes.

Confeſsio.

Hæretici.

Iudæi.

Græci.

Lex triplex.

Confeſsio legis naturæ.

poſcere confeſſionem mentis: qua agnoſcat ſe contra dominum ſuum egiſſe. Hoc præſtat inſita uis animi a deo cuilibet homini uſum rationis habenti: quoniam gentes inquit S. Paulus quæ legem non habent: ea quæ legis ſunt naturaliter faciunt: et ſubdit cauſam. Eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium: aut etiam defendentium &c. ubi ſignate tria in medium affert Paulus: ut expendit acute Athanaſius. ſ. naturam, ſcriptum & opus: uolens gentes perueniſſe ad opus natura duce: ad quod Iudæi per legem uenerant: Adſunt ergo natura cogitationes accuſantes: nam irritabilis naturæ eſt conſcientia: facile in eam committitur, ut perpetuo murmure animum diuexet: niſi prius reconcilietur: quare placanda eſt & mititer tractanda: alioquin ſemper rixoſa, continuo belligeratur. Iure igitur naturæ: quod ab igniculo rationis a conſcientia ſuggeritur, a deo creatore ſuo excidens tenetur culpã ſuam agnoſcere, & ueniã deprecari. Quis enim ignorat, dictamine iuris naturæ quemlibet uitam corporis curare: ne pereat? Cur modo non ea faceret pro reparanda animæ uita: quæ faceret pro uitanda corporis morte: cum gaudio. n. debet facere immortalis futurus: ait Auguſt. quę faceret pro differenda morte moriturus. Modo deum eſſe natura omnibus inſitum eſt, ait. Damaſc. conformiter ad doctrinam ſancti Pauli: quem cum, peccato q̃s offenderit: natura duce: hanc offenſam non aliter expiabit: quam cum filius patrem offenderit. Quid autem pater a filio exigit: niſi ut filius peccaſſe ſe agnoſcat, ueniam poſtulet: & rurſus paterno amori reſpondeat: hoc faciat filius creatus ſuo creatori. Et ob hoc interpellat ſedula ſollicitatrix conſcientia: quæ pulſat: clamat: & omnia turbat: ut efficiat animum ſubditum deo & obedientem. Et ne ſuſpecti uideantur alicui catholici: audiamus eos: qui in hoc non niſi legem naturæ ſecuti ſunt: uti eſt elegans carmen Ouidij lib. i. de Ponto, quod ſubſcribere placuit.

Roma. I. — *Athanaſius.* — *Conſcientia.* — *Augu.* — *Damaſc.*

Ouidius

Pœnitet o ſi quid miſerorum creditur ulli
Pœnitet: & facto torqueor ipſe meo
Cumq́ ſit exilium, magis eſt mihi culpa dolori
Eſtq́ pati pœnam: quam meruiſſe minus
Vt mihi dij faueant: quibus eſt manifeſtior ipſe
Pœna poteſt demi: culpa perennis erit
Mors faciet certe ne ſim, cum uenerit exul
Ne non peccarim, mors quoq́ non faciet

Iuuenalis

¶ Sic Iuuenalis & ipſe ethnicus ductu luminis naturalis experiebatur: cum Satyra xiij. ſcriberet.

Exemplo quodcunq́ malo committitur ipſo
Diſplicet authori: prima eſt hæc ultio: quod ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur: improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.
Quid ſentire putas   Et iterum
Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putas: quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, etiam ſurdo uerbere cedit
Occultum quotiens animo tortore flagellum
Pœna autem uehemens: ac multo ſæuior: illis
Quas & feditius grauis inuenit: & Radamanthus
Nocte dieq́ ſuum geſtare in pectore teſtem

¶ Sic A. Seneca in Hyppolito meminit

Quid pœna præſens conſciæ mentis pauor

An imuſq; culpa plenus: & ſemet timens
Scelus aliqua tutum, nulla ſecurum tulit
Quod Græcus etiam & ipſe quoq; ethnicus ſentiebat cum diceret. *Menander.*
βροτ οῖς ἅπα σιν ἡ συνείδεσις θεώς
Hominibus omnibus conſcientia deus.

¶ Agnoſcere itaq; culpam, & ueniam precari In pręſentia dicimus confeſſionẽ men-
tis confeſſionem interiorem. Sic confeſſis numen aliquod patet inquit Ouidius. *Ouidius.*
¶ Hu9 duo fortiſſima habemus indicia: quoniam deus aliquando exegit huiuſmo-
di confeſſionem, ut liquet de Adam poſt primũ peccatũ in paradiſo, uocauitq; dñs *Gen 3.*
deus Adam: & dixit ei, ubi es? ubi gloſ. interlinearis inquit, uerba increpantis: & ad
confeſſionẽ cogentis, & non ignorantis. Cũ ergo deo oẽ cor pateat, & oĩs uoluntas lo-
quatur: poſtulauit deus mox poſt primum peccatum huius confeſſionem: quaſi for-
mulam daturus omnibus poſterius peccaturis: ut peccatum deo confiterentur &
agnoſcerẽt. Quamuis alicui uideri poſſit deũ hic uocalem exegiſſe confeſſionẽ: quã *Et ita existimo*
tñ Adam non præſtitit: ſed ad excuſationes confugit. Mulier quam dediſti mihi ſo-
ciam, dedit mihi de ligno: & comedi. Sed quia Adã nõ eſt humiliter confeſſus: ideo
audiuit a dño. Quia audiſti uocẽ uxoris tuę: et comediſti de ligno ex quo pręceperã
tibi: ne comederes: maledicta terra, in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cũctis
diebus uitæ tuę. Spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ: in ſu-
dore uultus tui, ueſceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: qa
puluis es & in puluerem reuerteris. Expende iam quomodo deus hoc primi pecca-
toris hominis exemplo, doceat ſe mox peccantem uocare ad confeſſionem: ut agno-
ſcat ſe ubi ſit: qui tam longe: a deo receſſerit: quod ſi is peccatum ſuum confeſſione
non diluerit: ſed friuolas obtendat excuſationes: confeſtim maledictionem habet *Cain.*
paratam. ¶ Quod egit deus in primo peccatore: fecit etiam in ſecundo: in Cain:
Qui dum ſacrificia ægre deo dediſſet: mox eum docuit: & in eo quemlibet pecca-
torẽ: quo pacto ſe gerere debeat. Dixit enim dominus ad eum. Quare iratus es: & *Gene.4.*
cur concidit facies tua. Nonne ſi bene egeris recipies? Sin autem male ſtatim in fo-
ribus peccatum tuum aderit: ſed ſub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius.
At cum Abel fratrem ſuum occidiſſet: ſtatim deus inquirit, confeſſionem ſceleris
exigit: recuſantem graui pœna afficit. Ait enim dominus ad Cain: ubi eſt Abel fra-
ter tuus? qui reſpondit: neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixit ad eum.
quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Nunc igitur maledi-
ctus eris ſuper terram: quę aperuit os ſuum: & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de ma-
nu tua: Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos בע ונר Vagus & pro-
fugus eris ſuper terram. Habes inquirentem confeſſionem deum: quam quia reus
non præſtitit: maledictionem ſuſcepit. Iure ergo ſignato ſuper nos ab ipſo deo obli-
gamur confiteri deo peccata noſtra, etiam ſi omnis lex ſcripta Moſaica & Euangeli-
ca ſileret. Et de hoc non reperio aliquem dubitaſſe: ideo hæc de illa confeſſione di-
cta ſufficiant: nam paucula de ea in ſequentibus addemus.

De confeſſione legali in lege ſcripta & eius utilitate. Cap. VIII.

CVm autem Moyſi tempore, placeret deo pręter legem Iuris naturę, popu-
lo ſuo legem ſcriptam exhibere. Mox confeſſionis onus auctum eſt: & a
confeſſione interiori deuentum eſt ad exteram. Nam primo Põtifex lega-
lis quando offerebat ſacrificium pro delicto filiorum Iſrael: quod legem a deo datã
non conſeruabant: tunc quoq; fecit confeſſionẽ generalẽ ꝑ toto populo: ſicut docuit
& pręcepit dominus. Poſtq; emundauerit ſanctuarium & tabernaculum & altare: *Leui.16.*

tunc offerat hircum uiuentem: poſtea utraq; manu ſuper caput eius cõfiteatur om
nes iniquitates filiorum Iſrael: & uniuerſa delicta atq; peccata eorum: quæ impre-
cãs capiti eius, emittet illum ꝑ hominẽ paratũ in deſertũ. Sic cõfeſſione generali cõ
Neemi. 4 fitebat peccata populi Iſrael Neemias in Zuſis dicens. Quæſo dñe deus cœli fortis
magne atq; terribilis: qui cuſtodis pactũ & miſericordiam: cum his qui te diligunt:
& cuſtodiunt mandata tua: fiant aures tuæ auſcultãtes, & oculi tui aperti: ut audias
orationem ſerui tui: quam ego oro coram te hodie die & nocte, pro filijs Iſrael ſer-
uis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus peccauerunt tibi: Et ego et
domus patris mei peccauimus: uanitate seducti ſumus: & non cuſtodiuimus man-
datum tuum: & cæremonias & iudicia: quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo. Vides
confeſſionem & modum illius: a ſacerdote obſeruatum in lege Moſaica. Et hanc
confeſſionem quaſi ſimilem exiſtimo, confeſſioni generali: quæ in eccleſia dei fit a
ſacerdotibus pro tota eccleſia in introitu miſſæ: uel in prima aut completorio, ſe-
cundum ritum ſanctæ eccleſiæ Romanæ. Et dixi quaſi: quia omnis homo qui ſpi-
Leui. 16. rat: nouit duos hircos geminã ſignificaſſe naturam Chriſti. Vnus enim immolatus,
& mortuus, humanitatem ſignificat in cruce mortuam. Alter autem hircus qui
mittebatur in deſertum & portabat iniquitates populi: diuinitatem Chriſti ſignifi
Neemi. 9 cabat. ¶ Sic populus confitebatur peccata ſua apud Neemiam. Conuenerunt
enim filij Iſrael in ieiunio & in ſaccis: & humus ſuper eos. Et ſeparatum eſt ſemen fi
liorum Iſrael ab omni filio alienigena: & ſteterunt & confitebantur peccata ſua, &
iniquitates patrum ſuorum. Quam confeſſionem generalem fuiſſe intelligas: ut ab
initio monuimus. Et quod ſigillatim aliquando etiam adacti fuerint in genere confi
teri ſacerdoti peccata ſua, maxime publica & notoria: liquet ex capitibus, 4. 5. & 6.
Leui. 4. 5. 6. Leuitici. Quia ibi deſcribitur: quo ſacrificio expiari debeat peccatum ex ignoran-
tia factum uel a ſacerdote, uel a principe, uel a multitudine, uel ab uno priuato. Simi
liter de peccante ex paſſione aut malicia: modo quando præſentabat ſacerdoti ho-
ſtiam: petens hanc pro ſe in hac uel hac forma offerri: ſatis iam manifeſtabat ſacerdo
ti peccatum ſuum in ſpecie, tali aut tali ſacrificio expiandum: breuitati ſtudens non
renarro uarietatem ſacrificiorum. Hoc enim ſufficiat propoſito noſtro, Ipſos in præ
ſentatione hoſtiæ fuiſſe confeſſos crimen: pro quo uolebant hanc offerri: aut ſaltem
ipſo ſacrificio ſpeciem delicti indicaſſe: licet primum uideatur literæ conſonantius,
Nume. 5. locutus eſt dominus ad Moyſen dicens, loquere ad filios Iſrael uir ſiue mulier cum
fecerit ex omnibus peccatis: quæ ſolent hominibus accidere: & per negligentiam
tranſgreſſi fuerint mandatum domini atq; deliquerint: cõfitebuntur peccatum ſuũ:
utcunq; poſſumus nuncupare illam confeſſionem legalem ſeu cæremonialem, ue-
luti primam diximus mentalem ſeu naturalem. ¶ Quam utilis autem res eſſet con-
feſſio peccatorum, ſcriptura non obticuit, etiam currente lege Moſaica: ſed quam
Pſalm. 31. plura ſpiritus ſanctus ædidit huius rei teſtimonia. Ait enim Dauid. Dixi confitebor
Pro confeſſiõe aduerſum me iniuſticiam meam domino: & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei:
ſcripturæ. Reuela domino uiam tuam, & ſpera in eo. Et per organum ſuum Iob dixit. Si ab-
Pſalm. 36. ſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. Et
Iob. 31. per ſapientem in prouerbijs inquit. Iuſtus prior eſt accuſator ſui: &, Qui abſcondit
Prouer. 18. ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit: & reliquerit ea, miſericordiam
Prouer. 28. conſequetur. Quomodo expreſſius potuiſſet nobis ſpiritus ſanctus confeſſionem
Eccleſ. 4. commendaſſe. Vulgata eſt eccleſiaſtici authoritas. Non confundaris confiteri pec-
Eccle. 4. cata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato: Et, Nõ demoreris in errore ĩpio
rum: ante mortem confitere: a mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Confiteberis ui-
uens, uiuus & ſanus confiteberis: & laudabis deum: & gloriaberis in miſerationibus
Iſa. 43. illius. Per Iſaiam quoq; præceperit. Narra ſi quid habes: ut iuſtificeris. Septuag. le-

gunt dic

gunt dic tu iniquitates tuas ut iuſtificeris:ad tãtum igitur bonum,ſicut eſt confeſſio, deus ſemper per ſcripturas humanum genus eſt cohortatus,quo commoda exinde prouenientia ſuſcipere poſſet. ¶ At ubi uenit plenitudo temporis,quando miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege,ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut gratiam Euangelij mundo largiretur:factum eſt ut confeſſio adhuc explicatior eſſet : & propria quiſq; delicta etiam occulta, in aurem congereret ſacerdotis: qui uelut arbiter inter deum & hominem conſtitutus, per abſolutionis beneficium, illi pœnitentiæ ſacramentum adminiſtraret:& de hac confeſſione præambula ad ſacramentum,plenius hic tractabimus:ut ſuborientes hæreſes dimoueamus. *Galat.4.*

Deum ſolitum ab imperfectiori ad perfectius progredi oſtenditur in ſacrificijs,baptiſmatibus,prophetijs,ſacerdocio,& poſtremo in confeſſione. Cap.IX.

Quod ſi acutius perſpexeris : habes in triplici lege, triplicem confeſſionem: & quomodo diuina ſapientia ordinatiſſime mundum adminiſtrans, ſemp progreditur a minori ad maius,ab imperfecto ad perfectum.Sic.n. dei perfecta ſunt opera,ſcilicet in ordine: quod & in alijs paſſim experimur. Vide ſacrificia in lege naturæ tenuiter orta,ubi uir iuſtus altare erexerat:hic nomen domini inuocabat. At in lege ſcripta modus ſacrificijs impoſitus, & quid,ubi,pro quo & a quo offerendum fuit,diffiniebatur:unde oues,agni,uituli, hirci & columbæ templum opplebant. Adueniente autem lege gratiæ:iam ſanguis Chriſti offertur & corpus dominicum,tantum præſtat ſacrificium miſſæ in eccleſia,ſacrificijs uitulorũ,hircorum & omnium Synagogæ:ſicut pulchre uoluit B. Paulus. Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum : per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum,ideſt nõ huius creationis: neq; per ſanguinem hircorum aut uitulorum: ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta,ęterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum aut taurorum: & cinis uitulę aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis:quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctum, ſemetipſum obtulit immaculatum deo : emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum deo uiuenti. Ecce quantum profecerunt ſacrificia a frugibus Cain,& ouibus Abel:uſq; ad filium Dei:quia proprio filio ſuo non pepercit deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. *Deute.32.* *Sacrificia uet. leg. & no.* *Ad Hebræ.9.* *Ad Rom.8.*

¶ Sic de baptiſmo : habebant in lege certa baptiſmata & lotiones immundiciarum, ſicut patet Leuit.xiij.& xv. & teſtatur Apoſtolus. Munera & hoſtiæ offeruntur,quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectam facere ſeruientem:ſolummodo in cibis et potibus,& in uarijs baptiſmatibus: Superuenit baptiſmus Iohannis explicatior: Tandem Chriſti baptiſmus in regenerationem uitæ per ſpiritum datus eſt eccleſiæ : ianua eccleſiæ,& omnium ſacramentorum. *Baptiſmi ue.et no.legis* *Leui.13.& 15.* *Hebræ.9.*

¶ Sic & de prophetia ſaluatoris futuri factum eſt. Adam & Noe crediderunt mediatorem futurum,ſed obſcurius intellexerunt. Abrahæ quid certius dictum eſt,in ſemine tuo benedicentur omnes gentes:& Iacob præuidit ex ſemine Iuda hoc futurum: ſed adhuc clarior repromiſſio facta eſt regi Dauid. Iurauit dominus Dauid ueritatem,& non fruſtrabitur eum:de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et Iſaias maiori lumine infuſo: uidit ſaluatorem ex uirgine uenientem. Ecce inquit uirgo concipiet & pariet filium:& uocabitur nomen eius Emanuel : de quo tam certus ac ſi iam factum eſſet ſubiunxit. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & uocabitur nomẽ eius admirabilis conſiliarius,deus fortis,pater futuri ſęculi,princeps pacis:ſed quanto certior erat Iohannis *Prophetia uet. & no.legis* *Gen.22.* *Gene.49.* *Pſalm.131.* *Iſa.7.* *Iſa.9.*

Iohan.1. præcurſoris prædictio. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi: ut ſemper intelliga
mus myſteria fuiſſe adaucta per incrementa temporum.

Sacerdotium ¶ Idem de progreſſu & auctione ſacramentorum liquet & de ſacerdotio. Primo. n.
Gene.4. quiſq; maxime primogenitus ut erat deum timens מזבח ſacrificatorium ſeu altare
conſtruxit: in quo holocauſta & hoſtias obtulit: unus Melchiſedech rex Salem כהן,
Gen 14. ſacerdos altiſſimi a ſcriptura nuncupaẗ. In lege uero ſcripta, legale ſacerdotium &
Exo.28. Leuitarum genus eſt conſtitutum: quos uoluit fungi ſacerdotio de tribu Leui. Vbi
Exo.29. etiam deus modũ pręſtituit & formã conſecrandi ac ordinandi ſacerdotes, & exe-
Leui.8. & 9. cutio huius in Leuitico deſcribitur. At quanto excellentius eſt ſacerdocium Euan-
Heb.7. gelicum, & Chriſti in lege gratiæ: ſicut præcellentiam ſacerdotij Chriſti ultra ſacer-
dotium Leuiticum Apoſtolus Paulus deſcribit: & quia tranſlatum ſit ſacerdotium
de tribu Leui in tribum Iuda: ideo neceſſe fuerit etiam legis tranſlationem fieri: pro
Hebræ. 8. pterea docet, q̃uo melius miniſterium ſortitus ſit Chriſtus, quanto & melioris teſta-
menti mediator ſit: quod & in melioribus repromiſſionibus ſancitum ſit: quod etiam
per ſequentia duo capita proſequitur. Sic ergo peculiare eſt deo, a minori ad maius
Confeßionis in in opibus mirabilibus ꝓgredi: quod & in confeſſione obſeruauit: ubi primum con-
crementa feſſio exigebatur interior. Deinde ad exteriorem uentum eſt, ſed generalem uel pu
blicorum: tandem ad occultorũ etiam propalationem in aurem ſacerdotis, progreſ
ſa eſt confeſſio. ¶ Q̃ꝫ conueniens autem fuerit perfectiorem inſtituere confeſ-
ſionem, in perfectiori lege, ex eo conijcitur. Quoniam in nulla alia lege fuit illu-
Iohan.1. ſtrior ueritatis manifeſtatio, q̃ꝫ in lege Euangelica: qm̃ ut Iohannes inquit: lex p̱ Moy
ſen data eſt, gratia & ỽitas p̱ Iheſum Chr̃m: Sed p̱ cõfeſſionẽ in eccleſia factã, mani-
Iohan. 3. feſtaẗ ỽitas, & deteſtaẗ peccatũ, quod fit in tenebris: nam qui male agit, odit lucẽ ait
Ephеſ.5. Chr̃s apud Iohannẽ. Et opera tenebraꝝ, quę arguunẗ, manifeſtantur a lumine. non
igitur immerito, ſub regno ueritatis fit manifeſtatio peccatoꝝ: ut cum peccator fa-
ciat ueritatem, peccata ſua fatendo: tunc ſuſcipiat gratiam datam a Chriſto. Et hoc
quidem a Chriſto non ſine auguſta ratione eſt factum, ut inſtrueretur confeſſio ad
reconciliationem habendam, mediante humano arbitrio: Nam ante aduentum me-
diatoris dei & hominum: plena reconciliatio fieri non potuit. Sed cum illi data eſſet
poteſtas in cœlo & in terra: & deſtruxiſſet portas inferorum: & euacuaſſet regnum
principis tenebrarum: Commode potuit hanc poteſtatem alijs committere: qui hu-
iuſmodi poteſtatem abſoluendi & ligandi peccata exercerent. Et ad hoc ſacrum pœ
nitentiæ ſacramentum eſt inſtitutum.

Confeſſio probatur eſſe de iure diuino Iohan. xx. & cauilli reijciuntur. Cap. IX.

AT fremit hic Ludder: furit Oecolampus: inſanit cætera turba, Carlſtadius, Melanchton, & ſimilis farinæ homines. Non auctiorem factam confeſſionem in Euangelio. Nouam eſſe clancularιam confeſſionem ſeu auricularem, & per mortifices excogitatam, & pſychityrannos inuentam. Hanc ignorauerit primitiua eccleſia martyrum: latuerit florentem eccleſiam confeſſorum. Nihil de ea eccleſiæ proceres, eccleſiæ lumina dixerint, Cyprianus, Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Ambroſius, Cyrillus & alij ſummi Theologiæ antiſtites, qui eam minime attigerint: in qua iam Theologi ſeminiuerbij ferme ſolum uerſentur. Horum impudentiam, temeritatem, & errorem iam caſtigabimus: quod homines parum prouidi, omnem confeſſionem apud ueteres, ad publicam dumtaxat uolunt referre pœnitentiam: & quod arbitrantur temere, nullum fuiſſe præceptum de confeſſione auriculari facienda, niſi conſtitutionẽ Concilij ſub

Inno. iij.

Inno.iij. Omnis utriuſq; &c. Partem ergo catholicorum ſequentes,aduerſus deſerto
res & ſchyſmaticos ueritatem fidei tuebimur.
¶ Initio oſtendamus ex ſacris literis ineuitabiliter duci, ſacramentum pœnitentiæ:
quod præuiam habet auricularem confeſſionem,eſſe a Chriſto inſtitutum,& pecca
tori,ut eius fiat particeps, præceptum. Et adduco uerba Chriſti. Hæc cum dixiſſet *Iohan.20.*
(Iheſus)inſufflauit & dixit eis: Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis pec= *Pro confeßiõe.*
cata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt. Hic omnium iudicio data
eſt Apoſtolis & ſacerdotibus eorum ſucceſſoribus,poteſtas remittendi peccata:qđ
certe eis primariæ non conuenit:cum hoc ſolius dei ſit:ſed quia miniſterium dei ex=
ercent in ſoluendis peccatis arbitrando,remittendo &c. Ita ꝙ hoc ſacramentum eſt
quodamodo iudiciale,in quo cauſa rei peccatoris examinatur. Sed quomodo poſ=
ſet arbitrari,quomodo poſſet ſententiam abſolutionis proferre,non cognita cauſa. Iu
dex enim non poteſt procedere ſine cognitione cauſæ. Si ergo ſacerdos debet abſol
uere,debet cognoſcere:ſed non poterit cognoſcere,maxime de occultis, niſi per ꝓ=
priam eius confeſſionem. Vides etiam quid ſit conſectarium ad uerba Chriſti, con=
feſſionem peccatoris eſſe neceſſariam:ut ſacerdos utatur poteſtate ſibi a Chriſto tra=
dita. Ita ꝙ ex collatione poteſtatis hic traditę ſacerdotibus, peccator tenetur ſe accu=
ſare coram eis,uelut iudicibus & arbitris.
¶ Serpens qui eſt callidior cunctis animantibus terræ,nititur ſe euoluere,ex tam pa *Euaſio Ludde*
tenti ratione. Cum enim negare nequeat, hic ſacramentum pœnitentiæ eſſe inſtitu= *ri.*
tum:textus enim eſt clarior,ꝙ̃ ꝙ ab hæretico cauillari poſſit. Hoc tamē quærit diuer
ticulum,ut dicat bonam eſſe confeſſionem,& utilem ſacerdotis abſolutionem ex po
teſtate hic ei tradita:ſed non eſſe præceptam confeſſionem: nec ſit præceptum reci=
piendi huiuſmodi pœnitentiam & abſolutionem:quoniam etiam ſacramentum ex=
tremæ unctionis ſit inſtitutum a Chriſto,non tamen neceſſarium: ita homines ſacri=
legi,pœnitentiæ ſacramentum,non neceſſarium facere uolunt.
¶ At illorum malitia ſic retundatur. Nulla poteſtas iudiciaria committitur, niſi ali= *Improbatur ſo*
cui imponatur neceſſitas ſubmittendi ſe huic poteſtati:nam iudicium etiam redditur *lutio.*
in inuitum. Quomodo enim poſſet aliquis eſſe iudex illius, in cuius uoluntate eſt ab *c.1.de iudi.*
illo iudicari uel non iudicari:loquimur de reo,non de actore: Alioquin poteſtas plus
eſſet apud illum potenten ſubire iudicium:uel recuſantem,quam apud iudicem: &
hoc dicere; nullam prorſus habet rationem: cum iudicare non reſpiciat uoluntatem
rei:ſed determinationem legis,æqui,& iuſti. Et omnino ſic dicere (ut faciunt diuer=
ſarij) eſſet irridere ſacramentum pœnitentiæ,& poteſtatem ſacerdotibus traditam.
Si enim alicui reo diceretur. Vis iſtum eſſe iudicem in hac cauſa; & is reſponderet
uolo:ſed ferat iudicium ad uoluntatem meam: At hoc non potius eſſet irridere pote
ſtatem iudicis:ꝙ̃ amplecti. At poteſtas iudiciaria eſt commiſſa ſacerdotibus. Itaque
erit aliquis ſubiectus huic iuriſdictioni, ne illudatur & irrideatur hæc cœleſtis pote=
ſtas. Et talis ſubiectus eſt ipſe reus peccator. Et hanc rationem ſic fundatam in Euan
gelio tangit B. Auguſtinus & renarret Gratianus. Agite inquit pœnitentiam qua= *Augu.*
lis agitur in eccleſia dei:ut pro uobis oret eccleſia:nemo dicat ſibi occulte ago:apđ de *De pœni.diſ.1.*
um ago:nouit deus qui mihi ignoſcit:quæ in corde ago: Ergo ſine cauſa dictum eſt, *agite.*
quæ ſolueris in terra,erunt ſoluta & in cœlo: Ergo ſine cauſa claues datæ ſunt eccle=
ſiæ dei:fruſtramus Euangelium dei:fruſtramus uerbum Chriſti: Si promittemus uo
bis,quod ille negat, nonne uos decipimus. Vide hæreticos uelle fruſtrari Euangeli=
um & uerbum Chriſti, quando remiſſionem peccatorum ſine arbitrio ſacerdotis,
& confeſſione oris, extra neceſſitatis articulum hominibus promittunt: Conſentit *Greg.*
huic rationi B. Gregorius, ſuperni iudicij principatum ſacerdotibus commiſſum: ut
uice dei quibuſdam peccata relaxent:alijs uero retineant.

Alia ratio pro confeßione. ¶ Porro ex Euangelio iam nouit, poteſtatem abſoluendi ſacerdotibus conceſſam a deo; & ſacramentum pœnitentiæ uelut efficax remedium contra peccata inſtitutum. Cum autem per peccatum, gratiam amiſerit, quare non teneretur ad eam recuperandam, iudicij ſacerdotalis ſeueritatem ſubire: cum teneatur ſe diligere, & gratiam dei habere: Et hæc eſt cauſa: cur deus ſolum oſtendit iudices a ſe conſtitutos: uelut medicos, & tamen non præceperit infirmis ut medicos adeant: Eo ipſo enim quãdo eſt aliquis infirmus, non oportet huic præcipere, ut medicum adeat, ſed ſatis erit oſtendere medicum efficaciter ſanantem, quam rationem tangit B. Bernhar. exactius: ad quem diligentem lectorem remittimus. *Bernhar. Hugo*

Alia ratio. ¶ Et ratione tali confirmo. Ante omne ius humanum ſuper confeſſione emanatum, confeſſio fuit introducta. Itaq; non poterit dici introducta iure humano, per Pontifices & pſychityrannos, Nam quocunq; iure humano ſuper confeſſione emanato, ex dicendis inferius patebit, confeſſionem fuiſſe antiquiorem. Si enim aſſumis eam deſcendere ex conſtitutione Concilij Lateran. omnis utriuſq; ſexus, ſicut ſtulte credidit Oecolampus: falleris mirum immodum: Cum & Petrus Longobardus, uulgo magiſter ſententiarum dictus, cum Gratiano authore decreti antiquiores illo Concilio, determinauerint confeſſionem oris neceſſario faciendam ſacerdoti. Nam Concilium illud ſub Innocentio iij. fuit currente anno domini 1210. cum iam uterq; ante 50. ferme annos obijſſet. Taceo de reliquis doctoribus eccleſiæ, qui 500. & 800. annos illud Concilium præceſſere: quos inferius euocabimus. Neq; poterit hæretic9 q̃tumcunq; proteruus citare coſtitutionem humanam; in qua primo, confeſſio fuerit orta. Quare neceſſario refert ad inſtitutionem Chriſti per apoſtolos ſuos eccleſię traditam: non. n. te poterit confugium iſtud defendere: q paulatim homines eſſent ad confitendum inducti: non. n. eſt ueri ſimile, aliquid tam difficile (ſicut eſt confeſſio clãcularia) hominibus fuiſſe de nouo iniunctum, quod non fuiſſet relatum in ſcripturã, & cum maxima deliberatione. Et indubie inuenti fuiſſent: qui ſe oppoſuiſſent; ſicut eccleſia experta eſt in cęlibatu clericorum, in approbatiõe fratrum mendicantium, ſicut Panutius reſtitit in Concilio Niceno: ubi aliqui uolebant præcipere, ne clerici, Epiſcopi &c. cum uxoribus dormirent, quas ante ordinationem acceperant: Non loquebantur tunc de ordinatis, an poſſent ducere uxores: ſicut modo Carlſtadius & ipſe hæreſiarcha cum quindecim annis & ultra in ſacerdotio fuiſſet, propria auctoritate uxorem duxit, uuptias publice celebrando. Sic ergo cum nullum ius humanum poterit dari, a quo inceperit confeſſio: relinquendum eſt ipſam incepiſſe iure diuino, Chriſto hoc ius eccleſiam & Apoſtolos docente. *Oecolamp. Longobardus Gratianus Optima ſuaſio pro confeßione Panutius. Carlſtadi9 uxoratus ſacerdos*

Suadetur confeſſio ex figura ſacerdocij legalis; & poteſtas clauium extollitur, ac in fine ex S. Iacobo confeſſio probatur. Cap. X.

ROborantur propria, quia cum patribus omnia in figura contingebant: ſequitur ſacerdocium legale figuram fuiſſe ſacerdocij gratiæ, ut pluribus locis Pauli colligitur; at ſacerdos ueteris legis habebat iudicare inter lepram, & non lepram corpoream. Homo in cuius cute ortus fuerit diuerſus color &cæte. adducetur ad Aaron ſacerdotem; uel ad unumquemlibet filiorum eius: qui cum uiderit lepram &cæte. Et infra. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens. Hic eſt ritus leproſi; quando mundandus eſt, adducetur ad ſacerdotem. Et confirmauit hoc in Deuteronomio. Et confirmauit CHRISTVS quoque dicendo leproſo. Vide nemini dixeris; ſed uade oſtende te ſacerdotibus; & offer munus tuum; quod præcepit MOYSES in teſtimonium illis. *Heb. 8. 9. 1. Cor. 10. Leui. 13. Deute. 17. Math. 8.*

Et decem

Et decem leproſis ſanandis præcepit. Ite oſtendite uos ſacerdotibus. Si ergo hæc e- *Luc.17.*
rat poteſtas ſacerdocij legalis: & erat figura poteſtatis: quam habituri erant ſacerdo
tes Euangelici, Quę ergo erit huius figuræ ueritas; niſi ſicut eſt ſpiritale ſacerdotium
Euangelicum: ita & lepram iudicet ſpiritalem, peccatum: leproſus ergo & immundꝰ
quiſq;, adducatur ad ſacerdotem: qui iudicet inter lepram & non lepram: hoc eſt in-
ter peccatum & non peccatum, inter obſtinatum & pœnitentem. Et ſignate aduer-
tas mi lector formulam inductionis. Non. n. ſic colligo: quaſi Chriſtus iſtis uerbis prę *Præoccupatio*
ceperit confeſſionem. Ite & oſtendite uos ſacerdotibus: quoniam ſic ſerpens Leuia- *cauilli Ludde-*
than ſtatim ſe excuteret hoc eſſe legale: & uerum eſſet: at energia inductiõis noſtræ *rani.*
in eo figit pedem: quod ſacerdos legalis habuit iudicium lepræ corporeæ: quare &
ſacerdos euangelicus: qui eſt in ſpiritu (nam uetus lex eſt litera: noua eſt ſpiritus) ha-
bet iudicium lepræ ſpiritalis. ¶ Nonne ſtultus & ueſanus tibi uidebitur: qui ianu
am clauſam ſine clauibus ingredi uoluerit: & quomodo peccator regnũ cęleſte per *Suaſio pro cõ-*
peccata ſua, clauſum & ſeratum, uult introire ſine clauibus: quod facere præſumit: *feſſione.*
quiſquis ſine ſacerdotum iudicio: qui claues pro eccleſia dei acceperunt cœlum in-
gredi nititur. Nullus ergo fruſtretur claues eccleſiæ: nullus aliunde intrare præſu-
mat niſi per ianuam. Clauigero intendat: ab eo ingreſſum petat & aditum: nam be-
neuolus erit & clemens, quia hoc mandatum habet a domino: ut petẽti ſæpius dimit-
tat: nam accedens Petrus ad Iheſum (quaſi iam Pontificij ſui futuri præſcius, formu-
lam iudicij ei dare uoluit) dixit. Domine quoties in me peccabit frater meus & dimit *Math.18.*
tam ei: uſq; ſepties (ecce cum interrogatione profert ſententiam) at iam audi clemen
tis ſaluatoris reſponſum. Dicit illi Iheſus. non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuage-
ſies ſepties. Nullus abſoluit ſeipſum, nullus ſibi reſerat ianuam, ſed clauiger. Et hoc *Ptãs clauium*
alta mente reuoluat catholicus: maximam rem oportere eſſe, poteſtatem clauium a
Chriſto tam ſæpe promiſſam, & dein exhibitam. Nam primo promittitur quando
Iheſus dixit Petro. Ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo *Mat.16.*
eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues
regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper terram: erit ligatum & in cœlis, & q̃d-
cunq; ſolueris ſuper terram: erit ſolutum & in cœlis. Altius repete: qua atteſtatione *Ponderatio*
uerborum, ei claues promiſit: quia ego tibi dico. Ego, quem confeſſus es filium dei *uerborum.*
uiui, qui ſum uia, ueritas & uita: Ego qui mentiri neſcio dico tibi. Ego dico,
cuius dicere eſt facere: cuius uerbo cœli firmati ſunt: non dubita & hoc me factuꝝ,
& poteſtatem tuam firmatuꝝ, cœlum eccleſiæ. Non timeas hæreticos, nihil terrea-
re a ſchyſmaticis: non concidas a tyrannis: portę inferi non præualebunt aduerſus ec
cleſiam meam. Et pro tuitiõe, pro nobilitate & dominio illius, dabo tibi claues regni
cœlorum: forte ignoras quantum donum tibi pollicear, & ꝙ magnum & pręſtabi-
le. Ego qui talia tibi conferam: dignitatem earum tibi exponam: non ſunt claues ſo-
lum ſcientiæ, de quibus dixi Iudæis, uæ uobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſciẽtiæ: *Luc.11.*
ipſi non introiſtis, ſed huiuſmodi ſunt claues: quibus poteris ligare & ſoluere in terris:
quæ erunt ligata & ſoluta in cœlis: ligabis tu & ſucceſſores tui, & ſolues in terra iu-
dicando: & ego in cœlo iudicium ueſtrum approbabo. Non poterit non magna eſſe
clauium poteſtas, quæ tanto pondere uerborum promittitur. Et quod augeat admi-
rationem poteſtatem clauium ſecundo promittit omnibus diſcipulis. Amen dico uo *Math.18.*
bis quæcunq; alligaueritis ſuper terram: erunt ligata & in cœlo: quæcunq; ſolueritis
ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Non parua res eſt iſta poteſtas clauium toties
promiſſa. Et ꝙ tertio Iohannes meminit hanc poteſtatem Apoſtolis fuiſſe datam. ipſo
die dominicæ reſurrectionis glorioſæ: & expende qua maieſtate has claues eis dede-
rit. Quia narrat ſacra anima. Inſufflauit & dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum, quo *Iohan.20.*
rum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt. Non

enim ſimplici uerbo eis hanc dedit poteſtatem,ſed ut eius monſtraret excellentiam ſpiritu oris ſui,eam dedit:nam inſufflauit in eos. Et non ſimpliciter inſufflauit, quia *Iohan.3.* ſpiritus ubi uult ſpirat,ideo dedit eis ſpiritum ſanctum:ac ſi diceret daturus uobis tã amplã poteſtatem: prius ſpiritum ſanctum do uobis: ut ſciatis neminem digne hac uti poſſe poteſtate:quam qui ſpiritum ſanctum habeat. Quis ergo catholicorum arbitrabitur,tam fruſtratoriam eſſe & eluſibilem poteſtatem clauium, tanta ſolemnitate a Chriſto promiſſam & collatam: ut peccator non cogatur ſe ei ſubijcere, ſed per confeſſionem mentalem poſſit reconciliari deo,& expiari peccatum: Iam enim ex mille uix unus ſacramentum pœnitentiæ a ſacerdote recipiet: ſi abſq; delicto confeſſionem auricularem præterire poterit.

Iaco.5. ¶ Poſtremo S. Iacobus ſatis indicat confeſſionis neceſſitatem. Confitemini alterutrum peccata ueſtra,& orate pro inuicem ut ſaluemini:ubi primo decernit confitendum:dein docet quomodo confeſſus & cui confeſſio fit debeant ſe gerere: quia debent pro inuicem orare. Sicut adhuc prudentes confeſſionis auditores ſolent dicere. Oremus pro inuicem: & deuoti confeſſores ſolent etiam in orationibus priuatis facere *Euaſio Ludderi.* memoriam omnium eorum:qui ipſis confeſſi ſunt. Nec euades dicendo Apoſtolum loqui de fraterna cõfeſſione:qua quis proximo etiam laico,fatetur errata ſua: quia loquitur de confeſſione ſacramentali & bene dicuntur alterutrum confiteri: quando Chriſtianus laicus confitetur Chriſtiano ſacerdoti:quia determinatio perſonæ alibi colligitur, quod ſolis ſacerdotibus hæc poteſtas ſit collata. Ob quam rem Chriſtus cum prius Apoſtolos in cœna(ut eſt communis ſententia)feciſſet ſacerdotes:tunc in die reſurrectionis dedit Apoſtolis claues. Suadetur uerbum Iacobi eſſe præceptiuum: quia ea quæ eodem contextu promulgantur ſimiliter obligant: At *Confeſſio præcepta.* S.Iacobus pręceptiue promulgat extremam unctionem:& eidem mox adiungit cõfeſſionem:quare & illam uidetur pręcipere:pręmiſit enim,infirmatur quis inter uos *Iaco.5.* inducat preſbyteros eccleſiæ:& orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini:Et oratio fidei ſaluabit infirmum:& alleuiabit eum dominus:& ſi in peccatis ſit: remittentur ei:mox ſubiungit. Confitemini alterutrum &cæ. Non dico S.Iacobum inſtituiſſe confeſſionem: Aut quod ſacramentum pœnitentiæ inſtituerit:quia omnia ſunt inſtituta a Chriſto, a quo habent efficatiam: ſed uolo S. Iacobum fuiſſe præconem & promulgatorem amborum ſacramentorum in iſto capite. Qui uoluerit illã rationem uidere extenſiorem,legat librum eruditiſſimum ſereniſſimi Angliæ regis *Henricus rex Angliæ.* Henrici viij.fidei catholicæ defenſoris(eum enim titulum a ſede Apoſt. promeruit catholicam ueritatem tam docte & ſtrennue contra perfidiam Ludderanam defen- *Ludderi inſania.* dendo)in Apologia ſacramentorum eccleſiæ contra Ludderum. Vbi graphice &q; Chriſtianiſſimus princeps S.Iacobi epiſtolam uindicat ab iniuria:quando hæc dentata beſtia non timuit ſcribere,hanc epiſtolam:non eſſe dignam Apoſtolico ſpiritu. At quid non audet apoſtaticus ſpiritus?

Quia Ludder ſibi contradicit ſæpius & ſecum pugnat de confeſſione: ideo eius doctrina conuincitur erronea. Cap.XI.

In inconſtantiã Ludderi. Efficax dictorum ratio ex eo ſumitur: quod in eccleſia ſemper fuit peccatorum confeſſio:quis Ludderani contrarium mentiantur:quod iam plurimis probabimus, Modo prius hoc oſtendamus,nullum catholicum in hac parte:ſicut & in alijs debere moueri doctrina Ludderana:quod homo ſit tam futilis,tam inconſtans & leuis,qui non modo ueritati catholicæ,ſed etiam ſibijpſi repugnet:quo- *Math.12.* niam falſum & uero & falſo repugnat: & omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.

Nam con-

Nam confeſſionem neceſſario ſacerdoti faciendam aſſeruit Ludder concluſ. vij. de
indulgentijs. Nulli prorſus remittit deus culpam: quin ſimul eum ſubijciat in omni-
bus humiliatum ſacerdoti ſuo uicario; hanc declarando plura inducit; licet habeat
eam tam compertam: ut non egeat diſputatione aut probatione: tñ oſtendit id quod
etiam concluſione vi. dixerat. deum non remittere culpam: niſi prior ſit remiſſio ſa-
cerdotis, ſaltem in uoto, ſicut clare ſonat textus. Quodcumq; ligaueris etc. Ecce hic fa- *Iohan. 20.*
tetur remiſſionem ſacerdotis neceſſariam probari ex claro textu Euangelij. Et præ- *Luc. 10.*
cedenti concluſione allegat illud Chri. qui uos ſpernit me ſpernit. Et inferius. laudat
hanc dulciſſimã poteſtatẽ: de qua ſummas gratias ex imo cordis agere debemus deo:
qui talẽ dedit poteſtatem hominibus, quæ eſt unica conſolatio peccatorum &
infœlicium conſcientiarum: Et late ibi extẽdit poteſtatem clauium, quomodo poſ- *Ludder quo-*
ſit in culpam, etiam plus quam catholici doceant; Et concluſione x x allegans illud. *modo ſibi con-*
Quodcumq; ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis ſubdit. Quia per hoc de- *tradicit.*
us uult homines ſubijci ſacerdoti: quod non fieret, niſi deum approbare facta ſacer-
dotis ſciremus. ¶ Dicis forſan. Hæc ſcripſit Ludder quando ſub obedientia
Romana extitit: modo autem libertatem aſſerens, ſecus ſentit. Oſtendamus Ludde- *In Ludderum.*
rum illud idem ſenſiſſe, quando ſtetit ſub obedientia diaboli: et diuiſit inconſutilẽ tu-
nicam domini: quando iam impio ore aliam ſtatuit eccleſiam papæ & Chriſti. Imo
quando iam appellabat papam antichriſtum, in libro de captiuitate Babylonica:
ubi inter alias inſanias, multa latrat contra hoc ſacrum pœnitentiæ ſacramentum: ta-
men fatetur confeſſionem occultam, quæ modo celebratur, eſſe neceſſariam: nec
uellet eam non eſſe: ſed gaudet eam eſſe in eccleſia Chriſti: tamen pulchre ſibi con- *Ludder ſibi cõ-*
tradicens, negat eam probari poſſe ex ſcriptura: cum tamen prius dixerit clarũ eſſe *tradicit.*
textum. Quodcũq; ligaueris &c. Sic pulchre immemor eorum, quæ prius ſcripſe-
rat: nouiſſime in una declaratione uulgari de cõmunione ſub utraq; ſpecie, primo
non uult alicui præcipi confeſſionem: quia ad omne quod ſit catholicum & Chriſ-
tianum non debeat dari præceptum: diffinit non libenter confitentem, longe debere
recedere a confeſſione illa uocali: ſed calcatis legibus papæ, Cæſaris, principum &
diaboli: ſit contentus in confeſſione mentali. Neq; neceſſariam uult eſſe confeſſionẽ
uocalem ante ſumptionem ſacramenti eucharistiæ, licet eam conſulat. Vides iam *Contradictio-*
quantum malitia fecerit, excidere Ludderum a ueritate: qui primo dixit deum nõ *nes Ludderi.*
remittere, niſi prior ſit remiſſio ſacerdotis: iam uult ſufficere confeſſionem mentalẽ 1.
deo, ſine remiſſione ſacerdotis: qui prius dixit confeſſionem probari, ex claro textu 2.
euangelij ꝙ ſit neceſſaria: iam negat eam probari ex ſcriptura. Qui prius dixit papã 3.
audiendum & prælatos ex iuſſu domini. Qui uos audit, me audit: iam mandat le-
ges Cæſaris calcari pedibus, cum legibus papæ & diaboli. Qui prius dixit deum 4.
uelle peccatorem ſubijci ſacerdoti: iam illud negat deum uelle: quæ cum maxime in
uicem pugnent, & toto cœlo diſſideant, unuſquiſq; uir bonus & integer, facile de-
prehendet falſam, mendacem, erroneam ac deceptoriam eſſe Ludderi doctrinam:
quæ ſeipſam interimat ac corrumpat, ueritatem laceret, ſanctam fidem lædat. Ob *Parrhiſien.*
hanc cauſam iuſte alma Parrhiſien. Theologica facultas: damnauit infra ſcriptas
Ludderi propoſitiones quas cum eorum cenſura ſubijciemus.

¶ Confeſſio illa quæ nunc agitur occulte in aurem, nullo poteſt iure diuino proba- *Ludder.*
ri: nec ita fiebat primitus.

¶ Huius propoſitionis prima pars eſt falſa & ex ignorantia iuris diuini aſſerta: ſe- *Parrhiſien.*
cunda eſt temerarie poſita.

¶ Spiritualis defectus eſt ſoli deo aperiendus: ſi oportet confiteri occulta cordis: *Ludder.*
tantum ea quæ ſunt pleni conſenſus in opus, homines debent confiteri.

¶ Peccata contra duo ultima præcepta, decalogi cõmiſſa ſunt prorſus a cõfeſſione *Ludder.*
ſecludenda.

Parrhiſien. ¶ Quælibet harum trium propoſitionum eſt in fide erronea: & impie confeſſionem dimidians.

¶ Vide Parriſien. iuris diuini & humani ſcientiſſimi (qui per Ludderum & me in arbitros diſputationis Lipſicæ electi fuerunt) hanc doctam de Ludderanis erroribus, de confeſſione dederunt ſententiam. Et cum teſtis uacillans, fidem dictis ſuis adimat; per repugnantia dicta Ludderi, nulla credulitas doctrinæ ſuæ amplius eſt adhibenda.

Confeſſionem clancularium fuiſſe in eccleſia apoſtolorum & martyrum probatur ex Luca Clemente & Tertuliano. Capit. XII.

LEGE diuina cautum eſſe oſtendimus de confeſſione: ueritatem autem catholicam aſſerentes: in præſentia oſtendamus confeſſionem illam occultam ſemper fuiſſe in uſu: & hinc ordiamur: quemadmodū baptiſmus ſaluatoris, præuium habuit baptiſma Iohannis: quod non erat ſacramentum: nec remittebat peccata: ſed erat quædam proteſtatio credendi in Chriſtum uenturum et opera pœnitentiæ faciendi: Sic & confeſſio ad ſacramentum pœnitentiæ pertinēs: ſuum habuit apud Iohannem præambulum: nam & baptiſati ab eo, confitebantur peccata ſua: licet nec baptiſmus, nec confeſſio eius fuerint ſacramenta. Nam ita teſtatur Mathęus. Tunc exibat ad eum Hieroſolima & omnis Iudęa, & omnis regio circa Iordanem & baptiſabantur ab eo in Iordane: confitentes peccata ſua. Idem teſtatur Marcus eiſdem quaſi uerbis. Et quod futuræ in eccleſia confeſſionis præābulum fuerit Beda ibidem teſtatur. Exemplum confitendi peccata, & meliorem uitam promittendi datum eis, qui baptiſma accipere deſiderant, ſicut etiam prædicante Paulo in Epheſo multi credentium ueniebant: confitentes & annunciantes actꝰ ſuos, quatenus abdicata uita ueteri, renouari mererentur in Chriſto.

Math. 3. Mar. 1. Beda. Actu. 19.

Chryſoſto. ¶ Clarius hoc proſequitur Chryſo. Homilia x. ſuper Mathęo. Tempus quidem cōfeſſionis incumbit his quoq;, qui baptiſma conſecuti ſunt: alijs quidem, ut poſt patentia criminum uulnera pœnitentia interueniente curentur & ad ſacra myſteria redire mereantur: alijs uero, ut eam quam poſt lauacrum cœleſte conceperant maculā diluentes, ad dominicam menſam, munda iam conſcientia, ſecuraq; conueniant. Abſiſtamus igitur ab hac fluida, diſſolutaq; uita: nequeunt enim omnino, nequeunt aliquādo in unum & confeſſionis lachrymæ & corporis conuenire deliciæ: & hęc uos doceat B. Iohannes. Et eam confeſſionem fuiſſe in uſu tempore apoſtolorū probat id quod ſupra Beda de Paulo dixit & Lucas renarrat. multiq; credentium ueniebāt confitentes & annuntiantes actus ſuos. Ad quia adhuc pertinaciter reſiſtis, quia uel de confeſſione quæ deo fit, uel de confeſſione publica. illa ueniant intelligenda. Oſtendamus alienam fore a uero, & a diabolicis hominibus confictam eſſe hanc prodigioſam confeſſionis torſionem: ſed in primitiua eccleſia, tempore martyrum, poſtea confeſſorum, hanc fuiſſe clancularium confeſſionem, quam auricularem nomināt.

Beda. Actu. 19.

Clemens Confeßio ¶ Et primo prodeat Clemens S. Petri diſcipulus, & Martyrum ductor, ac doctor, qui cōfeſſionem auricularem in ipſis inicijs fuiſſe: his uerbis teſtatur. quod ſi forte in alicuius cor uel liuor uel infidelitas uel aliquod malum, ex his quæ ſupra cōmemorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc ei qui præeſt; ut ab ipſo per uerbum & conſilium ſalubre curetur: quo poſſit fide integra & bonis operibus pœnas æterni ignis euadere: & ad perpetuæ uitæ pręmia peruenire. Et iterum. Quod in nauigatione pelagi humanæ uitæ ferendi ſunt uomitus & ſuccuſſationes & agitationes: cum ex confeſſione peccatorum & reiectione criminum, uelut male congregati in uiſceribus fellis eiectio facienda eſt: & abijcienda prorſus

da prorſus a corde intrinſecus latẽs amaritudo peccati. Si qua forte ex deſiderijs ini
qua, uelut ex cibis noxijs congregata eſt: quam utiq; cum euomuerit quis & abie-
cerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo: ſi tamen poſt uomitum, quæ ad ſani-
tatem pertinent: ſumat. Pondera ſtudioſe lector: ſanctum Martyrem non loqui de *Ponderãtur l-*
confeſſione, quæ fit deo: nam iubet confiteri ei qui præeſt: ut ab ipſo uerbo & con- *ra clemẽtis.*
ſilio curetur. Verbo abſolutionis per clauem poteſtatis: Conſilio doctrinæ per cla-
uem ſcientiæ: Et quod ſit neceſſaria: liquet ex addito: quia per confeſſionem euadit
ignem æternum: & uenit ad præmia æterna: Et q̄d ſubdit prorſus abijciendã a cor-
de amaritudinem peccati per confeſſionem peccatorum. Nec potes diuinari eam
fuiſſe publicam: quoniam cum hic agat de occultis peccatis: quę cogitatione latent
& latenter irrepunt. Non autem uidetur rationabile, unquam fuiſſe tam duram &
auſteram apud Chriſtianos legem: ut publice coram omni populo: quis latentia &
ſolo deo cognita peccata proderet: & ſe infamaret: cũ uix obtinet Chriſtiana lex, ut *Hæretici.*
uni in ſecreto ſub arctiſſimo ſilentij ſigillo, occulta pandant. Imo hæretici, cum quib.
nobis iã bellũ eſt, nolunt eccleſiam poſſe precipere: ut ore quis cõfiteat̃ latentia cor
dis peccata. Nam quod non exegerit publicã confeſſionẽ eccleſia in occultis: liquet *Chryſoſto.*
ex uerbis Chryſoſtomi ſuper epiſtola ad Hebræos. Non dico tibi: ut te prodas in *Et de pœniten.*
publicum: neq; apud alios accuſes: uti in ſequentibus plura de his uerbis Chryſoſt. *Homil.31.et 41*
deo uolente dicturi ſumus. At dicis itinerarium ſeu recognitiones Clementis & alia
titulo eius circumlata: apocrypha ſunt, non idonea tantam rem affirmare: Non di- *Apocryphis*
luitur hoc pacto inductio: quoniam nõ ideo aliquid eſt falſum: quia apocryphum: *uti.*
& ſi apocrypha non ueniunt citanda: cur Iudas apoſtolus teſtimonium citauit ex *Iudas tad.*
apocrypho libro Enoch, ut recte colligit S. Hyerony. pro defenſione S. Pauli ſuper *Hierony.*
epiſtola ad Titum. Adde quod uerba illa quę feruntur eſſe Clementis, aduerſarioꝝ
etiam iudicio uera ſunt: Itaque ex datis propoſitum noſtrum inferimus: nam Oe- *Oecolamp.*
colampus ait de illis. Hæc quidem apocrypha habentur: uera tamen, & quæ anti-
quam conſuetudinem probant. ¶ At ne ueritati ſuum, credant heretici deeſſe pa
trocinium: & leuibus eam initi ariſtis: Tertullianum euocemus, proximo tempore *Tertullianus.*
poſt Apoſtolos: inter martyres uiuentem: magiſtrum a ſancto Cypriano, ut Hiero *Cyprianus.*
nymus teſtatur, appellatum. Qui libro de pœnitentia: ubi primum dixerat: de qui *Hierony.*
bus peccatis eſſet agenda pœnitentia: carnalibus. ſ. & ſpiritalibus. Et quia non facti
ſolum, ueꝝ & uoluntatis delicta uitanda, & pœnitentia purganda eſſe. Pręſtituerat
etiã pœnitentiã eſſe tabulam ſecundã poſt naufragium, id quod etiam Hyero. dixit *Hiero.*
poſterius: licet Ludder magna impietate neget: ſubiungit Tertullianus. Tantũ re- *Tertullianus.*
leuat confeſſio delictoꝝ: quantũ diſſimulatio exaggerat: Confeſſio. n. ſatiſfactionis
conſilium eſt, diſſimulatio cõtumaciæ. Huius igitur pœnitentiæ ſecundæ & unius:
quanto in arto negotiũ eſt, tanto operoſior probatio: ut non ſola conſcientia profe-
ratur: ſed aliquo etiã actu adminiſtretur. Is actus qui magis græco uocabulo expri
mitur, & frequentatur exomologeſis eſt: qua delictum noſtꝝ dño cõfitemur: non
quidẽ ut ignaro: ſed quatenus ſatisfactio cõfeſſione diſponit̃, confeſſione pęnitentia
naſcit̃: pœnitentia deus mitigatur: Itaq; exomologeſis proſternendi & humiliandi
hominis diſciplina eſt, conuerſationẽ iniungens miſericordiæ illicẽ. Quid clarius po
terat is dicere pro cõfeſſione oris ante M. cccl. annos: quia delictũ non ſolũ conſcien
tia proferatur: hoc etenim eſſet confiteri deo mente: ſed aliquo actu ad miniſtrat̃: &
illum actum Græce exprimit: quia ἐχομολόγησις latinis eſt confeſſio. Et quibus fie
ri debeat: ut puta ſacerdotibus: poſtea explicat, cum inquit: plærumq; uero ieiunijs
preces alere, ingemiſcere, lachrymari & mugire dies noctesque ad dominum
deum tuum: preſbyteris aduolui, & aris dei adgeniculari: omnibus fratribus lega-
tiones deprecationis ſuæ iniungere. Ecce ſacerdotibus aduolui debet. Sed dicit

Beatus Rhenanus deceptus. Beatus Rhenanus Tertullianum, nihil locutum de clancularia confeſſione: quæ penitus id temporis ignorabatur. Quod ultimum falſiſſimum eſſe iam pluribus oſtendemus: tamen Tertullianum quoq; de clancularia confeſſiõe locutum ex eo liquet: quod ſequitur, pleroſq; tamen hoc opus & publicationem ſui aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſummo, pudoris magis memores quam ſalutis: uelut illi q̃ in partibus uerecundioribus corporis contracta uexatione, conſcientiam medentiũ uitant: & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Intollerandum ſcilicet pudorem: domino offenſo ſatiſfacere, ſaluti prodactæ reformari. Ne tu uerecundia bonus: ad delinquendum expandens frontem: ad deprecandum uero ſubducens. Hic confeſſionem de qua loquitur neceſſariam eſſe affirmat: quia non confitentes cum erubeſcentia ſua pereunt. *Nunq̃ occulta peccata publice confitebantur.* Et cum ſuperius ab initio dixerit peccata ſpiritalia: & ea quæ ſola uoluntate commiſſa ſunt, fore confitenda: quis modo poterit ita deſipere: ut tam inhumana ac dura fuerit primitiua eccleſia: ut præceperit occultorum delictorum publicam confeſſionem: quo ſe quis coram toto populo diffamaret: taceo de periculis & damnis inde prouenientibus. Plura ſunt occulta delicta, quæ ſi publicarentur: quot odia, cædes, diſcordiæ, & alia mala ſequerentur: Ideo etiam apertius poſtea *Tertull.* oſtendit debere fieri confeſſionem homini, & non ocultandum peccatum: Grande plane emolumentum uerecundiæ, occultatio delicti pollicetur (loquitur ergo de occultis) uidelicet ſi quid humanæ noticiæ ſubduxerimus, proinde & deum celabimus. Adeo ne exiſtimatio hominum & dei conſcientia comparantur. Adhortando itaq; ad pœnitentiam poſt multa inquit. Igitur cum ſcias aduerſus gehennam, poſt *Cypria.* prima illa intinctionis dominicæ monimenta (id eſt baptiſmi. Sic enim ipſe & S. Cyprianus baptiſmum nominare ſolent) eſſe adhuc in exomologeſi ſecunda ſubſidia, cur ſalutem tuam deſeris? cur ceſſas aggredi, quod ſcias mederi tibi? uide quam neceſſariam faciat pœnitentiam: ut qui eam relinquat: ſalutem ſuam deſerat. Cum cõtra lutum lutulentum aſſerat, conſilij eſſe pœnitentiam: ſicut uirginitatem: non præ*Tertull.*cepti. ¶ Meminit præterea confeſſionis libro ſecundo aduerſus Marcionem: ubi cum de pœnitentia dei dixiſſet: quod ſimplicem conuerſionem ſententię prioris indicet: quia & ſic pœnitentiæ nomen, non ex delicti confeſſione: ſed ex animi demutatione compoſitum eſt (loquitur de μετανοια) affert exemplum Adæ ad pœnitentiam uocati, & infra: interrogat deus quaſi incertus, & ut hic liberi arbitrij improbans hominem in cauſa, aut negationis: aut ut confeſſionis: ei daret locum ſponte negandi delicti: & hoc nomine grauandi: atq; ita conderentur nobis exempla cõfitendorum potius delictorum: quam negandorum: ut iam tunc initiaretur Euangelica doctrina. Ex ore tuo coniuſtificaberis, & ex ore tuo damnaberis. uir hic omnium iudicio uetuſtiſſimus, uult Euangelicæ eſſe doctrinæ confeſſionem ex ore, cuius figura & forma in Adam præceſſerit: illa aũt nõ potuit eſſe ſolum generalis: quoniam huiuſmodi etiam fuit in lege Moſaica, quare indubitate loquitur de *Tertull. lapſus. Hierony.* confeſſione quæ ſacerdoti fit: ſicut & in libro de pœnitentia. At forte Tertullianus non eſt tibi ſatis grauis author: quod inuidia & cõtumelijs clericorum Roma. eccleſiæ: ad Montani peruerſa dogmata declinauit ut author eſt Hierony. lib. de uiris illuſtribus. At ſiue hæc de pœnitentia ante hæreſim aut poſterius ſcripſerit, parum refert. Nam hoc in omnem euentum euincitur, confeſſionem clanculariam, non fuiſſe incognitam in primitiua eccleſia martyrum: cuius Tertullianus: uelut neceſſariæ meminit, non ſolum ut conſultæ: quod diuerſarij nunquam uitabunt: niſi aſtruant confeſſionem occultorum peccatorum publicam: fuiſſe tunc neceſſariam: quod nõ dicent opinor: quoniam cum pontifices: qui clanculariam induxerunt confeſſionẽ eorum opinione, animarum faciunt tyrannos: ſanctos Martyres qui publicam de occultis & ſolum cogitatis peccatis exegiſſent confeſſionem: decies tyrannos facerent.

Confeſſionem

Confeſſionem auricularem faciendam ſacerdoti ex Origene probatur euidentiſſime. Cap.XIII.

PErgamus plura afferre teſtimonia,hanc cõfeſſionis rationem, fuiſſe in pri
mitiua eccleſia: & accedat Origenes eccleſiarum poſt Apoſtolos magiſter
ut ait Hiero.inter martyres uiuens: & ipſe martyris Leonidis filius ; & cla= *Origenes. Hierony.*
ra uoce nobis pronunciet: confeſſionem illam occultam : uocalem quæ ſacerdoti
ſit,fuiſſe temporibus ſuis in uſu. Nam Homilia ij. ſuper Leuitico (Homiliæ enim
iſtæ Origenis ſunt non Cyrilli)ponit ſeptem remiſſiones peccatorum : quarum ul=
tima eſt licet dura & laborioſa,per pœnitentiam remiſſio peccatorum: cum lauat *Confeßio tempore martyrũ.*
peccator in lachrymis ſtratum ſuum : & fiunt ei lachrymæ ſuæ panis die ac nocte:
& cum non erubeſcit ſacerdoti domini indicare peccatum ſuum: & quærere medi
cinam ſecundum eum,qui ait,Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſticiã meã do= *Pſal.31.*
mino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.Expende magnum eccleſiæ primitiuæ
doctorem,inter remiſſiones & ſatiſfactiones peccatorꝶ eum cõnumerare pœniten=
tiam: inter cuius officia & hoc deſcribit : ut quis uicta uerecundia peccatum ſuum
indicet ſacerdoti,& quærat ab eo medicinã.Loquitur ergo expreſſe de confeſſiõe
uocali,quę fit ſacerdoti,& non de gñali: nã quæ uerecundia eſſet in generali confeſ
ſione,aut publicorum delictorꝶ: Itaq; de illa priuata & clancularia loquitur confeſ=
ſione.Que Roterdamus hic affert: nos ſuo loco confutabimus.

¶ Et quia hoſtes habemus temerarios & p̃ſumptuoſos: qui uerbis ſacræ ſcripturæ
uim inferunt: & ſententijs patrũ facile illudunt:ne quis ſiniſtre hunc locum torqueat
apertiora Origenis teſtimonia adferamus,quæ nullis adulterinis gloſſematibus cõ
ſpurcentur: ubi memoriæ ſuccedit,quod ſequẽti Homilia inquit.Etenim oĩ genere *Origenes.*
pronunciãda ſunt: & in publicũ proferenda cuncta quę egerimus.Si quid in occul
to gerimus: ſi qd in ſermone ſolo: uel etiã intra ſecreta cogitationũ cõmiſimus: cũcta
neceſſe eſt publicari : cuncta proferri: poſteaq; dixit de accuſatiõe diaboli,ſubdit.Si
in hac uita præueniamus eum ;& ipſi noſtri accuſatores ſimus, nequiciam diaboli
noſtri inimici effugimus ; Sic enim & alibi propheta dicit. dic tu iniquitates tuas
prior ut iuſtificeris,nonne euidenter myſterium quod tractamus oſtendit. At forte
& hic locus Theonino dẽte arroderetur: uolumus omnino aduerſarijs ſilentium im=
ponere,ut ne hiſcere quidem,contra poſſint, adducimus Origenis Homiliam ij.ſup *Origenes.*
Pſal.37.domine ne in furore tuo etc. Super quo Homiliam etiam primam,ſuperius
citauimus.Inquit autem inter alia ſic,Quoniam iniquitatem meam pronuntio.Pro=
nuntiationem iniquitatis: ideſt confeſſionem peccati frequenter diximus. Vide er=
go quid edocet nos ſcriptura diuina: quia oportet peccatum non celare intrinſecus:
fortaſſis enim,ſicut hi qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam,aut humoris uel
phlegmatis ſtomacho grauiter imminentia: ſi uomuerint,releuantur.Ita etiam hi q
peccauerunt,ſi quidem occultant,& retinent intra ſe peccatum,intrinſecus urgent
& ꝓpemodũ ſuffocãtur a phlegmate,uel hũore peccati.Si aũt ipſe ſui accuſator fiat, *Optime pro cõfeßione.*
dũ accuſat ſeipſum et confitet̃: ſimul euomit delictum,atq; omnẽ morbi digerit cau
ſam: Tantũmõ circumſpice diligentius, cui debeas confiteri peccatũ tuũ: ꝓba prius
medicũ,cui debeas languoris cauſam exponere : q ſciat infirmari cũ infirmãte, flere
cũ flente,qui condolendi & cõpatiendi nouerit diſciplinã: ut ita demũ ſi qd ille dixe
rit: qui ſe pri9 eruditũ medicũ oſtẽderit & miſericordẽ: ſi quid cõſilij dederit facias: et
ſequaris: ſi intellexerit & p̃uiderit talẽ eſſe languorẽ tuũ: q in cõuentu totius eccleſię
exponi debeat,& curari: ex quo fortaſſis & cęteri ędificari poterũt,& tu ipſe facile
ſanari: multa hoc deliberatiõe: & ſatis piti medici illius cõſilio,ꝓcurãdũ eſt.Quid mõ *Ponderantur uerba Orige.*
aduerſariorꝶ turba,cõtra mutire audet,Primo hic uetuſtiſſim9 doctor iñter martyres

uiuens ante annos 1300. nos doceat q͠a opteat nos confiteri, & nõ celare peccatũ in-
trinſecus: deinde, ne credat ſufficere cõfiteri deo: aſſerit peritũ deligi debere medi-
cum, cui cauſas languoris exponat: Itaq; indubie hominẽ innuit: cui confitearis. Et
ne per generalem euadas confeſſionem: explicat cauſam languoris ita explicandã,
ut ille conſilium afferre poſſit quid faciendum: an toti eccleſię proponendum: quod
in ipſa generalitate deprehendere non poſſet, quantumcunq; prudens animæ iu-
dex. Et qui Tertullianum & alios, eo uolunt cum Cypriano torquere: ut ſolum de
publica loquantur confeſſione: hic aperte mendacij conuincuntur: quoniam Ori-
genes uerax & antiquiſſimus teſtis, hic nos certiores reddit: illum primo clam con-
fiteri: & ſi ita uiſum fuerit conſilio ſacerdotis: multa cum deliberatione in conuentu
totius eccleſiæ exponat: quia hanc publicam confeſſionem: non exigebant ni-
ſi grauiſſima crimina: Itaq; hunc unum grauiſſimum teſtem: a nullo catholico hac
parte reprehenſum, uel notatum: opponamus Luddero, Carlſtadio, Melanchtoni,
Oecolampo, Strauſio & omnibus male, de confeſſione clanculari ſentientibus: ac
temere negantibus, eam fuiſſe in primitiua eccleſia martyrum: Cum hic martyris
filius: non ſemel quoq; ad martyrium paratus, pleniſſimam de illa confeſſione faciat
Hæreticorum dolus. fidem: Et ne dubitari poſſit de libro (nam & hac utuntur aſtutia hæretici: ut ſi liber
quiſpiam citatus fuerit: qui eis aduerſetur, mox ei authorem adimunt: quod iam in
Ruffinus. Dionyſio, Auguſtino & Hierony. ſæpe fecerunt) Ruffinus ad Apronium has Ho
Origenes. milias interpretatus eſt, ut indubie conſtet eas Origenis fore. Nõ opus eſt alios Ori
genis locos adducere: ubi & confeſſionem oris neceſſariam ſtatuit, libro enim iij.
cap. 1. περιαρχῶν, inquit. Ita & ſi qui non prius animæ ſuæ uicia & peccatorum ſuorũ co-
gnouerit mala, ac proprij oris confeſſione prodiderit: purgari is atq; abſolui non po-
terit. Vide duo neceſſaria: primum quod peccata ſua agnoſcat confeſſione cordis:
dein quod illa prodat confeſſione oris. Valeant ergo noui prophetæ ac Danieles:
qui eccleſiæ Martyrum, & Hieronymo incognitam dicunt fuiſſe hanc confeſſio-
Fabianus. nem. ¶ Sic de S. Fabiano Papa Martyre legimus: quod dum Philippus Impe. ui-
gilijs paſchæ intereſſe uellet, & communicare miniſtris, Papa reſtitit: ne quouſq; cõ
fiteretur peccata ſua eum ad communionem ſuſcepit.

Confeſſionem clancularem factam ſacerdoti tempore Martyrũ probatur ex Cypriano. Cap. XIIII.

AD illuſtrem Eccleſiæ doctorem & ſanctum Martyrem Cyprianum ue-
niamus, auſterum eccleſiaſticæ inſtitutionis obſeruatorem: & initio nõ eſt
opus eius afferre teſtimonium de exhomologeſi in ſolemni pœnitentia
neceſſaria: quoniam hanc aduerſarij admittunt: & hanc ſolam cognitam patribus
Cyprianus. mentiuntur: at de confeſſione clancularia eundem aliquando locutum ex eo liquet:
quod in ſermone de lapſis: ubi primo pluribus exhortatur: ut latentia peccatorum
uulnera detegant: admonet ut etiam occulta & ſolum cogitatione perpetrata deli-
Occulta confitenda. cta confiteantur, & quoſdam hoc feciſſe commendat. Inquit enim. Viderit an mi-
nore uel dedecore uel crimine apud homines publicauerit: quod admiſit. Deum
tamen iudicem ſubterfugere & uitare non poterit: cum dicat ſpiritus ſanctus in
Pſalm. 138. Pſalmis. Quod eſt imperfectũ meum uiderunt oculi tui: & in libro tuo omnes ſcri-
Sapien. 1. bentur: & iterum. Homo uidet in facie: deus in corde. Ipſe quoq; dominus præmo
neat & pręinſtruat dicens. Et ſcient omnes eccleſiæ: quia ego ſum ſcrutator renũ &
cordis: perſpicit ille abdita & ſecreta: atq; occulta conſiderat: nec dei oculos poteſt
aliquis euadere dicentis. Ego deus approximans: & loquitur deus de longinquo.
Si abſconditus fuerit homo in abditis: ego ergo non uidebo eum? Videt ille corda
Hiere. 13. & pectora ſingulorum: & iudicaturus non tantum de factis: ſed & de uerbis & co-

gitationibus noſtris: omnium mentes, uoluntateſq; conceptas in ipſis adhuc clauſi
pectoris latebris intuetur. Ecce quæ S. Martyr uelit detegi per confeſſionem homi-
nibus, quantumcunq; occulta & latentia cordis. Et ſubdit. Deniq; quando & ſide ma
iore & timore meliori ſunt: qui quamuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti,
quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt hoc ipſum. Apud ſacerdotes dei dolenter
& ſimpliciter confitentur: exhomologeſin conſcientiæ faciunt: animi ſui pondus ex-
ponunt: ſalutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirunt, ſcientes
ſcriptum eſſe, deus non irridetur. An adhuc aliud petimus teſtimonium. Etiam co- Galat. 6.
gitatione commiſſa confiteri, & non cuilibet ſed ſacerdoti: nec confeſſio illa ſolemnis
pœnitentiæ eſt: quę non niſi grauibus imponebatur criminibus: nęc tantum fiebat
ſacerdotibus, ſed toti eccleſiæ: hi autem parua & modica uulnera exquirebant, & a-
nimi pondus exponebant: Et duriſſimum ac impatiabile onus fuiſſet, omnia publi-
ce confiteri, quæ quis ſola cogitatione admiſiſſet: ut ſuperius ſæpe monuimus. Cõclu
dit aũt S. martyr in hunc modum. Confiteant̃ ſinguli quęſo uos fratres delictũ ſuum:
dum adhuc qui deliquit in ſęculo eſt: dum admitti confeſſio eius poteſt: dum ſatiſſa
ctio & remiſſio per ſacerdotes apud dominum grata eſt. Vides non unum uel alte-
rum, ſed omnes debere confiteri.

¶ Et ꝙ non ſolum maiora delicta quę crimina dicuntur, & publicam iſto tempore Cyprianus.
exigebant pœnitentiam ſint confitenda: ſed etiam minora delicta: teſtat̃ idem in Epi
ſtola ad plebem quę incipit. Ingemiſcere uos, ubi inquit. Nam cum in minoribus de
lictis: quę non in deum committuntur: pœnitentia agatur iuſto tempore: & exhomo
logeſis fiat inſpecta uita eius qui pœnitentiam agit, nec ad cõmunicationẽ quis ueni-
re poſſit, niſi prius illi ab Ep̃o, & clero manus fuerit impoſita: quantomagis in his gra
uiſſimis & extremis delictis, ante omnia & ſecundum diſciplinam domini obſeruari
oportet. Et ad clerum in ſequenti epiſtola decernit, imminente mortis articulo, ita ut
exitus urgere cœperit peccator etiam diacono, ſi preſbyter repertus non fuerit: exho
mologeſin facere delicti ſui poſſit. His duobus locis de publica confeſſione ſolemnis
pœnitentiæ non loquitur: quia minora delicta: quæ in deum non committunt̃, hanc
non expoſtulant. Et ꝙ altera coram ſolo diacono fit: & tamen confeſſio eſt: licet ſecũ
dam non exiſtimem ſacramentalem: ſicut nec illam quę conſilio Auguſtini in neceſ-
ſitate fit laico. Iuuat ꝓpoſitum quod in alia epiſtola ad cleꝝ ſcribit de modo agendi Augu. Cypria.
pœnitentiam. Agit inquit, ille pœnitentiam, qui diuinis pręceptis mitis & patiens, &
ſacerdotibus dei obtemperans, obſequijs ſuis & operibus iuſtis dominum promere
tur. Expende ſacerdotibus dei obtemperans: pœnitentia itaq; ſacerdotis iudicio age-
batur in martyrum eccleſia. Et quomodo iudicarent hanc uel aliam pœnitentiam in
iungendã: niſi prius peccatoꝝ fieret exhomologeſis. Ideo ante M. CC. annos tã de
minimis, ꝗ maximis confitebantur ſacerdotibus peccata: qui tum iudicabant, quę pę
nitentia peccatori confitenti imponenda. Nolo dubijs telis certare aduerſus hoſtes
confeſſionis: Nam ſi eis Petrum Alexandrinum & martyrem adferrem, uolentẽ ut Petrus Alexã.
qui per ſimulationem decepiſſent Idolatras: quod nonnulli confeſſores permiſerant:
tamen eis pœnitentiam iniungit Petrus Canone v. At elaberentur diuerſarij, dicen-
tes eum loqui de confeſſione pœnitentiæ ſolemnis. At quia Oecolampius Petrum
latinis dedit, cum Nicephoro Carthophilace ad Theodoſium Monachum. Et hunc
in præſentia afferre placet, plane & clare de confeſſione ſcribentem: ligandi ſoluen-
diq; prouincia, inquit, Pontificibus ipſis a clementiſſimo deo noſtro demandata eſt.
Siquidem ad Petꝝ ait. Quęcunq; ligaueris, ligata: & quęcunq; ſolueris, ſoluta erunt. Math. 16.
Vnde olim omnes oportebat ad ipſos Pontifices accedere, ſuaq; illis occulta prode-
re, & ſic uel reconciliationem, uel repudium ferre. Ignoro autem qui factum ſit, cur
hæc minus obſeruentur: ꝗuis exiſtimem Pontifices, negotij tedio, frequentiq; multi-

Confeßio Monachis. tudinis turbulentia defatigatos:id opere ad monachos tranſmiſiſſe,ad eos.ſ. qui uere probati ſint,& alijſq; ualeant eſſe utiles. Et infra. Porro ſi quis expertus ſit & frugi, & cum hoc ſacerdotio fungatur, ad illum in primis accedendum : nam poterit indigo prodeſſe, accedentem ſe diligentius curare, reconciliare item & corrigere : Subdit de ſacerdotis officio:lapſos ſpiritalibus increpationibus admonebit:utiliter conſulet:
Confeßor non indulgens. uitam futuram,& ęterna ſupplicia in memoriam reducet. Vnum cauebit ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluat : fiatq; alienorum criminum particeps. Quid hic dicent aduerſarij,& potiſſimum Oecolampius interpres Nicephori:
In Oecolamp. I. II. primo.n.poteſtatem clauium obiter aſſerit. Deinde omnes olim oportebat accedere Pontifices. Non dicit confeſſionem fuiſſe liberam,ut inſaniunt Ludder & Oecolampus:ſed oportebat eos accedere. Et ne ad fraternam confeſſionem illud ſacrarꝝ
III. literarum corruptores torqueant,affirmat omnes oportebat accedere ad Pontifices:
IIII. Et ne nobis falſa diſtinctione illuderent de publica confeſſione,adiecit. Suaq; illis occulta prodere. Occulta.n. nullus unq̃ publice fuit in eccleſia coactus confiteri, & ſe
Chryſo. diffamare:ſicut ex Chryſo.audiuimus:quare clancularia fuit illa confeſſio & auricularis. Et ſatis cõfirmat quod addit, Et ſic reconciliationẽ,uel repudium ferre. Erat itaq;
V. in iudicio ſacerdotis,illum abſoluere aut ligare. ¶ Et q; de ſacramentali locutus ſit confeſſione liquet ex eo,q; monet bonum & idoneum eligi debere confeſſionis miniſtrum:nam ad expertum & frugi imprimis accedendum:Quod in ſolemni pœnitentia opus non erat:ſed coram eccleſia,hoc eſt plebe & clero confitebat̃ peccata ſua: unde non opus erat inquirere unum expertum et frugi:qui tot milibus confitebatur.
VI. Roborantur dicta potiſſimum per officia,quę bono animarum curatori tribuit:quę oĩa non ad publicam referenda ſunt pœnitentiam,ſed ſacramentalem,in qua admonebit,conſulet & terrebit,ac obiurgabit:fruſtra.n.timeret, aliquem abſolui citra obiurgationem in ſolemni pœnitentia:cum ipſa pœnitentiæ obſeruantia,obiurgatio ſit tota,ut ab initio deſcripſimus:Itaq; omnia iſta optime conueniunt in hanc clanculariam confeſſionem:quæ ab ipſis Apoſtolis,ſemper in uſu fuit eccleſiæ,etiam tempore martyrum:quantumuis hæretici contrarium mentiantur. Quod Chriſtus impœnitentes ſemper iudicat & damnat:pœnitentes uero, quia a ſeipſis ſuſcipit iudicatos (inquit Cyprianus de cardinalibus Chriſti operibus)abſoluit. Neq; iudicio quod pęnitentiæ humanæ ſeueritas protulit:aliquid iuſtitia cœleſtis apponit:admiranda profecto & clementiſſima ſententia.

Confeſſionem auricularem fuiſſe antiquitus probatur ex Hylario,ſed euidentius ex Baſilio. Cap. XV.

DEcurſo Martyrꝝ tempore,ad Collimitios ueniamus: ad eos qui in humanis fuerunt perſecutionum tyrannicarꝝ tempore,& hęreticorꝝ poſtea turbationes prouectiori ætate ſenſerunt. Et primas quidem partes libenter tribuerẽ
Hylarius. Hylario:quod is uetuſtiſſimus Theologus ſit ex latinis Europeus,multum ab hæreticis infeſtatus:at quia in re minime dubia uir ſanctus, non exacte adeo, locutus eſt, diuerſarij uarijs confictis gloſſematibus ſententiam ſuam lacerabunt, ad mentalem, aut publicam trahentes omnia confeſſionem : attamen ueritate ſuffulti, pauca ni-
Hyla. hilominus ex eo decerpamus,quę confeſſionẽ teſtificant̃:nam Pſal.lxvi.duplicẽ aſſe-
Luc.10. rit confeſſionẽ,unã laudis,ſicut Chr̃us dixit. Cõfiteor tibi dñe pater cœli & terrę,q̃m abſcõdiſti hæc a ſapiẽtib9:& reuelaſti ea paruulis. alia peccatorꝝ cõfeſſorũ,ubi in de-
Pſalm.118. ſerto Iordanis cõfitebant̃ peccata ſua: eſſe hoc quippe fundamentũ:ſup Pſal. aũt 118. ſuper hoc ꝟſu. uias meas ꝑnunciaui,& exaudiſti me,doce me iuſtificatiões tuas,ad-
Pſal.32. ducit illud ei cõſentiẽs. Pronũciabo aduerſum me iniuſtitias meas dño. Et rurſum.

Iuſtus

Iuſtus in exordio ſermonis ſui,ipſe ſibi accuſator eſt.Ergo hic pronunciatio quæ di= *Prouer. 18.*
citur,non laudatio eſt,ſed confeſſio uiarum ſuarum.i. peccatorum ſuorum penitus
confeſſor:refert dein eo uerbum prophetę,quia ante confitendum eſt de peccatis,ex
acta confeſſione diſcendæ iuſtificationes dei. Porro ſuper Pſal.cxxxv. Confitemini *Pſalm. 135.*
dño quoniam bonus:duplicis intelligentiæ inquit,ſignificatio defert:ut aut deum in
confeſſione laudemus,quia bonus:aut peccata noſtra confiteamur,quia in ſęcula mi
ſericordia eius.Non.n.neceſſaria eſt confeſſio deo,qui nihil ignorat, ut ea quæ geſſe
ris confitearis.Quia porro confeſſione iſta deus non eget:cuius agnitioni nihil occul
tum eſt,cuius aditui nihil inuium eſt,cuius uirtuti nihil reliquum eſt: extra quem lo
cus nullus eſt.Sed confeſſio eſt rei eius,quę ignorabatur profeſſio,cognitio ex alte-
rius iudicij opinione in alterius intelligentiæ proficiens ſententiam. Et infra. Confeſ-
ſio erroris,profeſſio eſt deſinendi: deſinendum ergo a peccato eſt ; ob quod peccati
cœpta confeſſio eſt:cæterum extra ueniam eſt, qui peccatum cognouit, nec cogni-
tum confitetur. Et infra. docet autem ſpiritus ſanctus ſemper confitendum, cum ait
per prophetam.Iuſtus ipſe ſibi accuſator eſt in primo ſermone.Iuſtus ſe non ex præ *Prouer. 18.*
ſentibus,ſed ex præteritis accuſat.Et inf.Hęc eſt illa uiri iuſti uera confeſſio,qui iu/
ſtitiam pręſentem ex præteritorꝫ conſcientia & confeſſione commendat : ad quam
& alibi per prophetam monemur.Confitere inquit peccata tua prius,ut iuſtificeris. *Iſa. 43.*
¶ Super Pſal.pręterea cxxxvij.cum duplicem diſtinxiſſet confeſſionem,ſubiungit. *Pſalm. 137.*
Maxima autem & utiliſſima eſt letalium uitiorum morbis in eorum confeſſione me
dicina:ſed confeſſio peccati non eſt uelut tum rerum alijs ignoratarum profeſſio:ne-
ꝗ tanꝗ ignorans,qui ſcrutat̃ corda & renes deus,ad ſcientiam ſuam, confeſſione tua
indiget:cui promptum eſt non ſolum cogitata,ſed cogitanda perſpicere &c. Super
Mathęo quoqꝫ ait de Iohanne baptiſta pœnitentiam quoqꝫ regno cœlorꝫ propinquã *Hylarius.*
te pronunciat,per quam & reditus ab errore,& recurſus a crimine,& poſt uitiorum
pudorem profeſſio deſinendi, ut deſerta Iudæa meminiſſet ſe eum ſuſcepturum,in
quo regnum cœlorum eſt,non uacuam deinceps futuram:ſi ſe a ueteribus uitijs pœ
nitentiæ confeſſione purgaſſet:ſuper Math.quoqꝫ cap.xviij.inquit.Neqꝫ naturę no-
ſtræ uitia indulgentiam merebantur:ſed uenia omnis ex eo eſt:cum etiam ea quæ in
ſe ſint peccata,poſt reditũ confeſſiõis indulgeat:& loquens de pęna in authores do-
minicæ paſſionis conſtituta ſubdit. Sed dominus per confeſſionem credentium,hu
ius criminis ueniam largitur:ideſt per baptiſmi munus obtrectatoribus ac perſecuto
ribus gratiam ſalutis indulget:quanto magis oportere oſtendit ſine modo ac nume-
ro ueniam a nobis eſſe reddendam:nec cogitandum quotiens remittamus. referen-
dum ad id eſt,ꝙ Petrus interrogauit,quoties deberet remittere fratri in ſe peccanti. *Math. 18.*
Ad iſta omnia dicerent forſan aduerſarij, Confeſſionem probarent mentalem quæ
deo fit:ego Hylarium uirum ſanctum exiſtimo loqui de confeſſione quæ in eccle-
ſia dei fit:at utcumqꝫ ſit:hoc ſaltem euicimus,& illa deductione patefecimus frequẽs
fuiſſe apud uirum ſanctum confeſſionis nomen.
¶ At fortius ſtringemus aduerſarios per Baſilium,& ſi Græcum,ſyncronon Hyla= *Baſilius.*
rij:uirum tam grauem,ut negari non poſſit,tam apertum,ut non poſſit diſtinctione
eludi,tam cogentem,ut non poſſit ſiniſtris interpretationibus torqueri aut adultera-
ri.Tam certum, ut non poſſit uocari in dubium. Locus eſt ex libro de inſtitutione
monachali.Quærit Monachus.Qui uult confiteri peccata ſua:an omnibus debet cõ *Cap. 21.*
fiteri & quibuſlibet,an ſacerdotibus tantum:Reſpondet Baſilius. Clementia dei er=
ga eos qui deliquerunt manifeſta eſt,ſecundum quod ſcriptum eſt. Qui non uult *Ezech. 18.*
mortem peccatoris: ſed magis ut conuertatur & uiuat. Quia ergo confeſſionis mo-
dus ad hoc aptus eſt:ut conuertens ſe a peccato, fructus dignos oſtendere debet pę *Math. 3.*
nitentiæ, ſecundum quod ſcriptum eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ *& 7.*

excidetur,& in ignem mittetur. Neceſſarium uidetur ijs quibus diſpenſatio myſte-
riorum dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Si enim & hi qui antiquitus pœni
Math. 3. tebant,inueniuntur apud ſanctos cõfeſſi eſſe peccata ſua. Scriptũ eſt in Euangelio:
Actu. 19. quia Iohanni baptiſtæ confitebantur populi peccata ſua. Et in Actibus Apoſtolo-
Cap.18. rum, Apoſtolis ij qui baptizabantur,quæſiuit Monachus. Si quis etiam in paruis de
lictis affligere uoluerit fratres dicens pœnitere per ſingula: an ne forte & ipſe immi-
Math.5. ſericors uideatur, & diſſoluere charitatem? Reſpondet Baſilius. cum affirmauerit
dominus,ꝙ iota unum,aut unus apex non tranſibit a lege,donec omnia fiant: & rur-
Mat.12. ſum diffinierit, quod de omni uerbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent
Cap.98. de eo rationem in die iudicij, nihil oportet contemni tanquam paruum. quærit Mo
nachus. An deceat cum ſoror aliqua confitetur quodcunque dictum ſuum preſbyte
ro: etiam matrem monaſterij adeſſe? Reſpondet Baſilius. Honeſtius mihi uidetur eſ
ſe & religioſius,ut per ſeniorem matrem preſbyter,ſi quid illi uidetur ſibi ſtatuat: &
modum & tempus pœnitentiæ imponat ad emendationem eius,quam corrigi deſi-
derat a peccato. Rurſus ambigit Monachus utrum decet geſta turpia confitenti uel
obſcena inuerecundius annunciare omnibus, aut certis quibuſlibet, aut quibuſcun-
ꝙ? decidit Baſilius. Confeſſio peccatorum hanc habet rationem,quam habet uulnus
aliquod corporis uel paſſio, quæ medico demonſtranda eſt. Si ergo non omnibus
quis uitia uel uulnera corporis ſui reuelat, nec quibuſlibet: ſed ijs tantummodo qui
ſummæ peritiæ & teſtimonium habent: & curæ ac medelæ diſciplinam. Ita confeſ-
ſio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc præualent &
1.Theſſ.5. emendare ſecundum quod ſcriptum eſt, uos qui fortiores eſtis, infirmitatem infir-
morum portate: hoc eſt exportate & auferte per curationem. Hæc Baſilius Græ-
cus & magnus eccleſiæ antiſtes,non recens, nec nouitius: ut cuius corpus ante M.
& C. annos computruit,confeſſionem aſſerit faciendam. Et ne credas eum de men-
tali locutum,quæ deo fit exprimit, cui debeat fieri confeſſio, quia homini: Et ne fra-
ternalem prætendant diuerſarij confeſſionem: oſtendit preſbytero confitendum. Et
quia unicum aduerſariorum aſylum eſt,ut ad publicam confugiant confeſſionẽ: hanc
ex propoſito reijcit Baſilius,uolens priuatim fieri confeſſionem uni. Adeſte ergo ue
ritatis aduerſarij: & mendacia ueſtra cum Baſilicis inſtitutis conferte: an ne adhuc uo
bis uidetur hæc clancularia confeſſio ignota fuiſſe ſanctis patribus? an ne adhuc ani
marum tyranni & animicidæ eam excogitarunt? quo in mentes hominum tyranni
dem agerent? Iamiam relictis ueſtris mendacijs,conuicijs,blaſphemijs,ueritatem ca-
tholicam agnoſcite,colite & tenete.

Confeſſio auricularis probatur ex Hieronymo, Ambro- ſio & Paulino. Cap. XVI.

AT cum Hieronymus diligentiſſime ab aduerſarijs lectus ſit: quæ eos uel oc
Hierony. cupauit obliuio,aut detinuit malitia,ut & Hieronymo,& Hierony. tempo-
re ignotam dicerent,hanc confitendi rationem,cui fuit notiſſima: quod ex
Hiero. ſuper Math. commentarijs eius ſuper Math. facile eſt uidere: reprehendens enim ſacerdotum
aliquorum præſumptionem,confeſſionem aſſerit,ſuper iſtis uerbis. Et dabo tibi cla
ues regni cœlorum,ſic dicens. Iſtum locum Epiſcopi & preſbyteri non intelligen-
tes, aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio, ut uel damnent innocen-
tes, uel ſoluere ſe noxios arbitrentur. Cum apud Deum non ſententia ſacer-
Leui.13. dotum: ſed reorum uita quæratur: legimus in Leuitico de leproſis: ubi iuben-
tur: ut oſtendant ſe ſacerdotibus. Et ſi lepram habuerint: tunc a ſacerdotibus
immundi

immundi ſiant:non quo ſacerdotes leproſos faciant & immundos; ſed quo habeant
noticiam leproſi & non leproſi; & poſſint diſcernere qui mundus,qui ue immundꝰ
ſit. Quo modo ergo ibi leproſum ſacerdos mũdum uel immundum faciat:ſic & hic
alligat Epiſcopus & preſ byter: Nõ eos qui inſontes ſunt uel noxij,ſed ꝑ officio ſuo,
cum peccatorum audierit uarietates:ſcit quis ligandus ſit,qui ue ſoluendus. Epiſco-
pus ergo & preſbyter Hieronymi tempore peccatorum audiuit uarietates: Dic iam
ueritatis inimice,ubi audierit peccatoꝝ uarietates,ut abſolueret uel ligaret,niſi in cõ-
feſſione: quam tu Hieronymo incognitam aſſeris. Ideo pulchram eius citat ſenten-
tiam Gratianus. Menſuram autem temporis inquit, in agenda pœnitẽtia iccirco nõ

De pœni.diſ.1. menſuram.

ſatis aperte præfigunt Canones pro unoquoqꝫ crimine,ut de ſingulis dicant,quomo
do unumquodqꝫ emendandum ſit:ſed magis arbitrio ſacerdotis intelligentis relin-
quendum ſtatuunt:quia apud deum non tam ualet menſura temporis: quam dolo-
ris:nec tantum abſtinentia ciborum,quantum mortificatio uitiorum:propter quod

Satiſfactio.

ipſa tempora pœnitentiæ pro fide & conuerſatione pœnitentium abbreuianda pręcipiunt:& pro negligentia protelanda ęſtimant:tamen pro quibuſdam culpis pœni-
tentiæ modi ſunt impoſiti. Et confeſſionem fuiſſe tempore Hieronymi,ut peccato-
rum emendatio ad arbitrium ueniret ſacerdotis: & Canones pœnitentiales fuiſſe, lo
cus iſte abunde probat. ¶ Confeſſionem oris ſibi cognitam fuiſſe teſtatur id

Hieron. ſuper Eccleſiaſte.

ſuper Eccleſiaſtis x. Si momorderit ſerpens in ſilentio & cæt. Si quem ſerpens Dia-
bolus occulte momorderit:& nullo conſcio:eum peccati ueneno infecerit. Si tacue-
rit qui percuſſus eſt,& non egerit pœnitentiam: nec uulnus ſuum fratri & magiſtro
uoluerit confiteri: magiſter qui habet linguam ad curandum: facile ei prodeſſe non
poterit. Si enim erubeſcat ægrotus uulnus ſuum medico confiteri: quod ignorat
medicina,non curat. Confeſſionem uidelicet S. Hieronimus aſtruit neceſſariam,&

Confeßio neceſſaria. Hierony.

magiſtro faciendam: qui non eſt alius, niſi ſacerdos tibi prælatus; & is linguam ha-
bet ad curandum: dum abſolutionis beneficium impendit. Ob eam cauſam ad Pa-
machium & Oceanum ſcribens affirmat,pœnitentiam ſecundam tabulam eſſe poſt
naufragiũ. Secunda inquit tabula poſt naufragiũ eſt culpã ſimpliciter confiteri. Et ſu
per Hieremia obiurgat eos,qui nolunt confiteri peccata. Et ſuper Iſaia, male egiſſe
Ezechiam teſtatur:ꝙ partim confeſſus fuerit peccata ſua,partim celauerit; unde eũ
liquet huius confeſſionis habuiſſe ſcientiam.

¶ Ad Ambroſium feſtinemus florentiſſimum Epiſcopum, locuples teſtimonium

Ambroſi. Cap. 2.

confeſſioni perhibentem: Nam in libro de pœnitentia monet peccata ore confiten-
da:quia ore fiat confeſſio ad ſalutem. Timeamus inquit,dominum,præueniamus eũ
confitendo peccata noſtra. Quid uereris apud bonum dominum tuas iniquitates fa-
teri? dic tu iniquitates tuas ut iuſtificeris; adhuc reo culpæ, iuſtificationis pręmia ꝓ-
ponuntur:ille enim iuſtificatur:qui proprium crimen ſponte agnouerit,deniqꝫ iuſtus
in exordio ſermonis accuſator eſt ſui. Nouit omnia dominus :ſed expectat uocem

Confeßio utilis

tuam,non ut puniat,ſed ut ignoſcat,non uult ut inſultet tibi diabolus, & celantẽ pec-
cata tua arguat:præueni accuſatorem tuum: ſi te ipſe accuſaueris: accuſatorem nul-
lum timebis:ſi te detuleris ipſe:& ſi mortuus fueris,reuiuiſces. Inducit poſtea quomo
do hominibus iuſſit, ut lapidem remouerent a ſepulchro Lazari, in typo inquit q̄d

Iohan. 11.

nobis donaret,ut leuaremus delictoꝝ onera,moles quaſdã reoꝝ: Noſtrꝝ eſt onera re
mouere,illius eſt reſuſcitare,illius educere de ſepulchris exutos uinculis: uidens itaqꝫ
graue onꝰ peccatoris illachrymat dñs Iheſus,& dicit defuncto,ueni foras, hoc eſt,q̄d
iaces in tenebris cõſcientię & delictoꝝ tuoꝝ ſordibus, q̄daſi reoꝝ carcere? Exi foras,
delictũ ꝓpriũ prode,ut iuſtificeris,ore cõfeſſio fit ad ſalutẽ:habes q̃uo cõfeſſionẽ cõ-

Lazarus peccator.

mendet & ne eum de mẽtali dumtaxat loqui exiſtimes,clare oſtẽdit ex typo Laza-
ri ſuſcitati, nobis hominibus demandatũ officiũ, lapidem amouendi, & molas reoꝝ

remouendi. Et quia foras debet exire, ſeipſum manifeſtiſſime explicat, quia de confeſſione oris loquatur, in criminibus in conſcientia latentibus.

Ambroſi.

¶ In exhortatione quoq; ad pœnitentiam ſemper ſibi ſimilis: inquit Ambroſius. Nõ ſolum poſt pœnitentiam ab iſtis (peccatis) intus homo obſeruare ſe debet, ſed & ante pœnitentiam dum ſanus eſt: quia neſcit ſi poſſit ipſam pœnitentiam accipere, & confiteri deo & ſacerdoti peccata ſua: ecce quod dico poſt pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius, dic iam audacule, non fuiſſe confeſſionem oris ſacerdoti factã tempore patrũ. Et propterea inquit libro de paradiſo: ueniabilis culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum. Ideo non deſperata mulier, quæ non reticuit deo, ſed magis confeſſa peccatum eſt, quã medicabilis ſecuta ſententia eſt: dein affert Cain, qui negauit peccatum quod noluit confiteri, ideo miſericordiam dei non eſt conſecutꝰ. Alia ergo ratio mulieris (Adæ) quæ licet culpam pręuaricationis inciderat, tamen de paradiſi lignis habebat adhuc uirtutis eſcam, & ideo dixit peccatum ſuum, & reputatum eſt ei ad ueniam: iuſtus. n. accuſator eſt ſui in principio ſermonis: neq; . n. poteſt quiſpiã iuſtificari a peccato, niſi fuerit peccatũ ante confeſſus: unde dñs ait. Dic iniquitates tuas ut iuſtificeris. Simile quid inquit libro de Cain & Abel cap. ix. Eſt quædã in peccatis uerecundia, & pœnitẽtiæ portio, crimen fateri: nec diriuare culpam ſed agnoſcere: mitigat iudicem, pudor reorũ: excitat pertinacia denegantiũ: uult te ad pœnitentiam prouocare deus: uult de ſe ſperari indulgentiam, uult demonſtrare tua confeſſione, ꝙ non ſit author malitiæ. Et alibi inquit, Soluit. n. criminum nexꝰ uerecunda confeſſio peccatorum. Et Gratianus eum citat, locus iam mihi non occurrit: Verbum dei inquit: dimittit peccata: ſacerdos eſt iudex: ſacerdos quidem ſuũ officium exhibet: & nullius poteſtatis iura exercet, & paulopoſt: dñs par ius & ſoluendi eſſe uoluit & ligandi: qui utrumq; pari conditione permiſit: ergo qui ſoluendi non habet ius, nec ligandi habet: & infra. Certum eſt, ꝙ eccleſiæ utrunq; licet: hæreſis utrunq; non habet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus. Recte igitur eccleſia hoc uendicat, quæ ueros habet ſacerdotes, hæreſis uendicare non poteſt: quę ſacerdotes dei non habet: expende ſingula, uerbum dei dimittit peccata, ſed ꝑ iudices ſacerdotes: & ij ſoli habent ius ligandi & ſoluẽdi: quãto rectius hic ſentit ſanctus Epũs dei, ꝗ lutteus Ludder.

Aliâs dirucare quod ſignificat purgare.

De pœni. diſ. 1 uerbum.

De pœni. contra Nouatum ab initio cap. 2

Ambroſi.

¶ Sic inquit in cõmentarijs ſuper Pſal. Beati immaculati. Ceſſat uindicta diuina ſi confeſſio præcurrat humana: & infra. Si accuſauerit ſe iuſtus: uocem accuſationis excludit qui ſolet accuſare peccata & cæ. Propterea ad Theodoſium Imperatorem ſcripſit, ſe non poſſe coram eo ſacrificare, niſi prius pœnitentiam egiſſet. Ipſum quoq; S. Ambroſium audiuiſſe confeſſiones pœnitentium in occulto, teſtis eſt S. Paulinus ſynchronos, ad S. Auguſtinũ, ſic ſcribens. Quotienſcunq; illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam, lapſus ſuos confeſſus eſſet: ita flebat, ut & illum flere compelleret: uidebatur etiam ſibi cum iacente iacere: cauſas autem criminum, quas illi confitebantur: nulli niſi domino ſoli, apud quem intercedebat loquebatur: bonum relinquens ſacerdotibus poſteris exemplum: ut interceſſores apud deum ſint magis, ꝗ accuſatores apud homines. Auſculta Paulini uerba: & reperies confeſſionẽ uocalẽ clanculariam ſacerdotibus factam tẽpore Ambro. ante M. C. annos: quare nullus niſi extreme deſipiat, negare poterit uetuſtam eſſe illam confitendi rationem, utcunq; inſaniant rumpantur catholicæ ueritatis aduerſarij.

Ambr. audiuit confeſſiones Paulinus

Ex Chryſoſtomo & hiſtoria tripartita auricularis confeſſio conuincitur fuiſſe. Cap. XVII.

Chryſoſto.

PRęſtat diui Chryſoſtomi excutere ſuper hac re ſententiam: quod aliqui etiã de eccleſia, uelut alio libro oſtẽdemus, eũ huius fuiſſe ſentẽtię credant: ut confeſſionẽ clanculariã reiecerit. Et primo ꝗdem repio eum cõfeſſionis

aſſertorẽ

aſſertorem Sermone.xxix. ubi plura in pœnitentiæ laudem affert, & inter alia inquit. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre: ſi uiolentus quærat quæ habet, non uetat: ſi ueſtem dirimat, non refragatur: percutienti maxillam prebet alteram: iam angariatus ultro adijcit: caſtigatus gratias agit, prouocatus tacet: exaſperatus blanditur: ſuperiori ſupplex eſt, inferiori ſubiacet: in corde eius contritio eſt: in ore eius confeſſio: in opere tota humilitas: hæc & perfecta et fructifera pœnitudo. Quam exacte hic tres explicat pœnitentiæ partes. Contritionem, confeſſionem, & ſatiſfactionem per humilitatis nomen: affirmat igiť confeſſionem oris, non ſolum cordis quæ fit deo. Sic etiam Homilia x. ſuper Matth. inquit. Tempus idem confeſſionis incumbit his quoq;, qui baptiſma cōſecuti ſunt: alijs quidem ut poſt patentia criminum uulnera, pœnitentia interueniente curenť, & ad ſacra redire myſteria mereantur: alijs uero, ut eam quam poſt lauacrum cœleſte cōceperant maculam diluentes, ad dominicam menſam, munda iam conſcientia ſecuraq; conueniant: abſiſtamus igitur ab hac fluida, diſſolutaq; uita: nequeunt enim omnino, nequeunt aliquando in unum conuenire, & confeſſionis lachrymæ, & corporis deliciæ. Huc iam reſpice, & animum intende, poſt patentia criminum uulnera: non enim patent niſi per cōfeſſionē. Et nedum hic confeſſionē affirmat fuiſſe, ſed etiā certum tēpus confeſſionis: & quibus incumbat confiteri. Et quod tertio memori mente tenebis, ante ſacram cōmunionē iubet confiteri: quantum ab illa patrū ſanctitate exciderunt Ludderani: qui hoc anno currente 1522. promiſcue ſacramentū Euchariſtiæ ſub utraq; ſpecie acceperunt, panis & ſanguinis: ſacerdote celebrante in lingua Germanica, abſq; ſacris ueſtibus, & reliquis cæremonijs eccleſiæ: & laicis ſibi mutuo calicem conſecratū nudis manibus porrigentibus: ſacerdote quoq; celebrante cōmunionē non ſumente: & nullis uel pauciſſimis prius rite cōfeſſis: uideor ne tibi lector, Chriſtianos Lutheri deſcripſiſſe, aut potius Thurcas, Agarenos, Tartaros aut Mahumetanos. ¶ Pro cōfeſſione & illa faciunt, quæ Chryſo. in xij. capite ad Hebreos ſcripſit: pœnitentē inquit, non oportet peccatū ſuū obliuioni cōtradere: ſed dñm deprecari: ut deus quidē peccati eius nō meminerit: ipſe aūt nūq; debet obliuiſci. Si autē nos peccati noſtri memores ſumus: deus obliuiſcitur eius: a nobiſmetipſis percipiamus ſententiam: noſmetipſos accuſemus: tunc demū propiciabimus iudicē ueꝝ. Peccatum enim confeſſiōe minuetur: confeſſione uero contēpta ꝑgit in peius. Comparat dein Adā peccatū ſuum confitentē, ad Cain peccatū negantem & ſubdit, Magnū bonum eſt, ut quis peccata ſua agnoſcat: & memoriā eoꝝ perſeueranter retineat: nullū inuenitur delictoꝝ tale remedium, ſicut eorum cōtinuata memoria. Et infra. Tu uero qui tenūq; peccaſſe cognoſcis, quomodo miſericordiam deprecaris: uel pro quibus oras peccatis. Perſuademus igitur nobis peccaſſe nos: nec hoc ſola lingua pronunciet: ſed etiam intima conſcientia: nec tantum nos peccatores eſſe dicamus: ſed etiam ipſa peccata ſpecialiter ſingula computemus. Et infra. Si autem nunc obliuiſcaris peccatorum tuorum, tunc eoꝝ recordaberis nolēs: quando in toto mundo publicabuntur, & in conſpectu proferentur omnium, tam amicoꝝ tuorum, quam inimicorum, & ſanctorum angelorum cœleſtiumq; uirtutū Hic habes confeſſionis uirtutem: quantum bonum ſit peccatoꝝ memorari: quo pacto lingua & conſcientia nos peccaſſe confiteamur, quod ſigillatim peccata cōponemus, quæ oīa reijcit Ludder ac damnat: quod ſi iſta facere neglexerimus, publicabuntur peccata nr̄a in extremo iudicio coram toto mundo. Quomō autē aduerſarij ueritatis catholicæ torqueant hunc locum Chryſoſtomi ad confeſſionem mentalem contra confeſſionē oris, propter quædam uerba ſiniſtre ab eis intellecta, dicturi ſumus libro. iiij.

Partes pœnitētiæ. *Chryſo.* I. II. III. *In Ludderanos blaſphemos.* *Chryſo.* *Recordari peccatorum.* *Contra Occolamp.*

¶ Et cum Iohannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanæ præſederet eccl'iæ, oſten-

Tripartita hiſtoria. damus confeſſionem clanculariam tunc quoq; & ſuperioribus annis fuiſſe in ea ec-
cleſia, ex hiſtoria Tripartita: quamuis Socratis et Sozomeni miſtio: de ſolemnis pę
nitentiæ confeſſione & clancularia, aduerſarios obruerint: ut ueram intelligentiam
perdiderint & in enormes errores ceciderint uti lib. iiij. dicturi ſumus: at quantum
inſtituto noſtro proderit: id quod cepimus proſequamur: libro itaq; nono, ſic renar-
Cap. 35. ratur Sozomenus, Quoniam omnino non peccare diuinum, & ultra humanam na
turam eſſe cognoſcitur: peccantibus autem pœnitentiam agentibus, ueniam deus
dari præcepit. Qui uero confiteri refugiunt: maius peccatorum onus acquirunt: pro-
pterea uiſum eſt antiquis pontificibus: ut uelut Theatro ſub teſtimonio eccleſiaſti-
ci populi delicta pandantur. Et ad hanc cauſam preſbyterum bonę conuerſationis,
ſeruantemq; ſecretum ac ſapientem uirum ſtatuerunt. Ad quem accedentes hi qui
diligebant, delicta propria fatebantur. At ille ſecundum uniuſcuiuſq; culpam, indi-
cebat & mulctam. Quod etiam diligenter hactenus in occidentalibus ſeruatur ec-
cleſijs: & maxime apud Romam: ubi etiam locus eſt certus pœnitentium &c. &
Cap. x. quæ ſequuntur libro iſto a nobis renarrata: Me tacente candide lector uerum eſſe
intelligis: nam quæ ultimo dicuntur omnia ad ſolemnem pertinent pœnitentiam:
uelut ab initio huius libri diximus. Et tamen auſpicatur ab auriculari confeſſione,
quod refugientes confeſſionem peccent: quod non intelligit de confeſſione in ſo-
lemni pœnitentia: quia illa ut ibidem teſtatur fuit abolita Conſtantinopoli per Ne-
ctarium, qui uir bonus & catholicus rem tam neceſſariam nõ abrogaſſet. Et quod
ſubdit electum preſbyterum bonę conuerſationis, ſapientem, ſeruantemq; ſecretũ:
apertiſſime liquet eum de clancularia loq; confeſſione: nam ad publicã confeſſionẽ:
quid opus eſſet habere præſbyterum ſeruantem ſecretum: Itaq; ſecreto confiteban
tur: ideo delectus fuit præſbyter ſeruans ſecreti. Quæ autem poſtea de ſolemni cõ
feſſione abolita Conſtantinopoli adfert, dicturi ſumus libro iiij.

Auguſtini temporibus fuiſſe auricularem confeſſionem ex dictis eius probatur. Cap. XVIII.

Augu. AVguſtinum non eſſet opus adferre: Si non temeritas aduerſariorum hoc
expoſceret: ita aperte confeſſioni clancularíæ teſtimonium perhibet, quã
totus liber de uera & falſa pœnitentia clamat, & præcipue cap. x. Quem
pœnitet, omnino pęniteat, & dolorem lachrymis oſtendat: repreſentet uitam ſuam
deo per ſacerdotem: pręueniat iudicium dei per confeſſionem: præcepit enim do-
minus mundatis: ut oſtenderent ora ſacerdotibus: docens corporali præſentia con-
fitenda peccata, non per nuncium: non per ſcriptum manifeſtanda. Et infra. Qui per
uos peccaſtis, per uos erubeſcatis: erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis.
Ex miſericordia enim præcepit hæc dñs: ut neminem pœniteat in occulto: in hoc
enim quod per ſcriptum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiã uincit, timore offenſi, fit ue-
nia criminis. Et infra: quare qui confiteri uult peccata, ut inueniat gratiam, quærat
ſacerdotem ſcientem ligare atq; ſoluere: ne cum negligens circa ſe extiterit: negli-
gatur ab illo: qui eum miſericorditer monet. Tanta itaq; uis eſt confeſſionis, ut ſi de-
eſt ſacerdos, confiteatur proximo: ſæpe enim contingit: quod pœnitens non po-
teſt confiteri coram ſacerdote, quem deſideranti, nec locus: nec tempus offert: & ſi
ille cui confitebitur, poteſtatem ſoluendi non habet: fit tamen dignus uenia ex deſi-
derio ſacerdotis: qui ſotio confitetur turpitudinem criminis. Multa ad eam rem ſcri
pſit libro præfato, uide cap. xix. ubi ſtrennue hortatur: ne erubeſcentia uincat con-
feſſionem. Et Cap. xx. ſacerdotibus regulam præfigit.

Dolus hæreticorum. ¶ Sed reclamant, qui paratiores ſunt ad reſiſtendum, quam obediendum ueritati,
hunc lib. non eſſe Auguſtini: hoc enim eſt commune aduerſantium latibulum: dũ

quid pro ueritate cum dictis eorum pugnat: negant librum eſſe ſancti authoris: & interea nulla afferant: niſi friuola & temeraria huius indicia: quare optimo iure reijcere poſſemus eorum uanos & ſteriles cauillos: At tamen ut obſtruamus os loquẽtium iniqua adducamus eum in libris: quos nemo nõ agnoſcit Auguſt. eſſe, & primo mox apertiſſimo Auguſtini teſtimonio obruamus aduerſariorum temeritatẽ: nam ſuper illo Iohan. v. uenit hora, & nunc eſt: quando mortui audient uocem filij dei, ſic inquit. Vox ſaluatoris irrupit duriciam lapidis, & cor tuum ita durum eſt: ut nondum illa uox diuina te rumpat. Surge in corde tuo, procede de ſepulchro tuo. Eteñ mortuus in corde tuo tanq̃ in ſepulchro iacebas: et tanq̃ ſaxo malæ conſuetudinis grauabaris. Surge & procede: & crede & confitere: qui enim credit ſurrexit: qui confitetur: proceſſit: quare proceſſiſſe dicimus confitentem? quia anteq̃ confiteretur occultus erat: cum aũt confitetur, procedit de tenebris ad lucẽ. Et cũ confeſſus fuerit: quid diceẽ miniſtris? quod dictum eſt ad funus Lazari. Soluite illũ & ſinite abire: quomõ dictum eſt miniſtris apoſtolis, quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt et in cœlis etc. hic iam nemo niſi Chorebo ſtultior: ſtipite inſenſatior, negare poterit cõfeſſionẽ peccatoꝝ factã ſacerdotibus, ut miniſtris dei: qui poteſtatẽ ſoluendi acceperunt. Sic enim peccator prodit de ſepulchro: alioquin mortuus manet: Ideo ſuꝑ canonica Iohannis inquit Auguſt. ante oĩa debere eſſe confeſſionem. ¶ Teſtatur illã confeſſionem plus quã in xx. locis ſuper Pſalmis: duos aut tres euocare ſufficiat. Inquit enim ſuper illo Pſal. lxvi. Confiteantur tibi populi deus. Inuenerunt uiam tuã, confiteantur: ipſa cantatio cõfeſſio eſt: confeſſio peccatorum tuoꝝ eſt uirtutis dei: tuam iniquitatem confitere, gratiam dei confitere: te accuſa illum glorifica: te reprehende illum lauda: ut & ipſe ueniens, inueniat te punitorem tuum: ut exhibeat ſe tibi ſaluatorem tuum: quid enim timetis confiteri, & in confeſſiõe ueſtra cantare canticum nouum, cum omni terra. In omni terra, in pace catholica confiteri times deo: ne confeſſum damnetur? Si confeſſus, lates: non confeſſus, damnaberis. Times confiteri: qui non confitendo eſſe non potes occultus: damnaberis tacitus: qui poſſis liberari confeſſus. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi oẽs. Et quia iſta confeſſio non ad ſupplicium ducit: ſequitur & dicit. Lętentur & exultent gentes. Si plangunt ante homines confeſſi latrones: lętentur ante deum confeſſi fideles. Si homo iudicet, exigat confeſſionem tortor & timor: Immo aliquando confeſſionem premit timor, & exigit dolor. Et ille qui plangit in tormentis: timet autem occidi confeſſus: portat tormenta, quantum poteſt & ſi uictus dolore fuerit: profert ad mortem uocem ſuam: Nuſquam ergo lętus: nuſquam exultans: Antequã confiteatur exurit ungula: cum confeſſus fuerit: damnat carnifex: ducitur miſer ubiq̃. Sed lętentur & exultent gentes: unde? per ipſam confeſſionem: quare? quia bonus eſt cui confitentur: ad hoc exigit confeſſionem, ut liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem: ut puniat ſuperbum: Ergo triſtis eſto antequam confitearis: confeſſus exulta iam ſanaberis. Non confitentis conſcientia, ſaniem collegerat, apoſtema tumuerat cruciabat te: requieſcere non ſinebat, adhibet medicus fomenta uerborum, & aliquando ſecat: adhibet medicinale ferrum tribulationis: tu agnoſce medici manum, confitere, exeat in confeſſione & defluat omnis ſanies. Habes in libro minime ambiguo, confeſſionem faciendam, non occultandum tacitus peccatum: ſed medicus adhibeat fomenta uerborum ſacramentalium. Accedat enim uerbum ad elementum, & fit ſacramentum, inquit idẽ: & illis animarum medicis loquitur etiam Pſalm. lxxxvij. qui per fidele miniſterium opitulentur ſaluti. Ne ſim prolixior nolo adferre ea quæ Auguſtinus ſuper Pſal. lxviij. Pſalm. xxxi. Pſal. xxxvij. Pſal. xcvi. & Pſal. xcix. in confeſſionis laudem & teſtimonium dixit: duos tamen locos præterire non poſſum.

Auguſt. *Iohan. 5.* *Auguſt.* *Pſalm. 66.* *Augu.*

Augu. ¶ Vnum ex libro de ſalutaribus documentis Cap. 52. Ideo debemus inquit, noſtras confeſſiones ueraciter confiteri, & fructus dignos pœnitentiæ facere, ne præterita reiteremus, ſecundum iuſſionem ſacerdotis deum timentis. Qui ſacerdos ut ſapiens & perfectus medicus, primum ſciat curare ſua peccata: & poſtea aliena uulnera detergere & ſanare: & non publicare: hos ſequamur & perquiramus; & cum talibus conſilium ſalutis noſtræ ineamus: fruſtra quatit caput aduerſarius; hic ſacerdoti iubet faciendam confeſſionem: & ne publicam credas fuiſſe, talem expoſcit ſacerdotem: qui ſanet uulnera, non publicet: clare intelligis clanculariam ſignari confeſſionē: eamq; ſemper fuiſſe in uſu: Auguſtini & Hieronymi Temporibus. Hoſtis autem ueritatis petulanter obnittitur, ut habeat quod dicat, quod mordeat.

Augu: Cap. 4. ¶ Alter locus eſt ex libro ſecundo de uiſitatione infirmorum ubi ſic inquit. Sunt quidem qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant: Si ſolo deo cui nihil eſt occultum: quē nullius latet cōſcientia: ſua confitent̃ crimina: nolūt.n. aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus: quos tamen inter leprā & lepram diſcernere per legiſlatorem conſtituit dominus: ſed nolo, ut ipſa decipiaris opinione: quatenus cōfundaris confiteri coram domini uicario, tabeſcens præ rubore, uel ceruicoſus præ indignatione: nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium: quē dominus ſibi nō dedignatur uicarium. Ergo ad te uenire roges ſacerdotē: et fac ipſum conſcientiarū tuarum penitus participem. Non te ſeducat ſuperbientium illa ſuperſtitio: quæ in uiſitando confirmat: quia ſaluat ſacerdote inconſulto ad deum peccatorum confeſſio. Nos autem non abnegamus: quin ſit ad deum frequēter referenda peccatorum confeſſio: & infra, quoniam prius eges ſacerdotis qui mediator ſit ad deum tuum ſalubri iudicio. Et Cap. 5. per totum id ſaxum uoluit: Aſtantem coram te ſacerdotem inquit, angelum dei exiſtima: Aperi ei penetralium tuorum abditiſſima latibula: conſcientiarum uerecundarꝫ penitiora reuela repagula. Nō te pudeat corā uno dicere: quod te nō puduit forſitan coram multis et cū multis facere. Ex hijs alijſq; Auguſtini teſtimōijs liquet ueritas catholica. ſ. clanculariam confeſſionē ſacerdotibus

Paulinus. tempore Auguſtini factam ſicut Paulinus ſuus diſcipulus ad Seuerum obtritionis & confeſſionis meminit.

Ex Leone & Gregorio pontificibus: auricularis confeſſionis teſtimonia afferuntur. Cap. XIX.

APertiſſimis his teſtimonijs liquet mirabilem eſſe diuerſariorum cęcitatem: qua clanculariam negarunt confeſſionem olim fuiſſe in eccleſia Chriſti: Ideo iam ad portum & ſtationem, nauem noſtram dirigamus: Prius tamē duorum Romanorum præſulum decreta renarremus, confeſſioni de qua agimus

Leo. aſtipulantia. Nam Leo primus huis nominis Papa, authoritate, morum ſanctimonia, ac eruditiōe uere magnus, hanc confitendi normam ſuis fuiſſe temporibus teſtatur in ſcripto ſuo ad uniuerſos epiſcopos per Campaniam & Picęnum conſtitutos, quod ex integro a nobis referendum eſt. Leo uniuerſis epiſcopis per Campaniam & Picænum. Quamuis plenitudo fidei uideatur eſſe laudabilis, quæ propter timorem dei apud omnes erubeſcere non ueretur: tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata: ut ea quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare. Remoueatur tamen improbabilis conſuetudo: ne multi a pœnitentiæ remedio arceantur: dum aut erubeſcunt aut timent inimicis ſuis, ſua facta reſerare: quibus poſſunt legum percelli conſtitutione: ſufficit enim illa confeſſio quæ primum deo offertur, tunc etiam ſacerdoti: qui pro delictis pœnitentium peccator accedit: Habes non ſufficere confiteri deo, ſed ſacerdoti confitendum. Et ne eum exiſtimares locutum de publica confeſſione, manifeſte clanculariam admittit: & epiſcopos prohibet; ne ho-

mines

mines ad publicā adigant confeſſionē. Renarrat Gratia. ¶ Extat aliud eius decretū *De pœni. diſ. a*
ab eodē Gratiano renarratū. Multiplex miſericordia dei ita hūanis lapſibus ſubuenit *ſufficit & c.*
ut nō ſolū per baptiſmi gratiam, ſpes uitę reparet̄ ęternæ: ut q dona regeneratiōis ui *quamuis.*
olaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminū peruenirent. Et
infra. Sic diuinę uoluntatis præſidijs ordinatis, ut indulgentiam dei, niſi ſupplicationi
bus ſacerdotum nequeant obtinere: mediator .n. dei & hominū, homo dn̄s Iheſus *Confeßio.*
Chriſtus hanc præpoſitis eccleſiæ dedit poteſtatem: ut confitentibus pœnitentiæ ſa-
tisfactionem darent: & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad cōmunionem ſacra
mentorum per ianuam reconciliationis admitterent: nihil his uerbis clarius & aper
tius: ubi obiter ſanctus præſul tres pœnitentię partes perſtrinxit: pœnitentibus. n. &
confitentibus, ſacerdotes ſatisfactionis emendam iniungant. ¶ Prodeat alter *Grego.*
pontifex Gregorius & ipſe ſanctitate, doctrina ac nomine magnus: cuius ſententia
in hac re minime eſt ambigua: nam libro xxij. ſuper Iob inquit. Hæc ſunt uere hūili
tatis inſignia, iniquitatem ſuam quemq; cognoſcere, & cognita uoce cōfeſſionis ape
rire. Et libro viij. dixerat. Tribulatio quippe ſpiritus linguam cōmouet, ut reatū pra
ui operis uox cōfeſſionis impungnet. Sciendum quoq; eſt, quia ſæpe & reprobi pec-
cata confitentur: ſed deflere contemnunt: ſed electi culpas ſuas quas uocibus cōfeſſi-
onis aperiunt, diſtrictæ aduerſionis fletibus inſequuntur, unde B. Iob bene poſtq̃ ſe
ori ſuo non parcere ſpopondit: tribulationum mox ſpiritus ſubdidit, ac ſi aperte fate-
retur dicens. Sic reatum lingua loquitur, ut nequaq̃ expers a mœroris ſtimulo per
alia ſpiritus uagetur: ſed culpas loquens uulnus aperio. Sic alio loco inquit: Plęrūq;
grauioris certaminis eſt commiſſa peccata prodere, q̃ non admiſſa uitare. Et ne in
dubium aliquis contentioſus hæreticus illud uertere poſſit, conſtat eum de clancula
ria locutum cōfeſſione: quoniā cōſtitutione noua ultra patrum cenſuras, ſacerdotē
diris affecit, cōfeſſa peccata publicantem. Eſt autem huiuſmodi Gregorij decretū. *Grego.*
Sacerdos ante omnia caueat ne de his qui ei confitetur peccata ſua, alicui recitet:
quod ea confeſſus eſt. Non propinquis: non extraneis, neq; quod abſit pro aliquo
ſcandalo: nam ſi hoc fecerit deponatur: & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus
peregrinando pergat. Habes candide lector: non ſolum probatum confeſſionis ſe-
cretum ſigillum: ſed etiam pœnam adiectam his: qui clanculariam confeſſionem
publicant.

Concluſio huius libri, cum exhortatione ut Chriſto, Euangelio, eccleſiæ & patribus credamus. Cap. XX.

SAtis ſit cymbam noſtram hactenus altum ſulcaſſe mare. Iamiam ad por-
tum ſubducatur. Nam neq; aduerſarij licet inſigniter temerarij erunt tam
impudentes: ut negent clanculariam confeſſionem fuiſſe poſt B. Grego-
rij tempora, Itaq; non deſudo in adducendis Remigij, Iſidori, Theodori Cantua-
rieñ. Bedæ, Altuini, Eſicij, Adamantij, Haymonis, Bernhardi, Anſhelmi, & alio-
rum patrum teſtimonijs: quia D cccc. Annis cum laude & profectu in eccleſia
dei uixerunt. Sat ſit homini Chriſtiano: ſatis eſſe debet aduerſarijs: ſi ad unitatē ec-
cleſiæ ſanctæ redire uoluerint: oſtendiſſe: confeſſionem ſemper ſacerdotibus fa-
ctam, ab ipſo Apoſtolorum tempore, in eccleſia inuictiſſimorum martyrum, & di-
ligentiſſimorum confeſſorum: ideo telam comprobationis noſtræ: non ultra beati
Gregorij tempora deduximus. Et quamuis forſan alicui plura: quam oporteat, ad-
duxiſſe uidear, in re tam comperta & manifeſtaria: at iuxta eiuſdē Grego. ad Aug. *Grego.*
uerba. Omnis ſententia facilius creditur: quo pluribus ſcripturæ teſtimonijs proba
tur: ideo ęquo ferat animo beneuolus lector, hanc paulo prolixiorē confeſſionis
teſtificationem: Ac ſanctis patribus, eccleſiæ catholicæ conſentientes conclu-

damus, dominum & magiſtrum noſtrum Iheſum Chriſtum, hoc ſaluberrimum ſacramentum pœnitentiæ inſtituiſſe: nam tam efficax contra peccata remedium, nõ poteſt, niſi deus inſtituere. Et quia pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrari non poteſt a ſacerdotibus; niſi præuia confeſſione uocali: Ideo confeſſionem delictorum prius exigit deus, ante tribunal iudicis a deo conſtituti: cui poteſtatem dedit ſoluendi & ligandi in cœlo & in terra. Quam confeſſionem etiam aduerſarij, non poterunt negare, fore rem longe ſaluberrimam, ac ſaluti animarum utiliſſimam: adeo ut reuera confeſſio illa quæ hodie fit in eccleſia catholica, ſit neruus religionis noſtræ, & diſciplinæ Chriſtianæ. Quare quicunque illi detrahunt: illam contemnunt: populo uelut non neceſſariam publicant, Hoſtes ſunt eccleſiæ catholicæ, ius diuinum rumpentes: lacerantes doctrinam Euangelicam, ac ueritatem ſpiritus: præcones ſunt antichriſti, famuli uenatici diaboli, animarum deceptores & ſeductores, magiſtri hæreſum, & ueriſſimi animicidæ. Quanto rectius eſt Chriſtum in hoc ſaluberrimo pœnitentiæ ſacramento uenerari, Medelam ęgris mentibus paratam: gratiſſime acceptare: & uulnera peccatorum confeſſionis remedio ſanare: ut ſic deo obediẽtes peccata cõfeſſa ſacerdoti, in extremo iudicio: ubi reuelabuntur occulta cordium, lateant: ut ſic cum capite ſaluatore noſtro domino Iheſu: æterna poſſideamus gaudia uitæ, Confitentes gloriam dei in ſæcula ſæculorum, Amen.

Secundus liber de pœnitentia finem habet.

In librum III. de pœnitentia Præfatio.

Ad Reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, D. Laurentium S. R. E. Tituli ſancti quatuor coronatorum Cardinalem dominum ſuum & patronū colendiſſimum proloquium.

VEtus eſt prouerbium ampliſſime pater. Tria maxima fore iucunda & grata: portum nauigantibus, patriam peregrinis, captiuis libertatem. Omnium
aūt iucundiſſimum mihi fuit totius Romæ, in S. D. N. Cle. vij. noui Pontificis electione, conſenſus, exultatio, & iubilus: Non modo quod poſt ſeſquimeſtrē
expectationem, Pontificem tandem accepimus (ꝙ tantopere tota flagitabat Roma)
ſed & quod tu mihi antiquus ſis reſtitutus patronus: qui ſicut iam diu uoluiſti, Ita
etiam poſſis mihi auxilio eſſe: quo tandem ad Germaniam, & tranquillitatem ſtudiorum meorum reuertar: & quomodo excidit mihi tranquillitatis uocula, cum perfidi, eccleſię & fidei hoſtes, hæretici Ludderani nulla pace me frui patiantur: ipſi enim
non deſinunt antiquas hæreſes excitare, ac nouas fingere: contra ego ſemper paro rationem reddere de ea, quæ in me eſt fide: Nam quantum inſaniant hæretici, ac quātis furijs agitetur beſtia illa Ludder, cum ſimilis farinæ monſtris, deuaſtans agrū domini, abunde intellexiſti: contra uero admodum pauci ſunt ſub hoc faſto Germanię cœlo: quos zelus domus dei comederit: & qui ſe murum opponant pro Iſrael,
Iacobus Hochſtrat, Iohan. Faber, Iohan. Coclæus, Hierony. Emſer, Geor. Hauer,
Bartho. Vſin. cum paucis alijs rem fidei agunt: non hoc dico: quod arbitreris nullos
alios eruditos in Germania eſſe reliquos: qui ex pectore Chriſtiano recte & ſynceriter de fide noſtra ſentiant: cum tot ſtrennui reperiantur fidei pugiles: qui non curuauerunt genua ſua ante Baal, Sed quia doctiſſimus quiſq; ut eſt optimus: dum uidet
hæreſibus ſe obijcientes a prę latis & paſtoribus eccleſiaſticis derelinqui: nullis non
infamari ab hæreticorum cœtu opprobrijs, iniurijs, & calumnijs: dum interea prębēdoſi illi & beneficijs onuſti cauponatores indies dignitatibus aucti, ad hæc rideant: *Curtiſani aliqui inutiles.*
& rem fidei nec tiruncio æſtiment: malunt inculpate tacere q̄ fruſtra & inaniter niti,
ad tempus expectantes dei miſericordiam: quæ omnia aſpiret, adiuuet, & proſequatur. Qđ ſi peſſimi ciues honore & ſplendore caruerint, ut Plato decreuit, & quiſq; honoratiori gradu ſtatuatur: qui magnitudine eruditionis: & uirtutum ſplendore ſit ha- *Plato.*
bitus illuſtrior: & qui pro fide catholica & Apoſtolica ſede fortiter fecerit, ſub umbra eccleſiæ quoq; protegatur: futurum eſt ampliſſ. pater, ut plures ſcientia & integritate præſtabiles, nobiſcum ſint, q̄ cum lurido luteo illo Luddero: בן חוא ב בשנר
quoniam ſicut nomen ſuum, ſic ipſe: Hinc recte Antiſthe. dixit. Tunc demum perire ciuitatem: cum a bonis mali non ſecernātur. Quare R. P. per uiſcera Chriſti te moneo, te hortor, ac quaſi impello: ut nihil omnium negligas apud S. D. N. quæ ad hāc
peſtilentiſſimā hęreſim extirpādam, uel utilia noueris, uel neceſſaria. Ego hoc anno
plęraq; de pœnitentia contra hos hæreticos emiſi, q̄ habeant fideles ut ſe conſolent:
Iam ultimam pœnitentiæ partem, ſatisfactionem ſcilicet defendendam ſuſcepi: cuius æditionem ſub nomine tuo laudatiſſime antiſtes, publicare uolui: quo meū
in te animum redderem teſtatiorem. Age age ſplēdidiſſime pater, age,
pro prudentia & integritate tua negocio fidei fideliter patrocinare: ut S. D. N. hanc rem cordi habeat. Deum precor: te adiuuet & diu incolumem ſeruet.
Iam ad opus accingimur.

DE POENITENTIA ET EIVS

DE SATISFACTIONE ET ALIIS POE-
nitentiæ annexis Iohannis Eckij Germani con-
tra Ludderum liber tertius.

Satisfactionem pro pœna peccatorum debita, integrare pœni-
tentiam ex ſacris literis probatur. Cap. I.

CVM diuina præeunte gratia peccator ex compedibus diaboli ſe
euoluere conatur; & iam compunctione cordis mentem deo affor
mauit: qua & præteritas culpas defleuit, & plangenda in poſterum
non admittere proponit, Et coram ſacerdote corde humiliato &
contrito peccatorum ſuorum fœditatem effudit: ac ſpiritusſancti
unctionem per pœnitentiæ ſacramentum: ſacerdotalis abſolutio-
nis beneficio conſecutus eſt: Diuinæ prouidentiæ diſpoſitio exigit: ut ſecundum iu-
ſtitiæ etiam miſericordis normam, Deo utcunq; ſatisfiat per pœnalis alicuius operis
exhibitionem: Nam & ſi in conuerſione peccatoris ac ſacramento pœnitentiæ odiũ
dei extinguatur: remittatur offenſa; deleatur culpa: at tamen pœna non in totum ex-
pungitur: ſed clementia dei, æterna in temporariam commutatur: ut ſic aliquis ho-
nor deo pro commiſſa culpa impendatur, Hæc itaq; pœna reſtans, aut iudicio eccle-
ſiæ per ſacerdotis impoſitionem diluenda eſt: aut per uoluntariam boni operis ſuſce
ptionem: quæ bona opera in genere: oratione: eleemoſyna & ieiunio explicantur, iu-
Leo. xta illud Leonis Papæ in ſermone de ieiunio, Oratione propiciatio dei queritur: ieiu
nio concupiſcentia carnis extinguitur: eleemoſynis peccata redimuntur: ſimulq; per
omnia dei imago in nobis renouatur: uti illa latius explicantur per catholicos docto-
res & patres: quę tamen in præſentia omittimus, Nolumus. n. uniuerſam ſatisfactio-
Anſhel. nis rationem diſcutere, qua Anſhelmus dixit, eam eſſe uoluntariam redditionem
æquiualentis, alias indebiti: neq; in dubium reuocemus, an creatura aliqua ſatisfacere
poſſit pro peccato: quoniam in præſentia: hoc iam pro certo habere uolumus: nullũ
hominem potuiſſe ſatiſfacere pro quocunq; peccato mortali: ſed quia dominus no-
ſter Iheſus Chriſtus paſſus eſt pro peccatis noſtris: & redemit genus humanum: om
nis noſtra ſatisfactio habet ſuam uim a merito benedictæ paſſionis ſuæ: itaq; omnis
2. Cor. 3. noſtra ſufficientia ex deo eſt, At hoc pacto hic ſatisfactionem tractabimus: Cum. n.
miſericors deus ex clementia peccatori redeunti & pœnitenti, ſinum ſuum nõ clau-
Ezech. 18. dat: ſed quacunq; hora ingemuerit peccator: & egerit pœnitentiam, uita uiuet & non
morietur, Vnde fide credimus peccatorum remiſſionem: At quia deus non uult ali
quod malum manere impunitũ: ideo licet pœnitenti pœnã remittat æternã ac odiũ:
tamen non omnẽ pœnam condonat: ſed cõmutatur pœna ęterna in pœnam tp̄alem,
Eckius. Nam alio libro nondum per me ædito: aſſero contra Ludderum, deum remittendo
culpam, non remittere oẽm pœnam: Hanc aũt temporariã pœnam diluit pœnitens
Deletio pœnæ. uariis modis: per contritionis acerbitatẽ uelut S. Petrus fleuit amare: ꝑ amoris magni
tudinem uelut Magdalena, per confeſſionis erubeſcentiã, ac per alia bona opera, po-
tiſſimum per orationẽ, eleemoſynam, ac ieiuniũ; quæ ut maioris ſint apud deum effi-
caciæ, a ſacerdote uicario dei iniungunt̃, in emendã & expiationem peccatoꝝ cõfeſ
ſorum: & hoc tota ſemper obſeruauit & hodie obſeruat eccleſia; Huic catholicæ ue-
Ludder. ritati oblatrat aquilonaris canis Ludder: & ſatisfactionem in toto caſſat & floccefa-
Cypria. cit: Et ꝑfecto mirandũ eſt, ꝙ cum Nouatiani: ut B. Cypria. ad Antonianũ ſcribit, ſub-
Nouatus. trahant pœnitentiã ſatisfactioni: hic ſtultus Ludder in contrariũ currẽs, ſubtrahit ſa
tisfactionẽ pœnitentiæ: q̃a deus remittendo culpã: remittat oẽm pęnam: Et quia alio
libro radix erroris illius cõfutabit̃, ideo hic ſatisfactionẽ dumtaxat tuebimur aduer-
ſus eccleſiæ hoſtes.

¶ Satisfa-

¶ Satiſfactionem igitur exigi a deo poſt pœnitentiam liquet ex libro Regum ubi
cum Dauid peccaſſet numerando populum: & ipſe pœnituiſſet pro delicto: ſic ꝙ 2.Reg.24.
culpam terſiſſet: exegit tamen Deus adhuc pœnam & ſatiſfactionem ab eo: nam
ſic iuſſit Gad prophetam dicere ad Dauid. Vade & loquere ad Dauid. Hæc dicit
dominus. Trium tibi dabitur optio: elige unum quod uolueris ex his: ut faciam tibi:
cumq; ueniſſet Gad ad Dauid nunciauit ei dicens. Aut ſeptem annis ueniet tibi fa- *Satisfactio.*
mes: in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & iſti te perſequentur:
aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua: nunc ergo delibera: & uide, quem
reſpondeã ei qui me miſit, ſermonem. Et licet Dauid nimium coartaretur: tamen q̄a
melius eſſet incidere in manus domini, cuius multæ ſint miſericordiæ: elegit peſtilen
tiam: & mortui ſunt ſeptuaginta milia uirorum. Expende hic diriſſimam exactam
fuiſſe ſatisfactionem, poſt dimiſſam culpam. Quod autem Dauid prius pœnituerit
liquet ex ſacra ſcriptura, ubi ſupra: nam anteaq; ueniret propheta ad Dauid: inquit
ſacra ſcriptura. Percuſſit autem cor Dauid poſtq; numeratus eſt populus, & dixit
Dauid ad dominum. Peccaui ualde in hoc facto, ſed precor domine: ut transferas
iniquitatem ſerui tui: quia ſtulte egi nimis. Quod poſtea factum dinoſcitur: quia cum
culpa transferri non potuit: quia anima ipſa quę peccauerit: morte morietur: filius nõ *Ezech. 18.*
portabit iniquitatem patris: neq; pater iniquitatem filij: quare peccatum Dauid fuit
tranſlatum non culpa, ſed ſatisfactione: Sic ſapiens docet filium. Fili peccaſti non ad- *Eccle.21.*
ijcias iterum: ſed & de priſtinis deprecare, ut tibi dimittantur. Quę dimiſſio: remiſſio
nẽ pœnæ debitę nobis ſignificat: quã a deo impetrare debemus ꝓ pręteritis delictis:
ꝙ ſi non hic ſatisfacimus: in purgatorio pro eis ſatiſpatiemur: nam hoc negato nullũ
erit purgatorium, contra ſacram ſcripturam: ut luculenter proprio libro de purgato *Eckius.*
rio egimus: Nam non ſolum beati ſunt quorum remiſſæ ſunt iniquitates, Sed etiam *Pſalm.31.*
hi quorum tecta ſunt peccata. Tunc remiſſæ ſunt iniquitates, quando deus iratus re-
mittit culpam: quando autem orationibus: ieiunijs aut eleemoſynis placatus deus: nõ
aliam requirit pœnam, tunc tegit peccata: Quia ſic in omni opere dei concurrit mi-
ſericordia & iuſtitia. Miſericordia ignoſcendo culpam, iuſtitia infligendo pœnam ſa-
tisfactione diluendam: Sic. n. memores debemus eſſe peccatorum, ipſa in nobis pu-
niendo: ut ſic deus non ſit memor uindicando: quare bene egit pœnitens: qui dixit.
Q̃m peccatum meũ ego cognoſco, & peccatũ meum contra me eſt ſemp: Q; ſi pœ- *Pſalm. 50.*
na cum culpa tota remitteretur, iam fruſtra diceret, Peccatũ ſuũ ſemp eſſe contra ſe.

Satisfactionem eſſe neceſſariam ex Auguſtino, Cypriano, Ambroſio & Leone probatur. Cap. II.

HAnc ueram intelligentiam ſpiritus ſecuti ſancti patres, omnes ſatisfactionem
affirmarunt: quod etſi pluribus agemus in libro de remiſſione pœnę & cul-
pę: obiter tamen hic aliquos locos prægustemus. Nam S. Auguſtinus ubiq; eam in-
tonat, uelut neceſſariam & partem pœnitentiæ. Nam de medicina pœnitentiæ, in- *Augu.*
quit. Pœnitens ueniat ad antiſtites, per quos in eccleſia claues miniſtrantur. Et tanq; *Cap.3.*
bonus iam incipiens eſſe filius maternorum membroꝝ, ordine cuſtodito, a prępoſi-
tis ſacramentoꝝ accipiat ſuæ ſatisfactionis modum: ut in offerendo ſacrificio cordis
contribulati deuotus & ſuplex: ſatisfactionis itaq; modum accipiat pœnitens a ſacer
dote. Hoc idem affirmat infra. Non ſufficit mores in melius commutare, & a factis *Cap. 5.*
malis recedere: niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfiat deo per pœnitentiæ dolorẽ,
per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperãtibus eleemoſynis.
Beati. n. miſericordes, quoniã ipſoꝝ miſerebitur deus. Non. n. dictum eſt, ut tantum *Math. 5.*
abſtineatis a peccatis: ſed & de pręteritis inquit deprecare dñm, ut tibi dimittantur. *Eccleſ.21.*

Beatus Rhenanus.

¶ Et ꝗuis Beatus Rhenanus in proloquio Tertulliani, in alium uelit reicere autho- rem, libellum iſtum: attamen uetuſtiſſimum affirmat: & dignis euchit præconijs, ac magnæ exiſtimat auctoritatis: librum cito minime dubium, quin Auguſtin⁹ eum, ut ſuum agnoſcat Enchiridion, ubi clare docet ſatisfactionem congruam fore neceſ- ſariam. Verba Auguſtini ſunt iſta. In melius quippe eſt uita mutanda: & per elee- moſynas de peccatis præteritis eſt propiciandus deus: Non ad hoc emendus quodã- modo: ut ea ſemper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentũ pec- candi: ꝗuis miſerando deleat iam facta peccata: ſi non ſatisfactio congrua negligatur. Et in ſequenti capite, ponit quottidianam orationem ſatisfacere pro quottidianis & leuibus peccatis.

Augu. Cap. 70.

Cypria.

¶ Ob hanc rem indignatur Cyprianus & iraſcitur Nouatianis in epiſtola ad Anto- nianum. O fruſtandæ fraternitatis irriſio inquit. O miſerorum lamentantium cadu- ca deceptio. O hæreticæ inſtitutionis inefficax & uana traditio: hortari ad ſatisfactio nis pœnitentiam: & ſubtrahere de ſatisfactione medicinam. Dicere fratribus noſtris plange, & lachrymas funde: & diebus ac noctibus ingemiſce: & pro abluẽdo & pur- gando delicto tuo, largiter & frequenter operare: ſed extra eccleſiam, poſt iſta om- nia morieris. Hic S. Martyr improbat Nouatianos: quia ſatisfactionem admittebãt: ſicut fit in eccleſia: & tamen relapſis negabant pœnitentiam, quæ in eccleſia datur.

Cypria.

Sic idem de Nouatianis conqueritur Cornelio Papæ. Elaborant inquit, ne uulnera- tos diuina clementia in eccleſia ſua curet: miſerorum pœnitentiam mendacioꝝ ſuo rum fraude corrumpunt: ne deo indignanti ſatisfiat: ne Chriſtum dominum ſuum, qui Chriſtianus eſſe, uel erubuit uel timuit, poſtmodum quærat: ne ad eccleſiam, qui de eccleſia receſſerat, redeat. Datur opera, ne ſatisfactionibus & lamentationibus iu- ſtis delicta redimantur: ne uulnera lachrymis abluantur. Hic accuſat coram Roma- no Pontifice Nouatianos ꝙ pœnitentiam & ſatisfactionem negarent. Ideo catholicã profeſſus fidem, Cornelio aperit ſententiam ſuam. Delictis inquit remittendis pluſq̃ oportet, pœnę ipſe delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitẽ- tia reuertentes: peccatum ſuũ ſatisfactione humili & ſimplici confitentes. Et ne Lud der cauillo eludat hunc ſancti martyris locum, quod ſatisfactio tantum fiat eccleſiæ: quia deus nihil exigat: præuenit uir ſanctus has nugas: & conqueritur apud Noua- tianos non ſatis fieri deo.

Confeßio Cyprianus.

Ambroſi. Cap. 5.

¶ Satisfactionem quoqꝫ neceſſariam fore pœnitentiæ, tradit Ambroſius ex magiſte- rio Chriſti lib. ij. de pœnitentia, ubi ſic inquit. Apoſtoli ſecundum Chriſti magiſte- rium pœnitentiam docuerunt: ſpoponderunt ueniam: culpam relaxauerunt: ſicut & Dauid docuit dicens. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Vtrumqꝫ enim beatum dixit: & cuius iniquitas remittitur per lauachrum: & cuius peccatum tegitur bonis operibus. Qui enim agit pœnitentiam: non ſolum diluere lachrymis debet peccatũ ſuum: ſed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora: ut non ei imputetur peccatum. Quid hic cõtra poterit mutire ueritatis aduerſarius. Etiã poſt remiſſionem peccati, ipſum imputari ad pœnam, Si non emendatioribus operibus tegatur. Recte ergo dixit S. Leo Papa, Mediator dei & hominum, homo dominus Iheſus Chriſtus hanc prepoſitis eccleſiæ dedit poteſtatem: ut confitentibus pœniten tiæ ſatisfactionem darent: & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionẽ ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent: habes confeſſus iniurgi emendã in ſatisfactionem pro peccatis præteritis: hunc locum notabilem, ac ineluibi lem afferre placuit, quod tam aperte probet modum pœnitentiæ, uti etiam hodie in eccleſia catholica obſeruatur: nolo eſſe prolixior in hac re; quod in libello de remiſſi- one pœnæ & culpę, copioſe tractetur.

Pſal. 31.

Leo.

Tres

Tres eſſe partes pœnitentiæ contra Ludderum. Cap. III.

NEctendo ea quæ & alijs libris diximus, erit conſectarium, doctores iunio-
res eccleſiæ conformiter ſacræ ſcripturæ ac ſanctis patribus, tres poſuiſſe
pœnitentiæ partes; quod magna impietate reijcit Ludder in ſermone de *Ludder.*
indulgentijs dicens. Sciendum primo, quod noui authores: ut magiſter ſententia-
rum, S. Thomas, & horum imitatores, tres partes faciunt pœnitentiæ: nempe contri- *S. Thomas.*
tionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Et ꝙuis hęc diſtinctio, ut ipſi eam proponūt *Partes pœnitē*
difficulter, aut certe neutiq̄ deduci queat ex ſcriptura; neq; etiam ex antiquis Chri- *tiæ.*
ſtianę religionis authoribus. Hæc Ludderana impietas iam in alijs noſtris libris de-
tecta eſt. De contritione enim id egimus libro 1. de confeſſione libro ſecundo: de ſa-
tisfactione hoc tertio. Iſtas enim tres partes ſancta mater eccleſia (extra quam nul-
la eſt ſalus, ſicut nec uiuentibus tempore Noe, extra archam) peruetuſta comple-
ctitur oratione: quæ in quibuſdam etiam eccleſijs cathedralibus Germaniæ ad pri-
mam dicitur. Omnipotens ſempiterne deus te humiliter imploramus: ne nos pecca *Eccleſia.*
tores perire permittas propter nimia peccata noſtra: quia tua creatura ſumus, licet
peccatores ſimus: ſed concede nobis peccatoribus ſpacium uiuendi ac pœnitendi in
hac uita: ut ante diem exitus noſtri per ueram contritionem, puram cōfeſſionem, &
dignam ſatisfactionem tibi domino deo omnipotenti placere mereamur. Ecce q̄
appoſite ſingulæ partes cum decoris epithetis hic recenſentur.

¶ Et has tres eſſe partes pœnitentiæ, quilibet uſu rationis pollens cogitur fateri. *Ratio.*
Cum enim in ſacramento pœnitentiæ ſit emenda uoluntaria, per uiam iudicij, uo-
luntarie ſuſcepti; exigit citationem ad uoluntarie ſubeundum illud iudicium: &
hæc eſt cordis compunctio. Et coram iudice ueritatis confeſſionem. Et iuxta iudi-
cis arbitrium, ſatisfactionem, uel in re, uel ſaltem in propoſito. Congruit enim, ut
ſicut tribus modis deum offendimus, ſcilicet corde, ore & opere: ita pœniteamus:
nam ſic beatus Auguſtinus libro 1. de ſermone domini in monte ponit tres peccati *Augu.*
differentias in corde, in facto, & in conſuetudine, tanquam tres mortes. Vna quaſi
in domo hæc eſt quando in corde conſentitur libidini: altera iam prolata, quaſi ex-
tra portam cum in factum procedit aſſenſio: tertia cum ui conſuetudinis malę, tanq̄
mole terrena pręmitur animus, quaſi in ſepulchro iam putens: quæ tria genera mor- *Math. 9.*
tuorum dominum reſuſcitaſſe, quiſquis Euangelium legit, agnoſcit. Huic ergo tri- *Luce. 7.*
plici morti, triplici occurritur remedio, contritione, confeſſione, & ſatisfactione: *Iohan. 11.*
nam compunctio cordis malę mentis medetur affectioni. Confeſſio ſacerdoti facta,
factum ipſum, aut male locutum medicatur. Satiſfactio bonis operibus exercita, cō-
ſuetudini malorum reſiſtit, eamq; deſtruit. Huic non eſt diſſimile, quod Gregorius *Grego.*
ſuper Iob ſcribit. Quatuor quippe modis peccatum perpetratur in corde: quatuor
conſumatur in opere. Et infra. Vulua peccantis hominis eſt culpa latens, quæ oc-
culte peccatorem concipit: & reatum ſuum adhuc in tenebris abſcondit. A uulua de
utero exitur: cum peccator quæ in occulto commiſit, hæc etiam in aperto committe
re non erubeſcit. Cum aūt peccator de iniquitate ſua nō confunditur, in ipſa admi-
niculis peſſimę conſuetudinis roboratur. Sic quaſi genibus fouetur, ut creſcat: dum
culpa conſuetudinibus firmatur, ut urgeat. Dum itaq; culpa prodire in uſum cœpe-
rit: tunc ſe aut falſa ſpe diuinæ miſericordiæ, uel aperta deſperationis miſeria, paſcit.
Cum ergo reatus culpæ uarie contrahitur: nulli mirum uideri debet: ſi medicina
ipſa ex pluribus partibus conficiatur. Hinc S. Iohannes non ſolum inquit agite pœ-
nitentiam: ſed & hoc dixit, facite dignos fructus pœnitentiæ. *Math. 3.*

¶ Et illas tres partes pœnitentiæ aſſeruit S. Iohan. Chryſoſtomus, in loco ſuperius ci- *Chryſoſto.*
tato de pœnitentia. Perfecta inquit pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter *ſermo. 19.*

ſufferre. Si uiolentus quærat quæ habet, non uetat. Si ueſtem dirimat, non refragatur: percutienti maxillam prębet alteram: iam angariatus ultro adijcit: caſtigatus gratias agit, prouocatus tacet, exaſperatus blanditur. Superiori ſuplex eſt, inferiori ſubiacet, in corde eius contritio eſt, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas, hæc eſt perfecta & fructifera pœnitudo. Nihil his uerbis expreſſius, nihil propoſito noſtro

In Ludderum.

ſignificantius: adhuc non rubet Ludder, quantumcunq; ualide mentiatur: iniuriam facit Petro Longobardo Parrhiſienſi antiſtiti, ac diuo Thomæ Aquinati, quos arbitratur finxiſſe has pœnitentiæ partes, cum Chryſoſtomus D C C. annis illos præceſſerit: ſed ueritas catholica triumphat: hæreſis Ludderana Deo ſic uolente diſſipabitur.

Alia ſuaſio.

¶ Expende o Lector pœnitentiæ negocium: & ueritatis radius illuceſcet tibi: nam peccatum eſt offenſa dei, & non eſt in lapſis repropitiatio abſq; ſacrificio contriti cordis & contribulati ſpiritus: & quia iniuria eſt, non eſt pacificatio abſq; iudicio. Iudicium autem non eſt abſq; accuſatione & teſtificatione contra delinquentem: & hoc eſt confeſſio: neq; eſt iudicium abſq; iuſtificatione delinquentis: & emenda facienda iniuriam paſſo: & hoc eſt ſatisfactio. His interuenit ipſa ſacerdotalis abſolutio, quę ſacramentum exiſtit. Similitudinem habens cum ipſa interiori ſanctificatione. Manus enim ſacerdotis ſuper caput pœnitentis, manum diuinam ſiue uirtutem adeſſe ſi-

Poteſtas.

gnificat ad ſanctificandum pœnitentem. Et uerba abſolutoria, deum abſoluentem, ac dimittentem ſignificant. Hanc enim efficacem dedit clauium poteſtatem ſacerdotibus: ut ipſis uiſibiliter abſoluentibus: ipſe intus ſecreta poteſtate diuina operetur.

Sacerdocij.

Et hæc omnia certiſſime fiunt: ſi pœnitens non obicem ex malitia ſpiritui ſancto poſuerit. Immo neceſſe eſt ita fieri: non coactionis impulſione, nec alligationis uiolenta aſtrictione: ſed liberaliſſima benignitatis, ac beneficentiæ diuinæ largitate, ac pienti ſſima promiſſione, eius qui mentiri neſcit. Non magnum tibi hoc uidetur: ad ſacerdotis abſolutionem uincula peccatorum rumpi: maledicta effugari: & ſpiritus ſancti gratiam tribui: Alioquin fruſtra tantæ pietatis officium clementiſſimus Deus in eccleſia ſua inſtituiſſet: & pœnitentibus potius illuſiſſet: Si miniſterio ſacerdotũ

Maxima.

Officium ſacerdotum.

ſuis benedictionibus & abſolutionibus non potenter aſſiſteret. Ipſi enim ſacerdotes poſiti ſunt uelut officiales, ſeu ianitores miſericordiæ Dei: qui diſpenſent diuitias miſericordiæ Dei: aperiant pulſantibus: & introducant intrare uolentes: qui confugientes ad ianuam miſericordiæ Dei, tota congratulatione, & applauſu recipiant: peccata remittant: bonis gratiæ ſpoliatos a latronibus, reſtituant: uulneratos & morbidos cœleſti medicina ac uirtute diuina ſacramentorum medicamento ſanent: quæ omnia cum gratitudine uenerari deberemus & ſuſpicere, non porcorum more, quod Ludder facit contemnere & contaminare.

Contra prouerbium tantopere a Luddero laudatum, optima pœnitentia noua uita. Cap. IIII.

CVilibet catholico arbitror ſufficere, quæ de partibus pœnitentiæ diximus, contra impietatem Ludderanam: præſtat iam aliqua illis cohærentia explicare. Et obiter quidem: nam quod ad initium pœnitentiæ attinet, in ſermone de pœnitentia magno delyrio ſic ſcripſit. plus tibi diſcutiendum eſt confeſſuro, quantum diligas iuſtitiam, quam quantum odias peccatum: multoq; maiore, Immo ſolo hoc labore tibi cogitandum eſt: quomodo futuram uitam agas bonam: quam quomodo deſeras aut odias præteritam malam. Veriſſimum eſt enim prouerbiũ, & omni doctrina de cõtritionibus hucuſq; data præſtãtius, ꝙ dicitur Teutonice. Nymmer thûn/ die hôchſte Bûß. Optima pœnitẽtia noua uita: ſicut &

Apoſtolus ſonat, In Chriſto neqꝫ circuncisio, neqꝫ præputium aliquid ualet, ſed no ua creatura. Hæc Ludderi uerba tot habent ferme errata, quot uerba: iuſtiſſime namqꝫ Leo. x. Ponti. Max. hunc damnauit articulum, uerissimum eſt prouerbium &c. Impietatis error prudenti eſt obuius: nam ſic fruſtra & inaniter S. Augu. peccata præterita ante ſuam conuerſionē; confeſſus eſt: & de his doluit: quod tamen proficue & rationabiliter ſe feciſſe lib. x. confeſſionum oſtendit. Et quod non ſufficiat futuram uitam inchoare bonam: niſi etiam de præterita doleat ac pœniteat: docet S. Auguſti. in loco ſæpius citato de pœnitentiæ medicina. Non ſufficit mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere: niſi de his quæ facta ſunt, ſatis fiat domino per pœnitentiæ timorem. Cui magis credemus. An Auguſtino lumini eccleſiæ dicenti non ſufficit: aut Auguſtinianū ſe profitenti bis hæretico & ſchyſmatico, aſſerenti, Sufficit mores in melius commutare. Et ne neſciretur tortuoſus coluber, ſeipſum ſuis depingit coloribus: Impudentiam enim eius quis non demiretur: quod prouerbium ex triuio ſumptum, e media plebe receptum: præfert omnibus doctrinis patrum de contritione hactenus datis: quod tamen non uerum eſt, ſed falſiſſimum: non enim ſolum Auguſtino ſed & ſacræ ſcripturæ contradicit: domino per Ezechielem dicente. Et recordamini uiarum ueſtrarum: & omnium ſcelerum ueſtrorum: quibus polluti eratis: & diſplicebit uobis in conſpectu ueſtro, in cunctis malicijs quas feciſtis: & ſcietis quia ego dominus, cū benefecero uobis propter nomē meū, non ſecundū uias ueſtras malas: neqꝫ ſecundū ſcelera ueſtra peſſima: dn̄s uult nos recordari peccatoꝝ noſtroꝝ: Ludder non uult: ſed ſufficiat uitā in melius cōmutare. Melius nos docuit. S. Iohan. in Apocalip. quā Ludder: q Epheſinam eccleſiā docens reuerti, inquit. Memor eſto itaqꝫ un̄ excideris: & age pœnitentiā: & prima opera fac: Ludder contra docet, non memorandū unde excideris; ſed tantū cogitandum: quō uitam futurā agas bonā. Sic docuit nos Dauid. declina a malo, et fac bonum. Et S. Petrus præmiſit pœnitentiam agendam: & ſic uitā in melius mutandam. Petrus autem ad illos ait, pœnitentiam agite: & baptiſetur unuſquiſqꝫ ueſtrum in nomine Iheſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ueſtrorum. Vide lector primo uoluit eos agere pœnitentiam: & deinde inchoare nouam uitam. Totum cōtrarium dicit lerna malorum Ludder: Rectius multo Dauid. Quoniā peccatū meū ego cognoſco & peccatum meum contra me eſt ſemper. Rectius Micheas. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum: & quid dominus quærat a te, utiqꝫ facere iudicium & diligere miſericordiam: & ſollicitum ambulare cum deo: primo ergo facias iudicium, peccata tua in te puniendo: & diligas miſericordiā: ſic ambulabis cum deo in nouitate uitæ. ¶ Quare uere dixit Auguſtinus, de quæſtionibus noui & ueteris teſtamenti. Quid .n. eſt pœnitere: niſi dolere præterita, & de cætero temperare ab his quæ admiſerat. Vere Petrum inſtruxit diaconum, de fide. Prouide omni homini in hac uita poteſt eſſe utilis pœnitentia: quam quocumqꝫ tempore homo egerit, quamlibet iniquus: quamlibit annoſus: ſi toto corde renunciauerit peccatis præteritis: & de eis in conſpectu dei non ſolum corporis, ſed etiam cordis lachrymas fuderit: & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit: omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Et infra. Sed etiam pœnitentia peccatori tūc prodeſt: ſi eam in eccleſia catholica gerat: cui deus in perſona B. Petri ligandi ſoluendiqꝫ tribuit poteſtatem. Ecce ſanctus pater uult mala præterita diluenda: Ludder negligenda cenſet. Clauium poteſtatem in perſona Petri datā extollit Auguſt. Ludder negat perſonæ Petri datam. Super qua re contra hæreſim Ludderanam tres libros ſcripſimus. Idem præcepit Leo ſacer Pontifex, præteritorum curam habendam: nam ſic inquit in ſermone de quadrageſima. Circūſpiciat ſe oīs anima Chriſtiana: et ſeuero examine cordis ſui iterna diſcutiat: uiderit ne q̄d ibi diſcordię inhęſerit: ne q̄d

Gala. 6. — Leo. — Auguſt. — Augu. Cap. 5. In Ludderum. — Ezech. 20. — Optima pœnitētia noua uita — Apoca. 2. — Pſalm. 36. — Actu. 2. — Pſalm. 50. — Mich. 6. — Auguſt. q. 102. Cap. 3. — Eckius — Leo.

cupiditatis inſederit, Incontinentiam caſtitas procul pellat: mendacij tenebras lux abigat ueritatis: detumeſcat ſuperbia: humilitas aſſumatur: reſipiſcat iracundia: cōminuantur iacula noxiarum, & obtrectatio linguę frenetur, Ceſſent uindictę, & obliuioni mandentur iniuriæ. Omnis poſtremo plantatio, quam non plantauit pater cœleſtis, radicitus auferatur, Tunc enim in nobis bene uirtutum ſemina nutriuntur: quando ab agro cordis noſtri omne germen externum euellitur. Primum ergo fidelis anima euelle ſpinas & tribulos uiciorum: & ſic inſere ſemina uirtutum, Ita ubiq; uerum uero conſonat, quo firmitas catholicæ ueritatis innoteſcat. ¶ Eadem dicit, & docet Gregorius, eccleſiaſticarum regularum amuſſis libro. xxxv. moralium ſuper illo uerbo, Idcirco ipſe reprehendo me, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Verba gregorij placuit ſubſcribere. In fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata ſumma eſſentia nil aliud quam fauillam ſe, cineremq; cognoſcere: unde & ciuitati reprobæ in Euangelio dominus dicit. Si in Tyro & Sydone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. In cilicio quippe auſteritas & conpunctio peccatorum. In cinere autem puluis oſtenditur mortuorum. Et idcirco utrumq; adhiberi ſolet ad pœnitentiam, ut in punctione cilicij intelligamus: quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus: quid per iudicium facti ſumus. Conſiderentur ergo in cilicio pungentia uitia: conſideretur in cinere per mortis ſententiam, ſubſequens iuſta pœna uitiorum. Quia enim poſt peccatum carnis, contumeliæ ſurrexerunt: uideat homo in aſperitate cilicij, ſuperbiendo quid fecit: uideat in cinere uſq; quo peccando peruenit, poteſt quoq; cilicio, ipſa per recordationem atq; pœnitētiam dolorum punctio deſignari. Nam quod ait B. Iob ipſe me reprehendo, quaſi quodam cilicio pungitur, dum in mente aſperis redargutionum ſtimulis confricatur. In cinere autem agit pœnitentiam: quia ex primo peccato: quid per ueſtrum iudicium factus ſit, ſollerter attendit. Accede huc lutulente Ludder, & audi magnum eccleſiæ doctorem, & præcipuum, ac ueteranum: quomodo tuas demoliatur hæreſes. Sancti Iob ſecutus ſententiam, in cilicio docet agendam pœnitentiam, auſteritate & compunctione peccatorum. Et tu negligendam iudicas hanc partem: quia non ſit cogitandum: quomodo deſeras aut odias præteritam uitam malam: docet Gregorius in cilicio nos intelligere: quid peccauerimus. Tu hoc pœnitentem tuum nec cogitare uis. Pungentia iubet ille uitia conſiderari: tu eorum diſcuſſionem prohibes. Iubet uir ſanctus ut cogitemus, quid ſuperbiendo fecerimus. Non uult hoc Ludder. Addit uir ſanctus pœnitentem redargutionum ſtimulis confricari: Ludder prophanus & apoſtaticus reiectis ſtimulis, contentus eſt in noua uita. Tantum intereſt inter tenebras & lucem: inter noctem & diem, inter infernum & cœlum, inter errores & ueritatem, inter hæreſes & fidei inſtituta.

Grego.

Math. 11.

Euacuantur captiunculæ Ludderanæ contra ſatiſfactionem. Capit. V.

AT ne beſtia illa adhuc gratuletur ſibi in noua ſententia, eius fortalicium diruamus, fundamenta, quibus nititur, arma in quibus confidit, tollendo. Et primo quidem prouerbio certat: ex medio uulgi deſumpto: ad quod nos dicimus: primo non recipimus illud eſſe prouerbium: quod ego unq; audiuerim: ſed quia a uulgo deſumptum eſt: ideo uulgi conſuetudinem ſequamur. Et in terris Germaniæ ubi ego moram traxi, ſicut in utraq; Sueuia, utraq; Bauaria, prouincijs Rhenanis, ſolet dici. Nit meer thun iſt ain ſchuuere buſs. de cætero non facere, eſt grauis pœnitentia (potius ſatiſfactio) denotando difficile eſſe aſſueta relinquere. Porro ſi ita ſibi fingit Ludder: hoc eſſe prouerbium, uideat ipſe quid ex prouerbio

Prouerbiū falſauit Ludder.

plebeo

plebeo uelit probare in ardua re fidei,in materia ſacramenti,contra apertiſſimos tex
tus ſacræ ſcripturæ: contra ſanctos & diuinitus inſpiratos doctores, ac patres, con
tra totius ſanctæ eccleſiæ obſeruantiam. Porro quod Chriſtus dixit mulieri depre
henſæ in adulterio. Vade iam amplius noli peccare. Si quis pro Luddero & hoc *Iohan. 8.*
prouerbio afferret, dico eſſe diuerſiſſima:nam ad pœnitentiam omnium conſenſu
requiritur,propoſitum non uolendi peccare in poſterum: At quod hoc ſatis ſit, aut
quod ſit optimum in pœnitentia, aut quod hoc ſolum cogitandum ſit: hoc nullus,
niſi extreme deſipiat,ex hoc loco nititur elicere. ¶ Quod porro ſecundo loco pau
lum apoſtolum torquet in ſenſum ſuum de noua creatura: ſemper dixi ab initio.
Iſtum hominem rumpere,lacerare,& uim facere ſacris literis: hoc iam quatuor an
nis experior cum iſto hæretico. Gloriatur ut Hieronymus ait de ſacris literis quas
frequenter citat: & tamen ſenſum quem ſpiritus ſanctus efflagitat, ſancta mater ec *Hierony.*
cleſia cum catholicis doctoribus explicuit: non ſequitur,non acceptat: ſed pro inſa *In Ludderum.*
nia cerebri ſui,nouos fingit ſibi ſenſus: & ſcriptura ſpiritus contra ſpiritum abutitur.
Et tamen ſemper ſacram iactitat ſcripturam,quaſi non & diabolus capitula ex ſacra
ſcriptura Chriſto obiecerit.Ita hic apertiſſime torquet apoſtolum: nam quod Pau
lus teſtatur nouam creaturam ualere in Chriſto, non hoc intendit: quod Ludder
delyrat,optimam pœnitentiam eſſe nouam uitam.Sed per nouam creaturam intel
ligit regeneratum per baptiſma: qui ſit noua creatura ſpiritus: nam quod ex carne
natum eſt,caro eſt: & quod ex ſpiritu,ſpiritus. Increpat autem Apoſtolus eo loco *Iohan. 3.*
illos: qui adhuc circuncidebant gentiles, ac ſi circunciſio res eſſet neceſſaria: ideo
ait.Quicunq; enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos circuncidi, tantum ut *Galat. 6.*
crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.Eſt ergo ſententia apoſtolica, Circun
ciſionem non ualere Iudæorum: neq; præputium gentilium: ſed nouam creaturam:
dicit gloſſa, regeneratam.Intellexit ſic Hieronymus. Hoc tempore inquit: ſolum *Hierony.*
hoc prodeſt: ſi quis renatus in Chriſto noua conuerſatione utatur, & ut propheta
ait.Innouate uobis meſſem nouam,& ne ſeminaueritis inter ſpinas. Conſentit B. *Hiere. 4.*
Ambroſius,noua inquit creatura,eſt regeneratio noſtra.Et Auguſtinus inquit.No *Ambroſi.*
ua creatura eſt in uita per fidem Iheſu Chriſti.Et dilucide hoc explicat Athanaſius *Auguſt.*
(licet hos in Paulum commentarios, noſtræ tempeſtatis homines, Vulgario aſcri *Athanaſius.*
bant) ſuper eo loco dicens.Eſt noua quæ nuper ſecundum Chriſtum creata eſt ui
ta.Siquidem noſtra hæc quæ delinquendo conſenuerat anima,baptiſmo eſt reno
uata.Expende iam o Chriſtiane lector, quantum Ludder a uero ſenſu apoſtolico, *Theophyl.*
& ab ipſa ueritate,euariet.

¶ In inuolutionibus ſuis de indulgentijs concluſione.v.ad finem adfert alia tria pro *Cauilli Ludde*
impietate ſua contra ſatiſfactionem & odium præteritæ uitæ. Primo adducit S.Io *rani.*
hannem baptiſtam: qui in hoc miſſus: ut pœnitentiam prædicaret: qui & dixit.pœ
nitentiam agite: & iterum agite itaq; dignos fructus pœnitentię: quæ uerba ipſe ex
poſuit: cum turbis interrogantibus quid facerēt,reſpondit.Qui habet duas tunicas, *Math. 3.*
det non habenti: & qui eſcas habet ſimiliter faciat: nonne uides (inquit Ludder) *Luce. 3.*
quod pro pœnitentia non niſi obſeruantiam præceptorum dei impoſuit: Sed cla
rius.Ecce uenerunt publicani,& dixerunt. Magiſter quid faciemus? At ille dixit.
Nihil amplius,quam quod conſtitutum eſt uobis: faciatis.nunquid hic dixit, opor
tet uos ſatisfacere de peccatis præteritis? Item militibus dixit, Neminem concutia
tis,nemini calumniam faciatis: & cōtenti eſtote ſtipendijs ueſtris: nunquid hic aliud
quam pręcepta dei cōmunia impoſuit? Quod ſi hic pœnitentiæ doctor,a deo in hoc
ipſum inſtitutus non docuit nos ſatisfactionem: nimirum fefellit nos: nec ſatis docuit
pœnitentiæ officium. ¶ Secundo inducit Ezechielem.Si conuerſus fuerit impius *Ezech. 18.*
ab impietate ſua,& fecerit iudiciū& iuſticiā,uita uiuet,& non morieť: ecce nihil niſi

iudicium & iuſtitiam imponit. ¶ Tertio Micheam adſert, Indicabo tibi o homo
Miche. 6. quid ſit bonum, et quid dominus requirat a te: utiq; facere iudiciū, & diligere miſeri
cordiam: & ambulare ſollicitum cum deo: ecce quid dominus requirat a nobis, non
ſatiſfactionem pro pręteritis. Immo apud eundem prophetam reijcit dicens. Quid
dignum offeram domino? Nunquid ei offeram holocauſtomata, & uitulos annicu
los? Nunquid placari poteſt in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum? nū
quid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo: fructum uentris mei pro pecca-
to animæ meæ? q. d. non: quia deus talia nulla requirit pro peccato: ſed iudicium,
Excuſatio ca- miſericordiam, & timorem, id eſt nouam uitam. ¶ Licet doctus quiſq; fa-
ulli pri. cile intelligat Ludderum per allegata non probare id quod intendit: tamen in libro
de remiſſione culpæ & pœnę, abunde ſatiſfaciam ſuis obiectionibus: impræſentia
ſolutiones obiter perſtringam. Nos ergo firmi perſeuerantes in fide catholica cum
Augu. Auguſtino dicimus. Omnis qui iam uoluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit
ad ſacramenta fidelium: niſi eum pœniteat ueteris uitæ, nouam non poteſt inchoa
re, etiam ſi rumpatur Ludder. Quod autem pro ſe citat. S. Iohannem baptiſtam: li-
Math. 3. benter recipio eum, uelut pluſq; prophetam: ſed is mihi contra Ludderum proba-
bit ſatisfactionem: cum inquit, facite dignos fructus pœnitentiæ: hic enim præce-
pit dignos fructus: ſic quod pro qualitate peccatorum, offerantur plura uel potiora
bona opera ſatisfactoria: quod alibi pluribus oſtendam ex Chryſoſtomo & gloſſa
ordinaria & interlineari ac B. Gregorio. Quod uero reſponſa Iohan. ad turbas: ad
publicanos & milites, Ludder exiſtimat fuiſſe interpretationem huius quod erat, fa
cite dignos fructus pœnitentiæ: non recipimus: quamuis enim alteram tunicam
dare, & de eſca egentem paſcere. Inter opera ſatisfactionis numerentur: tamen hoc
in præſentia non eſt uniuerſale: quo ad alia reſponſa: quare rectius intellexerunt hos
locos ſancti patres: diuum Iohannem præcepta uiuendi dediſſe illis: non ſatisfacien
Beda. di: ſicut pulchre Beda explicat. Et modo noſter dialecticus uult argumentum face-
Dialectica Lud re: non legitur: quod Euangeliſta non aperiat: quomodo Iohannes explicuerit ope
deri. ra ſatisfactionis: igitur in his aperiat: quaſi non multa eſſent ſcripta in hoc libro, ut
Iohan. 21. Iohan. teſtatur. at de hoc plura alibi. ¶ Sic de Ezechiele dicimus: debet facere iu-
dicium pœnitens & iuſticiam. An non hoc eſt iudicium in ſe punire & iudicare:
quod iniuſte in deum deliquit, per pœnitentiæ lachrymas & ſatisfactionis opera: ſi-
1. Cor. 11. cut Apoſtolus inquit. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, nō utiq; dijudicaremur
a domino, at alibi plura. Eadem eſt ad Micheam reſponſio: quia normam uiuendi
ponit: porro iudicium iubet facere: modo pœnitentia ſacramentum eſt iudiciale.
Neq; intentum probat ex præcedentibus Ludder de holocauſtis: nam lege durante,
notum eſt illa fuiſſe utilia: tamen nunq; aperiebant cœlum: ſicut uera hoſtia Chri-
ab Heb. 7. 8. 10 ſtus, ut pulchre Apoſtolus colligit ad Heb. Et plura dicturi ſumus in alio libro: cur
Eckius de miſſa prophetæ: maxime Iſaias, ita reiecerunt ſacrificia in lege præcepta, & in quottidia-
no uſu Iudęorum exiſtentia: nam altior eſt ratio, & maius myſterium: quam quod
Ludder ad ſuam trahit impietatem, contra expreſſas ſacras literas, ſatisfactionem
negaturus, & odium peccati in pœnitente. ¶ Adiuuabo tamen & ego inſaniā ho-
Philip. 3. minis: quia nobis poſſet opponi illud apoſtoli ad Philip. fratres ego me non arbitror
comprehendiſſe. Vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens: ad ea uero quæ
ſunt priora extendens: ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ uocationis
dei in Chriſto Iheſu, hic S. Paulus teſtatur ſe obliuiſci præteritorum & extendere ſe
In Ludderum. ipſum ad priora. Cur ergo hoc non faceret pœnitens Pauli exemplo: obliuioni data
ueteri peccatorum uita, totus nouæ uitæ intenderet. Mirum quod Paulinus Theo
logus hunc Pauli locum non citauit: cum ex Euangelio & Ezechiele, multo imper
tinentiores induxerit: q; ſi hic locus in mentem ſibi ueniſſet: quanta exultatione

bacharetur

bacharetur κενόδοξος: At nos eius malitiam anteuertentes dicimus: Apoſtolum nō
loqui eo loco de pœnitentium ſtatu, ac ſatisfactione: ſed de acquirenda perfectio-
ne: quod ſemper homo debet contendere: ut perfectior euadat, ſemper creſcat: ac
augeatur: non metiatur perfectionem in qua fuerit: ſic dilucide explicat B. Hiero- *Hierony.*
nymus contra Iouinianum, ſic Paulus ad priora tendit: ut quod hodie perfectum
putauit: dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfectum fuiſſe conuincat.
Similia dicit ſuper Epiſtola Pauli. Hoc ſolum ſcio: quia quottidie proficio: & præ-
teritum laborem non computans, ad priora feſtino. Et huic aſtipulatur, uerbum
Bernhardi. In uia dei ſtare eſt retro cedere. Licet Haymo ſic intelligat apoſtolum: *Bernhar.*
ut obliuiſcatur eorum quæ retro ſunt, ideſt bonorum temporalium huius mundi: *Haymo.*
& tendat in priora, id eſt cœleſtia. Ad hoc enim deſtinatum brauium patriæ cœle-
ſtis cucurrit, ut attingat: quare ſi etiam Ludder induxiſſet hunc locum: propoſitū
ſuum in nihilo firmaſſet.

Confutatur Ludderus in eo quod dixit, ſacerdotem non debere quærere a confitente, an ſit contritus. Cap. VI.

NOn minori impietate adhuc laborat Ludder in eodem ſermone contra
contritionem: dum inquit. Nullus debet ſacerdoti reſpondere ſe eſſe con-
tritum, nec ſacerdos requirere: niſi quod poteſt dicere. Neſcio an ſim con
tritus: rogo tamen dominum, atq; confido me ſua gratia contritum, & quottidie ma-
gis conterendum. Si Ludder ſcholaſticos imitaretur: qui contritionem non po- *Eccleſ. 9.*
nunt: niſi in habente gratiam: tunc ſicut homo neſcit an odio uel amore dignus ſit:
ita neſcit an ſit contritus uel attritus. Sed uiſo eo, quod exploſo ſcholaſticorum dog *In Reſpōſo ad*
mate, non ponit differre contritionem ab attritione. Et quod plebi Vuitember- *Syluestrū pro.*
genſi euulgauit hunc ſermonem: ubi dubio procul non diſtinxit, nec explicuit il- *6. & 23.*
lam diſtinctionem: quam inter ſomnia Scotica, & ſpinoſa inuenta numerat. Conſe-
ctarium eſt illud dictum ad intentionem ponentis eſſe erroneum: & apud audien-
tes ſcandaloſum. Nam qui ſucceſſu temporis uolebat confeſſionem exterminare: *Ludderi dolus.*
hic præambula poſuit. Nolens ſacerdotem interrogare, an huic diſpliceant pecca-
ta præterita, & propoſitum habeat non peccandi in futuro: nam hoc eſt in præſen-
tia eſſe contritum, ueluti libro alio deſcripſimus, ut ſic poteſtas clauium extenuare-
tur: de quo ſtatim plura. At Ludder robuſti uenatoris ſeruus, uellet confeſſionum
auditores, negligenter iniunctum exequi officium: quo plures animæ in Cathe-
nis & uniculis diabolicis peccatorum perſeuerarent. Sed ueritati catholicæ innixi
aſtruamus: cum pœnitentia interior, quæ hodie contritio ſolet appellari, dei gratia
cooperante ex uoluntate noſtra eliciatur (de quo plura in libro de libero arbitrio cō-
tra Ludderum) Et nihil tam ſit in poteſtate uoluntatis: quam ipſa uoluntas ut ait
Auguſtinus: ſed ſicut nullus poteſt ignorare ſe credere: quod credit: ſicut Augu- *Augu.*
ſtinus pulchre inducit. xiij. de trinitate dei, fidem ſuam uidet unuſquiſq; in corde
ſuo ſi credit, uel non eſſe ſi non credit, & infra. fidem tenet certiſſima ſcientia: cla-
matq; cōſcientia: & infra. ipſam fidē quæ eſt in nobis, uidemus in nobis: quia & rerum
abſentium præſens eſt fides: & rerum quæ non uidentur, uidetur fides: Sed quiſq;
fidelium non minus eſt certus de diſplicentia ſua peccatorum, quam de fide: qua-
re unuſquiſq; poterit ſcire an ſit contritus: & ſacerdoti ſuper hoc interroganti re-
ſpondere: quia debet ſe per omnia coram ſacerdote humiliare. Ideo inquit Au- *Auguſt.*
guſtinus ponat ſe in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis: nil ſui reſeruans ſibi: ut
omnia faciat eo iubente, pro recuperanda animæ uita: quæcunq; faceret pro eui-
tanda corporis morte: nam ut Cyprianus diffinit, iudicio ſacerdotis agatur pœnitē-
tia: quō aūt ille iudicare poterit: ſi conſcientiā ei non aperiat, an ſit cōtritus uel minus. *Cypria.*

Vnde cum nullus uere pœniteat de ueteri uita, niſi propoſitum habeat plangenda
de cætero non committere, ut Ambroſius, Auguſtinus & Gregorius diffiniunt, ſa-
cerdos poteſt & ubi apparet ſibi dubium: debet ſciſcitari a filio confeſſionis, an di-
ſpliceant ei peccata præterita: & propoſitum cum adiutorio dei de cætero ſe a pec-
catis continendi: quod qui facere recuſat, non iam pœnitens, ſed irriſor pœnitentiæ
Vuilhel.parrhi. habendus eſt. Pulchre hoc proſequitur Vuilhelmus parrhiſienſis Antiſtes: ſed hunc
faſtidit Ludder, quamuis conſtans fama ſit eum hunc ordinem mendicantium inſti
Ordo S. Auguſtini. tuiſſe, qui hodie Auguſtini dicitur: quem Ludder aliquamdiu profeſſus eſt: licet iã
apoſtata factus, uellet nullum ordinẽ mendicantium eſſe: & cucullum quoq; exuit,
ſicut in libro de uotis, ſe feciſſe gloriatur, prædicans peccatum ſuum ſicut Zodoma.
Bernhar. ¶ Rectius multo S. Bernhardus docet ſacerdotes per regiam ingredi uiam, et nimia
ſeueritate peccatores non abſterreant: nec indulgẽtia inſolentiores faciant: Ita enim
inquit in ſermone ad milites Templi. Quamobrem miniſtros uerbi ſacerdotes, cau
te neceſſe eſt ad utrumq; uigilare ſollicitos, quo uidelicet delinquentium cordibus
moderamine, uerbum timoris & contritionis infligant: quatenus eos nequaq̃ a uer
bo confeſſionis exterreant. Sic corda aperiant: ut ora nõ obſerent: ſed nec abſoluant
etiam conpunctum: niſi uiderint et confeſſum: quandoq; corde creditur ad iuſticiã:
Roma.10. confeſſio autem fit ad ſalutem. Cum ergo ſacerdos ſit animarum medicus: detegat
ſibi confitens peccatorum uulnera: niſi ſit de numero populi non confitentis, contra
Hiere.8. quem clamat propheta. Nunquid reſina non eſt in Galaad: aut medicus non eſt ibi:
Eccleſ.38. at potius obſequatur ſapienti in Eccleſiaſtico monenti. da ſuauitatem & memoriã
ſimilaginis & impingua oblationem, & da locum medico. Sacerdos eſt clauiger
ęthereus: & quomodo ſine clauibus intrabis ianuam peccatis tuis obfirmatam. Qua
re confeſſurus non ſeducatur noxijs & periculoſis Ludderi documentis: ſed con-
ſcientiam ſuam ſacerdoti aperiat, & ſalubre ab eo conſilium, cum abſolutionis bene
ficio reportet. Nam ſicut non ſufficit: quod Ludder docuit, uitam in melius cõmu-
tare: niſi & præteritam uitam odiat, & de ea ſatisfaciat. Sic neceſſarium eſt confiten
tem eſſe contritum de peccatis ſuis: nec tergiuerſetur: ſed iudici inquirenti ueritatẽ
aperiat: quare Chryſoſtomus homilia. lxxx. inquit. Non a priſtinis tantum malis de
Chryſo. ſiſtere: ſed etiam meliora ſequi officia, dicitur pœnitentia: ſecundum hoc quod di-
ctum eſt, declina a malo & fac bonum: nec enim ad ſanitatẽ nobis ſatis eſt extraxiſſe
tantum ſagittam: uerum & medicamenta uulneri ſunt imponenda. Aſtipulatur &
Rhenanus. roborat dicta, decretum ſynodi: quod B. Rhenanus in ueſtibulo Tertulliani renar-
rat: licet ſcribat ſe neſcire, cuius ſynodi fuerit: quod titulo caruerit: ego in antiquiſ-
Synodus ſaligſtaten. ſimo codice, reperio inter decreta cõcilij Salegunſtat: id eſt huiuſmodi. Preſbyte-
ri admonere debent plebem ſibi ſubiectam: ut omnis qui ſe ſentit mortifero pecca-
ti uulnere ſauciatum: feria quarta ante quadrageſimam cum omni feſtinatione re-
currat ad uiuificatricem matrem eccleſiam: ubi quod male commiſit cum omni hu
militate & contritione cordis ſimpliciter confeſſus, ſuſcipiat remedia pœnitentiæ, ſe
cundum modum canonicis authoritatibus præfixum: & infra. Et quicquid a ſacer-
dote fuerit iniunctum, ac ſi ab ipſo omnipotentis dei ore eſſet prolatum, ita diligen-
ter attendat, & cautiſſime obſeruet. Habes contritionem: & ſacerdotis authoritatẽ.

Confutatur Ludder: quod ſpreta contritione omnem ſpem poſnit in nuda fide. Cap. VIII.

NOn minori impietate furit in contritionem, dum in eodem ſermone ſequẽtia aſſerit. Vide ne ullo modo te confidas abſolui propter tuam contritionem. Sic enim ſuper te & ſuper opera tua confides, id eſt peſſime præſumes: ſed propter uerbum Chriſti qui dixit Petro. Quodcunq; ſolueris ſuper terrã,

ſolutum

ſolutum erit in cœlis. Hic inquã conſide, Si ſacerdotis obtinueris abſolutionẽ, & cre
de fortiter te abſolutum, & abſolutus uere eris, quia ille non mentitur: quicquid ſit de
tua contritione. O nequiſſime Achitophel, uas iniquitatis, perditionis filius: quomo *In Ludderum.*
do animas fidelium in puteum infernalem demergere niteris, in os leonis rugientis
coniȷcere. Sed audiamus iniquitatis magiſtrum: quid addat. Immo eſto per impoſ-
ſibile: quod confeſſus non ſit contritus, aut ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat: ſi ta-
men credat ſeſe abſolutum, ueriſſime eſt abſolutus: tanta res eſt fides: et tam potens
uerbum Chriſti. Hæc ſunt nouæ fidei Ludderana portenta: hæc noui ſacerdotis Ba *In Ludderum.*
laam ſacra. Huiuſmodi myſteria exhibet nouitius Chore, cum Dathan & Abiron
Carlſtadio & Melanchtone teterrima terra. Sed caueat catholicæ eccleſiæ filius tan-
tarum impietatum uoraginem, ac diaboli compedes: ne neglectis contritionis operi
bus ſolum fidei innixus, dimergatur in profundum. Vnde initio ſciat fidelis per nul-
la opera quantumcunq; bona, abſq; miſericordia dei, poſſe liberari a peccatis. Ideo
uerum eſt, non debemus præſumere in operibus noſtris, ſed in miſericordia: quia
cũ opera in ſe nulla ſint, miſericordia dei facit ea eſſe aliqua. Ideo inquit apoſtolus.
Non ex operibus quæ fecimus nos, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam *Ad Tit. 3.*
ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpirituſſancti, quem ef
fudit in nos abunde per Iheſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ut iuſtificati gratia
ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ. Nam & hoc gratiæ eſt opera *2. Cor. 3.*
facere, quia non ſumus ſufficientes aliquid cogitare a nobis, quaſi a nobis. Semper
enim uocatio & motio diuina præcedit cogitatum noſtrum, ut in Apologia de libe
ro arbitrio contra Carlſtadium attigi, plenius tractaturus in libro de libero arbi. Sic *Eckius.*
ad Timoth. inquit Paulus, qui nos liberauit & uocauit uocatione ſua ſancta, non ſe- *2. Timot. 1.*
cundum opera noſtra: ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam. Iacimus igitur
ſpẽ nr̃m in miſericordiã dei: ſed ut Aug. inquit. Qui creauit te ſine te nõ iuſtificabit *Auguſt.*
te ſine te. Itaq; opa ſunt neceſſaria: quæ aliquid ſunt ex miſericordia dei: quare apud *Ezech. 18.*
Ezechielẽ gemitus meminit: petit p prophetas ut cõuertamur ad eum, ut faciamus *Mich. 6.*
iudicium & iuſticiam. Per præcurſorem domini iuſſi ſumus dignos fructus pœnitẽ *Math. 3.*
tiæ facere. Et hic antichriſti præcurſor contemptis operibus, neglecta contritiõe, ad
nudã fidem mortuam nos delegat. Et quia fæturam quoq; collegimus de fide con-
tra impietatem Ludderanam: ideo quod fidem ſine operibus tanti facit, ut ſacris lite *Eckius.*
ris & B. apoſtolo Iacobo contrarium: reſpuimus. Contenti ſibi opponere: quod Au *Augu.*
guſtinus tanta uehementia breuiter et uere in huiuſmodi hęreticos dixit q. 1. de Dul
cicȷ quæſtionibus. uerba S. Patris ſunt iſta. Iacobus autem tam uehementer infen-
ſus eſt eis: qui ſapiunt fidem ſine operibus ualere ad ſalutem: ut etiam illos demo-
nibus comparet, dicens. Tu credis: quoniam unus eſt deus: benefacis: & demones
credunt, & contremiſcunt. ¶ Eſto igitur de operibus noſtris præſumere nõ debea-
mus: confidamus tamen miſericordiæ & gratiæ dei, acceptanti & facienti opera no- *Iaco. 2.*
ſtra aliquid eſſe. Ideo ad opera nos hortatur ſpiritus ſanctus per ſapientiam. Quod-
cumq; poteſt facere manus tua inſtanter operare. Vide quantum abſit Ludder *Eccleſ. 9.*
a ſpiritu dei. Spiritus uult habere laborioſos: & qui opera faciant quæ ſequen-
tur eos uſq; ad iudicium: Ludder uult habere homines otioſos, qui ſpretis operibus *Apoca. 4.*
& contritione, ſoli fidei innitantur. Cum ex profeſſo hoc pugnet cum S. Iacobo. Si
quis dicat inquit fidem ſe habere: opera autem non habet: nunquid poterit fides ſal-
uare eum? Scio quod omniũ bipedum arrogantiſſimus, patris ſui, qui ab initio in ue- *In Ludderum.*
ritate non ſtetit, ſequitur ſuperbiam: & indignus ei uidetur ſpiritus Iacobi apoſtoli-
cus: ſuper qua re Graphice a Sereniſſimo ac doctiſſimo Henrico. viȷ. Angliæ rege *Henricus rex*
confutatur: fugiat ergo oĩs Chriſtianus hunc damnabilem Ludderi errorẽ: quo ſoli *Angliæ.*
fidei intendendũ docet, reiecta omni contritionis cura: nam ſacris literis ſæpius hoc

libro deductis & Iacobo apoſtolo contrariatur: ſimiliter ſanctis patribus Auguſti-
Ambroſi. no, Gregorio, Ambroſio, Chriſoſtomo et alijs, Verius ergo Ambroſius fideles inſtru-
xit dicens, Sed audiant qui agunt pœnitentiam: quomodo agere debeant: quo ſtu-
dio: quo affectu: qua mentis intentione: qua intimorum concuſſione uiſcerum: qua
cordis conuerſione. Vide mi lector quantū abeſt catholica ueritas Ambroſij, a per-
fidia Ludderana. Petis forſitan aliquem ex ſanctis patribus: qui fidendum operibus
Grego. doceat: quatenus diuinis conformia ſunt mandatis: auſculta quid S. Gregorius in no
no moralium dicat. Sciendum uero eſt: quia ex pœna pœnitentiæ quam ſibi mens
irrogat, aliquatenus ſecuritatem percipit: atq; ad interrogationem ſuperni iudicis fi-
dentior exurgit. Et ne credas patrem ſanctum ac circumſpectum præcipitaſſe ſen-
tentiam: audi eundem in libro iij. Dialogorum dicentem. Anima deum ſitiens prius
timore cōpungitur, poſt amore: prius enim ſeſe lachrymis afficit: quia dum malorū
ſuorum recolit: pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At uero cum longa fue
rit mœroris anxietate formido conſumpta: quædam iam, præſumptione ueniæ, ſecu
ritas naſcitur: et in amore cœleſtium gaudiorū animus inflammatur: & qui prius fle
bat: ne duceretur ad ſupplicium: poſtmodum amariſſime flere incipit: quia differ-
tur a regno. Ergo anima agnoſcens gratiam dei, quicquid boni egerit, totum gratiæ
tribuit: nullum ponit meritum: quod excludat gratiam: at tamen quicquid boni agit
hoc totum gratiæ tribuit: & ſic in domino ſperans per cœleſtium mandatoꝝ obe-
dientiam ſperat non confundi inæternum. Voluntate ergo petat a domino præpara
ri pœnitens uiam ſuam, ut nō ſolū credat: ſed & uelit ea quæ recta ſunt: & de præte-
ritis peccatis plangat: ac plangenda non committat: ut ſic tractū paternum ſequēs,
ad filium ueniat reconciliatus. ¶ Hoc iam in fine addiderim. Certe miranda eſt
In Ludderum. Ludderi ſuppina impietas: ſubtraxit ut audiuimus pœnitentiæ ſatiſſactionem: iam
ei ſubtrahit contritionem, & totum reponit in fide ſuper abſolutione ſacerdotis. At
in libello ædito de confeſſione de Anno domini. M. D. XXI. Subtrahit pœnitentię
& confeſſionem & ſacerdotis abſolutionē. Pone iam ante oculos monſtruoſam Lud
Pœnitentia lud deri. deri pœnitentiam, mancam, mutilam, toto corpore truncatam. Pœnitet Ludder: &
non conteritur, non confitetur, a ſacerdote non abſoluitur: pro peccatis non ſatisfa-
cit. Vnde tamen illi peccata dimittuntur: qui a contritione, a confeſſione, a ſatiſſactio
ne, a ſacerdotis abſolutione eſt alienus. Ecce gigantem: qui fabricam Chriſti inpœ-
nitentiæ tribus partibus deſtruxit. Omnem ſalutem in confeſſione mentis, excluſo
pœnitentiæ ſacramento, reponens. Quid ſit, confeſſionem faciet ſicut Pharao, nec ta
Exo. 6. men ita bonam, Peccaui etiam nunc inquit Pharao, dominus iuſtus: & ego & popu
lus meus impij, Orate dominum. Talem inutilem confeſſionem fecit Saul. Peccaui
1. Reg. 15. inquit, quia præuaricatus ſum ſermonem domini, & uerba tua. Sed nunc porta quę
ſo peccatum meum: & reuertere mecum, ut adorem dominum. Illam tamen confeſ-
Confeßio Ludderi qualis. ſionem fecit homini Samueli: nihil tamen profecit. Et Ludder credit confeſſionem
ſuam frigidam, ſtupidam, mutam, contritionis & diſplicentiæ uacuam, acceptari a
deo. Nam ſua confeſſio ſimilis eſt confeſſioni Antiochi regis, ſimilis confeſſioni Hie
2. Mach. 9. roboam. Similis confeſſioni Iudæ: qui inquit Peccaui tradens ſanguinem iuſtū: quę
3. Reg. 3. fuerunt ſine fructu, ſine utilitate, ſine placatione dei. Quanto melior eſt confeſſio pec
Mat. 27. catoꝝ uelut in eccleſia dei agit: quæ ſalutifera eſt, reconciliatiua, & placatiua redu-
ctiua, & omnis boni allatiua: Ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœniten
Lu. 15. tiam agente plus; quam ſuper nonaginta nouem iuſtis; qui non indigent pœni-
tentia.

Confutatur prior error Ludderi: ignorantia dialecticæ conuincitur: & qualis propheta ſit ex Hieremia deſcribitur. Cap. VIII.

Ponderet

Ponderet autem quæſo Chriſtianus animus, mens in deum credens & ſperans, quomodo iniquitatem iniquitati addat Ludder, impietatem impietati accumulet: & qui in ſordibus eſt adhuc ſordeſcat. Nam de ſacerdote abſoluente inquit. Hic inquam confide, ſi ſacerdotis obtinueris ſolutionem, & crede fortiter te abſolutum, & uere abſolutus eris: quia ille non mentitur, quicquid ſit de tua atritione. Vides quomodo abyſſus abyſſum inuocet. Contritionem paruiſacit, ga ſacerdos non mentiatur, uerba Chriſti ſint uerißima, peterem ex Luddero. Si confeſſus fidem non haberet, an talis eſſet abſolutus, ſacerdote uerba abſolutionis dicente: quod utiq; negabit, niſi extreme furiat. Tunc contra eum ſimilitudine rationis colligerem. Sacerdos abſoluens incredulum, non mentitur: quia uerba Chriſti ſunt uerißima, Itaq; ille uere erit abſolutus, quod nullus mortalium qui ſpirat, unq; admiſit. Aut oportebit te eo cõfugere, quod eccleſia catholica tenet. Valere, ſ. ſacerdotis abſolutionem: Si confeſſus diſpoſitus ſit ad abſoluendum: quod ſi etiam non abſoluatur, ſtante indiſpoſitione confeſſi non eſt imputandum ſacerdoti, nec uerbis eius, nec mendacij accuſandus eſt, ſine cuius culpa, is abſolutionem non recipit. Quod ſi ita ſe tuebitur Ludderus aduerſus incredulum confitentem, mox arcus ſuus fractus eſt, ſagittæ excuſſæ: nam abſq; mendacio, ad ſacerdotis uerba, non abſoluitur: qui ſe incapacem abſolutionis facit, eo quod obdurauit cor eius, quia non conteritur. Nam oportet omnino præcedere contritionem, pœnitentiam illam internam. Si modo abſolutio ſacerdotalis alicuius ſit momenti & efficatiæ. Quod beatus Gregorius in Homilia ſuper Euangelio. Cum eſſet ſero die illa una ſabathorum ſignate uoluit, cum inquit. Cauſæ ergo penſandę ſunt: & tunc ligandi atq; ſoluendi poteſtas exercenda. Videndum enim eſt quæ culpa: aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: ut quos omnipotens deus per compunctiõis gratiam uiſitat: illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim uera eſt abſolutio præſidentis: cum æterni ſequitur arbitrium iudicis: quod bene quatdriduani mortui reſuſcitatio ſignificat. Et infra. ex qua conſideratione intuendum eſt: quod illos nos debemus per paſtoralem auctoritatem ſoluere: quos authorem noſtrum cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam uiuificare. Vtri iam magis credendum Gregorio magno ſanctitate, doctrina, & miraculis, tot ſæculis ab eccleſia recepto: aut illi nouo lurido luteo Luddero. Gregorius inquit cauſas penſandas a ſacerdote: Ludder non uult ſacerdotem quærere, an confeſſus ſit contritus: ſed ſatis ſit, ſi ille credat ad uerba ſacerdotis abſolui. Videri iubet Gregorius quos deus per compunctionis gratiam uiſitat: Ludder omnino negligendam docet contritionem: tum a ſacerdotis inquiſitione, tum a filio confeſſionis. Sequamur itaq; potius ſancti patris (quem tota nouit eccleſia) ſententiam, potius quam hæretici Ludderi: & dicamus tunc ueram eſſe abſolutionem ſacerdotis, cum æterni iudicis ſequitur arbitrium. Sed inſanum audiamus Oreſtem. Immo eſt per impoßibile, quod confeſſus non ſit contritus &cæ. An ne unquam rationis compos ſic locutus eſt, ut illud poneret pro impoßibili, quod indies ab impijs fieri uidemus. O quot Ludderani confitentur non contriti: qui ad peccatorum ſuorum diſplicentiam induci nequeũt: adhuc propheta mendax eis promittit uerißimam abſolutionem ſuper fide mortua. Quomodo ergo id quod ſæpe fit, dicit impoßibile ex noua ſua Dialectica Melanchtonica (nouæ hæreſi, contempto Ariſtotele, nouam adſciuit Dialecticam) Et adhuc docet ædificare ſuper arenam, ſuper fidem mortuam. Et tantum errorem homo impudens tam confidenter plebi pronunciat. Nonne in eo id uerificatum eſt quod dominus per Hieremiam prædixit. Et in prophetis Samariæ uidi fatuitatem: & prophetabant in Baal & decipiebant populum meum Iſrael. Et in prophetis Hieruſalem uidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peßimorum; ut non conuerteretur unuſquiſque a malitia ſua: facti ſunt mihi om-

Cauillus Ludderi in eũ torquetur.

Non abſoluitur indiſpoſitus.

Grego. Iohan. 20.

Cõparatio Gregorij ad Ludd.

Ludder.

Dialectica hæreticorum.

Hiere. 23.

nes ut Sodoma: & habitatores eius quaſi Gomorra. An non propheta ſuis colori-
Ludder qualis propheta.
bus hic Ludderum depinxit prophetam mendacem, impium, & ſeductorem. Nam
ita uolunt omnino Ludderani eum eſſe prophetam, ut Melanchton in ſua oratione
impia contra Thomam Todiſchi uirum doctum & catholicum: & miniſter impie-
tatis qui in impreſſione Baſilienſi librorum Ludderi, liminarem affixit epiſtolam quo
Quo deficit Ludder a Daniele & Helia
rum hic eum Danielem facit: niſi quod beſtijs non obijcitur; iſte eum Heliam; niſi
quod igneo curru caret: quo in fauillas redigatur: ſed ad uerba prophetæ uenia-
mus: non apparet tibi Ludder prophetare in Baal, hoc eſt in uetuſtate (ita interpreta
Hierony.
tur B. Hieronymus ſuper nominibus libri Iheſu naue) qui non uult hominem exue
Applicantur uerba prophetæ Luddero.
re ueterem Adam per contritionem & diſplicentiam peccatorum: & ita decipit po
pulum Iſrael: qui erat rectus cum deo. Et ſimilitudinẽ adulterantium geſtare Lud-
derum liquet, qui libellum repudij contra uerba Chriſti, reuocare nititur: qui marita
tis clandeſtina permittit adulteria: qui in Romana nutritus eccleſia iam cum Græ-
ca, Ruthenica, Picardica: Huſſitica fornicatur eccleſia. Et ita pandit iter mendacij:
Prouerb. 12.
per falſam doctrinam. In ſemita enim iuſticiæ eſt uita: iter autem deuium ducit ad
mortem inquit ſapiens: licet Ludderani hanc nouam uiam iactẽt inſolentius: ſed eſt
Prouer. 14.
uia quæ uidetur homini iuſta: nouiſſima autem eius ducunt ad mortẽ. Riſus dolore
miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Et ita confortat Ludder manus peſſi-
morum, ut non conuertantur a malicia ſua. Quomodo enim poſſet eos plus confor-
Doctrina Ludderi.
tare: quam cum eos docet. Non oportet uos conteri de peccatis: Non oportet uos
confiteri: non oportet uos abſolui a ſacerdote: nec oportet uos ſatisfacere pro pecca
tis. Quid iam ædificabit Ludder niſi Sodomam & Gomorram: quod eorum pec-
In Melanchto.
catum aggrauatur nimis. Ecce Melanchton, tuum Danielem, tuum Heliam, homi-
nem inſigniter temerarium, ac temere impudentem: qui ut mendacia tua & alio-
rum confirmet: omnino enim eum ſanctum & prophetam colitis, audet in libro per
Ludder ꝓmittit miracula.
calcographos lingua uernacula Germanica emiſſo, audet miracula polliceri: quæ
facere poſſit. O hominis procaciſſimam ſtulticiam & arrogantem temeritatem.
¶ Reuertamur modo ad impoſſibile Ludderanum. Quod ſi quis eſſet confeſſus &
Contritio neceſſaria.
non contritus, per impoſſibile, ſi credit ſe abſolutum, ueriſſime abſolutus eſt. Non
opus eſt ſcripturas renarrare aperte hanc impietatem damnantes. uulgatiſſima eſt
Iohel. 2.
Iohelis ſententia. Scindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra. Scindenda enim
ſunt corda pœnitentiũ per contritionem: ut tota fœtulentia, totumq; uirus peccatoꝝ
Iſa. 30.
inde effluat: ſicut graphice deſcripſit Iſaias. Et comminuetur ſicut conteritur lagena
figuli contritione præualida: non inuenietur de fragmentis eius teſta in qua porte-
tur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Huiuſmodi eſt con
tritio ueteris hominis, cordis pœnitentis: ita ut non inueniat diabolus teſtam, ubi po-
nat igniculum praui deſiderij: aut unde hauriat modicam aquæ noxiæ uoluptatis.
Si cor non conteritur: retinet feces peccatorũ & inhabitantem demonem: nec fi-
des ſola potis eſt hunc expellere: quoniam & ipſe credit & contremiſcit. Ideo incre
Grego.
pat Gregorius. viij. Moralium reprobos qui confitentur peccata & non deflent. Et
triceſimo tertio Moralium inquit. Quia enim nonnulli fideles ſunt confitendo:
non uiuendo: & infra. Nemo igitur fidem ſine operibus ſufficere poſſe confidat: cũ
ſcriptum ſit: fides ſine operibus otioſa eſt: nullus Behemot morſum ex ſola con
feſſione fidei plene euaſiſſe exiſtimet: quia iam quidem fluuium abſor
buit: ſed adhuc Iordanem ſitit. Quę de ſancto Athanaſio & Mi
mo exiſtimat ſe in cõtrariũ adducere, in libro de fide abun
de diſcutientur: ubi & error Ludderanus ple-
nius confutabitur.

Venialia

Venialia quis confiteri poteſt contra Ludderum, & quod ad impoſſibile nemo obligetur, Ludderi contradictio. Cap. IX.

PORRO confeſſionem, alteram pœnitentiæ partem conſpurcat Ludderus: *Ludder.*
non modo quod eam negat fore neceſſariam: quod libro ij. improbauimus
latiſſime: ſed etiam ſi fiat, uarijs modis eam lacerat. Nam primo omnium no
tandum intonat: ut nullo modo præſumas confiteri peccata uenialia. Is eſt antiqui
ſerpentis ſibilus, prohibens bonum fieri: quod etſi non neceſſario ſit faciendum: ta-
men utile eſt & proficuum: & illud prohiberi non debet. Ita enim tenet catholica ue
ritas: quia uenialia peccata ſunt innumerabilia, ſufficit illa generaliter confiteri: niſi *Venialia confi-*
aliqua ſint frequenter reiterata, ut in dubium peccati mortalis ueniant. Perfectius ta- *tenda.*
men eſt illa exprimere & conſultius: ideo tanquam bonum opus non eſt prohiben-
dum, quod tamen Ludder audaci facit temeritate. Nam cum periculoſa ſint pecca-
ta uenialia; eo quod diſponant ad peccatum mortale: ſicut beatus Auguſtinus in- *Augu.*
quit de pœnitentia. Illa peccata, quæ quamuis parua, humanæ tamen fragilitati cre
bra ſurrepunt, quaſi collecta contra nos fuerint: ita nos grauabunt, & opprim ent,
ſicut unum aliquod graue delictum. Quid enim intereſt ad naufragium, utrum
uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur: an paulatim ſubrepens aqua in ſen-
tinam, & p negligentiæ culpam derelicta atq; contempta impleat nauem atque ſub- *Venialia peri-*
mergat? Cum ergo periculoſum ſit uenialia multiplicari, & ad ipſa aſſuefieri, ma- *culoſa;*
lum ſit; & euacuari poſſunt per confeſſionem: Nam licet & alijs pluribus modis
uenialia expiari poſſint: iuſte tamen doctores, & hunc modum inter alios recenſent:
qđ in Aug. optimo patre reperiũt eũ etiam uenialia cõfeſſum in libro Confeſſionũ. *Augu.*
¶ Aſſentiunt itaq; catholici, uenialia non fore confitenda neceſſitate præcepti: nec
omnia uenialia ob eorũ multitudinem faciliter, poſſunt confeſſione pronunciari. Ta
men prohibere eorum confeſſionem, & dicere quod nullo modo præſumat confite
ri uenialia, eſt omnino erroneum: cum ſacramentum pœnitentiæ, ſicut tollit maiora:
ita poteſt & minora auferre peccata.
¶ At quomodo de peccatis mortalibus ſentiat eo ſermone audiamus, nam cum iuſ- *Ludder.*
ſiſſet nullo modo confitenda peccata uenialia, ſubdit, ſed nec omnia mortalia: quia
impoſſibile eſt, ut omnia mortalia cognoſcat: ad impoſſibile autem nemo obliga-
tur. Vnde in primitiua eccleſia ſolum manifeſta mortalia confitebantur, Paulo teſte.
Si quis inter uos eſt fornicator, aut auarus, aut Idololatra, aut maledicus, aut ebrio- *1. Cor. 5.*
ſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere, & illud. Manifeſta ſunt opera car- *Gala. 5.*
nis &cæ. Et infra. Ideo duplici ſit modo confitendi inſtructus. Vno quo ſacerdoti
omnia manifeſte mortalia confitearis: quanquam difficile ſit diſcerni mortalia a
uenialibus: & niſi ſint in opere manifeſto: aut euidenti conſenſu cordis, ut maledi-
ctio, furtum, homicidium, luxuria, ira &cæt. Alio quo Deo confitearis reliqua om-
nia. Hæc Ludderus.
¶ Vbi cum aſſumat, ad impoſſibile nemo obligatur: & ex diametro pugnet in reſpõ
ſione ad Prieratem: ubi inquit ad eum. Peſſime facis quod negas ſaluatorem impoſ- *Ludder ſibi cõ-*
ſibilia iuſſiſſe: pluſquam peſſime facis, quod hoc falſitatem audes appellare. Cui non *trarius.*
ſtatim uenit in mentem, ſi iſtos duos locos conferat, uetus illud prouerbium. Opor- *Ludder men-*
tet mendacem eſſe memorem. Hic enim aſſumit pro indubitato, & loco unius Theo *dax.*
ricæ: ad impoſſibile nemo obligatur; alibi ſtatuit contrarium: deum iuſſiſſe impoſ-
ſibilia: & negantem culpat ueluti peſſime facientem. At quia non pertinet ad mate-
riam pœnitentiæ diſputare de poſſibilitate mandatorum dei; ideo ad alium relego

Eckius

locum, de peccato boni operis, aut ad materiam de gratia & libero arbitrio: ubi magis accomodate explicari poteſt.

Confutatur error Ludderi de manifeſtis tantum peccatis confitendis, & excuſatio Eraſmi reijcitur. Cap. X.

Manifeſta confitenda.
Eraſmus.

ALiud autem erratum ſuum de mortalium peccatorum confeſſione hic cõfutabimus. Nam quod ſolum manifeſta mortalia decernit confitenda. Aut ſic uſurpat manifeſtum, ut pugnat cum occulto: ut ſit animus ſuus manifeſta tantum peccata confitenda, & non occulta ac ſecreta. Ita multi hunc locũ Ludderi intellexerunt: licet demirer Eraſmum Rotero. hanc carpere intelligentiam in epiſtola ad Reuerendiſſimum D. Cardinalem Albertum Moguntium: affirmantem compertum eſſe quoſdam damnaſſe Ludderana, quæ non intellexerant: & Carmelitæ meminit: qui miris modis uociferatus in re non intellecta: quia hunc locum Ludderi ſic ſit interpretatus de manifeſtis, ideſt quę palam eſſent admiſſa. Ego autem dico, eam tunc fuiſſe intelligentiam Ludderi, quam ille Carmelita, ex uerbis Ludderi ſuſcepit: quod iam ex ipſius ſcriptis, & ſuorum ſectatorum planiſſime liquet: quod niſi ſunt confeſſionem occultorum, uelut rem non neceſſariam, tollere de eccleſia dei. A fructibus itaq; eorum cognoſcetis eos: monuit Chriſtus: quod prius ab initio technis uerborum obumbrabant: iam aperte profitentur. Et ne quiſpiam cauſetur, Ludderum iam datum in reprobum ſenſum, iam ſemper deteriora ſequi. Etiam contra quam ab initio ſenſerit: hoc quidem ueriſſimum: attamen hanc eius fuiſſe ſententiam ex eo liquet: quod mox ſequenti anno diu ante condemnationem Pontificiam, rationem confitendi in lingua Germanica uernacula emiſit: quæ poſtea per ſui erroris ſectatores Baſileæ ex prelo ſic eſt Latine reddita puncto ſexto. An peccata cordis occulta: ac ſic ſoli deo & homini: qui fecit ea, cognita, pertineant ad confeſſionem ſacramentalem, extra meum captum eſt: libentiſſime negarem: nec enim ulla uia, aut ratione, aut ſcriptis probari poteſt: ſæpiuſq; mihi ſuſpicio fuit, eſſe id totum inuentum, uel auarorum, aut curioſorum, aut certe tyrannorum prælatorum: qui hac uia, populum CHRISTI in terrorem ſui adduxerint: Nam id eſt meo iudicio, penitus in iudicium dei manum mittere: & forũ dei uiolare: pręſertim ſi cogantur ad id homines: puncto poſtea ſeptimo pergit, ſub conditione, ſi oporteat occulta confiteri: quæ tamen ſunt confitenda. Cum ergo ſermonem de pœnitentia primo fecerit: & obiter confeſſionem attigerit: & anno nondum elapſo, explicatius rationem confitendi per tredecim puncta digeſſerit: dubio procul mentis intentionem, primo ob breuitatem ſermonis inuolutam: poſtea plane & clare expreſſit.

Pro Carmelita contra Eraſ.
Math. 7.
Ludder de occultis peccatis.
Malitia Ludderi.

Inquiritur in tẽtio Ludderi.

1. Vbi clariſſime fatetur ſe non capere, quod occulta mortalia ſint confitenda:
2.3. addit ſe lubentiſſime negare. Accumulat, quia nulla uia, nulla ratiõe, aut ſcriptis ꝓbari poſſit.
4. Exagerat, quia ſuſpicetur inuentum ex auaritia, curioſitate, aut tyrannide:
5. Et quo occultorum confeſſionem exigentes, reos faciat criminis læſæ maieſtatis, exprobrat eis: quia manum mittant in iudiciũ Dei, ac uiolent forum Dei.

Cõfertur Eraſmus ad Carmelitam.

Vter ergo his bene perpenſis, rectius tenuit ſenſum Ludderi ſuper his uerbis, Carmelita, an Eraſmus? proculdubio uictoria ſtat apud Carmelitam. Non hæc dico quod inſultem Eraſmo, uiro alioquin docto: ſed quod in illa Epiſtola, cæcutit nimium humano fauore: & propenſior fuit ad Ludderum defendendum: quam eo tempore par erat. Emiſſa enim fuit Eraſmica epiſtola in Menſe Nouembri de anno Domini. M. D. XIX. poſt diſputationem Lipſicam: ubi iam conſtabat Ludderum fauere expreſſe hæreticis & ſchyſmaticis Huſſitis, contra ſacram eccleſiam catholicam, & œcumenicum Conſtantañ Concilium: unde non conueniebat Eraſmo

manifeſtũ

manifeſtum hæreticum tueri. In iſta autem intelligentia, quantum a ueritate aberrarit: quiſq; catholicus nouit, & ex alio libro copioſe liquet: ubi Tertulliani, Cypriani, Origenis, & aliorum teſtimonijs, euidenter oſtendimus confeſſionem eſſe neceſſariam ſuper occultis: etiam his quæ ſola cogitatione latent. Et cum lex nõ diſtinguat, cur nos uellemus diſtinguere: pœnitentia eſt ſacramentum medicinale contra peccatum actuale: cur igitur habens morbum; non quærit medicinam? Cur carcere peccatorum incluſus, non quærit claues ut liberetur: Omnia inducta libro illo ad Adrianum vi. probant non minus de peccatis occultis debere fieri confeſſionem: q̃ de manifeſtis. Immo magis tendunt ad confeſſionem occultorũ: nam ſic maioris meriti eſt: confitens plus uerecundatur. Quid ſomniatur Ludder de confeſſione manifeſtorum? quaſi hoc eſſet alicuius momenti: dicere ea: quæ alias omnis homo nouit. Vbi iam perfricta eſt frons: emaſculatus animus: uicta uerecundia, pudori remiſſus nuncius. Vide Ludderum cõſuere puluillos, ut propheta inq̃t: ſub cubitis peccatorũ. ¶ Et q̃ Ludder omnino ita ſenſerit: manifeſta ſolũ peccata confitenda, i. quæ palam ſunt facta probo cõtra oẽm hoĩem qui ſpirat, ex inductione Ludderana: quoniã apoſtolus Paulus, quem allegat Ludder: ſic habet in noſtra uulgata tralatione. Si qui frater nominatur inter uos, eſt fornicator, auarus &c. Certum eſt Apoſtolum hic loqui de notorijs peccatoribus: quorum peccata ſunt in plebe nominata & cognita: quia ab initio capitis inquit. Omnino auditur inter uos fornicatio: Erat ergo publica uox & fama de fornicatione Corinthiorũ. Et non ſolũ ex ỽbis quæ inſunt, ex ỽbis q̃ p̃cedunt: ſed etiã ex ſequẽtibus neceſſario colligit̃, Apoſtolũ loqui de manifeſtis peccatis: id eſt non occultis: quia mandat apoſtolus cum huiuſmodi nec cibũ ſumẽdum. Et ita publice uitandum: dicat iam mihi quiſpiam per ſanctam ueritatem, quomodo frater publice poſſit uitare fratrem: cuius peccatum fuerit ei abſconditum, & occultatum? Iubet præterea publice eos iudicari: ſicut ipſe abſens corpore, præſens ſpiritu, congregatis Corinthijs, fornicarium tradit ſathanæ. Quæ omnia faciunt ut demirer Eraſmum: quomodo Carmelitæ iudicium ſuper uerbis Ludderanis, adeo omnibus numeris reſpuerit, contempſerit: & omni cachynno exploſerit; Cum omnis homo qui ſpirat: qui habet micam ſani iudicij: citra affectionem, mox ſentiat ex inductione, Ludderũ loqui de manifeſto, ut pugnat cũ occulto. Itaq; alio fuco obliniẽdus eſt error Ludderanus: q̃ illo inualido imbecilli præſidio Eraſmico.

Ratio contra Ludderum. *Ezech. 13.* *1. Cor. 5.*

Oſtenditur contra Ludderum, etiam dubia eſſe confitenda, plures eſſe claues: & confeſſionem non dimidiandam. Cap. XI.

AT ueritatis ſtudio, demus Luddero benignam interpretationem: quam in præfata Epiſtola Eraſmus attulit: inquit enim ſic. Scripſerat Ludderus, nos non teneri ad confitendum peccata mortalia, niſi manifeſta. Sentiens manifeſta, quæ nobis eſſent nota. Quamuis gloſſa illa ſit contra textum. Sit ita quod Ludder manifeſtum hic poſuerit non contra occultum: ſed contra dubium: quia peccata manifeſta, ideſt quæ nota ſunt eſſe peccata, illa ſunt confitenda. Aſſero adhuc Ludderum errare, & peccaſſe in ueritatem catholicam. Q; ſi Eraſmus in hoc ei cõſenſiſſet, q̃ non credo, ſimili lapſu a ueritatis tramite aberraſſet. Et illud breui manu ſoluam: quoniam tenetur homo ad confitendum non ſolũ peccata nota, ſed etiã dubia: uolo dicere: quando Ticio non eſt manifeſtum hoc, hoc eſſe peccatum mortale quod fecit: ſed dubitat: adhuc tenetur confiteri illud: nam ſi in ueteri lege, oſtendebat ſe ſacerdoti talis de q̃ dubitat̃ an eſſet leproſus: ut ſic ſacerdos iudicaret & diſcerneret inter lepram & non lepram. Nam ſi ſolum manifeſte leproſus fuiſſet uitandus: quid opus fuiſſet tam exacto iudicio. Et quia omnia in figura contingebant illis ait Ap̃ſus: iudicabit ergo ſacerdos euangelicus, qñ ambiguũ eſt iudiciũ ď ſpirituali lepra

Etiam Eraſmi ſententia falſa. *Dubia confitẽda.* *Leui. 13.* *Deute. 17.* *1. Cor. 10.*

animæ,Iudicare autem non poterit,niſi fuerit ſibi ꝑ confeſſionē deuelatum:quoniã
Aug. ſicut non poteſt amare incognitum ſecundum deductionem Auguſtini,ix. de tri-
nitate,ita nec iudicare poteſt incognitum. ¶ Porro ad quid eſſet ſacerdoti neceſſa
ria clauis ſcientiæ ſeu diſcretionis: niſi ad hoc ut cognoſcat peccatum mortale a ue-
Plures claues. niali,& non peccato. Scio quid hic uociferatur Ludder,figmentum prætendis de
pluribus clauibus: in inuolutionibus de indulgentijs cõcluſione.7.audiſti ſententiã
meam: cum dixi,ſed faceſſant nugæ,unas nouimus claues tantum in terra traditas:
ita uulgatam de duplici claue catholicorum ſententiam reſpuit Ludder.At nos ue
Claues. ritatem ex ſacris literis hauſtam probamus: nam plures eſſe claues Petro datas: non
unam ex uerbis Chriſti liquet: qui numero pluratiuo uſus,non abſq; myſterio di-
Math. 16. xit,Tibi dabo claues regni cœlorum: auſculta,claues: non clauem dixit,Hac uocu-
la ſignificans plures eſſe poteſtates ſacerdotio tribuendas: uelut ſancti patres hoc be
ne expenderunt: claues ſcientiæ & authoritatis aſtruentes: & quia homo Germa-
Rhabanus. nus es Ludder, adduco tibi Germanum teſtem Rhabanum: cuius iſta ſunt uer-
ba. Clauis regni cœlorum, ipſam diſcretionem & potentiam nominat. Poten-
tiam,qua liget & ſoluat,Diſcretionem qua dignos uel indignos diſcernat: Ecce ha-
bes diſcretionem,habes authoritatem.Nam ſi Ludderano ingenio,diſcretionem et
peccati cognitionem a ſacerdotio auferre uolumus,& clauem ſcientiæ contemne-
re: hoc efficiemus,ut omnes ſacerdotes ſint cæci iudices: qui oculo diſcretionis carẽ-
tes,andabatarum more ſuper delictis pronuncient. Quis enim ita deſipit: quin ſciat
in negotijs diffiniendis non ſolum neceſſariam eſſe ſcientiam:ſed etiam poteſtatem.
Ita hic ſacerdos in foro pœnitentiæ ſcientiam habeat diſcernendi inter leprã & non
lepram animæ: & ſimiliter poteſtatem ligandi & ſoluendi. ¶ Et ne Rhabanus au-
Gloſſa. thor uideatur ignobilior: quã cuius fidei in tanto negotio ſtetur: audiamus gloſſam
Iohan. 20. interlinearem ſuper illo,accipite ſpiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata &c.
ait gloſſ. Quos dignos remiſſione iudicaueritis duabus.ſ. clauibus, poteſtatis & di-
ſcretionis.Illam gloſ.dominus Hadrianus Reuerendiſſ. Cardinalis Derthuſanus:
Adrianus papa qui poſtea in Papam electus Adrianus.vi.dictus. In quarto ſententiarum Theolo-
gicarum dicit eſſe Auguſtini: ut minus hanc reijcere poſſit Auguſtinianus frater,
ad negandum admodum robuſtus & promptus: quicquid ſibi repugnans uiderit.
Bernhardus. Idem teſtatur S.Bernhardus in ſermone lxix.ſuper Canticis.Petrus inquit intrabit
per oſtiũ: qui claues accepit: non tamen ſolus: nã & me ſi uoluerit introducet,aliũq;
excludet: quem forte uoluerit,in ſcientia & poteſtate ſibi data deſuper.Et hę claues:
quæ: poteſtas aperiendi atq; inter excludendos & admittendos diſcretio.Nihil du-
bij hic reliquit ſanctus Bernhardus: locus ille torqueri non poteſt, duas aſſerit cla-
ues,& has explicat poteſtatis & ſcientiæ.Has clauium diſtinctiones acute uidit. S.
Ambroſi. Ambroſius florentiſſimus epiſcopus: qui in ſermone de natiuitate apoſtolorum Pe
tri & Pauli,per excellentiam tribuit clauem potentiæ Petro,& clauem ſcientię Pau
lo.Quod ſi obijcias,gloſſulas decreti & Neotericos aliquos doctores qui unam po-
nunt clauem: laterem lauas: quoniam etſi controuerſia ſit,an una res ſit in eſſentia
uel duæ: tamen omnes conueniunt: quod huiuſmodi duo ſunt effectus clauium.ſ.
poteſtatis & ſcientiæ: ita ut nullus catholicus dubitet, utcunq; ſentiant de eſſentijs
rerum: quin duo ſint officia clauium.ſ. diſcernere per ſcientiam: & ligare uel ſolue-
In Ludderum. re per authoritatem.Adde Ludderi ineptias: qui cum Theologus ſit grammaticus:
& Grammaticam utilem Theologiæ iudicet præ omnibus Philoſophiæ partibus:
Melanchton. tamen noua Grammatica(ut exiſtimo Melanchtonis Grammatici ſui inſtituto, ue-
Creſconium. lut alterius Creſconij) hic nobis ingerit unas claues,unas literas dicimus,unas Athe
nas,& ſi qua ſimilis eſt dicendi ratio: at quam nobis fingis Chimeram: ſi unos homi
nes dixeris,Rei pluratiuæ unitatis rationem dederis. Non memini me legiſſe unas
claues

claues: fateor me non impenſe curaſſe grammaticorum inſtituta: Grammaticam ut
ancillam, non ut dominam colui. ¶ Prædicta omnia ex eo confirmantur: quod ho
mo non eſt tutus in conſcientia, ſolum manifeſta, & quæ nota ſunt peccata, confiten-
do: niſi etiam dubia confiteatur. Optima nempe eſt Theorica, exponens ſe periculo
peccati mortalis: peccat mortaliter. Et quod dici ſolet. Agere incertum, & dimitte-
re certum in materia mortali eſt mortale. Quod intelligendum eſt ſapiẽtum iudicio:
quando aliquid eſt uehementer incertum & probabiliter, non ex leuibus conie-
cturis: aut inanibus ſcrupulis. Nam contemnendi ſunt ſcrupuli & repellendi, ut Ger *Gerſon.*
ſon illuſtris apud Ludderũ Theologus, teſtat̃ & docet: docuit hoc ſapiẽs. Qui amat *Prouer. 3.*
piculũ, peribit in illo. Cũ ergo aliquis habet dubiũ probabile, an actus ſit peccatũ: nõ
debet ſe exponere piculo illud occultãdo, ſed detegat illud cõfeſſori, & iudicũ medi
ci expectet, an uulnus ſit mortiferũ, aut minus. ¶ Quis uel monophtalmus nõ uidet in *In errorẽ Lud*
tollerabilẽ Ludderi ſeductionẽ: manifeſta dicit ſacerdoti cõfitẽda: reliqua deo: dictũ *deri.*
profecto ultricibus flammis dignum. Omnes catholici integritatẽ confeſſionis aſtru-
unt, prædicant, & neceſſariam iudicant. Præcipit Augu. ut peccator ponat ſe omni- *Augu.*
no in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis, nihil reſeruans ſibi: prohibet pręterea ne
confeſſio diuidatur, ſi pluribus ſacerdotibus fiat: quanto magis prohiberet diuiſio-
nem confeſſionis coram uno: unde omnes catholici documentum hoc Ludderanũ,
fugere debent uelut peſtem animarum, & toxicum ſacramenti pœnitentiæ. Fomen-
tum enim præberet malicię & occultationi peccatorum: nutrimentum eſſet deſidiæ
& negligentiæ. Si enim cuiuſlibet conſcientiæ permitteretur: ut aliqua manifeſta cõ
fiteretur: alia uero deo: quoties iniquitas mentiretur ſibi. Conſtat filio obedienti ec-
cleſiæ pœnitentiam eſſe medicinam. Et curam medicinalem ſacerdotibus eſſe iniun
ctam, quibus peccatores in curam ſunt traditi & cõmiſſi: quare debent diligenter
morbum & uulnera peccatorũ rimari: & totam conſiſtentiã ægroti cognoſcere. Ideo
peccatores ut infirmi totam eorũ habitudinẽ medico detegere debent. Quod ſi te- *Medicus.*
ipſum exiſtimas arte medica peritum: attende inſaniſſime, nullum medicum in pro
pria ægritudine ſuę confidere arti, aut ſuo ſenſu eſſe contentum. Quare Chriſtianus
totũ detegat ſacerdoti: cuius habet aut conſcientiã: aut de quo heſitat: memor illius
Iob. Vide ne parcas ori tuo. Qui ergo non uult eſſe ſaculus diaboli, & uas eius ſterco *Iob. 7.*
rarium: euomat totam corã ſacerdote fœtulentiam: et memoret diabolũ habere in-
ſcriptis oĩa peccata: quæ niſi cõfeſſione deleuerit: in tremẽdo iudicio hanc ſchedã de
lictorũ exhibebit. Quilibet. n. peccator ſingulis delictis: ſingulas horrendas literas ſcri
bit: & chirographum peccati dat: obliterentur, & lituris obducuntur literæ iſtæ per
plenam, integram, & puram confeſſionẽ: per quã peccator totã conſcientiam ſuam
effundit coram dei uicario. Eſt enim confeſſio uelut ratiocinium, & calculus uillica *Lu. 16.*
tionis tuæ: ubi deus exigit a te, redde rationẽ uillicationis tuæ: debes ergo omnia re-
cepta & expenſas fideliter ac integre aſſignare: nam qui non fideliter computat, ma
gis reum ſe facit domino ſuo. Confeſſio itaq; nullo pacto diuidatur: niſi quis dimi-
diam ſperet ueniam quod anathema ſit, inquit Hieronymus. ¶ Poſtremo deuele- *Hierony.*
mus Ludderi maliciam: quam promptus ſit torquere ſacras literas. Gloriatur. n. *Dolus Luddd.*
apud ſimplices de ſacra ſcriptura: ideo ad colorandam ſuam impietatem: illam ſæ-
pius euocat: licet ad inducta ſæpius ſit impertinens: quod hic catholicus uidet aper-
tiſſime: ad præfatos enim errores inducit apoſtolum, ubi tamen Apoſtolus omni- *1. Cor. 5.*
no non meminit confeſſionis: ſed inſtruit Corinthios: qui publice ſint uitandi: quod
uerba poſtrema indicant, cum illo quidem nec cibum ſumere. Et ita intellexit Au- *Auguſt.*
guſt. lib. iij. contra Parmenianum cap. ij. remitto me ad eum, hunc locum diffuſiſſi-
me tractantem. Aſtipulatur gloſſ. ordinaria dicens. Nominationem uoluit *Gloſſa.*
intelligi Apoſtolus: quæ fit in quenquam cum ſententia & ordine iudiciario.

Et infra, quibus uerbis oſtendit non temere & quolibet modo, ſed per iudicium au-
Hierony. ferendos eſſe a communione eccleſiæ. Suffragatur plenis uotis Hieronymus. Non
inquit ex ſola opinione uitandus eſt: ſed ſiquis frater ſolo nomine appellatur, cum de-
Ambroſi. tegatur fornicator aut fur, ab hoc ſeparari iubemur. Aſſentit Ambroſius, quia cum
tali fratre non ſolum ſacramenta non edenda, ſed nec communem eſcam decet. Non
ergo hic meminit Apoſtolus confeſſionis, ſicut Ludder abundans proprio ſenſu eũ
torquet: ſed excommunicatione notorij peccatoris loquitur. Sic quid Apoſtolum ad
Galatas citat. Si uoluerit ſolum illa peccata fuiſſe pœnitentia diluenda quæ ibi
nominantur: ſatis erit inuiſus ſanctis patribus & toti eccleſiæ, cum alijs locis, & alij ſa
crarum literarum authores plurium peccatorum meminerint.

Confutatur hæreſis Ludderi, qua docuit non annitendum, ut om nia pure confiteamur: & cur hæretici aliqua uera doceant. Capit. XII.

POſtremo alium diaboli latratum audiamus ex Luddero. Quo circa inquit, dũ
uolumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus: quam quod miſericordię dei
nihil uolumus relinquere ad ignoſcendum: nec confidere in eum: ſed in confeſ
1. Pet. 5. ſionem noſtram. Iſte eſt antiqui leonis rugitus, circumeuntis & quærentis quem
deuoret: diaboli pauentaculum: ut animas fidelium a ſtudio diligentis & ſedulę cõ-
feſſionis abſterreat: & ſic in barathrum inferni demergat: ſed nos potius dominicã
uocem auſcultemus rationem uillicationis rigide exigentem. Volentem & inquirẽ-
Math. 12. tem rationem etiam de omni uerbo otioſo: ſcientes igitur, quia dominus noſter uir
Lu. 19. auſterus eſt, talenta credita cũ fœnore et lucro ei reportemus. Neq; abſterreri debe
mus hoc Ludderano pauentaculo: non enim ea ratione confitemur omnia; ut nihil
uelimus relinquere miſericordię dei ad ignoſcendum; ſed contraria potius ratione,
propterea præcipue nitimur totum confiteri; ut miſericordia dei totum ignoſcat: ne
iuſticia ſequiat: ſed miſericordia remittat. Ne iudicium caſtiget: ſed uicarius Chriſti
clementer abſoluat. Ob eam rem peccata deferuntur per confeſſionem ad iudicium
Chryſo. eccleſiæ: ne per diabolum deferantur coram toto mundo in tremendo extremo iudi
cio. Contra quod ſtudioſe, aut per deſidiam in confeſſione occultatur; hoc diuinæ
1. Iohan. 1. iuſticiæ, ut ſeueriter in id aduertat & puniat, reſeruatur: Teſtis eſt S. Iohannes, Si cõ
fitemur peccata noſtra: fidelis & iuſtus eſt: ut remittat nobis peccata noſtra:
& emundet nos ab omni iniquitate. Vnde toto cœlo errat Ludderus: cum im-
ponit confitenti, ac ſi in confeſſionem ſuam confideret: pluſquam in dei miſeri-
cordiam: cum potius contrarium ſit uerum: niſi enim pœnitens in miſericordia
dei confideret: peccata ſua occultiſſima, cum magno rubore, homini ſacerdoti non
Pſalm. 31. manifeſtaret. Non ergo confitens confidit in ſe, ſed in domino: dicens cum Dauid.
Ego dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meam domino; & tu remiſiſti iniqui
Hierony. tatẽ peccati mei. Neq; confidit in operibus: ſed in miſerationibus dei multis. Quanto
rectius hic ſenſit B. Hieronymus quam Ludder: ſuper Pſalmo 50. dicens. Confi-
teor immenſam miſeriam: ideo peto magnam miſericordiam: quia qui ſe miſerum
putat eſſe de ſuis peccatis; cum illo facit deus magnam miſericordiam. Confugio ad
miſerationes tuas: ut grauibus uulneribus tyriacam remiſſionis infundas ante faciẽ
meam pono iniquitates meas. Si tu pronuncias in cõfeſſione tua peccata: deus igno
ſcet tibi. Quia ſi tu ponis peccatum ante te, deus illud non ponit ante ſe. Vide candi-
de lector, quantum diſtat Hieronymi ſententia a Luddero: quantum lux a tenebris
quantum ueritas a mendatio: quantum doctrina uitæ, a ſeductione & damnatione.
Non tamen confidit in ſua confeſſione quantum confidit in miſericordia dei per cõ
feſſionem remittentis, & in ueritate pollicentis. In ſpe ergo ueniæ confitetur, & tan-
to purius:

to purius: quanto magis puram: mundam & ſynceram optat conſcientiam. Confi-
teor enim ſacerdoti oĩa peccata mea: & aperio os meum, ne abſorbeat me profun- *Pſalm. 68.*
dum: nec urgeat ſuper me puteus os ſuum. Puteus enim eſt profunditas iniquitatis,
in quem ſi homo ceciderit, non claudat os ſuum: ſed confiteatur, quantum memo-
ria ſuggerit, omnia peccata ſua, in timore dei, ſperans ſuper miſericordia dei: quod
ſi quædam a memoria exciderint, & in obliuionem uenerint, generali purget confeſ- *Pſalm. 18.*
ſione, cum Dauid dicens. Ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce ſeruo *Pſalm. 24.*
tuo, delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris domine.

¶ Quod de morituro affert rem non nouam, prius a. b. Bernhardo explicatam, & *Bernhar.*
Gerſone plus. x. locis. Monuit ante mille annos (ne Ludder glorietur, uelut de no- *Gerſon.*
ua doctrina ſalutari) B. Gregorius lib. xxiiij. moralium. Solutioni carnis appropin- *Grego.*
quans, nonnunquã terrore uindictæ etiam iuſti anima turbatur: cui & ſi quid tran-
quillum in hac uita ſapere potuit: mortis articulo interueniente cõcutitur, ut iure di-
ci debeat, abhominabilis ei fit panis in uita ſua, & animę eius cibus ante deſiderabilis.
Sed uide hæreticorum uerſuciam: qui ſuis hæreſibus optimum aurum & argentum
immiſcent ueritatis: & quod Beda inquit. Nulla doctrina tam falſa eſt: quæ non ali- *Beda.*
qua uera contineat. Sic enim aſtutæ uulpes, ſimplices decipere moliuntur: ſi uera fal-
ſis immiſceant: & ſimplicis lectoris fallant iudiciũ. Sic Auguſtinus ſuper Iohanne *Augu.*
inquit, omnes hæretici audacias figmentorum ſuorum, occaſione Euangelicæ ſentẽ-
tiæ colorare nituntur. Monuit ſimplices B. Grego. v. moralium. Hæretici quædam
ualde recta ſentiunt: ſed tamen inter hęc ad peruerſa dilabuntur: habent quippe hoc
hæretici proprium: ut malis bona permiſceant: quatenus facile ſenſui audientis illu-
dant. Si enim ſemper praua dicerent: citius in ſua prauitate cogniti: quod uellent, mi- *Hæreticorum*
nime perſuaderent. Rurſum ſi ſemper recta ſentirent, profecto hæretici non eſſent: *doli.*
ſed dum fallendi arte, ad utraq; deſeruiunt: & ex malis: bona inficiũt: & ex bonis ma-
la, ut recipiantur, abſcondunt. Sicut q ueneni poculũ porrigit: ora poculi dulcedine
mellis tangit: dumq; hoc quod dulce eſt primo attactu delibatur: etiam illud quod
mortificum eſt: indubitanter abſorbetur. Ita hæretici permiſcent recta peruerſis, ut
oſtendendo bona, auditores ad ſe trahant, & exhibendo malum, latenti eos peſte
corrumpunt. Hanc uulpinam caudam aſſuit Ludder, ſub pietatis ſpecie, ſub nomi-
ne CHRISTI ac Euangelij, mille ſpargens errores ac hæreſes: quare non patiatur
ſimplex ſe decipi ſub charitatis ſpecie, ſub illice aliquando bonæ doctrinæ intermix-
tæ. Semper enim latet anguis in herba. Et uelut Plautinus Euclio inquit, una manu
fert lapidem: alia panem oſtendit. Extra enim eccleſiam non eſt ſalus, cuius præcep- *Prouerb.*
ta, & quę deus nobis in ea dedit: obſeruari oportet. Quiſquis ad æternã aſpiras beati-
tudinẽ: huc contende: & id obſerua, quod eccleſia mandat: id crede, quod docet, id
ſpera q̃d promittit. Hoc fac & uiues: hic tranquille, alibi uitã habiturus æternã: quã
det nobis dominus noſter Iheſus Chriſtus in ſæcula benedictus. Gaude Maria uir-
go: cunctas hæreſes ſola interemiſti in uniuerſo mundo: hanc quoq; Ludderanã de-
ſtrue oramus dei genitrix immaculata. Amen.

Circunſtantias recte aſſeri, & eas eſſe confitendas. Cap. xiij.

STatueram hic finem facere huius libri: niſi mihi in mentem ueniſſet erroris
magiſtros pro magna parte confeſſionem labefactaſſe: in eo quod negant *Carlſtadij ſupi-*
circunſtantias peccatorum cõfitendas: & obtuſus ille Carlſtadius in apo- *nus error.*
logia hæreſum ſuarum contra me, doctores catholicos recentiores appellat circun-
ſtantiarum fictores. Initio igitur oſtendam recte circunſtantias aſſeri, dein monſtra-
bo aliquas circunſtantias neceſſario confitendas: primo circunſtantias nõ eſſe fictas,
nemo niſi extreme inſanus negabit. Ariſtotelẽ ab Hierony. & Auguſt. laudatum in

ethicis afferre non auſim: quod illum ſtultiſſimum appellent philoſophum. Tamen Cicero & Boethius circumſtantias præcipiunt expendendas: finitæ quæſtiones inquit Fabius, ſunt ex complexu rerum, perſonarum, temporum cæterorumq́: at forſan faſtidiunt oratores cum philoſophis: ita frontoſi ſunt & pertinaces: audiant ſaltẽ Gregorium Niſſenum magni Baſilij fratrem libro de uoluntario & inuoluntario cap. ij. dicentem. His ita determinatis, quæ nam ſint ſingularia dicendum eſt: hæc autem ſunt, quæ a Rhetoribus circumſtantes particulæ uocantur: quis: quid: ubi: quãdo: qualiter: propter quid. Videlicet perſona, res, organum, locus, tempus, modus, cauſa: & illa poſtea latiſſime explicat. Conſtat ergo circumſtantias ex natura rerum & contingentium oriri: licet nomen circumſtantiæ a Rhetoribus inuentum Greg. dixerit ante mille & centũ annos. Et Carlſtadius magno delyrio: ac inſigni inſcitia audet doctoribus eccleſiæ qui a. ccc. annis fuerunt imponere: quod finxerint circumſtantias. Cum unus iſte Gregorius os obſtruat maledici, magna authoritate pronuncians: Eum qui has circumſtantias ignoret, per ignorantiam operari: quare Niſſeni iudicio, Ludder, Carlſtadius, Melanchton, Oecolampus & reliqua peruerſorꝫ fex, omnium erunt ignorantiſſimi. ¶ Græcum audiuimus teſtem audiamus iam latinũ. S. Auguſtinum: ut prorſus hæretici dicere non poſſint eſſe catholicorum inuẽtum. Nam libro. xv. de ciuitate dei inquit Auguſtinus. Recte quippe offert̃ ſacrificium: cum offertur de uero: cui uni tantummodo ſacrificandum eſt: non autem recte diuiditur: dum non diſcernuntur recte: uel loca: uel tempora: uel res ipſæ quæ offeruntur: uel qui offert: uel cui offertur: uel hi quibus ad ueſcendum diſtribuitur quod oblatum eſt: ut intelligamus diuiſionem hic diſtributionẽ: ſiue cum offertur ubi non oportet: ſiue offertur: quomodo non oportet: aut quod non tunc: ſed alia oportet &c. Vide quãta diligentia Sanctus Pater ſacrificij circunſtantias collegerit. Quis: cui: quid: ubi: quando &c. Et homines iſti paratiores ad reprehendendum quã diſcendum, audent dicere circumſtantias eſſe fictas a catholicis Theologis. Addamus ueruſtiorem ipſum S. Dionyſium Ariopagitam apoſtolorum diſcipulum aſtruentem bonum eſſe ex integra & tota cauſa: malũ autẽ fit ex defectibus ſingulis: ſed quæ modo eſt integra cauſa, niſi uniuerſæ circumſtantiæ: Hoc uoluit B. Hieronymus cum inquit: nugæ in ore laici nugæ ſunt in ore ſacerdotis, blaſphemia. Tantum operatur circumſtantia perſonæ. ¶ Et quia Fabius inquit, tutiſſimum eſt nobis plures authores ſequi: & ita ratio dictare uidetur eundem Hieronymum quoq́ adferamus, ex circumſtantijs peccata metientem. Sic enim inquit libro ſecundo ſuper Epiſtola ad Epheſios ad finem. Quotienſcunq́ ex ſermone noſtro aliquis proficit: & iuxta oportunitatem loci, temporis, & perſonæ ædificat audientes: bonus de ore noſtrõ ſermo proceſſit: quotiens uero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conuenit audientibus: totiens ſermo malus procedit de ore noſtro, ad deſtructionem eorum qui audiunt: conſideremus itaq́ quid loquamur: quia pro omni uerbo otioſo, reddituri ſumus rationem in die iudicij. Hic uir doctiſſimus per circumſtantias, metitur oportunitatem, & importunitatẽ ſermonis noſtri. ¶ Liquet idem ex B. Greg. optimo animarum medico: qui libro. xxiiij. moraliũ docet in omni eo quod dicitur, ſummopere intuendum eſſe, quid dicatur, cui dicat̃ quando dicatur, & quomodo dicatur. Tanti pontificis & doctoris iudicio ſũmopere curandæ ſunt circumſtantiæ. Vnde negare circumſtantias debere expendi, eſt hominis omnino inſenſati, & nõ habentis rationẽ: nulla alioquin eſſet differentia inter furtum & ſacrilegiũ: inter ſtuprꝫ, inceſtũ, adulteriũ, & fornicationẽ: inter luſorẽ ſacerdotem & laicum, comedentem carnes die dominico & feria ſexta: inter uulnerantem alium in platea, & in eccleſia: clericum uel laicum: profecto homines iſti uenerunt in profundum malorum. ¶ At forte tergiuerſantur impij in mendacia & contra-

Cicero. Boethius. Fabius. Grego. Niſſenus. In Carlſtadium. Augu. Cap. 7. Dionyſ. Hiero. Fabius. Hierony. Circunſtantiæ. Gregor. Euaſio hæreticorum.

cõtradictiones parati. Quia nõ negauerint circunſtantias: ſed nõ eſſe tanti momenti:
quæ in confeſſione ſigillatim recenſeantur: at hic mentitur iniquitas ſibi: nam dum
ego in defenſione mea contra amarulentas Carlſtadij inuectiones parte ſecũda, pro-
poſitione, xiij. ſic dixiſſem. Stat ergo adnotatio Eckij pœnitentiam interiorem, ut *Eckius.*
quæ ſit uoluntati immediatior, præferendam eſſe exteriori: quamuis interior efficax
exteriorem efficiat, quando, ubi, qualiter, & quomodo oportet. Sicut eſt in alijs præ-
ceptis affirmatiuis. Ad quam Carlſtadius hæreſim ex pulmone: corde, & omnibus *Carlſtadius.*
uiſceribus ſpirans, huiuſmodi affert cenſuram. Hæc dicax concluſio prædicta repe-
tit: & illud adijcit, quod de circumſtantijs ſcholaſtici comminiſcuntur. Inducit po-
ſtea Caſſianum, iam in fine per nos deducendum, ſubdens. Eant nunc tecum tui *Caſſianus.*
patroni, fictores circumſtantiarum: qui animas ſua doctrina peccatis magis immer-
gunt: quam erigunt. An non uidetur tibi circunſtantias improbare: qui me quat-
tuor circunſtantias recenſentem arguit: quaſi commentum ſcholaſticorum ſequar:
quos patronos meos appellat circunſtantiarum fictores.

¶ Sed eſto non negent circunſtantias hæretici: arguunt tamen doctores Catholi-
cos docentes, circunſtantias peccatorum trahentes in aliam ſpeciem, aut quæ pecca-
tum aggrauant, fore confitendas. Velut ſi quis illicito concubitu delinquat, ſi cum
uirgine: ſi cum conſanguinea: ſi cum deo ſacrata: ſi coniugata: hæc omnia uariant
ſpeciem peccati. Si in die feſto: ſi in loco ſacro: ſi ſine tentatione carnis: ex mera ma-
licia: & illa quidem grauant delictum: honeſtatis habens rationem non ad deterio-
ra deſcendo exempla. Has circunſtantias, homines ſcelerati, negant confitendas: cũ *Circunſtantiæ.*
tamen peccata ab Apoſtolo enumerata, aliqua ex circunſtantijs ſeparentur. Toties *Gala. 5.*
enim ſuperius aſſeruimus ſanctorum patrum authoritate, pœnitentiam eſſe medici
nalẽ, at infirmus medico corporis oẽs circunſtantias periculoſas detegere debet in
morbo ſuo. Ita etiam facere debet infirmus in anima, ut ſanitatem ſpiritalem acqui-
rat: cum tanti ponderis ſint circunſtantiæ: quod Damaſcenus inquit, ignorantiam
circunſtantiarum cauſare inuoluntarium: quare ſolerter inueſtigandæ ſunt. *Damaſcenus.*

¶ Et quod circunſtantiæ ſint confitendæ: clare indicat S. Auguſtinus libro de ue- *Augu.*
ra & falſa pœnitentia cap. xiiij. Conſideret inquit, qualitatem criminis: in loco, in tem
pore, in perſeuerantia, in uarietate perſonę: & quali hoc fecerit tentatiõe: & in ipſius
uicij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excel-
lentiam ſui ſtatus aut officij: & ſecundum modum meretricis, & ſecundum modum
operis ſui: & qualiter turpitudinem ſuam peregit: ſi in loco ſacro, aut cui debuit ex-
cellentiam fidei, ut ſunt domus dominorum & aliorum multorũ. Si in tempore ora-
tioni conſtituto, aut in feſtiuitate ſanctorum, & in tempore ieiunij. Conſideret quan-
tum perſeuerauerit: & quanta uictus fuerit impugnatione & infra. Omnis iſta uarie
tas confitenda eſt, & deflenda: ut cum cognouerit, quod peccatum eſt multum: ci-
to inueniat deum propicium. In cognoſcendo autem peccati augmento inueniat ſe
cuius ætatis fuerit, cuius ſapientiæ & ordinis, & ſtatum omnem alterius compeccan
tis: nihil expreſſius, nihil ſignificantius dicere poterat in hanc rem Auguſt. Non ſibi *Augu.*
nec ueritati diſſentit lib. ij. de uiſitatione infirmorum, ubi de confeſſione loquitur.
Deſignanda ſunt in quibus peccaſti loca, ſi recordaris & tempora: cum quibus pec *Circunſtantiæ.*
caſti perſonis, non nomina ipſarum. Etiam ut a peccato deſiſtant, ſecreto corrigenda
familiaritas. In qua peccaſti labilis ætas: quo gradu eccleſiæ iam inſeruiebas. Vtrum
ſemel an ex conſuetudine. Vtrum neceſſitate an uoluntate cecidiſti. His enim omni
bus ſua ſtant iudicia. Nec eſt contentus ſanctus doctor hoc dixiſſe: quin & rationẽ
dicti ſui afferat. Si enim in iudicijs inquit ſæcularibus a locis loca diſcernuntur: alia *Ratio.*
cenſura uindicatur homicidium in regis curia, alia in uia publica, alia in agreſti uilla
aliquando pro tempore temporibus ignoſcitur infantiæ: defertur aliquando ſenectu

ti; quæ media feruet ætas, ſeuera cohibetur habena. In ſolemnibus præcipue natali-
cijs perpetrata, feroci plectuntur exterminio facinora: ſic & cętera, quanto diſtrictio
ribus eliminanda ſunt animaduerſionibus, in locis deo ſacratis, in temporibus feſtis
deo dicatis, in ætate diſcretiori, in perſonis proprie deo delegatis, in gradibus commiſ
ſa ſublimioribus: nonne cui plus committitur, plus ab eo exigitur? nonne minus
eſt occidiſſe hominem ꝙ homines? Nonne leuius eſt deliquiſſe ſemel quam centi-
es? Et quamuis ubicunq; peccetur, peccatum ſemper ſit peccatum: & nullum tem-
pus, nulla ætas, nulla perſona, nullus locus muniat peccantem a peccato: tamen hæc
omnia modo ſuo diſcutienda ſunt: quoniam hæc omnia corrigenda ſunt: hæc autem
oĩa ſi taceantur, uel dicta callide pallientur: animam iugulant. Inuicta eſt hęc ratio, et
pregnans tanti doctoris auctoritas: ut circunſtantias confeſſione detegendas recte
catholici doceant. Nam ſic oportet exire de Sodoma peccatorum: & ſicut angelus
præcepit, non eſt ſtandum in omni circum regione: quia & de peccatis & his quæ
circunſtant, eſt pœnitendum. Non opus eſt repetere ea quæ ſuperius ex Chryſoſto-
mo, Hieronymo & Origene adduximus Cyprianum tamẽ ſanctum martyrem euo
Circunſtantiæ. cabimus ſcribentem de exilio ad Martyres & Confeſſores: Vos inquit ſolliciti & cau
ti petentium deſideria ponderetis, utpote amici domini, & cum illo poſtmodum iu-
dicaturi: inſpiciatis & actum, & opera, & merita ſingulorum: ipſorum quoq; delicto
rum genera, & qualitates cogitetis. Ecce qualitates appellat peccatorum quas cir-
cunſtantias dicimus. ¶ Præſtat tamen uidere, ex qua radice hunc hauſerint er
rorem: cui nitantur baſi, has ineptias contra ſanctos patres & totam eccleſiam, exci-
In hæreticos. tauerint: at nouerit catholicus Lector, eos hunc errorem non ex ponderis deduxiſ-
ſe ratione: ſed proterua temeritate, ſpiritu maligno agitata, erronea multa abſq; iudi-
cio euomuiſſe: fac periculum in præſentia: & probabis me uera dixiſſe. Nam in re
manifeſtaria de circunſtantijs, omni prudenti uiro, ſcintillam rationis habenti, ita te-
mere nugantur: ita friuole toti reclamant eccleſiæ, unius Caſſiani dicti utentes con-
firmatione: qui contra ſe multo præſtantiores non recipiunt, & plures. Et tamen tale
eſt dictum, quod nullo pacto eccleſiæ reluctetur: & nec in minimo hæreticis ſuffra-
Caßianus. getur: quod & ipſe affirmatiſſime teſtaberis Lector: cum Caſſianum audieris: eius
aũt iſta ſunt uerba cap. ix. de pœnitentia. Impoſſibile eſt mentem bonis cogitationi-
bus immorari: cum principale cordis ad turpes atq; terrores intuitus fuerit deuolu-
tum. Igitur oportet nos raptim a contemplatione uitiorum diſcedere, quando fueri-
mus peſtifera recordatione in huiuſmodi cogitatiões deducti: ne eueniat, quod Salo
Prouer. 23. mon ſcripſit, Oculi tui debebunt extraneos: & cor tuum loquetur praua: & eris ſicut
dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, dicens, uerbera-
uerunt me, ſed non dolui, traxerunt me & non ſenſi: Illę ſunt uiæ, quæ apud homi-
nes uidentur rectę, nouiſſima autẽ eorꝫ ueniunt in profundum. Hoc Caſſiani dictũ
cum exaggeratione: ſed expende iam: quomodo hæretici torqueant Caſſiani ſentẽ-
tiam: cum uir bonus & cautus moneret non immorandum recordationi actuũ tur-
pium: ne pix tacta inquinet. Homines uiolenti illud mox torquent, immo lacerant
uerba Caſſiani: quod circunſtantias negauerit. Nam non moroſe inſiſtendum reco-
Bernhar. gitationi uenereorum, etiam tempore confeſſionis, docuerunt S. Bernhar. Alexan.
Gerſon. de Ales, S. Thomas & toties Iohan. Ger. illuſtris apud Ludderum Theologus & ta
men hi omnes conſentiunt & docent circunſtantias fore confitendas. Id quod potiſſi
Marſilius. mum ex Marſilio recentiſſimo Theologo liquet: qui in Commentario ſuo quarto
ſuper ſententias Theologicas, pluribus uerbis proſequitur Caſſianam ſententiam.
In confitendo inquit deo, non expedit imperfectis, particulariter deſcendere ad pec
cata carnis ſingulorum eorum motus & defectus recogitando: quia huiuſmodi re-
cogitationes poſſent eſſe occaſio nouæ delectationis malæ, & noui peccati. Tũ quia

hoc eſt accendere Venerem uocando eam ad pugnam; quæ tamen melius uincitur fugiendo. Sed eo non obſtante, adhuc eodem contextu, mox aſſerit circunſtantias aliquas neceſſario confitendas: quare cum Caſſianus caute docet non moroſe recogitandum turpia, ob imminens periculum: non confeſtim ſequitur, ipſum negare circumſtantias. Acquieſcat catholicus potius eccleſiæ ſanctæ Dei, ac ſanctis patribus: & ſigillatim peccata ſua recolat; & quam grauiter Deum creatorem & redemptorem ſuum offenderit, alta mente expendat: & ſic totũ ſacerdoti confiteatur, ut Deus omnium miſereatur, ac oĩa clementer remittat: ut & ipſum glorificatorẽ mereamur habere in æternæ beatitatis ſolio: fiat fiat.

SOLI DEO GLORIA.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI & domino D. Bernhardo a Gloeſs S. R. E. Preſbytero Cardinali, Epiſcopo Tridentino &c. Principi ac Domino ſuo Clementiſſimo Iohan. Eckius ſalutem optat in domino IHESV.

MVlta ab Ethnicis, Reuerendiſſime pater ac domine, in laudem humanę cõditionis prodita ſunt: nam Mercurius Triſmegiſtus inquit, magnum eſt miraculum homo O Aſclepi, quæ ſentẽtia a Platone & alijs Philoſophis cum admiratiõe ſuſcepta eſt: Sed & pleniter Ariſtoteles ſtagyrita hominem extulit, cum in phyſica auſcultatione diceret, eum eſſe microcoſmum, hoc eſt minorem mundũ: ꝙ ultramundanus, cœleſtis & ſublunaris mundus in homine ueluti in uiuo ſymulachro reluceat: unde non diſſimili ratione, mundum dicerẽ eſſe magnum hominem: Sic præfatus Mercurius, hominem aſſeruit, eſſe deum mortalem: ſed præcipua laus homini ob mentem tribuitur, quæ ex tot animantium generibus inquit Cicero rationis particeps atq; cogitationis, ſola homini obuenit. Hinc omnes Philoſophi, circa mentem, circa ſpiritus atq; animam uerſati ſunt: licet uaria pugnantia quę de his prodiderint ut apd' Pythagoricos, Stoicos, Academicos, atq; Peripateticos locuplete traditur: ſed elegans eſt, quod Phauorinus inquit nihil in terris magnum præter hominem, nihil magnum in homine præter mentem. Sed quorſum hęc attinent Antiſtes digniſſime? Quod agnoſcam nonnihil ueri his ineſſe, cum ex Theologis quoq; nouerimus, Hominem dici omnem Creaturam, atq; charagma & numiſma dei: Verius autem multo Barbarus mihi dixiſſe uidetur, qui hominem Proteum fore dixit, deſultatoria quadam poteſtate ſeſe in quiduis tranſformantem: Cyrces enim fabula exactius nobis hominem depingit, cum poculo dato, in uarias beſtiarum formas illos

demutaſſet: Hinc in ſacris literis praui atq; impij impuris pecorum nominibus deſi‑gnantur: Cum a dignitate humana excidentes, cum filio prodigo remotiſſime a pa‑tria domo per flagitia, impietates & ſcelera recedunt: Qualis eſt uitulus ille Saxoni‑cus Ludder, aut Minotaurus potius: qui tos hæreſibus Germaniam impleuit: tot ſe‑ditiones, bella & rebelliones commouit, tot impietatibus, apoſtaſijs, uotifragijs, periu‑rijs, blaſphemijs, ac omnium ſcelerum fece Chriſtianum orbem inundauit, ut nec Deucalionis diluuium nocentius fuerit, apud Ethnicos, nec tyrannorum perſecutio in primicias atq; Heroes fidei noſtræ Euangelicæ, plura incommoda attulerit: Vn‑de unus iſte uitulus adeo ab Auguſtuli hominis excellentia degenerauit, ut nihil laudis humanæ in eum competere poſſit: in tantamq; progreſſus maliciam obduru‑it, ut neq; Aeſculapius medicæ artis inuentor, cum omnibus pharmacis, ſuccis, un‑guentis aut malagmatis eum ſanare poſſet, ut Phalaris de Alabo inquit: ita prorſus Charagma dei in ſe amiſit, & a mittentibus ne illud recuperare ualeant, omnem adi‑tum præcludere nititur: Abſtulit enim Contritionem, confeſſionem pepulit, ſatiſfa‑ctionem deportauit: quibus homo ab imagine dei excidens, ſe ſerpentina prudentia renouare poſſet: In fœdiſſimos huius errores ſcripſimus ſuperioribus annis: & in ur‑be Roma tres libros emiſimus, quos Roma. Ponti. Adriano & Clementi obtulim9, cum ex itinere amplitudinem tuam Tridenti inuiſerem. Ab amicis uero rogatus, quartum librum adiecimus, in quo prærancidę hæreticorum rationes contra pœni‑tentiæ ſacramentum euacuantur. Hunc R. P. T. dedicare decreui, ob ſingulares & raras uirtutes tuas, quibus mirifice fulges: Cuius euidens eſt argumentum, te præ omnibus Germaniæ Epiſcopis, a Sereniſſimo Hungariæ atq; Bohemiæ rege Ferdi‑nando Hiſpaniarum principe ac Auſtriæ Archiduce potentiſſimo, aſcitũ eſſe ſum‑mis Conſilijs ſuis, ut ſarcinam magni illius regiminis ſufferre adiutes. Et nuper ob in‑gentia tua in rempub. Chriſtianam merita, a ſanctiſſimo domino noſtro Clemente Papa ſeptimo, fœliciter in Ampliſſimum & Reuerendiſſimum ordinem ac cœtum S.R.E. Cardinalium euectus es, applaudente & approbante Imperatore CARO‑LO V. Principe Opt. Max. Ea præterea es humanitate, in literatos omnes & ſtu‑dioſos, ut omnes te patronum agnoſcant, Mœcenatem reuereantur: & clementiam tuam certatim demereri ſatagant: traxit quoq; me, iam multis annis habita tecum conſuetudo: ubi perhumaniter me ſoles excipere atq; beneuolentius dimit‑tere: ut plane fateor plurimum me tibi debere: Accipe igitur Pur‑puratorum præſulum decus, hylari uultu, chartaceum hoc munuſculum, meę in te obſeruantiæ teſtem: & ubi a maximis diui Cæſaris, ac Regijs occupationib9 quieueris, ſuffuratus ociolum, pugnam no‑ſtram cum hoſtibus fidei inſpice: & me Regi tuo, ac tibi commenda. Va‑le Antiſtes digniſſi. Ingold‑ſtadij 8. Aprilis, An‑no Gratiæ.

M. D. XXX.

LIBER QVARTVS DE POENITENTIA, CONFUTAT hæreticorum rationes.

Quæ Ludder contra confeſſionem opponit in libello maligni iudicij,confutantur. Cap.I.

VERITATIS catholicæ defenſionem hucuſq; tribus libris para-
uimus: & omnino curauimus oſtendere: quod ea quæ hodie ec-
cleſia ſancta & Romana docet,iubet & præcipit de clancularia cõ
feſſione: ea omnia conuenire,cum antiqua & primitiua eccleſia:In
quam rem & conciliorum ſententias ac ſanctorum patrum dicta
poſt ſacras literas induximus: cum autem non ſufficiat propria
firmare: ſed oporteat quoq; aduerſantia & contraria repellere: Inſtituimus hoc lo- *Intentio autho-*
co libellos erroneos confutare: quos aduerſarij ſcripſerunt aduerſus eccleſiæ catho- *ris.*
licæ ueritatẽ: & id quidẽ obiter: nã adeo pugnantia ſcripſerunt: ut nec inter ſe aut
ſibi cõueniant: hoc aũt eſt opus mẽdacij: ut nihil ſolidi habeat nihil cõſtantis,nihil fir
mi: nã cum omne uerũ uero conſonet: falſum tamẽ & cum falſo,& cum uero pug-
nat. ¶ Et primo ueniamus ad tortuoſum illum ſerpentem Ludderum ſacras lite- *In Ludderum.*
ras colaphiſantem: & eccleſiam catholicam in omni quod eſt religionis, quod fidei
quod pietatis improbantem: Et ſub examen reuocemus impium eius libellum,quã
tum ad confeſſionem attinet,de articulis fratrũ: fuerant etenim duo, Ludderana pe-
ſte infecti,in dioceſi Brandẽburgẽ.qui peſtiferam hanc doctrinam in plebem ſpar-
ſerunt: fratres minoritani huic morbo occurrere uolentes,contulere certos cum eis
articulos: quos cum obſtinatos deprehenderent: obtulerunt illos articulos Reuerẽ- *Minores.*
diſſimo epiſcopo Brandenburgẽ,qui dũ eſſet in comitiua illuſtriſſimi principis ele
ctoris Ioachimi Marchionis Brandenburgẽ.redeuntis ex Comicijs Franckfordia *Marchio bran-*
nis,electo iam Carolo.v.Imperatore Romanorũ diuertit cum principe ad Lipſiam *den.*
ubi iam finieram diſputationẽ cum Luddero: me uero uocato,obtulit mihi D. Epi- *Carolus.5.*
ſcopus articulos illos: atq; rogauit ut meum ſuper his ferrẽ iudicium: obſecutus ſum *Epiſcopus*
tumultuarie,antiſtiti: uenit iudicium in manus Ludderi: qui mox ueneficam in me *Branden.*
exacuit linguam: Et articulum ſeptimum (cuius is fuit tenor. Confeſſionem ſacra-
mentalẽ dixit,non eſſe de iure diuino,ſed ex inſtitutione Innocentij iij.) ſuſcipit de-
ſendendum: Et hic primo aſſerit,confeſſionem illam quæ nunc agitur occulte in au- I.
rem,nullo poſſe iure diuino probari: Et quod non ita fiebat primitus: Sed publica il II.
la quam Chriſtus docuit,Si peccauerit in te frater tuus: Et Paulus,aduerſus preſby III. *Mat.18*
terum accuſationem &c. Tunc enim teſtibus & accuſatoribus crimina accuſaban- IIII. *1.Tim.5*
tur: donec confiteretur conuictus,ut ex Cypriano liquet. ¶ Et quando induxi Io- V. *Cyprian.*
han.xx.(ipſe falſe aſſumit Iohan.ult.) Quorum remiſeritis peccata &c. Reſpondet *Iohan.20.*
cuius fabula eſt hæc: nullum peccatum remitti: niſi confeſſione publicetur: cum ue-
ro nullus hominũ,noſſe poſſit oĩa peccata,fiet ut ad impoſſibile obligetur: nã hinc ue VI.
nerunt torturæ iſtę conſcientiarum: quod diſcuſſionibus & diligentiæ adhibitioni-
bus confitendi nullus ſit finis: Inde confeſſionalia cum nepotibus,filiabus,ſpeciebus, VII.
generibus peccatorum: ut eorum etiam memoria ſit laborandum: cum ſola con-
ſcientia in hac cauſa eſſet conſulenda: Dein eo contendit,quod licet remiſſa a ſacer- VIII
dote ſint remiſſa: non autem ſequi: quorum non remiſeritis: illa non erunt remiſſa:
Nec ſequitur inquit,Eccleſia remiſit tibi quæ confiteris: ergo omnia remiſſa ſunt: IX.
Ab initio in me inuehitur impudentius: quia tot annis ſim Theologus: & adhuc ne X.
ſciam: quid ſit ius diuinum: quia confeſſionem probem eſſe de iure diuino per Au- XI.
guſtinum,Ambroſium,& Origenem &c.Et miratur quod Cyprianum non indu-

xerim tam ſæpe exhomologeſim aſſerentē:ſed quia ego forte non intellexerim,exa
homologeſin latine confeſſionē ſignificare. Hæc ſunt indomitæ beſtiæ tela aduer-
Refelluntur ſus catholicam ueritatem. ¶ At conteramus arcum & confringamus arma ſuper
Ludderana bientis Goliæ: primo omnium miror,quod nihil dixit corrigendo,de tempore Inno
centij tertij,quo diſcipuli Ludderani dixerunt inceptam confeſſionem: cum Gra-
Gratiani ſæculum tianus illo ſenior,de confeſſione ſcripta reliquerit & Petrus Longobardus, nam ut
extat monumentum Bononiæ in æde diui Petronij Gratianus compilauit decretum
anno domini M. CLI. quo tempore ſedit in cathedra Petri Eugenius tertius: In-
nocentius autem iij.nonus ab Eugenio tertio præſedit anno ſalutis M.CXCV.ſed
de hoc alias plura: forte nominare uoluerunt Innocen.ij. Veniamus ad negotium
I ipſum: nam quod primo aſſumit confeſſionem auricularem non probari iure diui-
li.2.ca.9 II no: oſtendimus contrarium & triumphauimus libro de confeſſione. Et quod non
ita fiebat primitus in aurem ſeu clanculum: & hoc quoq; falſum eſt: nam & occul-
III ta,& iam ſolum cogitata confitebantur,& confiteri tenebantur ut codē libro oſten-
IIII dimus: ſicq; corruit tertium: crimina teſtibus & accuſatoribus fuiſſe examinata:
nam licet hoc factum ſit in ſententijs publicis eccleſiæ, ut in excommunicationibus,
ſuſpenſionibus,interdictis: ſic enim iubet Paulus non recipere accuſationem aduer-
ſus preſbyterum,niſi ſub duobus aut tribus teſtibus: ſecus de iudicio pœnitentiæ ſa-
Math.18. cramenti: quia illud fiebat etiam de occultis,& clandeſtine: Errat ergo Ludder,qui
Iohan.20. non ſeparat poteſtatem cohercendi a poteſtate ligandi & ſoluendi: oſtendimus au-
Cyprianus tem Cyprianum non ſolum de publica,ſed etiam clancularia locutum confeſſione:
li.2.ca.13 V Quod porro irridet inductum ex Iohan.captiunculatur: peccata enim omnia confi
tenda ſunt: quæ ſuggerit memoria, ſignate: alia uero oblita aut ignota, in genere:
Ideo confitentes petunt abſolutionem de omnibus confeſſis, oblitis, & incognitis:
VI Quod torturæ hinc ueniant conſcientiarū: dico q̄a amara debet eſſe pœnitentia,an-
VII xia ſit in diſcutiendo: ut fiat quieta & pacata in abſoluendo: Sic bene faciunt decla-
rantes genera & ſpecies peccatorum: ut laici agnoſcentes mala, poſſint illa melius
uitare ne fiant: aut ſi facta fuerint de his pœnitere: quia ignorans ignorabitur ait apo
1.Cor.14. ſtolus. At hoc omnem ſuperat obtuſitatem: quod magna hic pronunciat inſcitia,ſo-
In Ludderum. lam conſcientiam in hac re conſulendam: quaſi conſcientia nunquam poſſit eſſe er-
Roma.10. ronea: quaſi non poſſit eſſe ignorans: cur tunc Apoſtolus increpat Romanos: qui-
bus teſtimonium perhibet,q̄ emulationem quidem dei habent: ſed non ſecundum
ſcientiam: Vide ſcientiam neceſſariam conſcientiæ: Si etenim conſcientia ſufficeret:
1.Cor.8 cur lex poſita foret? cur Apoſtolus infirmas teſtaretur conſcientias? Et ad Titum
Tit.1. VIII conqueritur quorundam conſcientias & mentes inquinatas: Sic fatetur ipſe eſſe re-
miſſa,quæ ſacerdos remittit: & in alio libro de confeſſione, extollit illam ut magnā
rem & præſtabilem,comparando eam bono uirginitatis: Cur ergo uult iam primi-
tiuam eccleſiam,in qua magna & feruens erat charitas,tanto bono priuare: cur otio-
ſos uult fuiſſe claues, apud diligentiſſimos eccleſiæ primitiuæ colonos: qui tanto tem
Ludder de indulgen. pore non fuerint uſi tam nobili dono dei? Et concluſione vij. Inuolutionum ſua-
rum de indulgentijs,poteſtatem clauium in abſoluendis peccatis cōfeſſis,uocat dul-
ciſſimam: de qua ſummas gratias agere deo debemus ex imo cordis: qui talem dede-
rit poteſtatē hominibus, quæ ſit unica conſolatio peccatorum, & infœlicium con-
ſcientiarum: Ingrati fuerunt & inuidi Apoſtoli, Ludderana ſententia: qui hac po-
teſtate non ſunt uſi: & eam fidelibus non adminiſtrarunt: Non uacat errore, quod
aſſerit: aliqua non remiſſa a ſacerdote,tamen remitti: ſi copia ſacerdotis haberi poſ-
li.2. ſit: non uideo poſt baptiſmum aliam tabulam,niſi pœnitentiam,ut ſupra docuimus:
IX ſic tenet eccleſia catholica,etiam ſi aliter opinetur eccleſia malignantium. Inualidam
facit eſſe conſequentiam,Eccleſia remiſit tibi quæ confiteris:ergo omnia ſunt tibi re-
miſſa

miſſa: quæ tamen illatio eſt bona: niſi exiſtimet Ludder aliqua peccata remitti ſine
aliis: ſed potius credamus diuo Hieronymo: qui anathematizat ſperantem dimidiã
ueniam a deo: & Chriſtus infirmos ex integro reſtituit ſanitati: non curauit unam *Hierony.*
infirmitatem, altera manente: Quod poſtremo in me iaculatur: quod neſciam ius
diuinum: fateor ignorantiam meam fore immodicam: malo tamen humiliter ſen- X
tire in ſimplicitate mea cum catholicis: quam altum ſapere cum Luddero, Huſſitis, *Eckius ſimplex*
Pichardis, Ruthenis & aliis hæreticis: ſed mendacii coarguat te Ludder, os tuum:
Negas me adduxiſſe ius diuinum pro confeſſione: & tamen mox excitas lectorem
ut uideat: quomodo Scotiſta iure diuino probet confeſſionem: Si iure diuino pro- *In Ludderum.*
baui confeſſionem: cur mentiris me non adduxiſſe ius diuinum: ſed cauſaris: quia
uerba hominum adduxerim: qui non condant ius diuinum: fateor homines addu-
xi: ſed iuris diuini ſcientiſſimos, clariſſimos interpretes: qui de iure diuino optime
reſpondere poſſunt, Auguſti. Ambroſ. Origenem: an non hi ſunt idonei teſtes, ad
probandum eſſe aliquid de iure diuino: præterea huc etiam reſpicit patrum indu-
ctio: quia per eos conſtat, etiam primitus fuiſſe illam confeſſionem contra hæreti-
corum ſententiam: & quod non inceperit ab Innocentio. iii. ſicut iſti comminiſcun-
tur ineptiſſime: quod a CCC. annis ſuper ſæculo noſtro, primo tam difficile onus
fuiſſet inductum in eccleſia: & abſq; reclamatione receptum per uniuerſa regna, ne-
mine ſe opponente: Non curo: quod de Exhomologeſi ſcribit me non intellexiſſe: XI.
uellem me latina recte poſſe tueri: at illud noui: me eo tempore plura in greco ſciuiſ-
ſe quam Ludderum: qui primum ſubdiderit manum ferulæ: Me tunc legiſſe Cy- *Cypri.*
prianum de confeſſione: Fætura mea ſuper diſputatione Lypſica, teſtis erit: quem
ſuperius ad hoc induxi: & Lipſiæ ſup Primatu Petri nõ ſemel per me adductus fuit *li. 2.*
Cyprianus: Immo homini perfido, ſuper loco Cypriani dubitanti, demonſtraui in il-
lius ipſius libro: ut in Primatu Petri latius mẽdacia Ludderana detexi. Vtcumq; an
Cypria. citauerim, an minus, mihi nõ cõſtat: quia tẽporario iudicio ſententiã meã pro
tuli: neq; in hunc diem iudicium meum amplius uidi: quoniam nullum mihi extat
exemplar: ſufficiat Ludderum, hoc loco, more giganteo uelle eccleſiã, futilibus cap-
tiunculis, oppugnare: ſed ut Ezechiel ait, deſcendet ad infernum cum armis ſuis. *Ezech. 32.*

Confutantur errores Ludderi extracti ex libello eius de confi-tendi ratione. Cap. II.

CONfractis primis hæreticorum telis, adoriamur aliam aciem: quam inſtru-
xit pro regno diaboli, aduerſus ſalutem animarum fidelium: Et confitendi
rationem, hoc eſt perdendi animas & decipiendi, libello titulum præfixit: *Liber Ludderi*
Reuocentur ſub examen: & trutina ueritatis catholicæ librentur ibi aſſerta: & quod *de ratione con*
Chriſtus inquit, a fructibus eius cognoſcemus eũ: Scribit in tertio documento ſuo: *fitendi.*
Si quiſpiam non inuenerit ſeſe ſerio affectum bono propoſito: neſcio an tutũ ſit cõfi- *Math. 8.*
teri. Hoc ſcio melius ſibi eſſe abſtinere a confeſſione: nec in hoc pręceptũ eccleſię cu- I
randum eſſet ullo, ſiue excommunicet, ſiue minetur: melius eſt eccleſiã dei nõ audire
quam in periculum ſuum, ad deum cum ficto corde accedere: quia hic cõtra deum: II
ibi contra eccleſiam tantũ peccatur: ſi tñ peccat, iſto caſu, eccleſiã non audiendo: De
ſcendit dein ad cõfeſſionem manifeſtorum et uenialium: ubi eandẽ recinit cantilenã: III
quam in ſermone de pœnitentia ſupra examinatam. Subiungit poſtea eſſe extra ſuũ
captũ: an peccata cordis occulta, ac ſoli deo, et homini qui ea fecit, cognita, pertineant *lib. 3. cap. 1.*
ad confeſſionem ſacramentalem: quia nulla uia, aut ratione, aut ſcriptis probari po- IIII
teſt: ſuſpicatur autem id totum inuentum eſſe uel auarorũ, uel curioſorũ, aut certe ty
rannorum prælatorum: qui hac uia, populũ Chriſti, in terrorẽ ſui adduxerint: Nam
id eſt meo iudicio, inquit, penitus in iudiciũ dei manũ mittere: & forũ dei uiolare V

præſertim ſi ad id cogantur homines: Subdit, Ego ſum cōtentus: quod non oīa pec-
VI. cata cordis ſint confitenda: ſi autem aliqua ſunt confitenda: ea tantū aſſero, quæ ipſe
manifeſte ſcit ſeſe contra diuina mandata in corde ſtatuiſſe: hoc eſt nō ſimplices co-
VII. gitationes de uirgine aut muliere, nec ipſas affectiones, nec ardorem libidinis mutuū,
ſeu inclinationes ad ſexum alterum, quantumlibet fœdum: addo nec paſſiones taliū:
quia huiuſmodi paſſiones ueniunt a carne, mundo, uel diabolo: aliquando durant ꝑ
2. Cor. 12. multā moram. Immo quandoq; tota die uel hebdomoda, ſicut ſtimulus ſancti Pauli.
VIII. Porro improbat eos qui aggreſſi ſunt nobis diſcernere peccatum mortale & uenia-
le: quia omnia opera noſtra ſint damnabilia, & mortalia, ſi deus per rigorem iudi-
cet, & ſubdit, Quin hoc eſt mortalium mortaliſſimum, non credere, ſe eſſe damnabi
IX. li & mortali peccato obnoxium coram deo. Et infra, Ita legimus in Auguſt. Cypria.
& aliis patribus, non peccata mortalia, ſed criminalia, id eſt ea quæ accuſari & conuin
X. ci poterant, ligata & ſoluta fuiſſe: Improbat denuo modum cōfitendi & ſubdit, Ad
diderunt his malis, quidam circunſtantiarum moleſtiſſimum negotium. Monet pr
XI. terea ex ꝑceptis dei cōfitendū: licet non ex omnib. qa duo ultima prorſus ſunt a con
XII. feſſione excludenda. Plura ſubinde adfert contra ſtatuta humana, de horis canonicis
de celebrando, obſeruato ieiunio naturæ, de eſu butyri & ouorum in diebus prohi-
XIII. bitis, de eſu carnium feria ſexta: nam leges ſuper his latas, ſuperſtitiones uocat: Con
ſulit porro ut aliquando homo cum ſcrupulo accedat ad ſacramentum euchariſtię,
puta non confitens ſi immodeſtius uel biberit, dixerit, dormierit, aut aliud quid fece-
XIIII. rit, aut horam unam aliquam non orauerit. Infert artem confitendi nihil aliud effeciſ
ſe: niſi quod aboleuit artem & uſum confidendi in deum: ut diſceremus multum cō
XV. fiteri, & nihil confidere: Subdubitat deinde an ullus caſus poſſit reſeruari a ſuperio-
XVI ri, quo ad remiſſionem culpæ, aut unq; reſeruatus ſit. Porro ligatum excommuni-
catione, nihilominus iudicat fore abſoluendum a culpa & peccatis: licet pro pœna
XVII excommunicationis dimittatur poteſtati, & foro eccleſiæ: Rationem poſtea uoto-
Diluuntur 17. rum proſequitur. Hæc ſunt monſtra & portenta Ludderana de ratione confitendi:
errata Ludde. in quibus dediſcendam tradit confeſſionē: Percurramus ſingula quæ ad inſtitutum
I. noſtrum faciunt: & confutanda, digno iudicio iugulemus. ¶ Nam quod non uult
ullum confiteri: qui non inuenerit ſeſe ſerio affectum bono propoſito, eſt ſeductiuū:
cum tepidum ſuum propoſitum per bonum obedientiæ poſſit roborari, & efficax
In hiſtoria tri fieri: Sumet exemplum Ludderus de eo quod ſæpe adducit, de mimo ioco ſe per-
part. mittente baptiſari: qui inter baptiſandum, uertit ſuum propoſitum in melius, ac cre-
didit: & uere baptiſatus fuit. ut Ludder refert ſermone de pœnitentia: unū conſultius
eſt huiuſmodi perſonas ſe oſtendere ſacerdoti: forte deus tanget cor eoꝝ: ut cum
infirmi acceſſerint: ſani recedant: Non enim ficte accedit: ſi ſacerdoti detegit, ſe uel
non habere propoſitum, aut habere debile propoſitum: Et mirandā pingit Chyme-
ram, ſeparans peccatum contra deum, a peccato contra eccleſiam: quaſi peccans cō
tra ſponſam Chriſti: non peccaret in ipſum Chriſtum: quaſi confeſſus propter obe-
dientiam, licet in uno uel altero non haberet propoſitum abſtinendi, peccaret: cum
per admonitiones ſalutares ſacerdotis, forte ille a patre cœleſti trahi poſſet ad opti-
Mat. 18. II mam pœnitentiam: quare non nouo peccato peccaret in deum: Illud etiam falſum
eſt, quod dubitat an peccetur, non audiendo eccleſiam: cum non audiens eccleſiam
III Chriſti iudicio habendus ſit ſicut ethnicus & publicanus: De confeſſione manifeſto
Lib. 3 rum & uenialium, ſupra confutata eſt Ludderana ſententia. Quod uero nulla uia
IIII dicit probari occultorum confeſſionem, nec ſcripturis, nec ratione: Impie & ſcelera-
Occulta confi- te loquitur, populum Chriſti ſeducens: oſtendimus enim ſupra, ſcripturis & ratio-
tenda ne, etiam occulta confitenda: Siue enim facto, ſiue cogitatiōe peccatum fuerit admiſ-
Lib. 2 ſum, publice ſiue clandeſtine, morbus eſt animæ: ideoq; medicina pœnitentiæ ſacer-

dotali

dotalis abſolutionis adhibenda eſt: quod non fit, niſi præeunte confeſſione: ligatus
eſt ſi peccat corde, uel opere: quærat abſolutionem: alioquin trudetur ad inferos: Im
piiſſime autem ſuſpicatur hoc eſſe commentum curioſorum, auarorum aut tyran-
norum: An ne Tertullianus, Clemens, Cyprianus, Baſilius, auari, curioſi, & tyranni ti
bi uidentur: qui ſic occulta confitenda ſcripſerunt: ſed hic eſt antiqui ſerpentis aſtus
ſiniſtre interpretari, & calumniari ſacramenta eccleſię: Porro quam ineptis inductus V.
eſt in hanc ſuſpitionem, argutijs: quia hoc ſit manum mittere in iudicium dei: O in-
ſenſate exiſtimas ibi aliud eſſe iudicium, quam conſcientiæ & dei: ubi ſummus ponti-
fex Chriſtus habet uicarium ſacerdotem; cui commiſit in hac re ligare & ſoluere: *Forum dei, fo-*
Ergo is uicariam exercet poteſtatem dei in iudicando: & hic inſigni ſtultitia, Immo *rum ſacerdotis*
malicia, uult ex iudicio & foro dei, ſubtrahere occulta & peccata cordis: Hoc inquã VI.
plus eſſet uiolare forum dei, ſuo S. Vicario ſcienter peccatum occultare, ſine ratio-
nabili cauſa: quam quod eccleſia infirmos ſuos omnes ad hanc exhortatur pœniten-
tiæ medicinam: Quod iterum ingeminat de manifeſtis, diximus ſupra. Et quod hic VII.
anſam prebet plura obticendi: & quid aliud faceret antichriſti præcurſor? niſi mul- *lib. 3.*
tos inuitare ad damnationem; certum eſt conplacentem immundis cogitationibus *Ludder anti-*
etiam peccare: & eo magis, quo diutius his immoretur; hoc autem debuit dicere: *chriſti præcur-*
ſentire turpia aut immunda, non eſt malum: ſed his conſentire: Non enim eſt poſſi- *ſor.*
bile quin uiſis tangamur: Et cõtinuo in nobis ſurrepunt latrunculi primorum mo- *Augu.*
tuum. ¶ Quod aſſumit omnia opera noſtra eſſe damnabilia, oritur ex alia fe- VIII.
ce ſuæ hæreſis: quia iuſtum dicit in omni opere peccare; de quo in præſentia nihil
dico: quia habeo futuram libri de peccato boni operis, deo fauente, aliquando per
me abſoluendi: Iam uero falſum oſtendimus, quod mendaciter imponit Auguſtino IX
& Cypriano, ſolum fuiſſe ligata & ſoluta, quæ accuſari & conuinci poterant: quo-
niam ſoluebant etiam a peccatis occultis cordis: Circumſtantias recte additas ex ſa- X
cris literis, ex patribus oſtendimus. Impie autem negat, ex præceptis duobus ultimis *lib. 3. cap. ult.*
non confitendum; Cum enim ſint leges: Cur præuaricatio legum, non emendare- XI.
tur per pœnitentiæ medicinam, unde ſacra facultas Theologica Parrhiſieñ. hunc er
rorem damnauit: Sed quam obediens eſt hic eccleſiæ filius, aut potius baſthardus et XII.
ſpurius: qui eccleſiæ & conciliorum traditiones, ſtatuta, & præcepta appellat ſuper
ſtitiones: Hoc tamẽ facit ſub ſpecie libertatis Euangelicę: ut uaga licentia peccandi,
populus nunq̃ exueret ſeruitutem peccati: Porro cõſilium Achitophelis exhibet, XIII.
ut homo cum ſcrupulo accedat ad ſacramentum quaſi contra apoſtolum, accedere *Ludder, Achi-*
debeat, anteq̃ ſe probet: at hic locus ad librum de fide pertinet, aliquando abſoluen- *tophel.*
dum: Iniuriam autem facit patribus modum confitendi tradentibus, quod confiden- XIIII.
tiam in deum aboleuerint: ut ſupra diximus: cum omnes doceant, totam ſpem & ra *lib. 3.*
dicem confeſſionis ſuper miſericordia dei ſtatuẽdam: quia non eſt uolentis, neq; cur *Roma. 9.*
rentis, ſed dei miſerentis: et cuius uult miſeretur, & quẽ uult indurat: nemo enim ue-
nit ad Chriſtum, niſi pater cœleſtis traxerit eum: Ideoq; clamamus, Cõuerte nos do *Iohan. 6.*
mine, & conuertemur: Male autẽ dubitat caſum reſeruari poſſe a ſuperiori ex ratio- *Hiere. 31.* XV.
nabili cauſa: cum is habeat plenitudinem poteſtatis, non æque omnibus inferioribus *Caſus reſeruati*
communicatã: Ita erat mos etiam primitiuæ eccleſiæ: quod aliquando ad illos refere
batũr magnitudo culpæ & criminis: fateor ingenue damnabile eſſe, propter aucu-
pandos nummos reſeruare huiuſmodi caſus: ut heu heu aliqui noſtri faciunt: qui *In aliquorum*
tonſuram, non paſturam ouium quærunt: quia uicarios habent, officiales, fiſcales, *auariciam.*
tabelliones, pedellos, curſores, nuncios, ad tyrannidem, ad exactiones, ad fulmina
excommunicationum paratiſſimos: ſed hi abuſus facile tollerentur: ſi celebraren-
tur ſynodi prouinciales more ueteri: uti in libro de Primatu Petri indicauimus.
Porro mirum hic uidemus clauium contemptorem ſimul & magnificatorem: cum XVI.

XVII. eum qui eſt extra communionem eccleſiæ poſitus, uult abſoluere a peccatis: quaſi excommunicatio non eſſet impedimentum clauium: Quæ ad uota pertinent, non hic proſequimur: cum proprium librum exigerent confutanda, quæ ipſe peculiari libro de uotis hæreticiſſime ſcripſit: licet author mox abinitio adimat fidem libro ſuo: quod glorietur ſe apoſtatam eſſe: & a monachatu & cucullo extractum: ingenue faſſus ſe neq; libentem neq; cupientem factum monachum: ſed ad alios peruerſos eius libellos perueniamus.

Reiecto libro peſtilenti de Captiuitate Babylonica, referuntur errores Ludderi ex libro uulgari de confeſſione. Cap. III.

ORdo ſcriptorum tractatuum iam expoſtularet: ut ſermonem eius de poenitentia ad ducıſſam Luniburgen. confutaremus: ubi ſuperiora alit monſtra: & claues ac poteſtatem abſoluendi in ſacramento poenitentiæ laicis tribuit, Immo mulieribus, ac pueris: poſt quem ſequitur omni peſte peſtilentior, lerna malorum, omnium hæreſum fex, liber ille captiuus Ludderi de captiuitate Babylonica: ubi iterum totum ædificium ſpiritale in fide aſſerit: Impudentiſſime mentitus, catholicos & eccleſiam Romanam, negare fidem eſſe neceſſariam in hoc ſacramento: O quæ inſania furens & furia inſana, hoc imponere catholicis: quod catholicorum nullus unquam ſenſit: quin omnes conſentiunt, accedentem ad deum oporteat credere: & fides ſit ſperandarum rerum ſubſtantia: & quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo: hoc firmiſſime credunt & firmiter tenent omnes catholici: adhuc non ueretur mendacem calumniam ſtruere: ſed ut ſapiens inquit, a mendace, quid uerum dicetur: Porro catholicis imputat, quod contritionem putant meritoriam de congruo gratiæ: & reliqua erronea de contritione affert: de confeſſione ſuperiora errata adfert: Reſeruationem caſuum improbat: ſed cuilibet catholico confitendum exiſtimat: circumſtantias a confeſſione excludit: Immo penitus contemnendas mandat: At iſtius errata, in toto hoc pelago captiuitatis contenta, ſereniſſimus Angliæ rex Henricus viij. fidei catholicæ defenſor, in apologia, quam pro ſeptem ſacramentis eccleſiæ ſcripſit, adeo proſtrauit, & euicit: ut piaculum eſſet aliquid addere: copiã huius apologiæ, manu regia obſignatã, Leo Papa. x. mihi dedit: ideo nolo lectorem diutius diſtinere uerbis meis incultis: cum tam culte & erudite is inuictiſſimus rex omnia excuſſerit. ¶ Ad alium deueniamus perditum Ludderi libellum: nam dormiente Petro, Iudas cum Iudæis uigilat: Et neſcio quomodo malicia ita inſtat laboribus, ſæpius enim parit Ludder, quam cuniculi: Poſteaquam igitur Ludderana doctrina Rhomæ a pontifice & collegio Cardinalium, præhabito doctiſſimorum uirorum conſilio, poſt quottidianum eius examen fuit condemnata: Luddero quoq; euocato, & ipſo in erroribus obſtinato, idem pontifex eum hæreticum, ſchyſmaticum, ac membrum putridum iudicaſſet, & ſeparaſſet a communione fidelium: & ita ab omnibus catholicis, eum tenendum, habendum & iudicandum mandaſſet: Diuus quoq; Cæſar Carolus. v. Romanorum ImperatorGlorioſiſſimus, ac Hiſpaniarum rex Catholicus, cum ſacri Romani Imperij proceribus, in conuentu Vuormacieñ. Ludderum uocatum & auditum, cum obfirmatum in hæreſi ac pertinacem deprehendiſſet, eum Auguſtali edicto, ut hæreticum per totius Imperij fines, uitandum præcepit: ipſum & omnes eius hæreſis ſectatores, diris Imperij (banno noſtri dicunt) ſubijciendo: Contra pontificis ſententiam, contra Cæſaris edictum, cum Ludder in profundum malorum ueniſſet, contemnens omnia, libellum ſcripſit in lingua uernacula de clancularia confeſſione: Vbi, dum plura contra conſtitutiones Eccleſiæ, Pontificum, & Conciliorum euomuiſſet: conatur contra ueritatem catholicam, confeſſionem dicere

De captiuitate Babylonica. *Mendax Ludder.* *Heb. 11.* *Eccleſ. 34.* *Henricus rex Angliæ.* *Iacet Ludder.* *Sententia Papæ. In Ludderum 1520.* *Sententia Cæſaris 1521.*

dicere non neceſſariam: Recenſeamus eius errata per capita, & iugulemus. ¶ Pri-
mo cum catholici aſſerant confeſſionem: petit ipſe ut rationem dent huius fidei, iux-
ta præceptum Petri: Et primo refert catholicos firmare propoſitum quando lepro- 1. Pet. 3.
ſo mundato dixit. Vide nemini dixeris: ſed uade oſtēde te ſacerdoti: & offer munus
tuum, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis: hic multa effudit conuicia, catho- Math. 8.
licos & eorum prælatos eſſe indoctos, cæcos, tenebras & diabolum ſequentes: Niti-
tur ergo reſpondere huic loco: quia non ſit clarus locus: ideo etiam non concludat:
cum nulla fiat hic mentio peccati: ſolum mundatus tenebatur ſe oſtendere ſacerdoti:
Præterea, ille erat ſacerdos ueteris legis: ſacerdos uero legalis non habuit poteſta-
tem abſoluendi: cum poteſtas clauium ſit peculiaris ſacerdotibus noui teſtamenti:
quare potius Apoſtoli hunc abſoluiſſent: Quod ſi dicamus, figuratam confeſſionem
hoc facto: Reſpondet primo figuram non probare ſecundum Auguſtinum: Secun August.
do poſſit dare figuratum propinquius, ꝙ̃ confeſſionem clanculariam: nam ſacerdos
legalis figurat Chriſtum: & illi debemus nos oſtendere per confeſſionem cordis &
gratiarum actionem: quod iuſtificationem noſtram omnem ex ipſo, & ex nobis uani
tatem fateamur. ¶ Secundo aſſumit catholicos firmare ſuam ſententiā de cō-
feſſione, per illud Sapientis: Diligenter agnoſce uultum pecoris tui: tuoſq; greges cō- Prouer. 17.
ſidera: ex illo dicto faciant examen & diſcuſſionē conſcientiæ; & interpretentur uul
tum, ideſt conſcientiam: & agnoſcere, ideſt confeſſionem audire: Obijcit autem pri- I
mo, quia ſi nemo uellet confiteri: quomodo ille uellet agnoſcere? Præterea eſſet mi- II
rabilis deus, qui huiuſmodi tibi præciperet, quæ non eſſent in poteſtate tua, ſed alte-
rius ſecreta uoluntate: Cur hic non noua gloſſa inuertunt: Tu pecus cum diligentia III
exhibe uultum tuum ad agnoſcendum paſtori: Et quarto deberent meminiſſe, con IIII
feſſionem eſſe ſacramentum nouæ legis: quæ non fuit in ueteri teſtamento: Nec Salo V
mon ipſe unq; ſic confeſſus eſt: quia claues nondum erant datæ; ideo non probat con
feſſionem: ſed docet inquit Ludder, auarum non aliena rapere; ſed ſua bona prouide VI.
poſſidere: Itaq; diligenter agnoſcat uultū pecoris ſui: quia non ſemp uiuet: prata ſunt
aperta: & gramen creſcit, & fœnum ſe congregat in montibus: hoc eſt, non cura: non
prædare, ſis contentus cum omni die creſcat fœnum & gramen et cæ. ita Ludder in
uulgari inducit, quod Salomon docet contra auaritiam, & ſollicitudinem, quomodo
homo ſe honeſte nutriat in rebus temporarijs, & hinc illi confeſſionem faciunt.
¶ Tertio aſſumit catholicos aſſerere confeſſionem ex diuo Iacobo. Confitemini al- Iaco. 5.
terutrum peccata ueſtra: & orate pro inuicem, ut ſaluemini. Hoc dictum eſt in no-
uo teſtamento: & exprimitur tam confeſſio, quam peccatum: ſed ponit mirabilem
auditorem confeſſionis: qui nominatur alterutrum, diſplicens Papiſticis: Ex quo
enim alterutrum confiteri debemus: conſectarium eſt, non ſolum ipſos eſſe Pa-
pam, epiſcopos, ſacerdotes: ſed omnes Chriſtiani ſunt Papa, epiſcopi, ſacerdotes: &
ſic Papa cogeretur ipſis confiteri: Antequam hoc admittant: potius fatentur Iaco-
bum nihil loqui de clancularia confeſſione: quod etiam uerum eſt: licet primo pro
ea ipſum induxerint: Intentio autem Iacobi eſt: quod ſicut prouocans iram dei:
tenetur deo confiteri agnoſcendo culpam: & ſic remittetur ei peccatum: ita quili-
bet ſe humiliet erga proximum (potiſſimum ſi eum offendit) & peccatum ſuum fa
teatur: nec temere ſe excuſet: quoniam ſic non fieret pax: & impediretur oratio,
quod Iacobus uolens præcauere, inquit. Orate pro inuicem, ut ſaluemini: quod fa
cere non poteſtis: niſi alterutrum dimittatis peccata ueſtra: Sed dimittere alteru-
trum non poſſumus, niſi unus fateatur alteri: in quo eum offenderit: Ita quiſq; para-
tus ſit agnoſcere, ſe offendiſſe: ut ſic pax fiat. His ſtrophis uerborum & cauillis exi
ſtimat ſe Ludder illudere ueritati catholicæ.

Confutatur Ludderus in ſua logica, quod negat in uniuerſum, ſumi ar- gumentum a figura, & quod aſſerit omnes figuras uete. teſta. pertinere ad Chriſtum. Cap. IIII.

Impudentia Ludderi. DVm torſiones lego Ludderanas, quibus ſacram lacerat ſcripturam & ca-
tholicas ueritates conſpurcat: miror uehementer hominis blaſphemiam &
Cyrillus. impudentiam: quoniam ut Cyrillus ſuper Iohanne inquit, Nulla blaſphe-
mia tam magna: ut aduerſus ſacratiſſima eccleſiæ dogmata, non dicatur libenter ab
Mich. 3 his: qui omnia, ut ſcriptum eſt recta peruertunt: quod hic ſtrēnue proſequitur Lud-
Ad cauillos der, peruerſitatis & perfidiæ miniſter: deſpiciamus per tres locos adductos. Nam
Ludderi. dum primo adfert catholicos firmare confeſſionem per illud oſtende te ſacerdoti.
Mat. 8. Verum eſt catholicos hoc allegare, non pro ueritate cōfeſſionis, ſed pro figura: qua
Lu. 17. re inanes & captioſi ſunt cauilli Ludderani in diuerſam partem: proſecuti ſumus ſu
Luce. 5. pra huius figure præſentationem & reſpondentiam, ubi pio & catholico ſatiſfit lecto
lib. 2. cap. 10. ri: Non ergo ibi præcepta eſt confeſſio, nec inſtituta: nec ſacerdos legalis abſoluit a
peccatis: ſed figurabat præceptum & inſtitutionem confeſſionis: qui legalis ſacerdos
Argumentum lepram corporis, Euangelicus lepram animæ iudicat: Quod autem ipſe exponit ex
a figura. figuris non ſumi argumentum: dico ex figuris per ſymbola alicui tributis, non ſumi-
tur ualida illatio: ſecus de figuris ueteris inſtrumenti per ueritatem noui teſtamenti
relucentibus: quia ſic figura probat in comparatione ad ueritatem: ſecus ſi quis lu-
dens in ſenſu myſtico & allegorijs pro ſuo libito, huc uel illuc figuram impellit: quia
tunc afficit, ſed contra proteruum nihil concludit; Nam ſic Apoſtolus inducit de
Gala. 4. Agar & Sara ac natis eius. Sic Chriſtum probat petram, Sic Chriſtum pro-
1. Cor. 10. bat ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedek. Si nō ualet a figuris ueteris teſta
Hebræ. 7. menti argumentum: male ergo ratiorinatus eſt Chriſtus, a lapide ad ſeipſum, lapi-
Math. 21. dem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli: a domino fa-
Pſalm. 117. ctum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris: & addidit, qui ceciderit ſuper lapidē
iſtum confringetur: ſuper quem uero ceciderit: conteret eum: Male ergo argumen
tatus eſt Apoſtolus ab illo lapide: quia Chriſtus ſit pax noſtra: qui fecit utraq; unū:
& medium parietem maceriæ ſoluens inimicicias in carne ſua legem mandatorum
decretis euacuans &c. quare eos ciues ſanctoꝝ & domeſticos dei appellat ſup ædi-
ficatos ſup fundamentū apoſtoloꝝ & prophetaꝝ in ipſo ſūmo angulari lapide Iheſu
Epheſ. 2. Chriſto: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domi-
no. Male intulit S. Petrus uolens probare Iudæis Iheſum eſſe Chriſtum. Hic eſt in-
Actu. 4. quit, lapis qui reprobatus eſt a uobis ædificantibus: & factus eſt in caput anguli: &
non eſt in aliquo alio ſalus: Ad rationem etiam dialecticam Ludderi: male argumen
Iohan. 3. tatus fuiſſet Chriſtus Nicodemo, a ſerpente ad ſeipſum, cum ait, Sicut Moyſes exal
tauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit
Hebræ. 9. in eum non pereat: ſed habeat uitam æternam: Male iterum Apoſtolus, a ſanguine
teſtamenti ad ſanguinē Chriſti argumentatus eſt: qa etiā uetus teſtamentū ſanguine
dedicatum ſit, lecto inquit, omni mandato legis a Moyſe uniuerſo populo accipiens
ſanguinem uitulorum & hircoꝝ cum aqua & lana coccinea & hyſopo: ipſum quo-
q; librum & omnem populum aſperſit dicens, hic ſanguis teſtamenti quod manda-
uit deus ad uos: Etiam tabernaculum & omnia uaſa miniſterij ſanguine aſperſit: &
omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine effuſione ſanguinis
non fit remiſſio: neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium his mundari: ipſa
autē cœleſtia melioribus hoſtijs: quā iſtis: ſubdens quomō pōtifex intrabat in ſancta
In logicā Ludderi. ſanctorum in ſanguine alieno: Chriſtus autem ſeipſum offert. Expende amice lector
& ueritatis ſtudioſe: quomodo Ludder hac noua dialectica Melāchthonica, ſubuer

tat uniuerſam ſacram ſcripturā Paulum & ipſum etiam Chriſtum. Si portę inferoꝝ
pręualere poſſent aduerſus ſanctā eccleſiam eius. ¶ Reſpondebit forſan Ludder, ꝗ
ad permanēdum in hæreſi paratior eſt, ꝙ̃ ad ueritatem diſcendā: Recte figuris uete Euaſio Ludde
ris teſtamenti aliquid probari, ſi ad ipſum Chrm̄ referant, ad quem ſolæ referendæ ri improbatur
ſunt, ſicut in illo perdito libro aſtruit: At hoc eſſe falſiſſimum liquet cuilibet ſacras li-
teras lectitanti: nam qđ induximus de petra figura, cuius ueritas eſt Chriſtus: tamē 1. Cor. 10.
plures alias figuras ibi recenſet: quę non ad caput noſtrꝝ Chriſtum, ſed ad nos perti-
nent: Et quia pluribus ibi conuincit falſitas Ludderana: referamus etiam ꝓlixius uer
ba Apoſtoli. Nolo uos ignorare fratres inquit: quoniā patres noſtri omnes ſub nube
fuerunt: & oēs mare tranſierunt: & omnes in Moyſe baptiſati ſunt in nube & in ma-
ri: & omnes eandē eſcam ſpiritalē manducauerunt: & oēs eundem potum ſpiritalem
biberunt: bibebant autē de ſpiritali conſequente eos petra: petra autē erat Chriſtus:
Sed non in pluribus corꝝ beneplacitum eſt deo: nam ꝓſtrati ſunt in deſerto: Hæc aũt
in figura facta ſunt nr̄i: ut non ſimus cōcupiſcentes maloꝝ, ſicut & illi concupierunt:
neq; Idololatræ efficiamini, ſicut quidā ex ipſis: Sicut ſcriptum eſt: ſedit populus mā
ducare & bibere: & ſurrexerunt ludere, neq; fornicemur, ſicut ꝗdam ex ipſis fornica
ti ſunt: & ceciderunt una die uiginti tria milia: neq; tentemus Chrm̄: ſicut quidā eo-
rum murmurauerũt & perierunt ab exterminatore. Hęc aũt omnia in figura contin
gebant illis: ſcripta ſunt autē ad correptionē noſtram, in quos fines ſæculoꝝ deuene
runt. Hęc aptiſſima Apoſtoli ꝟba, cōuincunt Ludderꝝ mēdacij in fide: cum expli-
cet liquidiſſimis ꝟbis has figuras ad nos pertinere: licet petra pertineat ad Chriſtum.
¶ Et iterꝝ aperte retundit hæreſim Ludderanā: figuras non oēs ad Chrm̄ pertinere: 1. Cor. 9.
ſed etiam ad nos: Inquit. n. ſic. Quis militat ſuis ſtipendijs unq̃? quis plātat uineam &
de fructu eius non edit? quis paſcit gregem: & de lacte gregis non manducat? nun-
quid ſecundũ hominem hæc dico? An & lex hęc non dicit? Scriptum eſt. n. in lege
Moyſi. Non alligabis os boui trituranti: nunquid de bobus cura eſt deo? an propter Deute. 25.
nos utiq; hæc dicit: nam ꝓpter nos utiq; ſcripta ſunt: quoniā debet in ſpe arare, ꝗ arat:
& qui triturat in ſpe fructus percipiendi &c. hic ergo per boues triturantes figura-
tos dicit prędicatores diuini uerbi: & hinc trahit argumētum, ꝙ ſi ſpiritualia ſeminās,
etiam carnalia metent. ¶ Pręterea aliud exēplum de figuris datum, nō Chrm̄ ſigni-
ficat, ſed duo teſtamēta: audiamus Apoſtolũ. Scriptum eſt. n. quoniam Abrahā du- Gala. 4.
os filios habuit, unũ de ancilla, & unum de libera: Sed qui de ancilla, ſecundum carnē
natus eſt: qui autē de libera, per repromiſſionē: quę ſunt per allegoriā dicta: Hæc. n.
ſunt duo teſtamēta: unum quidē in monte Sina, in ſeruitutē generans: quę eſt Agar.
Sina. n. mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei: quæ nunc eſt Hieruſalem: & ſeruit
cum filijs ſuis: Illa aũt quę ſurſum eſt Hieruſalē, libera eſt, quę eſt mater noſtra, lęta
re ſterilis quæ non paris &c. concludit dicens. Itaq; fratres non ſumus filij ancillę, ſed
liberæ: qua libertate nos Chriſtus liberauit: hic nec Sara, nec Agar figurabat Chrm̄:
& tamen ualidum hinc accepit argumentum Apoſtolus, in tertium cœlum raptus:
Similiter ex eo ꝙ requieuit deus die ſeptimo, adfert quomodo nos debeamus eſſe ſol Hebræ. 3.
liciti intrare cœleſtem requiem: et ponit Eſau uendentem primogenita propter unā Hebræ. 12.
eſcam, gerere figuram fornicatorum & prophanorum: qui propter breuem delecta
tionem uendunt hæreditatem & benedictionem cœleſtem: Et mirandum eſt, cum In Ludderum
Paulus tam frequens argumentum ſumat a figuris: ꝙ hic Paulinus Theologus, & Paulinum.
quondam ante apoſtaſiam Auguſtinianus: non potuit uidere intelligētiam ꝟbi Au
guſtini: quando a figuris teneat illatio: poſſem aceruum exemploꝝ afferre: niſi uere
rer me moleſtum fore pio lectori: Itaq; bona & inuicta eſt catholicorum ratio a figu-
ra deſumpta: ꝙ ſicut in ueteri teſtamento leproſus carne oſtendebat ſe ſacerdoti lega
li: Ita leproſus in anima, oſtendat lepram peccati ſacerdoti: Et omnino deſipit Lud-

derus:ut ſufficiat oſtendere Chriſto:quoniam non dixit.oſtende te mihi: ſed oſten-
de te ſacerdoti:uade:Non ſufficit mente accedere: Et licet ſummus ſacerdos geſſe-
rit typum Chriſti,qui eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melhiſedeck, tamē commu
ne ſacerdotium,geſſit figuram ſacerdotij Euangelici communis: uide quomodo to-
ta illa Ludderana poſita ſit,ſicut ſtipula ante faciem uenti.

Ex S.Iacobo recte confeſſionem probari 16.Theologorum au-ctoritate:& a Scoto receditur. Cap.V.

COnfutata priori Ludderana reſponſione:qua ueritatem catholicam armis
ſuis diſpoliare uoluit:obiter duas poſteriores ſub incude reuocemus:Nam
Prouer.27. ꝙ primo illud ſapientis impugnat diligenter agnoſce uultum pecoris tui:ꝗa
ibi non ſit præcepta confeſſio:fateor ego ingenue,hic nec inſtitutam,nec præceptam
fore confeſſionem:nec unq̃,catholicorum quiſpiam ſic locutus eſt:tot.n.reuolui:nul
lum memini probare ex hoc loco confeſſionem uel præceptam,uel inſtitutam:quin
ymo hoc eſſet contra fratres, qui audiunt confeſſiones ſubditorum plebanis. Hoc
Gloſſa. autem uerum eſt:quod quia gloſſ.ordinaria ſic illum locum accomodat paſtoribus
animarum:ideo recentiores ad confeſſionem quoq; eum inducunt: Non ꝙ eam inſti
tuat,uel præcipiat:ſed ꝙ in confeſſionem conueniat: Verba gloſſ.ord. adnotare pla-
cuit.Paſtori eccleſiæ dicitur:diligenter adhibe curam his, quibus te præeſſe contige
rit:agnoſce animos,actuſq; ſingulorum: ſi quid uicij in eis inueneris : citius caſtigare
memento:non enim tu ſemper caſtigandi dominicas oues poteſtatem habebis : ſed
æternam percipies coronam:ſi tuo tempore bene paueris.Aperta ſunt prata: aperta
ſunt modo paſcua ſacramentorum cœleſtium:quę diu fuerant figuris legalibus clau
ſa &c.Et ita totum adaptat paſtori animarum : & eo pacto congruit confeſſioni : in
qua paſtor agnoſcit uultum ſubditorum ſuorum : ſed falſo aſcribit catholicis , ꝙ ex
hoc loco nitantur probare neceſſitatem confeſſionis : quomodo eam controuertant
curati & fratres,non eſt inſtituti noſtri proſequi:Quod autem Ludder rudem,cru-
Ludder Iudaiſat. dam,indoctam ſuſcipit intelligentiam,quod Sapiens debeat cognoſcere pecora ſua,
uiderit ipſe an malit incoctum & groſſum Iudæorum ſenſum ſequi Rabi Salomo-
nis & aliorum,q̃ catholicorum patrum.

¶ Iam ad tertium locum ueniamus : & ſimul Ludderi inſcitiam, & maliciam patefa-
Iaco.ulti. ciamus: nam adducto Iacobi teſtimonio,expendit uerbum , alterutrum : ex quo in-
fert omnem Chriſtianum poſſe confiteri alteri: Et ſic met fateantur catholici , Iaco-
Augu. bum non loqui de clancularia confeſſione:At ſi Auguſtini obſeruaſſet doctrinam,
de accipienda ſacrarum literarum intelligentia : non incidiſſet in barathrum tanti er
roris:Nam primo cum S. Iacobus promulgaret hic confeſſionis præceptum, dixit:
Confitemini alterutrum , hoc eſt homo homini : quia non ſufficit confiteri Deo : &
licet hic non exprimat : quis debeat eſſe confeſſor: quia hoc ipſe uolebat conſtare ex
Iohan.20. Euangelio : ubi per CHRISTVM conſtituti erant miniſtri huius ſacramenti.
Ideo oportet conferre ſcripturas ad inuicem : nam nequit Ludder utcumq; ceruico-
Iohan.20. ſus & pertinax,negare quin data fuerit poteſtas clauium,poteſtas ligandi & ſoluen-
di:poteſtas audiendi confeſſionem : ut mox fatebitur : Ideo non erat opus B. Iacobo
niſi confeſſionem exprimere ex parte recipientium ſacramentum pœnitentiæ:tace-
at ergo garrire, mirabilem deſignatum confeſſorem , qui uocetur alterutrum : cum
aliunde conſtet ex magiſtro : quis ſit ille alteruter:quem proculdubio denotabat diſci
pulus:Porro quod loquatur de ſacerdotibus patet ex his quæ præcedunt & ſequū-
tur:quoniam primum dixerat. Infirmatur quis in uobis inducat preſbyteros eccle-
ſiæ &c.poſt quod ſtatim ſequitur Confitemini alterutrum:Itaq; cum dicti intelligen-
tia ex cauſis dicēdi,& antecedentibus colligi debeat:Conſectariū eſt hic ꝑ alterutrū,

non quem

non quemlibet fidelem,ſed preſbyteros eccleſiæ intelligi: Ideo ſubdit, Orate pro in-
uicem:hoc eſt boni preſbyteri & boni filij cõfeſſionis:qui pacto pœnitentię ſacramẽ
to,cõſueuerunt dicere. Oremus ꝓ inuicẽ ut ſaluemur:quę conſuetudo ex hac Apo
ſtolica traditione ſumpſit exordiũ. ¶ Et qa Ludder imponere uidet̃ catholicis do- *Ludderus men*
ctoribus:ac ſi ipſimet hoc loco dep̃henderint ſe erraſſe:Ideo mendaciũ eius aptis con *dacijs aſſuetus.*
uincamus teſtimonijs:& doctores recenſeamus illos,q̊s ipſe maxime perſequit̃: hoc
eſt eos,qui a 400.annis fuerunt: Nam primo Petrus Longobardus magiſter ſenten *Longobar.*
tiarꝝ cognominatus inquit,Confeſſionem fore neceſſariam non ſolum illo Iacobi ꝓ- *lib. 4*
bari Confitemini alterutrꝝ peccata ueſtra,ſed & alijs ſanctorꝝ teſtimonijs: Sic Hugo *Hugo.*
de S. Victore lib.ij. de ſacramentis fundat confeſſionem eſſe iuris diuini in uerbo Ia- *par.14.*
cobi. Confitemini &c.quid eſt inquit, Confitemini inuicem peccata ueſtra ut ſalue-
mini:niſi ſi peccata ueſtra,confeſſi non fueritis,non ſaluabimini:inducit pro hoc con *Augu.*
formiter Auguſtini ſententiam(lib.ij.de uiſitatione infirmorꝝ cap.iiij.aperte adaptat
confeſſioni ſacramentali hoc dictum Iacobi) & Bedæ expoſitionem: uerba eius affe- *Beda.*
ramus;quæ poſtmodum in gloſ.ordinariam relecta ſunt: Ait.n.ſuper uerbis Apoſto
li. In hac ſententia illa debet eſſe diſcretio;ut quottidiana leuiaq; peccata, alterutrum
coæqualibus confiteamur: eorumq; credamus quottidiana oratione ſaluari: Porro
grauioris lepræ immundiciam iuxta legem ſacerdoti pandamus;atq; ad eius arbitri-
um,qualiter & quanto tempore iuſſerit,purificari curemus.

¶ Guillermus Altiſiodoreñ.inducit Iacobum probaturus confeſſionẽ ſacramentalẽ *Altiſiod.*
eſſe iuris diuini:Sic Albertus magnus Sueuorꝝ gloria,& Polyhyſtor dicit pręceptũ *Alber. magnus*
Chr̃i de confeſſione eſſe expreſſum per Apoſtolũ Iacobum: Alexander de Ales ir- *Ales.*
refragabilis doctor parte iiij.ſummę Theologicæ poſt multa concludit,fuit ergo cõ-
feſſio a dño inſinuata:ab Apoſtolis auctoritate illius tradita: a dño in clauiũ collatiõe
inſtituta:& ab Apoſtolo Iacobo ꝓmulgata: Cõſentit pręceptori & magiſtro ſuo Se
raphicus doctor Euſtachius Bonauẽtura dicens, Et ideo cõfeſſio fuit a dño inſinua- *Bonauen.*
ta,ab Apoſtolis inſtituta,ab Ep̃o Hieroſolymitano Iacobo promulgata:ſicut & ſen- *In quarto.*
tentia de non ſeruãdis legalibus ꝓmulgata fuit. Sic & confeſſio omnibus peccantib9 *Actu. 15.*
indicta & impoſita fuit. Confitemini alterutrꝝ peccata ueſtra:S. Thomas filius comi- *S. Thomas.*
tis de Aquino in parte iij. Summæ Theologicæ fatet̃ confeſſionẽ a Iacobo ꝓmulga-
tã,ſed nõ inſtitutã:Et ꝙ Ludder pugnat in uocula,alterutrꝝ,aerem uerberat: nam &
hoc S. Thomas diluit,anteq̃ iſte locum hunc moueret: unus. n. paſſus ſcripturæ eſt
intelligendus per alium:Et ꝙ hic Iacobus confeſſionis pręceptũ promulgat dicens.
confitemini alterutrum:cui facienda ſit confeſſio:ex alio loco liquet,quia poteſtatem
clauium, poteſtatem abſoluendi, & iuriſdictionem habenti facienda eſt confeſſio.
Ideo non credat ſe hoc nouum argumentum ſubtilitate & ingenij acumine adinue-
niſſe:quod antea tanto tempore a ſancto doctore eſt dilutum. ¶ Richardus mi- *Richard.*
norita celebris apud catholicos doctor in ſentẽtijs Theologicis inquit,auctoritas apo
ſtolica hoc præceptũ confeſſionis ꝓmulgauit. Thomas Argentorateñ. olim genera- *Iacobi 5.*
lis ordinis S. Auguſtini in quarto cõmentario ſuo,teſtat̃,quomodo tp̃ibus ſuis,cum *Argentoratẽ.*
eſſet inquiſitor hæreticorꝝ,in dioceſi Argentoratenſi deprẽderit unum hæreticum:
qui dixerit,hominẽ de peccatis ſuis contritũ,non obligari ad confeſſionẽ: Is Germa
nus adducit B. Iacobum omnibus dicentem. Cõfitemini alterutrum peccata ueſtra,
pro hoc ꝙ confeſſio ſacramenti pœnitẽtiæ ſit neceſſaria ad ſalutem. Iohannes Bacho *Bachonis.*
nis rotunde enunciat. Confeſſionem Chriſtus inſtituit: Iacobus ꝓmulgauit. Marſili- *Marſilius.*
us Heidelbergeñ. ſtudij plantator, non diſſentit ſentẽtię Bonauenturæ. Antoninus *Antoninus*
parte iij.ſuę ſummę idem ſcripſit. Chr̃s inſtituit, Apoſtoli ꝓmulgauerunt. Confitemi *Iaco. 5.*
ni alterutrꝝ,ideſt habentibus poteſtatẽ,ſicut ſunt ſacerdotes: d. Hadrianus olim Car- *Adria. Papa.*
dinalis Dertuſeñ.et ipſe Germanus,iam in ſummũ Pontificẽ electus,ut ſupra memi

nimus in quarto, in materia confeſſionis: quã ampliſſime tractat: concludit eam eſſe
Iohan. 20. iuris diuini: ꝓ quo adducit duos locos. Vnum. Quoꝝ remiſeritis peccata &c. & quo-
rũ retinueritis, retenta ſunt eis: modo retinere nihil aliud eſt, ꝙ nõ remittere: ut quę
dam gloſ. exponit: Cum ergo quilibet iure diuino teneat exuere peccata: & quibus
ſacerdos peccata nõ remittit, non ſunt remiſſa: conſectariũ eſt quemlibet obligari ad
confeſſionem ſuoꝝ peccatoꝝ: ut illorum remiſſionẽ conſequat̃: Secundo inducit Ia
Maioris. cobum ad mentẽ Hugonis, Bedæ, & Auguſtini: Porro Iohannes Maioris Scotus in
quarto ponit hanc concluſionẽ: Confeſſio eſt introducta iure diuino legis Euãgelicę,
quam ꝓbat per illud Iacobi. Cõſitemini &c. ex qua ſic diſcurrit: Omnia illa quæ eo-
dem cõtextu ꝓmulgant̃, eandem uim obligãdi habent, ſed B. Iacobus extremã un-
ctionem eodẽ capite, præceptiue promulgat, cui confeſſionẽ mox adiungit: Itaq; &
confeſſionẽ illic promulgat: Verum eſt, ꝙ non præcipit extremã unctionẽ ſub amiſ
Hugo. ſione ęternæ ſalutis, ſicut confeſſionẽ: dum addit, ut ſaluemini: Sicut liquet ex indu-
Lyra. ctione Hugonis: cuius ſupra meminimus: Nicolaus de Lyra inſignis expoſitor Bi-
bliæ, ſimiliter infert ſup uerbis Iacobi, ꝙ cõfeſſio nõ ſolum debeat deo fieri: ſed etiam
Hugo. homini: Et cõfeſſor debeat orare pro cõfitente. Idem facit Hugo Carreñ. Confite-
mini alterutrꝝ inquit, ideſt alter alteri: homo homini, ſacerdoti: ex quo inquit patere,
confeſſionẽ eſſe præcepti diuini. Habemus itaq; 16. præcipuos & noĩatos doctores:
qui a 400. annis dictũ Apoſtoli intellexerunt de cõfeſſione ſacramẽtali: Et Duran-
dus, Petrus de Palude, Herueus, Franciſcus Maronis, Dionyſius Cyſterticñ. Adam
Goddam, G. Ockam, & ſimiles licet pugnaciſſimi: tñ nullibi hoc reprobãt aut refel
lunt, ꝙ meminerim S. Iacobũ ꝓmulgaſſe præceptũ de cõfeſſione ſacerdoti facienda:
In mendacia Et adhuc audet Ludder, cõfingens ſibi mẽdacia, ſententiã tam ſolide a catholicis do
Ludderi. ctoribus aſſertã & inconcuſſe defenſam, dicere ab ipſiſmet doctoribꝰ labefactatã: &
ꝙ fateant̃ eam nihil dicere de clãcularia confeſſione: cum ex prędictis oĩbus conſtet
Rex Angliæ contrariũ: Sereniſſimũ tamẽ Angliæ regem in Apologia ſua nõ induco: ꝙ ſuperius
Dinckelſpuel eius meminimus: tranſeo Nicolaũ Dinckelſpuel, & omnes qui tractatus de contri-
tione, de pœnitentia, de cõfeſſione & ſermones ad populum ſcripſerunt. ¶ Sed di-
ceret Ludderus, aut Ludderanæ pfidiæ ſectator: Etſi enumerati in ſuperioribꝰ hũc
locum Iacobi pro ſacramẽtali confeſſione interpretentur: Tamen tu obticuiſti Sco-
tum: qui negat illum locum Iacobi loqui de confeſſione ſacramentali: ſed ſolum de
confeſſione humilitatis: Ita ꝙ S. Iacobus nec præcipiat cõfeſſionem, nec præceptum
eius promulget: quia non utatur modo pręconis: quem modum obſeruauit Apoſto
1. Cor. 7 lus Paulus, His qui matrimonio iuncti ſunt: præcipio, nõ ego, ſed dominus, uxorem
a uiro non diſcedere &c. O araneam ueneni appetentiſſimam: quæ in floridiſſimis
Scotus. Scoticis pratis, non niſi uenenum & falſum colligis: cur non ex eadem quæſtione eũ
Cap. 10. recipis: aſtruentem confeſſionem eſſe iuris diuini, ex Iohanne: ſed mala ad ſe trahit
Contra Scotũ. Ludder, ut Cæcias nubes: Et mirandum quod eo ipſo loco recipit Scotum: ubi peſſi
me loquitur: & in quo hic alios improbat: in eo, alio loco refellit ſeipſum: Nã ſi opor-
Diſ. 23. quarti. tet pręconem in promulgando obſeruare modum S. Pauli: cur Scotus fatetur extre
mam unctionem promulgatam ab Iacobo: dicat ergo iam Scotus: cum eodem con-
textu, eadem forma loquatur de extrema unctione & de confeſſione: quare in uno
admittit S. Iacobum promulgatorem unius: & negat promulgatorem alterius:
cum omnia quæ adducit contra confeſſionem, etiam pugnent contra extremam
unctionem: Et non ſolum hoc mirum eſt in Scoto, quod non aduertit ſe pugnantia
Scoticulæ dicere: ſed multo magis ego admiror, Vorrilonem, Dorbellum, Gabrielem,
Pelbartum, Brianſonem, Gorrim, & alios Scoticulas, locos eius conferentes:
quod hunc lapſum non deprehenderunt, tam manifeſtarium, tam repugnan-
tem: Eum itaque inſolenter iactitat Ludder: qui & male hic dixit, & ſibi con-
tradixit:

tradixit: præteriens alias ſanas & catholicas illius doctoris ueritates: At hoc familiare
eſt Luddero: nam cum omne ius Canonicum reieciſſet, & tandem inſana temeri- *Panor.*
tate conbuſſiſſet: tamen Panormitanum ubi ubi egregie ſchyſma fouet, pro robore
& firmitate adducit: Et cum Iohannem Gerſonem illuſtrem uocet Theologum: *Gerſon.*
cui alioquin plurimum fidei tribuit: cur non & hic ei credit, ſæpius affirmanti con-
feſſionem illam clanculariam eſſe de lege Euangelica proprie dicta: At ſufficiat de-
fendiſſe Apoſtolicam S. Iacobi ſententiam, in præcepto confeſſionis promulgan-
do: & deſtruxiſſe munitiones hæretici, quas contra ueritatem catholicam erexerat.
Nunc alios morſus ſerpentis deſpiciamus.

Defenditur locus Iohannis xx. pro catholicis: & plures contradictiones Ludderi manifeſtantur. Cap. VI.

VEnit poſtremo ad præcipuum confeſſionis locum, ab omnibus catholicis
receptum Iohan. xx. nam eo loco indubie apud catholicos ſacramentũ pœ *Iohan. 20.*
nitentiæ inſtitutum eſt: ut ſupra late deduximus: Hunc locum ita mordet *li. 2.*
Ludder: ut non uereatur ꝓnunciare: Si aliquis locus Bibliæ repugnet clancularię cõ
feſſioni: tunc hic præſens exiſtat: Primo quia hic nihil dicit̃ de occulta uel manifeſta *I.*
confeſſione: ꝙ ſi cogeret ad confeſſionem clanculariã: eadem ratione cogeret ad ma *Ludderanæ ar*
nifeſtam: poſſet.n. Papa dicere: ſi debeo ſoluere: tu debes fateri: & ego uolo publice *gutiæ*
ſoluere: Itaq; tu publice cõfitearis: Et ita noſtra confeſſio penderet ex illius abſolutio
ne: Si ergo dictũ illud Iohannis non urget ad publicã confeſſionẽ: etiam non urgebit
ad priuatã. Infert Ludder, non eſſe uerũ, ꝙ ex hoc loco, confeſſio ſit alligata ſolutio- *II.*
ni: Immo contrarium uerũ eſt: ſolutionẽ eſſe alligatam cõfeſſioni: Et ſolutio ſequit̃ &
inclinat ſe poſt confeſſionem: hoc eſt qualis fuerit cõfeſſio: talis ſit etiam abſolutio: Et
ita non ſtat in arbitrio ſacerdotis, ſed pœnitentis: ut deligat confeſſionem quam uelit *Cõfeſſio libera.*
Sequitur abſolutionem eſſe iuris pœnitentis, non confeſſoris: pœnitẽs habet ius eam *non abſolutio.*
exigendi: ſed ſacerdos non habet poteſtatem eam denegandi: ſed tenetur eam dare:
Ita Chriſtus ſuos ſupremos fecit miniſtros & ſeruos: modo ipſi inuertunt negotium:
faciunt pœnitentes ſeruos: & ipſi retinent poteſtatem ſup confeſſione & abſolutiõe.
¶ Hoc dicit conuinci ex textu: Non.n. inquit, Venite & confitemini: Aut ite & præ *Ludderani*
cipite eis, ut confiteant̃: ſed ſimpliciter inquit. Quorũ remiſeritis peccata, remittũtur *corruptiones.*
eis: non plus cogit hoc uerbum: niſi ꝙ teneris remittere peccatũ petenti: & ad hoc es
ſeruus conſtitutus: Sed confitenti eſt data libera electio, & hmõi ꝓmiſſa remiſſio: ꝙ
poteſt ea uti, quando, qũo, & ubi uult: nec poteſt ad eam cogi: Quia nõ debet alicui
fieri donatio, ſine ſua uoluntate: ſed abſolutio eſt magnum donum dei: ſicut ad fidẽ
nemo poteſt cogi: ſed propoſito Euãgelio oẽs debent adhortari ad fidem, ſalua libe
ri arbitrij libertate: Omnia ſacramenta debent eſſe libera: ſicut nolens baptiſari, omit-
tat: nolens euchariſtiam ſumere, abſtineat: Ita nolens cõfiteri, habet illius poteſtatem
coram deo. Vide inquit Ludder, quo locum hunc coegerũt ad confeſſionẽ: cum ille
confeſſionem faciat liberã. Contra, abſolutionem repoſuerunt in liberam poteſtatẽ
eorum: cum locus ille cogat eos ad abſoluẽdum: Sic temere inuertit̃ ſacra ſcriptura
dei: ubi mendacijs & hominum commentis, mundus ſeducitur & infatuatur.
¶ Audiſti lector, Arietes, baliſtas, & tormenta bellica, qbus Ludder ueritatem catho *In Ludderum.*
licam adoritur, & ſacramentũ pœnitentię expugnare nititur: quę ſi uel ꝑ tranſennã
inſpicias: mox intelliges illa ab homine mente capto & furioſo ſcripta: Ita nec ſibi, nec
ſacris literis, nec ſuis exemplis, conſtat: ſed omnia ita diſſident, & repugnãt: ita ſe om
nia mutuo deſtruunt ac interimũt: ut mirũ ſit hominẽ tanta cęcitate, poſſe obrui: ut
ſeipſum more pſitaci, aut picę non intelligat: Nam primo omniũ, quod tam ualide

Ludder ſibi cõ tradicit. ubiqꝫ inſonuit:Confeſſionem non probari ex ſacris literis;hic aperte conſentit & affir-
mat confeſſionem hic probari;licet de ſuo ueneno addat: quę ſit in poteſtate confitē-
tis,non abſoluentis:Euicit ergo ueritas catholica & triumphat, etiā aduerſarij ſuffra-
gijs;quoniam hoc inconcuſſe ſemper in eccleſia dei creditum fuit,ſacramētum pœ-
In Ludderum. nitentiæ hic a Chriſto eſſe inſtitutū:Iam ergo ſeipſum mēdacij arguit:qui tam arro-
ganter uelut ſpurius ille filius meretricis exprobrabat exercitui Iſrael, nō eſſe alium
locum in Biblia æque contrariantem confeſſioni, ſicut illum: Seipſum furioſus ille
Aiax ſuo ſe tranſfixit gladio:Habita itaqꝫ iam in prima acie uictoria:facile eſt imbel-
lem turbā cauilloꝝ & captionū diſſipare, & uincere. ¶ Nam ꝙ primo inquit hunc
locum nō meminiſſe confeſſionis:cauillus ille fuit euacuatus:& ultra Bernhar. pul-
Hugo. chre reſoluit Hugo de S. Victore,dicens,Deus homo,hoīes,qui puri homines erant,
participes fecit poteſtatis ſuæ: ut officium eius implerent pœnitentiū confeſſionem
ſuſcipiendo:ut & ꝑtātem eius exercerent pœnitentibus & confitentibus peccata re-
mittendo:Accipite inqt ſpm̄ ſanctū &c.Sed dicis fortaſſis:cur nō dedit præceptum
Chr̄s hominibus peccata ſua confitēdi: ſicut diſcipulis poteſtatē dedit confitentium
Medicum quæ rat infirmus peccata dimittēdi:Audi quare uoluit Chriſtus, ut a temetipſo ſurgeres: ut nō quaſi
extorta aut coacta eſſet cōfeſſio tua.Idcirco q̄tum ad ſe ꝑtinuit,officiū ſuū diſcipulis
iniunxit pagēdum:ut medicoꝝ more ęgros ueniētes exciperent,& ſaluarēt:Medicis
ergo dixit:ut curarēt;ſed infirmis non dixit ut ad medicos curandi uenirēt:Hoc qua-
ſi certum eſſe uoluit:ꝙ ægri libēter ſalutē quęrerent:& ſe curādos offerrent, ſi medi-
cos inuenirent:ꝓpterea ſolos medicos monuit:Infirmū.n.ipſe morbus ſuus ſufficien
ter monuit.Pręterea ſi Chr̄s per ſe nō explicuit cōfeſſionis neceſſitatē, ſed ſolum ta-
cite inſinuauit ꝑ collationē poteſtatis clauium:tn̄ hoc per Apoſtolum ꝓmulgauit ex
preſſe pręcipiens cōfeſſionem:ut priori capite audiuimus:Et omnino inanis eſt cauil
Iaco.5. lus,ꝙ ſubdubitat Ludder de publica & clancularia confeſſione: Nam primo ex Ia-
cobo definit priuata:quia inquit,confitemini alterutrꝝ,hoc eſt alter alteri:non inquit,
Vnus toti cōmunitati.Et quia conſuetudo eſt optima legum interpres:modus con-
fitendi ab ipſis Apoſtolis uſqꝫ huc in eccleſia ſeruatus,interpretatur,quis modus in cō
fitendo haberi debeat:nam Apoſtoli a ſpiritu ſancto omnem ueritatem edocti: ueꝝ
ſenſum a Chriſto intentum tradiderunt eccleſiæ obſeruandum:fruſtra ergo ſe fati-
Lib.2. gat de publica confeſſione:niſi eo modo quo ſupra diximus.Quare non poteſt uſur-
pari in tyrannidem,quam hic ſibi fingit Ludder.Vnde non oportet in ſacra ſcriptu-
ra exprimi omnem modum obſeruandum in adminiſtratione ſacramenti: quia plu
ra huiuſmodi ſunt determinata per apoſtolos & per eccleſiam:ſicut de trina immer
ſione in baptiſmo:de ieiunio in communione:quod non niſi in azymo debeamus cō
ſecrare:licet ſi attentetur fiat etiam in fermentato: ꝙ patrini aſſumantur in baptiſmo:
Illatio. ꝙ confirmatio fiat in Chryſmate:& ſimilibus. ¶ Liquet q̄ꝫ inſulſe inferat abſolu-
tionem pendere a confeſſione,in ſenſu quo ipſe infert:hoc eſt quod ſit in poteſtate il-
lius petere:et nō ſit in poteſtate ſacerdotis denegare: Cur ergo ſacerdos eſſet iudex:
Lib.2.cap.9. Augu. ſi cogeretur facere quæ reus uellet;ut ſupra deduximus,nonne hoc eſſet extreme ui
lificare claues contra B.Auguſtinum: Et cur ſacerdos haberet clauem ſcientiæ: Si
nō expenſo prius iudicio,hunc abſolueret,aut abſolutionem denegaret; præterea ſi
omni petenti,tenentur impendere abſolutionem:fruſtra ergo dixit CHRISTVS.
Et quorum retinueritis, retenta erunt: poſſunt ergo alicui retinere, ideſt non re-
Retinere peccata. mittere: Quod in omni eccleſia, etiam tempore Martyrum fuit obſeruatum: ut ex
Cypriano & Tertulliano liquet: Immo ſeuere antiquitus fuerat ſacerdotibus præ-
ceptum: ut dignos admitterent, indignos uero repellerent: quod & omnes ſan-
cti patres, & Conciliorum Canones clamitant: Et hic omnis religionis, omnis fi-
dei, omnis honeſtatis ſubuerſor: audet contrarium ſine ſcripturis, ſine ratione,
ſine patri-

ſine patribus,pro ſua ſolita temeritate pronunciare: Catholici autem ſentiunt, ſic ab-
ſolutionem pendere a confeſſione: quia ſacerdos non abſoluit,niſi ille prius confitea
tur: Ruit ergo totum hoc arūdineum fundamentum aduerſarij, de libertate confi-
tendi: quia æger non ſanatur,niſi hac medicina: Si uult ſanari: recipiat eam. Non eſt
plus liber ad confitendum,quam ad aliud præceptum: quo omiſſo libere,peccat.

¶ Nūc uide aliam ſtulticiam Ludderi. Ex eo enim,quia non inquit Chriſtus,uenite
& confitemini,non præceperit confeſſionem: Sic Arriani hæretici argumentaban- Arriani.
tur: Non eſt in ſacris literis uocula ὁμουσίον: itaq; eam non recipiemus: Dic per deū
immortalem: quid illi eſſent abſoluturi:ſi nihil eis eſſet confeſſum: & iam ab initio di
ximus: quod non per directum & expreſſe hic probatur confeſſio: Sed quia hic di-
recte & expreſſe probatur poteſtas abſoluendi & ſacramentum pœnitentiæ: cuius
præambulum neceſſarium eſt confeſſio: Quare ponens unum directe: tacite ponit
omnia neceſſario requiſita ad illud: & ſine quibus poni non poſſet: Sed quod ſom-
nium uenit Luddero in mentem: ut dicat ſacerdotibus præceptam abſolutionem:
qua ratione homo frontoſus non dicit,eis præceptam retentionem: Ergo modo ar- In Ludderum.
gumentandi Ludderano per Dialecticam Melanchtonicam: Sacerdotes nunq̃
abſoluent: quod eis ſit præcepta retentio: At ſicut illud ultimum eſt falſum & hære-
ticum: ita etiam primum de abſolutiōe: Vide quomodo hic ſuo capiatur & illaquee-
tur rethi: Ideo ꝟitas catholica ſentit: nullum ibi eſſe præceptum nec de abſolutione
nec de retētione: ſed eſſe collationē poteſtatis abſoluendi & ligandi: Et tunc euane-
ſcunt hic omnes cogitationes & hæreſes Ludderanæ.

¶ Et ut omnino proderet ſe mente captum: exempla dat omnino ueritatem catholi-
cam aſtruentia: Ludderanum uero errorem deſtruentia, de fide, de baptiſmo, de
communione: Sacramenta inquit debent eſſe libera: qui non uult baptiſari, omit- In Ludderum.
tat: Veni Ludder, & hic tandem agnoſce hæreſim tuam: dices baptiſmum eſſe libe
rum: Ita ego dico confeſſionem eſſe liberam: ſed nonne habemus præceptum de
baptiſmo: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in Iohan. 3.
regnum cœlorum,hæc uox Chriſti eſt: Ita catholici bene admittunt confeſſionem
eſſe liberā,ſicut fidē,ſicut baptiſmū:Sed qui nō credit,qui non baptiſatur peccat,&
dānatur:Sic qui non confitetur crimina ſua,peccat & dānatur: quia omnino liberta-
tem Ludderus uſurpat etiam in malum: Itaq; confeſſionem dicimus liberam, ſed
tamen præceptam,ſicut fidem & baptiſmum: Cōſpicis ueriſſimum eſſe quod Chry
ſoſtomus ſuper Iohanne ait. Nihil ueritate clarius, nihil potentius: nihil mendacio Chryſo.
imbecillius: Etſi innumeris obtegatur operimentis: Nam hic uides cæcitatem Lud
deri: qui dum omnibus neruis contendat confeſſionem non eſſe præceptam: in-
cautus & nolens admittit eam præceptam: Et eam comparat duobus maxime neceſ
ſarijs ſcilicet fidei & baptiſmo: Quamuis & in hoc Ludder ſe deſtruat, & ſeipſum
mendacij accuſet: quod hic aſſerit libertatem liberi arbitrij: quam prius tam perti- In Ludderū de lib. arb.
naciter negauit: nam ſæpe aſſeruit liberum arbitrium poſt peccatum eſſe rem de
ſolo titulo & ſeruum arbitrium appellat: Et in hæreticiſſimo libro contra bullam apo Errores Lud.
ſtolicam,fatetur omnia de neceſſitate abſoluta euenire: cuius contrarium hic aſſerit:
Et ita non ſolum ueritas,ſed & Ludder Ludderum deſtruit.

Chriſtum plura obſcure tradidiſſe, librum quoq; de uera & falſa pœnitentia eſſe Auguſtini, Etiam ſi in eo citetur Auguſtinus nominatim. Cap. VII.

PRocurrit in errore Ludder inſultans eccleſiæ: quod tantum onus ſubditis Ludderus er-
per orbē impoſuit: ad quod non unicum clarū dictū ex literis ſacris adduci r...

poteſt: ſed utitur gloſſis & contortis allegationibus: cum tamen Chriſtus baptiſ-
mum,euchariſtiam,& omnia alia quæ uoluit habere,clare expreſſit: Et hoc factum
confeſſionis,quod eſt unum de potioribus iam in Chriſtianitate, non debet pro ſe
II unum clarum dictum habere:Et quid facient hæremitæ qui non confitentur, non
III communicant,nihil ſciunt de conſtitutionibus Papæ.Hoc adiecto quod in Auguſti
no,Ambroſio,Hieronymo,& ſimilibus ſanctis doctoribus,nihil expreſſe de confeſ-
ſione reperitur: quod tamen mirandum foret: cum alioquin de omni re Chriſtiana
IIII tam copioſe ſcripſerint.Liber ſcriptus eſt de uera & falſa pœnitentia ab incerto au-
Augu. thore ſub titulo Auguſtini: qui ſępe citatur in decretis & ſententijs Theologicis:qui
liber non eſt Auguſtini plus quam tuus uel meus: ſed prodeſt Papæ & papiſtis: qui
adeo roborauit confeſſionem: ut timeam authorem eius eſſe in profundo inferni, ſi
Euacuantur priora. non pœnituerit. ¶ Hæc ſunt fulmina Ludderana contra confeſſionem: ſed ueritas
laborare poteſt,unici non poteſt ait Hieronymus.Sed ea oſtendamus ueritati inno-
Hierony. xia: Et primo quidem recte perpendit Ludder magnũ onus eſſe confeſſionis: quod
ſi ſub examen rationis reuocaret: definiret profecto, nunquam eccleſiam auſuram,
tantum onus,niſi hoc haberet a Chriſto authore aut diſcipulis ſuis apoſtolis,eccleſię
fundamentis: Quod ſi attentaſſet: indubie inuenti fuiſſent aliqui ſe opponentes: &
ſic ſcripta illorum ad nos perueniſſent: Non enim latet nos,quantum laborauerint
Paſcha. patres in feſto paſchę ſub Aniceto,ſub Pio,ſub Victore Romanis pontificib.& mar
tyribus: & hæc tamen acta ſunt poſt ipſa initia naſcentis eccleſiæ, Policarpo Sancti
Cælibatus clericorum. Iohannis Euangeliſtæ diſcipulo, cauſam illam coram Aniceto agente: Cælibatus
clericorum,partem dumtaxat eccleſiæ tangens,non latet eccleſiam,quomodo Panu
Panutius. tius primo ſe oppoſuit in Nicea,& alij alijs temporibus: nam cõſtat prouinciam Mo
guntinam ultimam fuiſſe in eccleſia occidentali,quæ id aſſumpſerit in uniuerſum.
Appellationes ad Papam. De appellationibus epiſcopoꝝ, iuxta Niceni concilij Decretum,ad Romanũ Pon-
tificem deuoluendis,quantus fuit tumultus totius eccleſiæ Aphricanæ, tempore B.
Appiarius. Auguſtini in cauſa Appiarij: ubi tandem tota eccleſia Aphricana agnouit eccleſiã
Romanam iure diuino eſſe ſuperiorem,ut in libro de Primatu Petri late deduximus
Eckius. Cum autem illud onus cõfitendi occulta,uideatur eſſe grauiſſimum:ſi eccleſia illud
de nouo inſtituiſſet: non dubium,maximum feciſſet in eccleſia dei tumultum:& plu
Expende. res inuenti fuiſſent,qui ſe oppoſuiſſent: cuius nullum omnino habemus indicium:
Et hæc ratio,ſi nulla alia omnino eſſet authoritas, me conuinceret,ut inſuperabilis,
ad credendum confeſſionem ſemper fuiſſe in eccleſia catholica, ab ipſis fundamen-
tis & fundatoribus eius: Nam cum ſemper fuerint homines doctiſſimi & exercita-
tiſſimi in eccleſia: potuiſſent æque cauillos & argutias opponere confeſſioni ſicut
Ludder: Et melius quidem confeſſioni incipiendæ,quam inceptæ & pluribus cen-
tenis annis duranti: Cum iam tot monſtra orta ſint in eccleſia dei ſub uno Lud-
dero,confeſſionẽ negantia. ¶ Dein quod Ludder exprobrat populo fideli: quia nõ
poſſit habere clarum textum: & tamen Baptiſmus clare inſtituatur,ſimiliter Eucha
Chriſtus aliquãdo obſcurus. riſtia. Ecce mirabilem cæcitatem Ludderi: nam ſcimus Chriſtum ſubobſcure mul-
ta propoſuiſſe: quod omnis catholicus nouit Euangelij amator: quando Chriſtus pri
Iohan.2. ma uice aſcẽdit ad Hieroſolymam poſt baptiſmum: ait ad Iudæos: Soluite templum
hoc: & in tribus diebus excitabo illud: addit Euangeliſta. Illud autem dicebat de
Iohan.3. templo corporis ſui. Et Nicodemo ad eum nocte ueniente: non uidetur tibi domi-
nus obſcure propoſuiſſe ſacramentum baptiſmi: quando inquit. Amen amen dico
tibi: niſi quis renatus fuerit denuo: non poteſt uidere regnum dei: Et titubante Ni-
codemo ac quærente paulo altius promouit eum dicens: niſi quis renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnum dei: Adhuc tamen formam ei
Math.ulti. non aperuit,ſicut Apoſtolis,Euntes docete omnes gentes,baptiſantes eos in nomine

patris & filij, & ſpiritus ſancti: His omnibus non obſtantibus apoſtoli baptiſauerũt
in nomine Iheſu Chriſti, ut ex actibus liquet; quod tamen ex Euangelio non eſt cla- *Actu. 19.*
rum: Similiter apoſtoli in ſynodo Hieroſolymitana decreuerunt ceſſationem lega-
lium: ut Paulus intonaret: Si circumcidimini: Chriſtus nihil uobis proderit: & ta- *Gala. 5.*
men res tanti momenti: tam difficilis Iudęis non fuit expreſſa in Euangelio: quin po *Plura non ex-*
tius Chriſtus dixit, non ueni legem ſoluere, ſed adimplere: Sic quid magis neceſſa- *preſſa in Euan*
rium catholico, quam fides tantopere laudata uelut ſumme neceſſario a Luddero: *gelio.*
In qua hoc præcipuum eſt: ut credamus unum in eſſentiá, in tribus perſonis: & ta- *Mat. 5.*
men hoc nullibi clare habemus in Euangelio: bene ibi habetur mentio patris, filij, &
ſpiritus ſancti: Et apud Iohannem, quod tres ſunt, qui teſtimonium perhibent &c. *1. Iohan. 5.*
Sed quod ſint tres perſonæ hoc non habetur: Et cum nulla alia peſtilentior hæreſis
fuerit in eccleſia uſq; ad Ludderum, quam Arriana: Illa tamen ſe in ſimili fundabat *Arriani.*
argumento, ſicut Ludder: quia non eſſet clare expreſſum in ſacris literis ὁμουσιον:
& ſic omnia inducta a patribus nitebantur gloſſa inumbrare: ſicut modo Ludder
catholicis facit: Præterea Ludder opponit de ſacramentis baptiſmo & euchariſtiæ: *Error Ludde.*
modo adhuc ignorat, confeſſionem non eſſe ſacramentum, ſed pœnitentiam, cui
confeſſio annectitur: ſed pœnitentiæ ſacramentum clare habetur Iohan. xx. ut etiã
ipſe Ludder, licet ter pertinax, cogitur fateri: Sic ergo plurimum ad uerboſitatem,
parum tamen ad rem faciunt inducta: & nihil omnino probãt pro Luddero: Sic ne
gamus Hæremitas non fuiſſe confeſſos, ſi quando peccatum mortale habuerunt: & *Heremitæ.*
non ſuſcepiſſe euchariſtiam: quin potius interdum miraculoſe fuit eis exhibita, ut
Mariæ Magdalenæ, Mariæ Egyptiacæ & alijs: ut plenus eſt liber de uitis patrum.

¶ Poſtremo quod aſſumit priſcos eccleſiæ doctores non attigiſſe expreſſe cõfeſſio *Ludder men-*
nem illam clanculariam: forte hic Ludder uult gaudere priuilegio, quod Q. Fabius *dax.*
ſapienti dedit. Sapienti inquit mendacium dicere aliquando conceſſum eſt: nam cõ
trarium Ludderi dicti patuit lib. ij. Vbi omnes ferme ueteres patres induximus pro
hac confeſſione: Et quod non ita extenſi fuerunt, non eſt mirum: cum in recta fide tu- *Patres pauca*
tanda & propaganda aduerſus hæreticos erant occupatiſſimi: nec tunc erat illa *de confeſſionis*
hæreſis, quam modo Ludder euomit: ideo contra eam non erat opus pugnare. Sic *bus, de contra-*
noſtris temporibus creſcente hominum auaritia, nunq̃ ſatis quis ſcribere poſſet mate *ctibus &c.*
riam contractuum: ut ſic licitum ab illicito ſepararetur: uelut multi ſunt iam tracta-
tus nouiſſime deſuper æditi: Et nos plura poſt alios congeſſimus. Videmus tamen
pauciſſimis ſpecies contractuum a ſanctis patribus tactas: idem euenit in caſibus ma-
trimonij, reſtitutionum &c. Quare nihil ex hoc probabit Ludder apud uirum bo-
num & peritum.

¶ Nec ei ſuffragabitur, quod negat illum librum eſſe Auguſtini. Hoc enim iam eſt *Liber de uera*
temerariorũ iudicium, ut mox reijciãt librum in alium authorẽ: uero poſſeſſore abſq; *& falſa pœni-*
omni forma iudicij ſpoliato: Et certe hic mirũ eſt: cum ante cccl. annos ille liber *tentia.*
tam conſtanter habitus ſit Auguſtini a Gratiano & Petro Longobardo diligentiſſi *Gratianus*
mis ueterum patrum lectoribus: quorum hic decretum ſcripſit in Italia: Ille ſenten- *Petrus longo-*
tias in Gallia: Et poſt tot cẽtenos annos uenit Ludder ex Germania: & negat librũ *bardus.*
illum eſſe Auguſtini: nec tamen dicit cuius ſit: At diceres Ludderus habet cauſam: *Ratio pro Lud-*
cur ſpoliet librum hunc authore Augu. quia eodem libro nominatim citetur Augu *dero.*
ſtinus, mõ non eſt cõſuetudo ſcribentium ſe indefinite citare, maxime in loco, ubi re *Cap. 17.*
prehenditur: Verba in eodem cap. ſic leguntur. Quod licet de ſalute eius Augu-
ſtinus potuit dubitare: credo quidem illi q dixit &c. At ſi Ludder tam paratus eſ- *Euacuatur.*
ſet defendere ueritatem, ſicut eam impugnat: inueniſſet quomodo hoc telum
repuliſſet: Nam iſta particula cum ſequenti capitulo XVIII. non eſt Auguſti-
ni, ſed Gratiani: Et aliquis huic capiti appoſuit: & ſuccedens neſciuit hoc eſſe *Error cõmiſſus*

Probatur ſolu= additum, credidit hoc eſſe Auguſtini: & aſſuit textui: cum non fuerit genuinum
tio. I. ſed extrarium: Quod ex tribus conuincitur: primo quod uetuſtiſſimi codices ſcri=
II pti Auguſtini non habent hanc particulam cum capitulo ſequenti. Secundo quod
Diſ.7. Gratianus, de pœnitentia refert hoc capitulum Auguſtini pro prima parte: ubi Au
guſtinus dubitat de ſalute ſero pœnitentis: Gratianus poſtea de ſuo addit mitigan=
Lapſꝰ Ludder do ſententiam Auguſtini: qui eſt mos ipſius Gratiani: quod non aduertens Lud=
der in diſputatione Lipſica & in tractatu de poteſtate papæ allegauit caudam c. pri=
mæ ſedis 99. diſ. eſſe concilij Aphricani: cum ſolum prima pars ſit concilij, & ulti=
ma clauſula ſit Gratiani. de q̃ latius in libro noſtro de Primatu Petri: Quod paragra
phus utroq; loco interpoſitus ſignificat: quis enim credat Gratianum diligentiſſi=
mum, tantæ fuiſſe oſcitantię: ut pro Auguſtini uerbis citaret: quæ Auguſtinum im=
III probarē: & ab ipſo diſſiderent. Tertio ex eo conijcio per librarium ſuperadditum:
Cap.18. quia cum in cap. ſeq. loquatur de purgatorio: Et eius uerba referantur diſt. xxv. qui
in aliud. In antiquis decretis ſcriptis, iſte canon non reperitur: ſicut & in excuſis pro
palea inſcribitur: quod de nouo, primo illa uerba ſubditicia, addita ſint ex Auguſti=
Cõparatur ſo= no: quæ tamen nunq̃ fuerunt Auguſtini, ſed Gratiani. Vide amice lector: quomodo
lutio Eckij, ra= & nos ſubtrahamus unam particulam ex Auguſtino: ubi ipſi propter hoc aſſutum,
tiõi ludderanæ ſubtrahunt Auguſtino totum librum: Ego aſſigno authorē particulæ: ipſi non aſſig
nant authorem libri: Ego oſtendo ex alio loco, ex palea eſſe ſubditicium: ipſi nihil al
legant: Ego innitor antiquis exemplaribus: ipſi nemini: Dicamus itaq; hunc librum
uere eſſe Auguſtini, ſicut & Gratianus & Petrus Longobardus cum pro germano
Auguſtini libro per Italiam & Gallias habuerunt: ueluti & alij doctores poſt eos, Al
es, Altiſiodoreñ. Bonauentura, Thomas: Et profecto nulla alia ratione Ludder ne=
gat hunc librum eſſe Auguſtini: niſi quod tam pie & tam ſyncere ad ueritatem ca=
tholicam ſcripſit. ¶ Addit etiam Ludder hanc falſitatem: quia tam rudis fuerit
author huius libelli: quod uerba Chriſti. qui confeſſus me fuerit coram hominibus:
Lu.12. confitebor & ego coram patre meo, adducat pro confirmanda confeſſione clancula
Mar.8. *Lapſꝰ Ludder* ri: at ego hunc locum in libro meo non reperio: Videat Ludder unde hoc ſomnium
hauſerit: nam alij loci Euangelici bene adducuntur pro confeſſione, & maxime cap.
x. tamen iſtius ego non memini: & iam bis percurrens librum non inuenio: Habeat
ergo ſibi Ludderus figmenta & ſomnia ſua.

Rationes catholicorum, iudicem oportere cognoſcere de cauſa &c. falſari per Ludderum: et quomõ oblita cõfitenda. &c. Cap. VIII.

Poſtq̃ Ludder ſuo erroneo & peruerſo iudicio exiſtimat ſe euiciſſe locos a
Ratio pro cõ= catholicis inductos pro confeſſione: incipit pro uirili eneruare rationes ca=
feßione. tholicorum: quarum unam aſſignat: Si debeat ſacerdos remittere & abſol=
Improbatur à uere a peccatis: oportet quod ſciat: quoniam quæ non ueniant in cognitionem: illa re
Luddero. I. mittere non poſſit. Hanc rationem primo ſic lacerat: quia Papa cum ſuis indulgen=
tiarijs promittit remiſſionem peccatorum oblitorum, & non agnitorum ſeu abſcon=
ditorum: Igitur uel Papa mentitur & decipit: uel aſſumentes hanc rationem: quia
Papa abſoluit peccata quæ non ueniunt in cognitionem: & facientes hanc rationem
in eo ſe fundãt: quia abſolutio ſe fundet ſuper cognitionem: Immo utrumq; reputat
II. falſum Ludder. Secundo illa ratio obligaret nos ad impoſſibile: ex quo nullus mor=
Pſalm. 18. talium poteſt omnia peccata ſua cognoſcere: iuxta illud Dauid. Domine peccata
Pſalm. 39. quis intelligit: & iterum. Quoniam circundederunt me mala: quorum non eſt nu=
merus: conprehenderunt me iniquitates meæ: & non potui ut uiderem: Multiplica
tę ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me &c. ¶ Et quando
catholici dicunt, peccata cognita poſt diligentem examinationem & diſcuſſionem

ſunt confi=

ſunt confitenda: Quærit Ludder: unde hoc uelint probare catholici: Porro quam metam uelimus præfigere in diſcuſſione & recollectione: cum tot homines ſimplices ſint: qui neſciant quantum debeant ſe recolligere: quid confitendum, uel non confitendum: quid mortale, quid ueniale: cum nullus doctor, nullus ſanctus adhuc hoc explicuerit: Et tu uis totum mundum in has occupationes coartare: ut neſciāt quid faciant: Arbitraris Chriſtum Petram immobilem, tam inſtabilem prebere doctrinam: quæ faciat dubitare & hærere corda fidelium.

Contra diſcuſſionem.

¶ Hi Ludderani cauilli facile euacuantur: Nam ita ratiocinantur catholici: cum ſacramentum pœnitentiæ ſit iudiciale: & ſacerdos fert iudicium ſuper pœnitente loco dei: ut fatetur Ludder in ſermone de pœnitentia ad duciſſam Lunenburgeñ. in fine: Et cum iudex non debeat pronunciare: niſi cum cauſæ cognitione: Et in illo foro non poteſt cognoſcere, maxime de occultis, niſi per pœnitentis confeſſionem: quare reus ſi uelit abſolui, neceſſarium eſt quod primo confiteatur. Hanc rationem crude & informiter propoſuit Ludder: ut haberet, ubi libidinem ſuam calumniandi in catholicam eccleſiam, exerceret: ſed iam recte digeſta non impendio refellitur argutijs & captiunculis Ludderi: Nam planum eſt neq; oblita, neq; abſcondita uenire ad confeſſionem: niſi quatenus cognoſcuntur: Et quia nō cognoſcunt niſi in genere & communi: quare in tali communitate ſunt confitenda, & ducenda in noticiam iudicis. Et ſic ruit totus ampulloſus clamor Ludderi: quia ſic habes modum quomodo eſt poſſibile illa confiteri: & quomodo ſacerdos & Papa ab illis oblitis & abſconditis abſoluit: Nam ſic & in quocūq; alio iudicio, iudex eſſet cōtentus: ſi reus confiteretur in ſpecie omnia delicta, quorum eſſet memor: & alia cōfiteretur in communi.

Confutantur Ludder.

Ratio pro catholicis inſtruitur fortior.

Oblita & incognita confiteri.

¶ Quod autem ipſe quærit: unde uelimus probare: quod teneamur confiteri cognita poſt diligentem diſcuſſionem: Reſpondeo, quia ſuperius probata fuit confeſſio: modo conſuetudo & præceptum eccleſiæ explicat modum confeſſionis: præterea ultra conſuetudinem ſuffragatur ratio: nam ſacramentale iudicium debet eſſe rationabile: Et hoc quod ſuperius deduximus eſt rationabiliſſimum. ¶ Porro quod rem exiſtimat impoſſibilē, multitudini impoſitam cum hac diſcuſſione: Mirū eſt de Luddero: qđ toto hoc ꝓcurſu ignorat: q̃d oēs uetulæ catholicę nouerunt. ſ. oblita & abſcōdita in genere cōfitenda: Et tantā diligentiā in diſcuſſione adhibendā: quantā faceret in alia re ardua & magna: Et cum diuerſa ſint ſtudia hominum, diuerſi conatus: Conſectarium eſt inæqualiter diligentes in diſcuſſione, æqualiter tamen ſatiſfacere præparationi ad confeſſionem. Nec refert, quod non ſciat quod mortale, quod ueniale: quia cum dubitat, aliquid eſſe peccatum mortale; illud debet confiteri ſub dubio: ut oſtendimus ſupra.

¶ Nec mouemur magnificis & portentoſis Ludderi uerbis: quod ſic cor hominis eſſet inſtabile: quia eſſet incertum, quando ſufficienter examinaſſet conſcientiam ſuam: quod non conueniat Petræ immobili Chriſto: Dico licet Chriſtus ipſe ſit petra firmiſſima: tamen de lege ordinata non firmat corda fidelium: quod ſint libera ab hoc dubio: Et hoc docet nos ſpiritus ſanctus per ſacram ſcripturam. Nemo ſcit an odio uel amore dignus ſit: Et hoc fecit deus cauſa noſtræ humilitatis: ut ſemper ſtemus in timore domini, ut iugiter nos adhortatur in ſacra ſcriptura. In timore domini eſto tota die: quia habebis ſpem in nouiſſimo. Et. Serua timorem illius: & in illo ueteraſce: & antea dixerat, fili accedens ad ſeruitutē dei, ſta in iuſtitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Hoc ergo quod tota clamat ſcriptura, Ludder uult negare de pœnitēte: contendens omnes facere filios preſumptionis & temeritatis: ſed tu fili eccleſię, ne audias eū: nec acquieſcas erroribus illius.

lib. 3

Fides certa, homo dubius de ſalute.

Eccleſ. 9.

Prouer. 23.

Eccle. 2.

Seductio Ludderi.

Ludderum nō euacuare locum Iohan. xx. cum alijs. Cap. IX.

Ludderanorũ temeritas. QVamuis ea quæ poſterius tractantur a Luddero contra confeſſionem,om
nia ſint eiuſmodi:quæ indigna ſint ut recenſeantur,tamen ne aduerſarij ue-
ritatis catholicæ latrent contra nos illis ſycophantijs: Nam ſæpe in futilibus
cauillis adeo confidunt,ac ſi inuictas & demonſtratiuas adferrent rationes. Primo er
I. go Ludder obijcit ſibijpſi: quia licet abſolutio non ſtet in arbitrio ſacerdotis: tamen
retentio:quia non retinet niſi uolens: Et reſpondet ſuæ obiectioni: qđ uerba ſoluẽdi
& ligandi in Euangelio,nõ ptinẽt niſi ad publicã abſolutionem & retentionem(Iam
Math. 18. excommunicationem appellamus)ſicut oſtendit Chriſtus. In publico ergo eſt in po
teſtate cõmunitatis,aut ſacerdotis, loco communitatis, illum ligare,abſq; eius conſen
II. ſu: Sed de occultis nulla eſt poteſtas in eccleſia,illa uł ligãdi uel ſoluẽdi: ſed ſtat in
cuiuſq; arbitrio,an uelit ſe corrigere,cõfiteri: Quia illa ſunt penitus diuerſa, confite-
ri peccata,& ligare uel ſoluere peccata: Porro ſi ex poteſtate ligandi uel ſoluendi in
Sophiſtarũ ſophiſticiſſimus Ludder. fertur ad cõfeſſionẽ:eadẽ ratiõe infert ad peccationem: quia ſi non peccaret, non poſ
ſet abſolui: ergo ſi debeo abſoluere: aliqui debent prius peccaſſe. ¶ Obnubilat
deinde uenenum ſuum:& dicit ſe ſolùm contẽdere ,quod confeſſio acceptanda ſit,
III non exigenda: quia claues habent operationem cum peccatis,non cum corde: Ideo
Claues Ludde. appellantur claues cœlorum,non cordis aut conſcientiæ: quia claues cordis ſibi ſoli
deus reſeruauit: dat exemplum de iudice ſæculari: qui ex officio punit malos & pec-
cata: tamen non oportet eum inquirere omne occultum malum conſcientiæ: ſed ſo-
IIII lum quod ei denunciatur. ¶ Quod ſi ſtatur interpretationi noſtræ: quid tunc de
illis,quos iniuſte ligant: Quid de illis,quorum peccata ſoluunt: quæ apud deum ſunt
ligata: Ideo ſimus contenti: quod duo ſunt modi uſus clauium: unus quo retinentur
per excommunicationem peccata: quando factores teſtibus conuincuntur: Alius
V quando libere & uoluntarie confitenti,peccata remittuntur. ¶ Infert illos non
Venenum Ludderi. damnandos: qui confitentur ſoli deo,uel ſanctis aut cui uoluerint,& non ſacerdoti: ſi
hoc fecerint in uera contritione & fide: Neq; aliquis terreatur horrendis exemplis
O ter hæretice luddere. ſomniantium prædicatorum,excogitatis ad terrorem hominum. Hos errores &
ueritati catholicæ,& ipſi etiã Luddero diſſidentes faciliter expungemus: Nam pri-
Euacuantur ludderana. mo bene uidit, aperta uerba Euangelij ſuis peruerſis gloſſis & hæreſibus repugna-
re: nam totũ quod ſuperius de abſolutione dixerat: Videt corruere,ſi ad retentionẽ
Dolus ludderi. Inſcitia Ludderi. aſpexerit: Hinc aliter incipit lacerare uerba Chriſti: & omnia de poteſtate ligandi et
ſoluendi torquet ad excommunicationẽ; Sed uide quantus error ſit iſte: primo Lud
der profundis ignorantię & hæreſis tenebris immerſus adhuc neſcit multiplicem po
teſtatem in eccleſia a deo ſacerdotibus datam: Cur non legit illuſtrem Theologum
ſuum Iohannem Gerſonem de poteſtate eccleſiaſtica: qui poſt Petrum Aliacẽ.prę
ceptorem ſuum(quem ſibi cum conſpiratoribus ordinis ſui Vuittenbergę elegit,om
nibus alijs ſcribentibus in ſententias reiectis)ſex ponit poteſtates,ſ.poteſtatem conſe
crationis,ſacramentorum adminiſtrationis, iudiciariæ correctionis, prædicationis,
Qualis Theologus ludder. Iuriſdictionis, & accipiendi uitæ neceſſaria: Modo hic Anaxagoreus Theologus
Ludder faciens quodlibet ex quolibet,omnia confundit & commiſcet in unũ Chaos
Math. 18. nam uerba Chriſti de fraterna correctione ubi tradidit cohercíuam correctionem,
Iohan. 20. confundit cum poteſtate clauium data,uide hominem inſigniter imperitum,& teme
In hæreticos rarie inuertentem ſacras literas: o quam uere ait Cyrillus, Certiſſimum eſſe effrena-
tæ libidinis & temeritatis ſignum: ſi quis ea recuſet diſcere: quibus poſſit ad meliora
reuocari: Semper ad peſſima flectitur Ludder: meliora guſtui ſuo infecto non ſa-
piunt: Deinde ſibi contradicit Ludder: nam hic dicit coactus per obiectionem de re
Contradicit ſibi ludder. tentione: quod omnia in Euangelio de poteſtate ligandi & ſoluendi dicta debeant in
telligi de publica ſolutione uel ligatione: quæ modo appellantur excommunicatio:
Iam ergo refert ad publica: & tamen prius conceſſerat etiã in priuatis, ſi confeſſio

occultę

occulte fieret: Tertio uellem eum explicare obiectionem ex integro: quia dixit ex
prima parte uerborum Chriſti. Quorum remiſeritis & cæt. eſſe in arbitrio pœniten-
tis: ſi uelit occulte confiteri ſacerdoti: & tunc teneatur ſacerdos eum abſoluere: cur
non ad eundem caſum refert alteram partem, ſcilicet & quorum retinueritis, quod *Hic iacet Ludder.*
non ſit in ſacerdotis arbitrio retinere: Itaq; cum hoc ſecundum uideat eſſe apertiſſi-
me falſum: cur ter pertinax hæreticus non recedit a ſua corrupta gloſſa ad primam
partem, quam deſtruit ſecunda pars. Quarto uide quam peſtem hic euomat Lud- *Abſurdum ludderanum.*
der: aufert enim ſacramentum pœnitentiæ: Nam ſi omnia dicta in Euangelio de po
teſtate clauium, debent intelligi de publica ſolutione & retentione, ſicut iam fit in ex
communicatione: ſed certum eſt, quod in excommunicatione aliquis a communio-
ne fidelium excluditur: & ſoluendo, communioni fidelium reſtituitur; ſeu ad eam
admittitur: ubi autem peccatum remitteretur? Et ſic periret nobiliſſima poteſtas re
mittendi peccata in eccleſia: quam tamen alibi adeo extollit Ludderus: Et nihil ibi
remaneret: niſi admittendi poteſtas & excludendi a communione fidelium: Is eſt
fructus Theologiæ Ludderanæ. ¶ Ex his liquet quantum a ueritate aber *Occulta confitenda.*
ret & ſibi contradicat, non eſſe poteſtatem in eccleſia ſoluendi uel ligandi occulta:
nã cum æque peccata occulta excludãt a regno cœlorum ſicut manifeſta: cur deus cle
mentiſſimus in eccleſia ſua non conſtituiſſet medicinam pro occultis peccatis æque
ac pro manifeſtis: Nec iuuat Ludderum: quod inquit illa eſſe diuerſa, confiteri, & ſol
uere: nam hoc omnis homo nouit, qui ſpirat: abſolutio enim ipſa eſt ſacramentum
pœnitentiæ: ſed confeſſio non eſt ſacramentum, ſed ſacramenti præambulum: Sed
uide putridum ſophiſtam, captiunculatorem, argutatorem impiiſſimum: quia ne- *Ludd. ſophiſta*
mo poteſt abſolui, niſi confeſſus: ideo ſic uult argumentari ad peccationem. o impie-
tas: Hunc cauillum ex dialectica Melanchtonis fabricare didicit: Volens conſe- *Dialectica ludderi ex Melanchtone.*
quens, uelit antecedens: uolens ſanari, uult ęgrotare: uolens liberari, uult captiuari:
an non magis nollet utrumq;: ſic uolens abſolui, uult peccare. Adeo abſona ſunt, &
omni rationi contraria: ut pudeat referre. ¶ Sed quam bellum oſtentat pa *Victus Ludder*
uentaculum, claues operentur in peccata, & non in cor: dic quæſo omnium obtuſiſ-
ſime: ubi ſunt peccata niſi in corde: nec tamen claues aperiunt cor apud catholicos:
ſed cum cor ſe aperit & euomit fœditatem peccatorum: tunc clauis adimit peccata.
Quid ſi catholicus aliquis tam ſtolidum faceret argumentum claues ſunt peccato-
rum, non cordis: ergo confeſſio peccatorum non eſt neceſſaria: quibus irrideretur
lectoriis ab hæreticis: quibus cachinnis contemneretur: Et quam bellum dat exem-
plum de iudice ſæculari: quis unquam ita argumentatus eſt: cum iudex ſæcularis
magis puniat crimina quę contemerant remp. quam quæ ſint in perniciem animæ:
at in foro eccleſiaſtico conſcientiæ, mundandum eſt cor ab omni iniquitate, ab om-
ni delicto et peccato: quoniam nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum ait *Apoca. 21.*
Iohan. Quare aliud eſt de iudice eccleſiaſtico, purgante homines & mundante, ut
coram dei iudicio iuſti compareant: & aliud de præſide purgante prouinciam malis
hominibus. ¶ Sic & illud euanidum eſt, quod addit: quomodo cum illis aga
tur: qui iniuſte ligantur, aut male abſoluuntur: ſicut Ludder peſſime abſoluit ſuos
hæreticos: Neſcit adhuc monſtrum hoc, uulgatiſſimum in eccleſia dictum, Claue
non errante, Ideo claui auctoritatis, debet eſſe coniuncta clauis ſcientiæ: ut ſuperius
meminimus: Non ergo hoc recipimus, quod ipſe retentionem ſolum admittit in pu-
blico peccato: & ſolutionem in occulto: quod in prioribus ſatis confutauimus: & mi-
rum quod uult uerba Chriſti claudicare: & unico contextu, ad idem prolata, diſſeca *Abſurditas ludderi.*
re in diuerſa: ſed hoc eſt magiſtri prurientis auribus, in illis nouiſſimis temporibus
periculoſis: in quibus reprobi a ueritate auditum auertunt, & ad impietates conuer- *1. Timoth. 4.*

Ezech. 13. tuntur: Sed quod conſuit puluillos ſub cubito manus impiorum: & facit ceruicalia
Ludd. ſeductor ſub capite uniuerſæ ætatis ad capiendas animas: Et non uult eſſe damnandos, qui
contra præceptum eccleſiæ, contra uſum omnium catholicorum a M.D. ferme an-
nis obſeruatum, Contra ius Euangelicum & diuinum, omittunt confiteri: pulcherri
mum pro diabolo aucupium: Non confuto erratum tam manifeſtarium: quod toto
libro ij. eſt improbatum: Nec officit, quod confortat ſuæ impietatis participes: ne cre
Iaco. 2. dant horrendis exemplis de afflictionibus non confitentium: Induretur cor eorum,
ſicut cor Pharaonis: non credant: ueniet tempus, ueniet: ubi credent, ſed contremi-
ſcent, cum eorum principe diabolo.

Hæreſis Ludderana refellitur, neminem abſoluere, niſi habue- rit ſpiritum ſanctum, & contradictiones no- tantur. Cap. X.

POſtquam perdite euomuit Ludder hæreſim Græcorum aliquorum &
Ruthenorum, confeſſionem oris non eſſe neceſſariam: Deſcendit iam de
hæreſi in hæreſim aliam Vualdenſium: quod peccator non habeat claues ec
cleſiæ: nec abſoluat: Quid inquit hic fiet: antequam Chriſtus commiſit Apoſtolis poteſta
Iohan. 20. tem ſoluendi & ligandi peccata, inſufflauit in eos & dixit: accipite ſpiritum ſanctum,
quorum remiſeritis peccata, remittentur eis: Hic eſt concluſum, neminem poſſe re-
mittere peccata, niſi habeat ſpiritum ſanctum: quia uerba ſunt aperta: non cedunt:
Non ſufficit dicere: Iſte articulus eſt Conſtantiæ condemnatus: & authores Huſs &
Hiero. Pragen. conbuſti: non ſufficit condemnare: oportet reſpondere: Improperat
Claues in ar- Pontifici qui audet claues, deferre in armis eccleſiæ: cũ nullus habeat claues, niſi ha-
mis. beat ſpm ſanctum: ideo iſta inſignia ſunt alterius uiri, quam Papæ: Nos autẽ ſumus cer-
ti eccleſiam catholicam habere ſpm ſanctum: ideo illa ſola habet claues: Et qui ſibi
uſurpat claues eſt merus ſacrilegus ſiue ſit Papa, aut quicunque alius: Eccleſiam autẽ
habere claues ſumus certi ex ſymbolo. Credo ſanctam eccleſiam catholicam: ſancta
eſt, propter ſpm ſanctum: Ideo nemo ſuſcipiat abſolutionem a Papa uel ſacerdote, ac ſi
eſſet ſua: quia illa eſſet abſolutio diaboli: ſed quia abſoluunt nomine eccleſiæ: unde ſi
lapis uel lignũ me abſolueret in nomine eccleſiæ: ego acceptarẽ ait Ludder: Contra
ſi Papa in nomine poteſtatis ſuæ, locaret me in ſupremum chorum angelorum: uellẽ
utramque aurem obſtruere: & eum pro maximo blaſphematore reputare: Sicut domi
nus cõmittit ſeruo inſignia ſua: ſed non permittit, ut illa geſtet tanquam ſua: Ita eccleſia cõ
mittit Papæ claues, ut utatur illis, non uelut ſuis, ſed nomine eccleſiæ. Hinc Papa de
Calumnia Lud bet uere eſſe ſeruus ſeruorum: licet hodie non ſit: ſed puer in cunabulis potius ius ha
deri in Papam bet ad claues eccleſiæ, & omnis habens ſpiritum ſanctum. Hactenus inſania Ludde-
ri. ¶ Et quia hunc errorem attigimus in libro de Primatu Petri: ideo nolumus
Retorſio argu hic diu immorari, Sed aduertamus in quas anguſtias ſe coartet Ludder cum ſuis
menti in Lud- peruerſis gloſſematibus: Nam ſi ex uerbis Chriſti uult abſoluentem debere ſpiritu
derum. ſancto eſſe donatum: aut loquitur de ipſa eccleſia, quæ indubie habet ſpiritum ſanctũ:
ſed tunc non conuenit uerbis Chriſti: qui hic non eccleſiæ, ſed miniſtris eccleſiæ de-
dit ſpiritum ſanctum: Inſufflauit. n. in eos, diſcipulos: & dixit accipite: non inquit acci-
pe eccleſia: Et omni rationi eſt aduerſum dicere, Apoſtolos non accepiſſe hic ſpiritũ
ſanctum: & non ſolum laceraret, ſed omnino annihilaret ſacram ſcripturam: quare
ſi utamur hac ratione argumentandi: qua ipſe furit: neceſſario dabimus, miniſtrum
Abſurdum ex clauium debere recipere ſpiritum ſanctum: ſicut Apoſtoli hic ante acceptionem po
Luddero. teſtatis clauiũ, acceperunt ſpm ſanctũ: Quid tum fiet ex doctrina Ludderana in quot

partibus

partibus corruet? dixit in ſermonibus duobus de pœnitentia, In reſolutionibus ſu=
is:in captiuitate Babylonica, In criminatoribus ſuis contra bullam Apoſtolicam, &
alijs pluribus erroneis ſuis libellis, ſufficere fidem confitenti : quod certiſſime cre=
dat uerbis abſolutionis, qualiſcumque fuerit ſacerdos : etiam ſi non ſerio, ſed ioco
abſoluat: Ex re itaque certiſſima, abſolutionis, Ludder iam facit rem maxime du= *Ludder ſecum*
biam: quia neſcimus an miniſter habeat ſpiritum ſanctum, an minus: Et ſuo more *pugnat.*
interpretandi, clara ſunt uerba & aperta, miniſtros prius accepiſſe ſpiritum ſan=
ctum, quam claues. Porro quam mathematicam nobis fingit eccleſiam Ludder: *Somnia ludde.*
uellem ubi eccleſia reciperet claues: niſi quia perſonæ eccleſiæ recipiunt Petrus,
Iohannes &cæt. ut libro de Primatu Petri deduximus: ſed quantum ſibi placet
Ludder: quod ſenſum ſuum præfert toti eccleſiæ catholicæ, toti Concilio Con= *Cōſtañ. cōciliū*
ſtantieñ. nam a quingentis annis uix dabis maiorem cōgregationem eccleſię: quam
Conſtantiæ: ubi tribus Pontificibus ſemotis, quartus fuit electus: ubi Italia, Ger=
mania, Gallia, Hiſpania, Anglia, Hungaria, Polonia, Scotia, Dacia, magna con=
cordia conuenerunt: Quis credet huic beſtiæ? quod doctiſſimi in eo Concilio uiri
Petrus Cameraceñ, Iacobus Florentinus, Iohannes Gerſon, Nicolaus Dinckel=
ſpuel, Nicolaus Epiſcopus Miſneñ. Petrus de Anchorano, Bohyck, & alij doctiſ=
ſimi uiri, huic obiectioni non reſponderint? Age Ludder ueni & redde rationem *Ludder con=*
dicti tui: defendere uis illos combuſtos hæreticos in errore iſto: arbitraris illum ar= *cluſus*
ticulum male condemnatum: Conſectarium eſt te uelle, non ſolum eccleſiam, ſed
etiam miniſtros debere habere ſpiritum ſanctum: & tunc admittes, quod prius attu=
limus, ſacramentum pœnitentię eſſe incertiſſimum: nam articulus xv. Iohannis Vui
cleff fuit iſte, Nullus eſt dominus ciuilis: nullus eſt prælatus, nullus eſt Epiſcopus,
dum eſt in peccato mortali. Eundem repetijt Huſs & fuit triceſimus in ordine. Facit
ergo Ludder certiſſimam abſolutionem, quia ſufficiat credere uerba abſolutionis.
facit incertiſſimam: quia abſoluens debet habere ſpiritum ſanctum, cuius ſumus in=
certiſſimi. Vide Anaxagorẹum Theologum omnia confundentem: Modo ait: mo= *Anaxagoreus*
do negat: poſtea rurſum ait: forte cum antiquis, parum eſt ſibi negare primum prin= *Ludder*
cipium: ſed forte negat ore, non corde: quod ueriſſimum exiſtimo: Quod autem in=
iuriatur Pontifici ſuper inſignibus, facit more ſolito: cum non habet aliud, etiam cla=
ues in armis uexat: ſed malicia habet tempus ſuum: Sic non impendio curamus, quæ
latrat contra abſolutionem Pontificis & Epiſcoporum: ſcimus ꝙ Petrus & Paulus
non abſoluunt, niſi ut miniſtri dei: Ita. n. ait Paulus. Sic nos exiſtimet homo, ut mini= *1. Cor. 4*
ſtros dei. Ideo pręcipit Timotheo: ut impleat miniſterium ſuum: Qꝫ autem Ludder *2. Timoth. 4.*
contemnit uicarium Chriſti: & non uult abſolutionem eius: indurauit ceruicem ſuã, *4. Reg. 17.*
iuxta ceruicem patrum ſuorum aliorum hæreticoꝝ: & impletur in eo illud Dauid.
Et dilexit maledictionem: & ueniet ei: & noluit benedictionem: et elongabit̃ ab eo: *Pſalm. 108.*
& induit maledictionem ſicut ueſtimentũ: & intrauit ſicut aqua in interiora eius, &
ſicut oleum in oſſibus eius: Sic calũnia quã ſtruit contra Pontificẽ a catholicis contẽ
nit̃: qua homo extreme iniurioſus pueꝝ in cunabulis pręfert Papæ in ptãte clauiũ,
ut ſatiſfaciat ſtulticiæ & impietati ſuę: at deus uelit, ut obſtruat̃ os loquentiũ iniqua.

Confeſſio non conſulta eſt ſed præcepta, pluribus impieta= tibus Ludderi diſiectis. Cap. XI.

VIdeamus nunc, quomodo Ludder extra eccleſiam dei in ſchyſmate ſuam
conſtituat confeſſionem: & ſumma fide intentionem ſuam recenſeamus: ſi= *Ludder*
cut hactenus id facere ſoliti ſumus: primo inquit comparo confeſſionem
illam occultam uirginitati & caſtitati, rem ualde præcioſam: & quilibet Chriſtianus

ex corde dolere deberet,confeſſionem illam non eſſe: Hoc autem faſtidioſum eſt,ꝙ Papa ex ea præceptum facit et neceſſitatem:ſicut & de caſtitate facit. Hoc enim pro- *In Papam.* prium eſt Papæ,omnia quæ deus præcepit contemnere.& quæ deus nõ præcepit; ſed ſolum conſuluit:hoc Papa præcipit:& ita præponit ſe deo, ſicut Antichriſtus fa- *Malignitas Ludderi.* cere debet: Et illud unicũ ſignum ſufficit,ad conuincendũ Papam eſſe Antichrĩum.

¶ Iacturus fundamenta hæreſis ſuæ, aſſumit illud Iohannis. Non placent deo coacta ſeruitia,ſicut habet legenda ſua:idem uoluit S.Paulus.Et qui ſeminat in benedictionibus:de benedictionibus & metet:unuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo,nõ *1. Cor. 9.* ex triſtitia,aut neceſſitate &c.Porro triplicia ſunt uerba dei:quædam ſunt præcepta, quædam conſilia,quædam promiſſiones:Conſilia ut uirginitas,caſtitas uidualis, epi- *In Epiſcopos* ſcopatus,hoc eſt officium prædicandi uerbum dei:quia qui hodie gerunt ſe pro epiſcopis,ſunt ſicut picti & lignei Epiſcopi, non prædicant:propterea ipſi ſunt de cohorte perdita,proprij ipſius diaboli:etiam ſi miracula facerent: Adhuc deus nõ uult ſua mandata inuoluntarie impleri,& coactione:minus debet aliquis cogi ad ſua conſilia:Sed Papa cum ſecta ſua(omitto honeſtatis & reuerentiæ cauſa,iniurias quibus afficit ſupremum Chriſtianitatis caput in terra)cogit omnem hominem ad bona con- *Confeſſionis bona.* feſſionis:cum occulta confeſſio ſit apertus theſaurus gratiarum dei,in quo deus nobis exhibet & præponit ſuam miſericordiam, & remiſſionem omnium peccatorũ & eſt liberalis promiſſio dei,quę neminem artat uel cogit:Sed Papa cogit,etiam nõ *O Ludder.* petentes:Ita quod non eſt alius dies magis criminoſus toto anno,quam dies Paſchæ: Et ſi totus annus nihil eſſet, quam carniſpriuium: & omni die biberetur, ageretur chorea:adhuc non tot fierent peccata & tanta, ſicut fiunt in ſeptimana magna Quadrageſimę: nam qui inuoluntarie confitentur & accedunt ad uenerabile ſacramentum: & non illud ex corde deſiderant:melius eſſet illis in manifeſtum crimen cadere,eo tempore:Et quia pauci accedunt ex amore,ſed ſolum propter præceptum Papæ:Ita totus mundus horribiliter peccat ſuper Papa:qui omnium illorum peccatorũ particeps eſt. Inuehitur poſtea prolixe in Pontificem:habes impietates & blaſphemias Ludderanas.

Euacuantur impietates ludderanæ ¶ Deijciamus machinas iniquitatis,arma maliciæ,ac ciuitatis diabolicæ muros diruamus. Quod.n.primo aſſumit confeſſionẽ eſſe conſilij,non pręcepti,ſicut etiã eſt uirginitas: *Ludder ſe iugulat.* Hic ueni ſerue nequam:& ex ꝓprio ore te iudicabo:ſi quatuor hic ponis conſilia, Confeſſionem,uirginitatẽ,& caſtitatem uidualem,& Epiſcopatũ:cur tam pertinaciter anno ſalutis M. D. XVIII. tenuiſti ſolum unum eſſe conſilium, ſcilicet uirginitatis: ita omnia negas,affirmas pro libito. Calumniam quam ſtruit Summis Pontificibus, non opus eſt excuſare: quam omnis catholicus nouit eſſe falſiſſimam & impijſſimam: Confeſſionem autem non eſſe conſilij, ſed præcepti oſtendimus ſupra. *Ludder ſibi cõtradicit* Et mirum eſt cum in maligna defenſione articulorum a fratribus, Brandenburgen. Epiſcopo oblatorum, adeo minuat conſilia Euangelica:ut illa non ſupra,ſed infra præcepta conſtituat: cur hic adeo magnificat confeſſionem, ut the- *Coactio quõ minuat meritũ* ſaurum diuiciarum dei,& miſericordiæ eius. ¶ Porro quod aſſumit pro fundamento, coacta ſeruicia non placere Deo, ex legenda ſancti Iohannis. Somnia alioquin appellat legendas ſanctorum & fabulas: ubi ei aduerſantur: contra ubi deſeruiunt, libenter aſſumit eas: Nos tamen fatemur hoc eſſe uerum: Quod triplicia po- *Ludder nõ ſeruat quæ docet.* nit uerba Dei: iterum aſſentimur:niſi quod impudentiam eius deteſtamur:qua epiſcopis temere detrahit:& ſuipſius iudicio culpabilem ſe oſtendit & malicioſum: Nã in præceptorio ſuo, ſub præcepto iiij. inquit. Nouiſſime huc pertinent Epiſcopi & Principes,plebani & ſenatus. Vtrumq; ſcilicet dominium: qui ſunt ꝙ maxime timẽdi:quia gladium domini portant: quibus cauendum eſt, ne obloquatur ullus: quia *Exo.22.* lex dicit. Principi populi tui ne maledicas:Et iterum. Dijs nõ detrahas. Et heu nullis liberius de

liberius detrahitur,   illis:nullus timor eſt dei in illis: omnis enim poteſtas a Deo eſt: *Roma.13.*
Et licet exactionent,& premant ruſticos ſuos,aut ciues, aut ſacerdotes:tamen ſunt
ferendi, non ſecus ac manus domini prementis peccata noſtra, & infra. At quo uita
illorum magis eſt in luce:eo magis reprehenditur & iudicatur: ſed minus catholi-
ce, Immo orthodoxe. Statuaris ergo ante te Ludder:& iudicet te os tuum:lamenta-
ris ſuper detrahentes Epiſcopis & principibus: Et quis liberior fuit illis detrahendis *Iacet Ludder*
per totum orbem,   tu: Tuo ergo iudicio,es minus catholicus, minus orthodoxus:
per hoc tamen nolo excuſare Epiſcopos: qui eorum muneri et officio non ſatiſfaci- *In Epõs luddeo*
unt:ſicut modo aliqui Epiſcopi parum curant hæreſim Ludderanam latiſſime pro- *riſantes.*
pagari,dummodo ſalui ſint eorum redditus,cenſus,& tributa.
¶ Quod autem Ludder imponit Papæ, quod cogat homines ad confeſſionem & *Cogere ad con*
communionem: eſt falſum & commentum Ludderanum:niſi adeo inſaniat:ut præ *feßionem.*
cipere dicat idem eſſe quod cogere:quod omnino eſt abſurdum: nullus ergo cogi-
tur ad bene operandum: ſed bene datur alicui præceptum: cuius portioni promitti-
tur premium:& tranſgreſſioni imponitur pœna:Et profecto hic clarum eſt Ludde- *Lapſ9 Ludder*
rum errare in fundamentis Philoſophiæ;quia neſcit inuoluntarium mixtum eſſe uo *in Philoſophia*
luntarium: Quod hic uult confiteri,quia eſt præceptum: ipſe imperat ſibi obedire
præcepto dei & eccleſiæ,alioquin non uellet confiteri: Iam Ludderus per Philoſo-
phiam Melanchtonicam,dicit illum coactum,& non libere confiteri:quaſi pręceptũ *Philoſophia*
tolleret libertatem: Dum adeo non tollat libertatem, ut eam maxime exigat: ut ubi *Melãchtonis.*
nulla eſt libertas: nullum ſit præceptum:nam contrauenire quis non poteſt præce-
pto,niſi ex libero arbitrio: Et   uelle conditionatũ,ut ita loquar,non impediat uolun
tarium ſimpliciter,nec libertatem (nam in hoc fundamento peccauit Ludder:unde
reliqua eius errata dimanarunt)apertiſſime oſtendo in loco, quo Ludderus etiã ter *Velle ſub con*
pertinax non poterit euadere: Chriſtus.n.ſaluator noſter amabilis, uoluntarie & li- *ditione eſt li*
bere mortuus eſt pro ſalute generis humani: ſicut prędixit Iſaias. Oblatus eſt, quia *berum.*
ipſe uoluit:& non aperuit os ſuum; & ipſe dominus clare dixit. Ego ponam animã *Iſa.53.*
meam:& iterum ſumam eam:nemo tollit eam a me:ſed ego pono eam a meipſo:po *Iohan.10.*
teſtatem habeo ponendi eam:& poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Non pote
rit igitur catholicus dubitare:quin Chriſtus uoluntarie mortuus ſit;attamen non de-
fuit ei quædam uoluntas(ego rem ipſam ſignate explicando libẽtius dicerem, ei nõ
defuiſſe quandam uelleitatem)non moriendi;quod tres Euangeliſtæ teſtant̃: Ma-
thæus.n.inquit. Pater mi,ſi poſſibile eſt,tranſeat a me calix iſte: ueruntamen non ſi- *Math.26.*
cut ego uolo:ſed ſicut tu uis. Marcus ſic refert uerba Chriſti. Abba pater omnia tibi *Mar. 14.*
poſſibilia ſunt:tranſfer a me calicem hunc: ſed non quod ego uolo, ſed quod tu. Et
Lucas ſic renarrat. Pater,ſi uis tranſfer calicem iſtum a me:ueruntamen non mea uo *Luce.22.*
luntas,ſed tua fiat. Quis itaq; Chriſtus,ſaluator iſte noſter optimus maximus,habue
rit quandam noluntatem(ut ita dicam)moriendi: ſed tamen uoluit obedire patri in
redimendo genus humanum:quia Chriſtus obediens eſt factus pro nobis,uſque ad *Philip.2.*
mortem: mortem autem crucis:Sic fideles inuiti quidem confitentur: ſed quia maio- *Inuite cõfiteri.*
ris faciunt præceptum dei, præceptum eccleſiæ,ſalutem animæ: uim ſibiipſis faciunt
ad regnum cœlorum:& confitentur,& communicant ſalubriter, utiliter, ac merito-
rie:quare indubie uox illa Ludderi eſt Acherontis, Stygiæ paludis, antiqui ſerpẽtis
ſybilus:Q2 plura dicit peccata & grauiora fieri in ſeptimana ſancta,   toto anno, etiã *Vox diabolica*
ſi furioſũ illud tẽpus carniſpriuii,Bachanalia, Dionyſiaca & Saturnalia celebrarent, *Ludderi.*
& feſta Cybeles:quis catholicus non agnoſcit hanc uocem diaboli:nam erecto crucis
uexillo,eo tempore uincitur dæmon, omnibus confitentibus, & communionem ſa-
cram accipientibus:tantum fidelium bonum & profectum, nititur impedire per ca- *Seductor Lud-*
cadęmonem Ludder. ¶ Et   plane impietatem Ludderi intelligas, &   ſibi con- *der.*

Ludder ſecum pugnat.

Proſtratus ludder.

Ludder cõtra Concilium.

trarius ſit hoc perpende: hic adeo extollit confeſſionem clancularian, ut ſit donum der paucíſſimis datum: & uirginitati comparat: Si ergo tantus theſaurus eſt confeſſio clancularia, & tantum bonum diuiciarum dei: cur negat fuiſſe in primitiua eccleſia: ubi Apoſtoli, ubi martyres, amore & charitate dei flagrantes, cum tam commune ſit iã in eccleſia, arbitrio Ludderi defecta & decreſcente. ¶ Porro cur uir malo ſpiritu agitatus adeo excanduit in Pontificem Innocentium: q; non ſolus, ſed cum generali Concilio, tota eccleſia, conſtituit ſemel in anno confitendum & communicandũ cum hoc fuerit in eccleſia præceptum: dum iam primum naſceretur ante 1260. annos: Fabianus, n. ſanctus Papa & martyr inquit. Et ſi non frequentius ſaltem in anno ter homines communicent: niſi forte quis maioribus quibuſlibet criminibus impediatur: in paſcha uidelicet, & pentecoſte, & natali domini, propterea fideles in Agathenſi Concilio congregati, longe aliter ſenſerunt, q̃ impietas Ludderana: quorũ hoc eſt ſtatutum, Sæculares qui in natali domini, paſcha, & pentecoſte, non communicauerint, catholici non credantur: nec inter catholicos habeantur: Et nouus ille Paulinꝰ Theologus, uult nullum omnino eſſe cõfeſſionis aut communionis præceptum: ſed illud in Antichriſtum refert: quaſi ſolum Innocentium iij. uocet Antichriſtum: & nõ S. Fabianum, totum Agathenſe concilium, Immo totam eccleſiam, quæ hoc ſtrenue obſeruauit: ſed euanuit in cogitationibus ſuis: & obſcuratum eſt inſipiens cor eius: dicens ſe ſapientem ultra omnes Theologos mundi, & qui a 400. annis fuerũt, ſtultus factus eſt.

Fabianus Papa

Confiteri peccata ante 1200 annos.

Agathenſe concilium.

Ludder deſipit

Roma. 1.

Bona eſſe præcepta, nec præceptis minui meritum, cum defenſione c. omnis utriuſq;. Cap. XII.

SEd uideamus aſtutam uulpeculam: obijcit ſibíjpſi obiectionem tam ualidam, quam nec ipſe, nec Ludderani omnes, ac portæ inferorum, diluere poterunt: Quia ſi clancularia annua confeſſio deberet aboleri: iam plures homines mali perſeuerarent: qui per confeſſionem moniti, reſipiſcunt: & a malo abſtinent: ac ſi confeſſio illa ſit annua reformatio Chriſtianitatis. Hanc ualidiſſimam rationem & inſuperabilem (quia omnino confeſſio eſt neruus diſciplinæ Chriſtianæ) irridet, dei, ſanctorum, & totius orbis irriſor: quia hoc non ſit iuſtificari, quando homines ita compellantur accedere ad ſacramenta Chriſti: ſi. n. in hoc ſtaret probitas in acceſſu ad altare: tunc porcum aut canem poſſes probum facere & iuſtum: Et in ſumma concludit, aut aliquis eſt uoluntarius: & non eget præcepto: aut inuoluntarius: & tunc præceptum non iuuat, ſed plus inficit negocium. Inuehitur poſtea in conſtitutionem Concilij Lateranẽ. quæ incipit. Omnis utriuſq;. quam ſtultam dicit, & ineptis uerbis oppletam: Irridet pœnam in ea præfixam: quaſi magni aliquid eſſet ſepeliri in cimiterio: & hoc cum maxima facit Pontificis iniuria: Porro conqueritur, quãtum mali attulerint illa duo puncta, ſ. omnia peccata & proprio ſacerdoti: quæ Papa ex diabolo dixerit: Et ui illius mandati etiam pueri, iuuenes & innocentes tenerẽtur confiteri. Hortatur dein Papam & Epiſcopos, ut omiſſis præceptis, conuertant ſe ad opus Euangelicum: & prædicent populo damna peccati & iudicium dei: & ita terrere homines a peccatis, ut contemplatione damni, & obtutu utilitatis, libere uenirent ad confeſſionem. Excutiamus breuiter huius Rapſodi errores. ¶ Nam rationem inſuperabilem, non ſoluit: ſuperius enim oſtendimus, præceptum neminem cogit, ſed tranſgreſſorem punit: nec compulſio repugnat iuſtificationi: quod clare Chriſtus nos docuit, præueniens Ludderanas hæreſes, ſic dicens. Et ait dominus ſeruo. Exi in uias, & ſepes, & compelle intrare: ut impleatur domus mea. Verba ſunt aperta & clara: & quæ nullo impio gloſſemate torqueri poſſunt: contra quæ aperte loquitur Ludder: & ex diametro pugnat cum Euangelio: pulchre B. Gregorius explicat

Ratio catholicorũ aſſumpta à Luddero.

Ludder omniũ irriſor.

Dilemma ludderi.

In conciliũ Lateranẽ.

Ludderana fortiter repelluntur.

Præcepta non cogunt.

Luc. 14.

Grego.

explicat modos quibus deus compellit homines ad bonū: Non ſolum per pręcepta: ſed etiam per aduerſitates, flagella, tribulationes, infirmitates: Et ſic id facit, quod per prophetam dixit. Ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis: & ſepiam eam maceria: & ſemitas tuas non inueniet: & ſequetur amatores ſuos: & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet. Vadā & reuertar ad uirū meū priorem: quia bene mihi erat, tunc magis ꝙ nunc. Deſtruit etiam erroneam Ludderi ſententiam S. Auguſtinus. Venerunt inquit de plateis & uicis gentes: ueniant de ſepibus hæretici: nam ſepes qui conſtruunt, diuiſiones quęrunt: abſtrahantur a ſepibus: auellantur a ſpinis: ſed cogi nolunt: uoluntate inquiunt noſtra intremus: non hoc dominus imperauit. Coge inquit intrare: foris inueniatur neceſſitas: naſcitur inde uoluntas. Et de correctione Donatiſtarum pulchre conuincit hæreticos conpellendos a principibus ad ueram fidem: adducit Euangelium. Nam cum ſerui domino reſpondiſſent: domine factum eſt quod iuſſiſti: & adhuc eſt locus: In illis ergo qui leniter primo adducti ſunt, completa eſt prior obedientia: in iſtis autem qui coguntur: inobedientia cohercetur. Et infra. Quapropter ſi poteſtatem quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit eccleſia: hi qui inueniuntur in uijs & in ſepibus, hoc eſt in hæreſibus & ſchyſmatibus, cogunť intrare: nō qa cogunť, reprehēdant: ſed q̄ cogant attēdant. Cōtra iſta firmiſſima fidei dogmata latrat Ludder: & nemině uult uel ꝑcepto ad benefaciendū urgeri: Et ſatis impie fideles accedētes ad cōmunionem comparat porcis & canibus: timendum eſt ipſum Ludderū accedere (ſi modo accedit) uelut Iudam. ¶ Sed audiamus pulchrum dilemma, quod aſſumit de uoluntario & inuoluntario: Quod ſi ualet, conſectarium eſt nullum omnino debere eſſe præceptum: quia uoluntarius eo non eget: Inuoluntarius non acceptat, ut ipſe aſſumit: Cur ergo præceptorium ipſe ſcripſit: & populo prædicauit: aut cur deus in ueteri teſtamento præcepta tradidit: Et adhuc Euangelium lex gratiæ non præceptis uacat: Et Ludder dicit præcepta cogere: & coacta ſeruitia non placent Deo: ideo improbat præcepta: Tollet ergo 613. pręcepta legis Moſaicę (tot. n. dicūtur eſſe membra hominis) quorum 248. ſunt de eſſe, hoc eſt affirmatiua: alia autem 365. ſunt negatiua: tot enim ſunt dies in anno: Hanc autem impietatem uitantes catholici dicunt: Voluntario bonum eſſe dari legem, ut malum uitandum agnoſcat: ita teſtatur Apoſtolus. Peccatum non cognoui, niſi per legem: nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret. Non concupiſces: Voluntario item bonum eſt dari legem, ad erudiendum, ad exercendum, ad humiliandum: Nam nullum eſt præmium: ubi non pugnatur: ubi non laboratur: Inuoluntario autem datur lex: ut diſcat nouam uoluntatem facere: & uim ſibi faciat, ſubdendo ſe legi per obedientiam, Sæpe enim contingit, ſeruum nolle aliquid facere: dum autem intelligit hoc eſſe de uoluntate domini ſui: Iam incipit uelle, quod nolebat: hæc eſt pulchra uirtus, facere ex neceſſitate uoluntatem. ¶ Maledicta eius in conſtitutionem Omnis utriuſ꜖ ſexus regerimus in caput eius: Impudens filius qui ſanctam matrem eccleſiam ſubſannat: nam conſtitutio illa non a Pontifice ſolum, ſed a magno illo Lateranen. Concilio ædita eſt: ut ſtatim contra Oecolampū dicturi ſumus: quare non Innocētio dumtaxat, ſed ſanctę eccleſię catholicæ matri noſtrę detrabit Ludder: cum ſicut ipſe ait, inter tot Chrianos ex uniuerſo orbe collectos, quō non potuerit eſſe Chriſtus: uelut in ſimili Ludder argumentatur in libello de poteſtate Papæ: At ſicut Sapiens inquit. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filię aquilę. Nam ꝙ ſugillat in conſtitutione, Omnia peccata confitenda ſatis ſuper꜖ diximus in ſuperioribus: Sic & meram ſtruit calumniam, cum aſſumit etiam infantes teneri ad confitendū: cum conſtitutio apertis & claris uerbis loquatur, eum teneri ad conſitendū:

Oſee. 2. *Augu.* *Cohercēdi mali contra ludderum.* *Augu. Cap. 16.* *Impietas Ludderi.* *In dilemma ludderi.* *Pro præceptis* *Præcepta ueteris legis.* *Roma. 7.* *Ludder ſpurio eccleſiæ.* *Prouer. 30.*

Fratres mendicantes. — *In Epiſcopos neſcientes theologiam.* — *Ludder mēdax* — *E.i.* — *Mat. 12.*

qui ad annos diſcretionis peruenit: Quod fratres mendicantes plurimū contenderūt ſup̱ particula, ꝓprio ſacerdoti, humana paſſi ſunt: & utinā zelaſſent ꝓ ſalute animaꝝ magis quā ꝓ gloria & cōmodo tēporali. ¶ Quod uero hortat̃ Papā ad prædicandū cū epiſcopis: quam cuperem epiſcopos oēs maiorem curam gerere ſpiritalium officiorum, atq; colere Theologiam: Sed ut alius inquit, ita contigit in eccleſia dei: Religio peperit diuicias: & filia comedit matrem: Sed quomodo conſtat hic ſibi Ludder: qui ut mendaces ſolent, nullibi ſibi conſtat: Hortatur epiſcopos, ut terreant homines a peccatis, aſſignando damnum peccati & iudicium dei &c. Cur hic ſibi contradicit: iam noluit fideles compelli ad confeſſionem præceptis: & modo iubet eos terreri minis: utrum plus habeat de coactione: Cur contradicit hic ſuo ſermoni de pęnitentia, ſupra, improbatum: ubi explodit modum prædicandi temporis noſtri: quo docetur contritio parari per deteſtationem peccatorum, recogitando eorum multitudinem, fœditatem, æternam damnationem &c. ubi aſſerit Ludder, quod faciat hypocritam & magis peccatorem, cuius rationem aſſignat: quia fiat ex timore, nō ex amore: obtutu damni uel præmij: Et tamen hic docet, in quo alios ſic docētes, improbauit: oportet ergo ut deſtruatur Ludder, qui deſtruit ſeipſum: ſed ueritas non mentitur. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuiſa cōtra ſe non ſtabit.

Ludder ſeipſum malitia uincit, qui in contemptum pontifitiæ poteſtatis, contraueniendum præceptis eccleſiæ, decernit. Cap. XIII.

Ludderi impietates. — *Impietates ludderi.* — *Impietas ludd.* — *Cōſilium Achitophel ac Iude Iſchariotis.* — *In Epiſcopos* — *Ludderi calumnia.* — *Dilutio impietatum Ludderi*

Rurſus Ludder incipit impugnare ueritatem: & quod nullus debeat accedere ad confeſſionem uel communionem: niſi ſentiat ſe eſurientem, ſitientē, &c. Quod ſi non reperiat ſe ita diſpoſitum non accedat: neq; timeat præceptum: neq; formet ſibi conſcientiam peccati, ſi non obediat præcepto: quia illa eſſet conſcientia erronea: quia ſolum ſunt pauentacula & præſtigia, quæcunq; Papa facit in mundo: & ſolum decipit conſcientias fidelium, cum ſuis nihili, & ſtultis mandatis: ſicut ſi non ieiunas uigiliam apoſtoli: & facis tibi conſcientiam, Iam peccas: ſi non faceres conſcientiam non peccares: nam ſi tu agnoſceres Papam nihil eſſe ſicut reuera nihil eſt: tunc non eſſet ibi peccatum: Similiter quando credis te coram deo bene facere in ſeruando pręcepta ſua: & proponis per hoc te eſſe iuſtum, & conquirere merita: iterum falſam habes conſcientiam. Nam ex hoc erigis in te per præſumptionem, Idolum bonorum operum: Ita Papa qui hoc docet, eſt idolum totius mundi: quia uera ſeruitus dei, eſt fides quam ipſe deſtruit: Sic eſt de confeſſione: Si non confiteris in quadrageſima credis te peccaſſe propter præceptum Papæ: ſi confiteris credis te bene feciſſe, ſicut filium obedientem: & neutrum eſt uerum: Ideo eſt hoc fidele conſilium meum: quod Chriſtianus in quadrageſima & paſcha non confiteatur, nec ſumat euchariſtiam: & cogitet: quia hoc eſt præceptum ab homine: ideo nolo facere, ſed alio tempore, ubi ipſe non præcepit: Aut ſi omnino uis confiteri: tunc omnino cogita, te id facere, non quia ſit præceptum Papæ: ſed ex libero arbitrio in ſalutem animæ tuæ: Calumniatur dein epiſcopos non corrigentes peccata publica, concludens ſe timere: quem hodie deus faciat epiſcopum: quod eum iam tradiderit diabolo. ¶ Omiſſis iniurijs, quibus ſcatet Ludderanus liber, rem ipſam expediamus: nam quod primo docet nullum debere accedere, niſi experiatur ſe eſurientem: profecto exiſtimo rariſſimum eſſe: quin cum bene ſe examinauerit: reperiat ſe egentiſſimum gratiæ dei: quod ſi non cupiat: roget dominum ut uelit: nam uelle eſurire, uelle dolere de peccatis, non minus eſt quam ipſum eſurire, quā ipſum dolere: Quare ſi aliquis non ſit diſpoſitus: faciat dei gratiam uocando ut diſponatur. ¶ Quod dein totum orbem terrarum uult ducere in inferos, quod debeat contemnere præ-

ceptum

ceptum Papæ;certum eſt illud eſſe præceptum eccleſiæ,Papa præſidente factum: Modo CHRISTVS dando Apoſtolis præſidentiam: dedit eis poteſtatem legis condendæ;ita dixit Math. Si eccleſiam non audierit:ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus:Et Ludder non audientem eccleſiam in iſto ſaluberrimo præcepto, adhuc uult eſſe immunem a peccato:Quid eſt ergo quod ad Apoſtolos inquit. Qui uos audit, me audit: qui uos ſpernit,me ſpernit: qui autem me ſpernit:ſpernit eum, qui me miſit:Quando Concilium Apoſtolorum diffiniuit ceſſationem legalium:& Paulus dixit. Si circuncidimini CHRISTVS nihil uobis ꝓderit: an ne tūc licebat alicui illud negligere abſq; peccato:Et mirandum eſt profecto: cum in Apoſtolo reperiat præceptam obedientiam in principante ſæculari;cur illam neget in Hierarcha eccleſiaſtico: Ita enim Paulus Romanis ſcripſit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:non eſt enim poteſtas niſi a deo;quæ autem ſunt a deo ordinata ſunt: Itaq; qui reſiſtit poteſtati,dei ordinatiōi reſiſtit:qui autem reſiſtunt:ipſi ſibi damnationem acquirunt &cæt. Cum ergo ille ſit miniſter dei;& ſit ei obediendum non ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcientiam:quanto magis principanti in eccleſiaſtica Hierarchia eſt obtemperandum propter conſcientiam. Et omnino intollerabile eſt, quod iubet ex contemptu contrauenıendum præcepto eccleſiæ: nam &ſi boni animarum medici,doceant non omnes leges eſſe pręceptorias; ſed aliquæ accipiendæ ſunt ut comminationes:multæ ut monitiones:multæ ut conſilia:tamen omnes in hoc conſentiunt:ut illuſtris Theologus apud Ludderum,Iohannes Gerſon teſtatur:quādo ex contemptu, qui eſt principalis cauſa aut finis tranſgreſſionis ſuæ, negligitur præceptum ſuperioris;tunc ſic contemnens reus peccati mortalis exiſtit: Et pro Canone tradit cognitionis peccati mortalis (uerba illius illuſtris Theologi ex alio opuſculo renarremus) Contemptus inquit, ſeu deſpectus ſuperiorum: & per hoc non obedire,eſt ſpeciale peccatum ſuperbiæ:Et eſt ſemper mortale,quando ex certa ſcientia fit tranſgreſſio mandatorum ſuorum ſuperiorum,principaliter et ſolummodo pro eo,quod ipſi hoc pręceperunt:quia ibi proprie eſt contemptus: Aut quando non reputantur: nec fit uis de præceptis eorum: ac ſi ipſi hoc non præcepiſſent, & per hoc non obeditur: Et ut finem faciamus, nunquam ab aliquo uiro bono & prudenti fuit hoc controuerſum: Sed ab ipſis fundamentis eccleſiæ, ſanctis Apoſtolis, in eccleſia ſemper obſeruatum uſq; in hunc diem: Arroganter nimium iactat Ludder ſe Paulinum Theologum:cur tunc id non obſeruat, quod Paulus uere Paulino Theologo Tito præcipiebat. Admone(inquit ad eum)illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe:dicto obedire,ad omē opus bonū paratos eſſe:Hic Ludder cōtra ſtatuit ſine omni peccato nō obediendū Papę,& eccleſię in ope bono ex euangelio ꝓcepto,ad eoꝝ ſalutē tm̄,tp̄e certo circunſcriptū:nam ſic ſapiēs minat̄ præſidentib9: quia a deo acceperint poteſtatem, cui reddituri ſint rationem. Et omnes ſancti doctores: cum tradunt non parendum principibus expreſſe definiunt: quando præcipiunt aliquid contra deum:Sic Petrus cum Iudæi ei præcepiſſent:ne doceret in nomine IHESV euangelium: reſpondit. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Sic decidit Auguſtinus de correctione Donatiſtarum, cap. vi. & epiſtola quinquageſima ad comitem Bonifacium: definit Hieronymus in commentarijs ſuper epiſtola ad Epheſios, Leo Papa, Gregorius & alij.

¶ Sed uideamus hominis impietatem,proprio etiam iudicio criminoſum, & negātem CHRISTVM: docet enim hic fidelem debere agnoſcere Papam nihil eſſe: Vult ergo Papam nihil eſſe, pro nihilo habendum uicarium CHRISTI,ſupremum eccleſiæ in terris præſidem:Cum tamen idem ipſe Ludderus in libro de poteſtate Papę(in quo tamen plura hęretica ſcripſit)aſſerat Romanum Pontificē omnibus alijs ſuperiorē ex uoluntate dei;at uoluntas dei,quoquomō nota fuerit:cum reuerētia ſuſcipienda eſt:

Mat. 18. *Luc. 10.* *Paulus.* *Roma. 13.* *In Ludderum.* *Gerſonē nota.* *Picum Mirād.* *Gerſon.* *Attende Ludder illuſtrem Theologū apte.* *Paulinus Theologus.* *Tit. 3.* *Sapien. 6.* *Actu. 5.* *Augu.* *Hierony.* *Leo.* *Grego.* *Ludder negat Chriſtum* *Ludder ſibi cōtradicit.*

Itaq; non licet temere Romano Pontifici in ſuo primatu reſiſtere: Hanc rationem
Verba ludderi etiam tantifacit Ludder:ut ſi nulla ſcriptura,nulla cauſa alia eſſet: tamen ipſa ſufficiēs
Ludderū expu eſſet ad compeſcendam temeritatem reſiſtentium:& ſubdit,Ideo non uideo: quo-
gnantia. modo ſint excuſati a reatu ſchyſmatis:qui huic uoluntati dei contrauenientes,ſeſe a
Romani Pontificis auctoritate ſubtrahūt:Ecce hæc eſt(uerba Ludderi) una prima
ratio inſuperabilis mihi:quæ me ſubijcit Romano Pontifici:& primatum eius con-
I fiteri cogit,habes candide lector uerſipellem animum Ludderi:qui hanc ſuam ratio-
Contradictiōes nem inſuperabilem dixit:quæ eum ſubijceret Romano Pontifici: iam ſi poſſet totū
ludderi. II. mundum ſubtrahere Pontifici,faceret inſtantiſſime. Primatum Papæ dixit eſſe diui
III. næ uoluntatis: iam attribuit eum diabolo:Monuit prius ne temere Primatui Papæ
IIII reſiſteretur:Iam contra omnes hortatur:ut pro nihilo eum teneant:Reſiſtentes ſchyſ
matis reos fecit:hos iam uelut Euangelicos laudat. Quis iam tibi uidetur Ludder:q
Alia ratio lud- ex eodem ore dulce ſpirat & amarum. ¶ Porro alia ratione eodem libro con-
deri. tendit pro Papatu:quia ſi Romanus Pontifex exegerit in ſuo principatu,ei cedendū
Verba ludderi ſit,ſiue iuſte,ſiue iniuſte id egerit:nam incomparabiliter minor res ſit principatꝰ iſte,
ꝙ ut unitas,charitas,& humilitas propter ipſum,per nos diſſoluatur: ideo non dubi-
to peccare eos qui in diſſenſionem ſe tradunt:& ſpiritus æternam unitatem,propter
hanc temporalem terrenam excellentiam fugiendam diſſoluunt:ferenda enim ſunt
In Ludderum. omnia,quæ peccata non ſunt. Peccas ergo Ludder,te iudice:qui non uis ferre Papa
tum,nec præceptum confeſſionis:cum tamen confiteri non ſit peccatum,ſed perfe-
Alia ratio ctionis,uti tu ſentis. ¶ Adducit dein rationem Pauli cuius iam ſupra memini-
Roma.13. mus:Hanc omnium rationum robuſtiſſimam dicit:quę nos ſubijciat Romano Pon
Verba ludderi tifici:quia Paulus dicat poteſtatem,nec eſſe poſſe niſi a deo:Cum autem iam Roma-
ni Pontificis poteſtas ſit robuſtiſſime ſtabilita,ut uidemus:certe oportet hanc dei or
In Ludderum. dinationem non impugnare,ſed quanta,quanta eſt,humiliter ſuſtinere: Hanc robu-
ſtiſſimam rationem,iam relinquit,ac dei ordinatiōem impugnat:Et quantum in ipſo
eſt uellet omnino deſtruere Papatum,Ita Cæſarem,Reges,& Principes,ad hoc fa-
Ratio ludderi. ciendum inſtigat & incitat. ¶ Aliam porro nectit rationem ex Petro: qui do-
Petrus. cet,ut ſubditi ſimus omni humanæ creaturæ, quia ſic ſit uoluntas dei:at humanam
creaturam uocet magiſtratus hominum arbitrio conſtitutos,quia ſubdat. Siue regi
tanꝗ præcellenti,ſiue ducibus tanꝗ ab eo miſſis: Cum autem & Romani Pontificis
auctoritatem,arbitretur Ludderus,humano decreto conſtitutam, & ordinante deo
ſic roboratam:Infert hunc ſine crimine non eſſe,qui ſeſe ſuæ auctoritati ſubduxerit.
In Ludderum. Non es ergo ſine maximo crimine Ludder:qui non ſolum te ſubducis eius aucto-
ritati:ſed qui eam omnino contemnis:& totam,niteris ei ſubtrahere eccleſiam.
Ratio ludderi. ¶ Sextam fundat rationem in conſenſu communi fidelium: qui hodie ſub Ro-
mano Pontifice ſunt: nam cum poteſtas illa ſit res temporalis, & longe ſummitenda
unitati fidelium:non ſine fœdiſſimo crimine eſſe poterit:ſi propter rem temporalem
Verba ludderi hunc tot fidelium communem conſenſum deſpexerit,hoc eſt Chriſtum negauerit,et
eccleſiam contempſerit:An poſſibile eſt Chriſtum non eſſe inter tot ac tantos Chri-
ſtianos? Si autem Chriſtus ibi eſt & Chriſtiani:cum Chriſto & Chriſtianis ſtādum
eſt in quacunq; re, quæ contra præceptum dei non fuerit: Hæc ratio inquit Lud-
In Ludderum. der fortis eſt & inſolubilis. Nunc ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Itaq; tu non po
teris eſſe ſine fœdiſſimo crimine:quia negando Papatum:ergo tu eccleſiam contem
nis: ergo Chriſtum negas,ex forti ratione tua & inſolubili:Totum ergo ſeipſum de-
Ludder uictus ſtruit Ludder,ſeipſum iudicat:ſeipſum damnat:ſeipſum indicat omnium bipedum
& rotutus. nequiſſimum:quia ex ſola & mera malicia contra ordinationem dei,contra rationes
ſuas robuſtiſſimas & inſolubiles mordet & lacerat pontificiam poteſtatem.
Conſiliū ꝑ lud ¶ Qȝ bene & prudēter feciſſet Ludder:ſi ſeruata Pontificia poteſtate,carpſiſſet cor-
dero.

ruptos mo

ruptos mores, enormes abuſus Romanæ curiæ, & cleri per orbem Chriſtianum: induximus iſta, ea ratione, ut fidelis clare intelligat, Ludderum iam ex malicia annullare Pontificiam poteſtatem: cum iam præciſus ſit ab eccleſia dei per excommunicationem: in qua ultra annum obſorduit: Et a Pontifice, a diuo Cæſare CAROLO V. a Galliarum rege Franciſco, ab Henrico Angliærege, a Sigiſmundo Poloniæ rege: hæreticus ſit declaratus: Induratum eſt cor eius ſicut Pharaonis: & has in ſummum Pontificem expuit iniurias: Quod Epi ſunt negligentes in corrigendis uicijs, uere deplorandum eſt & deflendum: Orandus item deus: ut his det ſaniorem mentem: quod quis indocte & peruerſe diffiniat eandem poteſtatem iudiciariam deſignatam Mathæi xvi. Math. xviij. & Iohan. xx. at de hoc alibi.

In abuſus.
Ludder cōputruit in excommunicatione.
In Epiſcopos.
Mat. 16. & 18.

Ludderum falſo dicere, ſanctos ante Concilium Lateran. non fuiſſe confeſſos: de falſis item eius miraculis. Cap. XIIII.

IAm ſerio incipit tractare confeſſionem clancularem; & ab initio repetit, quod dixerat: nullum obligatum ad confitendum propter præceptum Papæ: quare ſi non libenter confiteatur ſacerdoti confiteatur deo: quod ſufficiat: cum omnes ſancti ita fuerint confeſſi uſque ad tempus ſtatuti Papiſtici: Quod ſi olim ad regnum cœlorum ſufficiebat confiteri deo: quis iam tam temerarius exiſtit: ut huic denegeт cœlum: qui non omnia occulta peccata ſua confitetur ſacerdoti? Sufficiat nobis quod laudamus illam confeſſionem; ſed nolumus illum hæreticum iudicari; qui aliqua occulta non uult confiteri ſacerdoti: Duo poſtea ponit, quæ nos prouocēt ad confitendum: unum crux ſancta, i. erubeſcentia, pudor propalandi: hæc eſt uera humilitas: hac cruce Papa martyrio affecit fideles per præceptum ſuum: ſicut olim Romanorum tyranni, martyres: proſequitur utilitates erubeſcētiæ: Et dubitat, an aliquis habeat ueram & uiuam fidem: qui non uult tantum pati; ut coram homine erubeſcat, & pudeat eum peccatorum ſuorum; & huiuſmodi paruam particulam ſanctæ crucis portare nolit; Nam quia Chriſtianus quilibet debet portare crucem; ſi uult ſaluus fieri: tunc non eſt alia paſſio: paſſio crucis, niſi ſolus pudor & erubeſcentia; quod ipſe, ſicut Chriſtus, cum peccatoribus deputetur: Alterum quod nos inuitat ad confeſſionem eſt liberalis promiſſio dei de clauibus, poteſtate ligandi & ſoluendi, nam etiam ſi quiſpiam apud ſe confitetur deo: tamen neminem habet, qui ei ſententiam dicat: quod ſeipſum quietum & pacificum ſtatuat: Semper habet timere: quod non ſatiſfecerit; ſecus quando apprehendit uerba dei, & promiſſionem eius; tunc quaſi cum audacia figit ſe ſecure ſuper uerbo dei: & fit Iſraelita luctans cum deo; Et poſt multa concludit. Qui ergo non curat dei bonitatem & ueritatem: & tam facile eam conſequi poteſt per confeſſionem: quid indicat iſte aliud, niſi quod gratiam dei non curat: permittit tantas nundinas gratiarum dei fruſtra ſibi parari a deo: & timendum eſt eum non habere rectam fidem, nec finaliter perſeueraturam. Hæc magna illa, noui prophetæ dogmata.

Impietas Ludderana.
Laudat confeſſionem.
Papam æquiparat Tyrānis.
Inuitantia ad confeſſionem.
Ludderi uerba.

¶ Non impendio deuelabimus errata illius: nam contemnentem præceptum eccleſiæ de confeſſione ſupra probauimus peccare: Et li. ij. probatum, non ſufficere confiteri ſoli Deo: Sed falſiſſimum eſt, ut ex Clemente, Cypriano, Origene, Baſilio & alijs oſtendimus: ſanctos non fuiſſe confeſſos niſi ſoli Deo, ante illud præceptum Papæ, omnis utriuſque: Et ut ab omnibus falſus & mendax hic deprehendatur; nam cum magiſter ſententiarum, qui tot de illa auriculari confeſſione ſcripſit, conſtitutionem illam præceſſerit; quomodo audet Ludder tam impudenter mentiri; omnes ſanctos uſque ad illam conſtitutionem ſoli Deo confeſſos: Et cum tantum bonum ſit confeſſio; quomodo non fuiſſet apud ſanctiſſimos uiros; Et non confitentes dubitat Ludder habere

Refelluntur Ludderana.
Impudentiſſimum Ludderi mendacium.

Sancti confeſſi ante concilium Lateranẽ.

rectam fidem: Ergo habebit dubitare de omnibus ſanctis, an habuerint rectam fidẽ: Et quod non curauerint theſaurum gratiarum dei: quod de fundamentis eccleſiæ & martyribus credere impium eſt: nam qui non ueriti ſunt in omne opprobrium dari & contumeliam pro Chriſto: quomodo hanc particulam crucis non portaſſent: qui etiam mortem, crucem, ignem, lanceas, ſagittas, lapides, gladios, rotas, tela, & mille genera ſuppliciorum pertulerunt: ſed ex hoc conſtat hominem iam mania & furore corruptum, propter iudicium eccleſiæ, quod ægrefert in eum latum, huiuſmodi omnia temere, imprudenter & ſine omni ratione effutire: quæ & ueritati & inter ſe diſſideant ac pugnent.

Ludd. furioſus

¶ Sed uideamus q̃ efficaciter denuo Ludder deſtruat Ludderum: poſito ꝙ omnes catholici aſtruunt, erubeſcentiam habere magnam partem remiſſionis: dubitat an nolentes confiteri ſua peccata occulta habeant rectam fidem. Huc iam confer pedem luridiſſime præceptor: Si dubitas de eorum fide recta, qui non confitentur: cur ergo omnium perditiſſime, tales niteris facere Chriſtianos: de quibus dubites, an Chriſtiani ſint, an fideles ſint? quia ponis ſufficere confiteri deo, Et confeſſio ſit conſilij, non præcepti: Cur ergo eos tam patenti ſupponis periculo: non times, ne pereant in illo: Hoccine Theologia Ludderana, quæ diuum Paulum iactitat? quæ contra eccleſiæ præceptum, ſolum hoc nititur: ut dubios & ancipites faciat Chriſtianos: Et q̃ certi eſſent in fide, ſignũ huius Confeſſionẽ uult eſſe abſq; pręcepto liberam, licet & in hoc uideat ſibi Ludder apte contradicere: ꝙ poſuit cõfeſſionem eſſe opus conſilij & perfectionis, uelut uirginitatem: & tamẽ iam propter omiſſionem confeſſionis uult uacillare de eorum fide: Cum propter ſolam non obſeruantiam uirginitatis, niſi uotum fuerit pręuium, de nullius fide rationabiliter poſſit dubitare: Sunt ergo Chriſtiani Ludderani, titubantes & uacillantes in fide: Immo ex uerbis Ludderi hic manifeſte conuincitur neceſſitas & præceptum confeſſionis: Ita uolente ſpirituſancto, Cayphas nolens prophetat: & Ludder in eo ipſo libro: ubi nititur expugnare confeſſionem: maxime roborat: Nam lex Euangelij eſt Chriſtianum portare crucem poſt Chriſtum: ſed non eſt ulla paſſio hic, quę ſit paſſio crucis: q̃ pudor confitendi peccata ſecundum Ludderum: Quis iam tam hebes eſt aut tam ſtupidus, qui non uideat neceſſario ſequi, Chriſtianum debere confiteri, ut erubeat, ut pudeat.

Ludder ſeipſũ deſtruit de erubeſcentia.

Chriſtiani ludderi.

Ludderani.

Subtiliter ratio colligitur contra Ludderum.

¶ Porro Ludder huiuſmodi facit Chriſtianos, qui in perpetua ſint carnificina & tortura: Nam permiſit eis, ut ſufficiat confiteri occulta deo: Quos tamẽ mox dubios in fide facit: aut ſaltem ipſe de eorum fide dubitat: Et eos irrequietos cõſtituit: quorum nec ſecura, nec tuta ſit conſcientia: Cur ergo ex placidiſſimo eccleſię præcepto, eos in hoc conijcis piſtrinum? cur in hunc trudis tuos Chriſtianos carcerem? cur hac afficis moleſtia tuos chariſſimos? Cur non potius ex hoc dubio, ex hac trepidatione, ducis eos ad portum tranquillitatis: Ita undiq; falſitas a ſeipſa, & a falſo, & a uero expugnatur: Et cum diffidis de tuis nouis Chriſtianis, quos tanto labore tibi colligis: quia ſint ingrati gratiæ dei: quia finaliter deſperas eos in iuſtitia perſeueraturos: & tuo iudicio non curant gratiam dei: hæc eſt ergo creatura tua, Chriſtianos a ueris præceptis eccleſiæ & dei, ad uacillationem fidei, ingratitudinem, & deſperationem finalem inducere: nam Ludder met uocat nolentes gratiæ confeſſionis fieri participes, iniurioſe perfidos & ingratos.

Chriſtiani ludderi in ꝑpetua tortura.

Creatura Ludderi.

¶ Porro habet adhuc unam peſtiferam & hæreticam doctrinã: qua definit quemcunq; Chriſtianũ idoneum ad conferendum ſacramentũ pœnitentiæ: Immo prohibet cõfiteri ſacerdoti, ut ſacerdoti: at quia inferius confutabimus hunc errorem: ideo finem faciam examinis ſuper hoc perditiſſimo libro: licet non poſſint exactius errata illius expungi: niſi una litura totus liber circunduceretur.

Error Ludderi quẽlibet habere clauem.

¶ In libello autem nouiſſimo, de communione ſub utraque ſpecie intitulato, æque in fidem, in eccleſiam, in Pontificem, in Cæſarem, principes, & proceres Germaniæ iniurioſo, reſidet in priori ſententia de confeſſione: non uult

Alius hæretic9 liber Ludderi.

poſſe præ-

poſſe præcipi,nec eſſe præceptam:Et parum eſt ei,Si quis non confeſſus ſacerdoti, Euchariſtiam ſumit: licet homo extreme uel inſanus, uel amens, uel arrogans, non poterit ſe occultare: quin ſe pſeudoprophetam iactitet, & authorem miraculorum mendacij: ut eo ipſo præcurſorem Antichriſti agnoſcas: Iſta autem ſunt uerba beſtiæ illius: Et ſi nullum paruum miraculum fecerim:quæ nos (ubi neceſſitas exigeret)forte facere poſſemus: Legenti mihi hanc turgidam ſuperbiſſimi hominis inflationem:in mentem uenit,quod Auguſtinus de hæreticis Donatiſtis ſcribit ſuper Iohannem:Quod iactabant Donatum oraſſe, & deum e cœlis reſpondiſſe: Et Pontiū feciſſe miraculum: ſed monet Auguſtinus catholicos, ne eis fabulæ uendantur: Et ex duobus reijcit eos: quia aut fallunt aut falluntur: Et ſi etiam fecerint miraculum: charitatem autem non habuerint: nihil ſunt: Quod autem charitatem non habuerint,probat:quia diuiſerunt unitatem:Vnde utcumq; faciat Ludder miracula mendacij,catholici ei credere non debent:quia ſchyſmate ſuo charitatem læſit: & contra miraculorum iactatores iſtos (ut ſic loquar) cautos nos fecit ſponſus eccleſiæ dicēs. In nouiſſimis temporibus exurgent pſeudo prophetæ, facientes ſigna & portenta: ut inducant ſi fieri poteſt,etiam electos:Deo igitur docente inſtructi ſumus hæreſibus Ludderanis non credere,etiam miraculo firmatis: ſed matrem audiamus, eccleſiam catholicam,& ab ea tradita,firmiter credamus,ut in eccleſia laudantium deum in ſæcula exultemus.

Impietates Ludderi.

Iactantia Ludderi in miraculis.

Augu.

Mar.13.

Oecolampadium male detrahere Laterañ. Concilio,& Theologis ſcholaſticis:male item negare confeſſionem auricularem eſſe neceſſariam. Cap.XV.

QVamuis Ludderana omnia, ita ſint aperte falſa, erronea, ueritati catholicæ contraria:tamen ut uere alius dixit, nullam tam inopinabilem eſſe opinionem:quæ non ſuum reperiat defenſorem: Ita etiam hic nobis cōtigit:nam quidam Iohannes Hauſſchein ex Vuinſperg(qui nomen ſibi ex latio & attica emendicauit,Oecolampadium Vinimontanum ſe appellans)ex Priſciani ſchola ad ſubſellia Paulina per ſaltum, ut dicitur, promotus, a ſacris contionibus conſtitutus eſt in æde ſumma Auguſtæ Vindelicæ:ubi dum parum gratus eſſet auditoribus,ad Baioariam ſe contulit:illic ordinē Brigittæ profeſſus in monaſterio Altminſter: a quo tamen profugus apoſtatauit:& tandem uxorem duxit:Is,dum iam Ludder a Summo Pontifice excommunicatus & damnatus fuiſſet, librum de confeſſione ſcripſit, & paradoxon magnifice prętitulauit:ubi quia fortiter accurrit hæreſibus Ludderanis:neceſſe eſt Grammaticum ſub examen Theologi uenire: ne ille robuſtus uenator coram domino,tot mille animarum ad inferos ſeducat. ¶ In liminari itaq; epiſtola ſic inquit ad Bern. Adelman. Neq; ut tibi uideor, improbo, quod auriculari(licet ita uocare)confeſſione abſtruſiora peccata prodantur:Siquidem ad id hortor potiſſimum. Verum hoc aſſeuerauerim, Eccleſiam catholicam latentium peccatorum,præſertim oris confeſſionem,nequaq; prçcipere:niſi tanti momenti ſit Lateraneñ.illud decretum:Sed iſtud quale ſit: hodie quis non obolet, niſi pitnitoſulis? latius dein proſequitur, confeſſionem illam auricularem, etſi fructuoſam, non tamen ita neceſſariam, quin abſq; periculo omitti poſſit: modo quis fateatur deo & reſipiſcat:Scholaſticis autem Theologis non uult ſe addictum: quia iſta perfunctorie tractant:ut lecti uix agnoſcantur Theologi. ¶ Ex ipſo proloquio candide lector facile intelligis alium ſuperuenire eccleſiæ hoſtem & fidelium ſeductorem:monuerat(ſerio an ioco:neſcio)Adelmannus eum errati:Hic non contentus pertinaciam in errore oſtendere: ſed illud cum iniuria eccleſiæ, cum contumelia ſacri Concilij La-

Oecolampadi. ſectator Ludderi.

Iam à luddero deſciuit ad Zuiglium uere Cæcolampadius factus.

Verba Oecolampi.

Impietas Oecolampi.

Oecolampica refutantur.

teranen̄. facit: quo mox te admoneret lector, ne hunc Germanum crederes fore eccleſiæ filium, ſed ſpurium: Nam conſtat eruditis, Innocentium iij. in ultimo anno uitæ ſuæ congregaſſe ſynodum Romæ in Laterano: quæ fuit uniuerſalis & pleniſſima: affuerunt enim duo patriarchæ ex Oriente in proprijs perſonis, Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus, & duo alij per apocriſarios ſuos: affuerunt quoq; primates & archiepiſcopi lxx. Epiſcopi CCCCxij. Abbates plurimi & uariorum ordinum ſuperiores & prælati: Ambaſiatores præterea Imperatorum Romani, & Conſtantinopolitani, Regum inſuper Hieruſalem, Franciæ, Caſtiliæ, Arragoniæ, Trapezuntij, Angliæ, Armeniæ, Hungariæ & Cypri, & aliorum principum Chriſtianorum: Et tam catholica & plena fuit hęc ſynodus: ut forte ante illam multis retro ſęculis nulla adeo plena reperiatur: Interfuit huic Concilio etiam S. Dominicus & Hugo Carrenſis: In hoc ergo pleniſſimo Concilio ex toto orbe Chriſtiano collecto, factum eſt illud decretum famoſiſſimum, Omnis utriuſq;, per totam eccleſiam receptum: & frequenter per primates & Archiepiſcopos ſtatutis prouincialibus inſertū: uelut & Arneſtus Archiepiſcopus Pragen̄. ſuis conſtitutionibus inſeruit: Quis ergo non credit hoc eſſe decretum eccleſiæ, quod in tanta congregatione fidelium eſt ſancitum: Non exiſtimabimus Chriſtum fuiſſe cum tot Chriſtianis ab Oriente, Occidente & Septentrione congregatis? Quid tunc diſcipulis dixit Chriſtus, Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: Iterum dico uobis: quia ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram: de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo uel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum: Quanto magis tot millibus congregatis ex orbe terrarum in nomine Iheſu, deus eos audiuit: & Chriſtus fuit in medio eorum: fuerunt enim prælati in ſeſſionibus maioribus, plus quam 1200. Ita quod in plenaria ſeſſione ex prælatis, magiſtris, doctoribus, clero, & ambaſiatoribus fuerunt ultra 4000. Tantum ergo & nunquam ſatis laudatum Concilium, audet hic Oecolampus mordere, & eius auctoritatem contemnere: quare cum eccleſiam non audiat, catholico habendus eſt ut ethnicus & publicanus: Et ut plus rideat eccleſiam apoſtata: quale ſit illud decretum niſi pituitoſuli aboleat nemo: Et uere pituitam habet Oecolampus: quoniam teſte Platone in Timæo, Omnis languoris origo eſt pituita: Ita omnis erroris & hæreſis origo in illo eſt contemptus ſanctæ eccleſiæ dei & Conciliorum. ¶ Maximo itaq; errore fideles ſeducere nititur: dum eos contempta confeſſione auriculari, ſaluā dos promittit, contra Euangelium, contra Apoſtolum, contra eccleſiam, contra ſanctos doctores: uti ſatis libro ij. confeſſionem neceſſariam oſtendimus: At cur audet apoſtata tam audacter mentiri, A ſcholaſticis Theologis perfunctorie tractatam cōfeſſionem: cum ſui erroris magiſter Ludder: ſæpius ęgreferat, tanta eſſe perſcripta ab eis de confeſſione: Et iam in tertium cœlum raptus Oecolampus ex tripode pronunciat, & iudicat uirgula cenſoria doctores: Non ſcripſit plura de confeſſione Guilhel. Altiſiodoren̄. non Alexander de Ales? non Albertus magnus? non diuus Thomas? non Euſtachius Bonauentura? non Richardus? non Antoninus Florentiæ? non Nicolaus Dinckelſpuel? non cæteri Theologi Scholaſtici, & uere eccleſiaſtici: aut ſolum perfunctoriæ attigerunt confeſſionis materiam? aut quid infecto es ſtomacho, non ſapiunt tibi eorum ſcripta catholica: nam cum eccleſia ſentiunt: cum ſacra ambulant ſcriptura: patres imitantur: errores neſciunt: exterminant hæreſes: ſingularitates uitant: uanā aſpernant̄ gloriam: ignorant prępoſitis eccleſiæ detrahere: ſacramenta eccleſię non contaminēt: ſimplicem plebeculā non ſeducūt: ideo nō uident̄ tibi eſſe Theologi: At cū Ludder hęc ſtrēnue oīa faciat, & multo peiora, eſt iudicio tuo optimus & θεωλογοτάτος: Scholaſtici ꝟo ad ꝟitatem Euangelij ambulantes, tibi nulli ſunt, o deus?

Concilium Lateran̄. — *S. Dominicus.* — *Math. 18.* — *Math. 18.* — *Plato.* — *Scholaſtici.*

Oecolampa-

Oecolampadium promittere bona, & præſtare mala; male eum negare occulta confitenda ac circumſtantias; Male item eum diſtinctionẽ parrochiarum improbare. Cap. XVI.

PRimam autem partem libelli auſpicatur ab eo, quod plures conquerantur de oneribus ex humanis traditionibus nobis impoſitis: quos nec impios nec ſtolidos eſſe cenſet: Et ex hoc numero male audiat confeſſio: ideo uelit ſuperfluas curas in recenſendis peccatis, adimere; Iactitat deinde ſuam ſyncerítatem & ſimplicitatem: Porro eo deſcendit, quod fateri cogamur cõfeſſionem (non ea quæ olim in uſu fuit, ſed quæ a quibuſdam mortalium periculoſiſſimis hodie exigitur) eſſe grauem Chriſtianis: Et loquens de tyrannis Martyres cruciantibus ſubdit. Et uide an ulla unquam regum & præſidum ſæuicies graſſando eo progreſſa ſit: quo ſub ſanctæ confeſſionis & pietatis prætextu aliquorum temeritas: Cogitationes nõ inquirebant: in corpus ſæuiebant: Dionyſij, Diomedes, Buſirides, & inhumaniores alij, quos cruciarunt, ex hac uita miſera eripuerunt: at ij de quibus loquimur, cum eis in corpora ius nullum ſit: ipſum in animos ſe habere aſſerunt: ut ſic exquirendis cogitationibꝰ pateat uia. Iubentur item, non peccata ſimpliciter enarrare, ſed loca omnia, temporum momenta, modos & conditiones, quibus peccatum eſt, omnes deſcribere, & infra. Addunt ad hæc, ne alteri ꝙ ſuo ſacerdoti exponantur, qui poſtea qualiſcumqꝫ ſit, etiam indoctus, futilis, intemperans: & ut ſemel dicam illaudatus: id tanquam meſſem ſuam ſtrennue defenſat; & ſi qui minus parent, non modo eccleſia interdicit: ſed & tartaro deuouet: An non hæc iure bilem mouent bonis, intelligentibus, non eſſe hæc germana Chriſti præcepta: tametſi ipſius nomine imperetur. Hęc ille. ¶ Obiter confutemus illa: primo enim aliquos conqueri de immodicis traditionibus prælatorum nouimus ex Gerſone uero Theologo libello de eccleſiaſticis defectibus: Et qui ex charitate & pietatis affectu, deſiderant aliqua huiuſmodi onera tolli, quæ parum promouent aut nihil, rem Chriſtianam, laudãdi ſunt: ſed eos qui ex perfidia & ſingularitate & inani gloria ſtimulati, ea quæ uel neceſſaria ſunt, aut ſumme reip. Chriſtianæ utilia, conſulunt tollenda, non modo ſtolidos, ſed impios & hæreticos iudicabimus: qualis eſt Ludder, qualis Carlſtadius, qualis Melanchton & hic Oecolampus. ¶ Pollicetur dein ſe adempturum ſuperfluas curas recenſendorum peccatorum: Et hoc quidem bonum eſſet & laudabile: quoniam plures ſcrupuloſi anxie & inaniter ſe fatigant in confeſſione; quos ſuperfluas curas amputare ex neotericis Iohannes Gerſon, & Iohannes Geiler Keiſerſpergius uigilantiſſime docuerunt: ſed dum ſalutis poculum promittit Oecolampus uenena exhibet, & pro melle promiſſo, fel propinat: nam pollicetur ſe ademputurum ſuperfluas curas enarrandi peccata: interea adimit etiam neceſſarias: Siquidem non uult occulta cordium, nec circumſtantias aggrauantes peccatum confitendas: ut mox uidebimus: Quod ſuam iactat ſyncerítatem & ſimplicitatem: utinam tam uere loqueretur, quam ſuperbe illa ſibi arrogat: at turbidum & lutulentum eum magis exiſtimo: quoniam lutum illud Ludderum ſequitur apoſtata: & eccleſiam contemnens uotum fregit ſacramenta temerat: Nam mox prælatis incipit detrahere, eos periculoſiſſimos homines appellans & tamen a mendacio principium facit: quia alia fuerit olim confeſſio, quam iam exigatur: cuius falſitatem libro ij. deteximus. ¶ Et omnino iniurius eſt uicarijs dei: quaſi ſuperent tyrannos, uolentes ſcire ſecreta cordium: quaſi hoc auctoritate ſua exigant, non loco dei: qui ſcrutatur corda & renes; quaſi claues a Chriſto eccleſiæ traditæ, non delerent peccata cordis: quaſi illa non egerent pœnitentia & miſericordia dei remittente; quaſi Tertullianus, Cyprianus, Origenes in

Gerſon.

Gerſon. Keiſerſperg.

Occulta peccata confiteri.

primitiua eccleſia martyrum, maluerint tyrannidem exercere in fideles, quam ædificare charitatem: dum docuerunt etiam occulta & peccata cordis confitenda, ut libro ij. patefecimus: At unde tanta maledicentia hominis? Ex ſuperba & arroganti ſingularitate: nam dum non uult Theologis noſtræ tempeſtatis conſentire & praxi eccleſiæ: in eum uenit errorem: ut olim non fuerit occultorum confeſſio: ſed recens ſit a prælatis eccleſiæ inuenta: dum ergo in fundo errat: falſam deſuper ſtruxit prælatis iniuriam: ita abeunt in confuſionem, fabricatores errorum ait Iſaias. Temere itaqꝫ temeritatem eis imponit, qui cogitationes peccatrices, ut ſanent, exquirunt. ¶ Pari laborat ueſania, quod non uult circumſtantias loci & temporis confitendas: addit tamen huic errori mendacium: ac ſi eccleſia præciperet omnes conditiones peccati confitendas: quod nunquam fecit: ſed has tantum mandat confiteri, quæ uel aggrauant peccatum, aut in aliud genus peccati trahunt: Sic confuſionis amator, Iraſcitur eccleſiæ parrochias diſtinguenti: et fidelibus proprium ſacerdotem conſtitueti ſigillatim: ac ſi Concilium Lateran. incepiſſet præcipere confeſſionem faciendam proprio ſacerdoti: cum tamen hoc prius diffinierit Vrbanus Papa (cuius conſtitutionem etiam Gratianus renarrat) ut nulli deinceps ſacerdotum liceat, quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit: contrafacientem decreuit ſtatus ſui periculo ſubiacere. Ante plures cētenos annos idem diffiniuit Gelaſius Papa in epiſtola ad Maximum & Euſebium Epiſcopos: affirmās in antiquis regulis contineri, parrochias unicuiqꝫ eccleſiæ, priſtina diſpoſitione deputatas, nulla poſſe ratione conuelli: ne per conſuetudinem peſſimam exempli mali, temeritate creſcente, uniuerſalis confuſio naſceretur. hic explicat cauſam cur parrochiæ diſtinctæ, & proprius ſacerdos ſingulis eccleſijs datus: Et quod antiquas regulas citat Gelaſius, inuenio S. Dionyſium Papam & Martyrem ad Seuerum Epiſcopum ſic ſcripſiſſe. De eccleſijs parrochianis, unde Apoſtolicam ſedem conſulere uoluiſti, qualiter ſint cuſtodiendæ per Cordubenſem prouinciam ac diuidendæ ſacerdotibus: nihil tuæ charitati melius nobis uidetur intimari, quam ut ſequaris, quod nos in Romana eccleſia nuper egiſſe, cognoſcitur: Eccleſias enim ſingulas, ſingulis preſbyteris dedimus, parrochiaſqꝫ & cimiteria diuiſimus: & unicuiqꝫ ius proprium habere ſtatuimus: ita uidelicet, ut nullus alterius parrochiæ terminos aut ius inuadat: ſed unuſquiſqꝫ terminis ſuis ſit contentus: Et taliter plebem & eccleſiam ſibi commiſſam cuſtodiat: ut ante tribunal iudicis æterni, ex omnibus ſibi commiſſis, rationem reddat: & non iudicium, ſed gloriam pro actibus ſuis recipiat. Hanc normam Chariſſime, te & omnes Epiſcopos ſequi conuenit: & quod tibi ſcribitur, omnibus, quibuſcumqꝫ poteris, notum facias: ut non ſpecialis, ſed generalis fiat illa præceptio. Saluberrimam hanc parrochiarum diuiſionem ægre fert Oecolampus: & confuſionem mallet eccleſiarum: ut nec proprius, cui fieret confeſſio, haberetur ſacerdos: ſed quomodo peruerſi, non omnia ſimul peruerterent: quod Ludderani ſtrennue faciunt: et præcepta eccleſię bilem mouere bonis mentiuntur: Sed quod Iob amicis dixit, prius uos oſtendam fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum: Atqꝫ utinam taceretis: ut putaremini eſſe ſapientes.

Iſa. 49. — *Circumſtantiæ confitendæ.* — *Parrochiarum diſtinctio.* — *Vrbanus Papa* — *Gelaſius Papa* — *Dionyſius Pa.* — *Iob. 13.*

Oecolampadium male detrahere prælatis eccleſiæ, & eum neſcire, quomodo præcepta dei ſint facilia. Cap. XVII.

AGgreditur dein opus propoſitum, primum monens, reijci exactores dura hæc iniungentes onera: & ne fidelis animū ſuum addicat peſtilentibus illis tyrannis: Inuehit deinde in p̄latos eccleſiæ: Et meminit artis audiēdorꝫ criminū, q̄ nobis cōfeſſionalia, lauacra, ſermones uarios, ex Sūmiſtis collectanea libellos

de purita-

de puritate conſcientiæ, manualia curatoꝝ ꝓtulit:irridet artē illam,ꝙ muſæ eam in choꝝ ſuū recipere nō ſunt dignatę. Arguit dein diuini ꝟbi pręcones:q indoctis uſi præceptoribus ,ſicut didicerunt:ita male docent:poſt multa meminit phariſæorum a domino noſtro increpatorum: & eis aſſimilat hodie prælatos eccleſiæ ; qui grauia onera imponunt ſubditis, contra uoluntatem Chriſti dicentis. Iugum meum ſuaue *Math. 11.* eſt,& onus meum leue. Tu uide ſis inquit: num longe grauiora fratribus hi pſycho-tyranni imponant:cum ad recenſenda omnia peccata adigunt,& infra. Quid, quod impoſſibile iubent:ut omnia recenſeri,ꝗuis minuta,ſummaqꝫ diligentia ſeipſum ſcrutari? Et quis iam enarrabit omnia? & quando ſatiſfiet huic diligentiæ? & infra. Itaqꝫ nihil ad nos, quicquid phariſæorum filij comminiſcantur & ſomnient : fabulationes enim nobis narrant. Et infra. Gratiæ Chriſto, cum multis ſæculis, illorum tyrannide, magna Chriſtiani orbis pars oppreſſa fuerit tenebris:nunc tamen renaſcentibus ſyncerioribus ſtudijs,frendeſcant licet pſychotyrannii illi, & tabeſcant, una clarius liberiuſqꝫ ſe aperire lux ueritatis incipit: Et quantum noſtræ farinæ ſeruit ; habes Ludderi *Ludderum laudat.* noſtri Theologi egregiam, pureqꝫ Chriſtianam, inadulabili zelo eruditionem, iungentis libellos aliquot de confeſſione, latino, Germanicoqꝫ idiomate diſſeminatos : quorum ſubſidio conſcientiam tuam exonerare poteris: Neqꝫ te abſterreat, quorundam publicorum gymnaſiorum ſententia: quæ eos igni cremandos iudicarūt: Nam *Contemnit ſtudia Louanieñ. & Col.* quanta prudentia, diligentiaqꝫ rem agunt, Καὶ νήπια ἔγνω. Aliud eſt ui, aliud ſapientia rem geri. ¶ Hæc magna ſunt Oecolampi aduerſus eccleſiam tormenta:Et primo uide uulpinam aſtutiam, qua uult reijci exactores confeſſionis:& ita mox ſubditorum rebellionem parat contra prædicatores & prælatos eccleſiæ:nam his contemptis: iam iniquitas uiam maliciæ eſſet adepta ; & apologum Demoſthenis *Demoſthenes.* in eum recte conuenire intelligo: nam dum Philippus ſic paciſceretur fœdus cum Athenieñ.ut Demoſthenem & alios Philoſophos ſibi exhiberent: Demoſthenes huiuſmodi apologo Athenieñ.præmonuit: Olim lupi cum ouibus pacem & concordiam inire uolentes,petierunt canes ſibi exhiberi: nam ſic facile ſperabant ſe ouibus potiri:dum canum eſſent deſtitutæ præſidio: Sic umbra noſtra, immo tenebre, Oecolampus: primo a fidelibus prælatorum & prædicatorum ſubmouere nititur auxiliū: ut ſic oues dominicas inuadere poſſit lupus rapax:& dentibus errorum & hæreſum diſcerpere. ¶ Qꝫ uero dente Theonino inuehitur in præpoſitos eccleſiæ, ſim- *Prælatis non detrahere.* plex & ſyncerus ille Theologus : uideat quid fecerit? an non impurum, iniquum & maledicum ſe manifeſtario oſtendat? cum dijs non detrahendum ſit:& potiſſimum: *Exo. 22.* in re tam iuſta, dum executores ſunt Euangelij, non merebantur male audire ab apoſtata: Nam ut uere ait Cyprianus ad Cornelium. De ore & de uerbis ſuis unuſquiſ- *Cyprianus* qꝫ ſtatim proditur: & utrum Chriſtum in corde ſuo, an uero Antichriſtum habeat, loquendo detegitur: ſecundum quod dominꝰ in Euangelio ſuo ait. Progenies uipe- *Math. 12.* rarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis nequam? de abundantia enim cordis os emittit : bonus homo de bono theſauro emittit bonum: & nequam homo, de nequam theſauro, emittit nequam. Iam ergo Chriſto doctore, nouimus, qualem theſaurū habeat Oecolampus, adeo in prælatos iniurioſus: ſed audiamus quid Cyprianus dicat detrahentibus præpoſitis eccleſiæ in eadem epiſtola. Cum ſcriptum ſit neqꝫ maledici regnum dei conſequentur: & iteꝝ in Euangelio ſuo dicit dominus. Qui *Math. 5.* dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis : quomodo poſſunt cenſuram domini cultoris euadere: qui talia ingerunt non ſolum fratribus, ſed & ſacerdotibus : qui- *Detrahere clero.* bus honor tantus dei dignatione conceditur: ut quiſqꝫ ſacerdoti, & eius ad tēpus hic iudicanti, non obtemperaret: ſtatim necaretur? In Deutronomio dominus deus loquitur dicens. Et homo quæcunqꝫ fecerit in ſuperbia ; ut non exaudiat ſacerdotē aut *Deute. 17.* iudicem quicunqꝫ fuerit in diebus illis, morietur homo ille : & omnis populus cum

1. Reg. 8. audierit,timebit : & non aget impie etiam nunc. Item ad Samuelem, cum a Iudæis
Luc. 10. ſperneret̃,deus dicit:Nõ te ſpreuerũt:ſed me ſpreuerunt:Et dñsq; in Euãgelio,qui
audit inquit,uos:me audit,et eũ q me miſit:et qui reijcit uos,me reijcit:reijcit eum qui
Math. 8. me miſit:Et cum leproſum mundaſſet, uade inquit:et demõſtra te ſacerdoti:Et cum
poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet a ſeruo ſacerdotis:cumq; ei dixiſſet. Sic
reſpondes Pontifici? aduerſus Pontificem dominus cõtumelioſe nihil dixit: nec quic
quam de ſacerdotis honore detraxit:ſed innocentiam ſuam magis aſſerens & oſten-
Iohan. 18. dens,Si male inquit locutus ſum, exproba de malo: Si autem bene : quid me cędis?
Actu. 23. Item in actibus Apoſtolorum.poſtmodum beatus Paulus,cum ei dictum eſſet,Sic
inſimulas in ſacerdotem dei maledicendo? ꝗuis domino iam crucifixo, ſacrilegi &
impij & cruenti illi eſſe cepiſſent:nec iam quicquam de ſacerdotali honore & aucto
ritate retinerent: tamen ipſum quamuis inane nomen & umbram quandam ſacer-
dotis cogitans Paulus.Neſciebam frater inquit,quia Pontifex eſt:Scriptum eſt enim
Exo. 22. Principem populi tui non maledices : Cum hæc tanta ac talia & multa alia exem-
pla præcedãt:quibus ſacerdotalis auctoritas & poteſtas diuina dignatione firmatur:
quales putas eſſe eos,qui ſacerdotum hoſtes, & contra eccleſiam catholicam rebel-
les,nec præmonentis dei comminatione,uel futuri iudicij ultione terrentur:Neq;.n.
aliunde hæreſes obortæ ſunt,aut nata ſunt ſchyſmata:niſi inde quod ſacerdoti dei non
obtemperatur,hæc Cyprianus ſanctus martyr & doctor,prolixius renarrauim9 uer
Quæ cauſa hæreſum. ba eius:ut omnis homo intelligat:unde in hanc hæreſum carybdim impingant Lud-
derani omnes:qui ita immodice propenſi ſunt detrahere & maledicere præpoſitis
eccleſię:ex quo uno ſufficienter eorum impudens & malignus deprenditur animus:
nam hinc hæreſes ortæ ſunt ait Cyprianus: Et profecto extant uariæ ueterum inue-
ctiuæ:attamen hic noſtri hæretici,maledicentia ac lędorijs,cõtumelijs & iniurijs, om
nem ſuperant maledicentiam ueterum Chriſtianorum & ethnicorum : quod hic
Oecolampus teſtatur:qui nouo effícto uocabulo, ut acrius pungeret, eos pſychoty-
rannos,animarum tyrannos appellauit: O ſceleſta lingua. ¶ Ad has iniurias
Cyprianus fidelis eiuſdem Cypriani ſequat̃ ſententiam in alia epiſtola ad Cornelium. Certe qđ
prępoſitis & ſacerdotibus congruit:danda opera eſt:ut talia cum a quibuſdam ſcri-
buntur,per nos reſpuant̃:ubi.n.erit:quod diſcimus ac docemus ſcriptum eſſe. Conti
Pſalm. 33. ne linguam tuam a malo:& labia tua ne loquantur inſidioſe.Item alibi. Os tuum abũ
Pſalm. 49. dauit malicia:& lingua tua complectebatur inſidias : ſedens aduerſus fratrem tuum
detrahebas:& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Item ꝙ Apoſtolus
Ephes. 4. ait. Omnis ſermo malus de ore ueſtro non procedat, ſed bonus ad ædificationem fi-
Cypria. dei:ut det gratiam audientibus : Similia his ſcribit ad Rogatianum , & plura:in fine
contra maledicentes preſbyteris concludit.Hæc ſunt initia hæreticorum:& ortus at
q; conatus ſchyſmaticorꝝ male cogitantium:ut ſibi placeant:ut prępoſitum ſuperbo
tumore contemnant:Sic de eccleſia receditur:ſic altare prophanum foris collocatur:
ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atq; unitatem dei rebellatur. Audis Oeco
lampe,audis Ludder,quomodo ſanctus martyr uos ueſtris depinxit coloribus.
¶ Quod autem tertius de cœlo Cato cecidit:qui artem confitendi,& libellos illã con
tinentes,contemnit:& poeticatur cum meretriculis illis muſis,cur artem hanc nõ in
chorum ſuum receperint : nos quoq; eum ut fabulatorem ſuperbum contemnimus :
Hoc ſcio,quod dum concionatorem ageret Auguſtenſem, multo humilioribus eſſ
adnitum authoribus:nam ſermones ſuos(oculatus teſtis id loquor) conſarciebat ex
Diſcipulo,Dormi ſecure,& his ſimilibus:& Hieronymianis gemmis intertexebat.
¶ Q; autem diuini uerbi ſeminatores arguit:quia malis uſi ſunt præceptoribus:dicat
Grammaticaſter ille, quos ipſe habuerit præceptores : qui ad prælum Calcographi
in Grammatica conſenuit: Et tamen ab omnibus ſtudijs generalibus diuini uerbi
ſeminato-

ſeminatores emittuntur:qui ſub doctiſſimis ac ſelectiſſimis præceptoribus prius ſti
pendia literaria meruerunt:Hos omnes,omni laude digniſſimos,contemnit hic apo-
ſtata:qui uix pedem ultra Priſcianum mouit: promouit autem nihil, niſi ad errores,
iniurias,ſchyſmata,& hæreſim. ¶ Et ut nihil Oecolampum ultra Priſcianicum
ſenſum in ſacris literis callere affirmatiſſime credas:pulchre hic ſe prodit:nam uerba
Chriſti, de ſuauitate iugi ſui & leuitate oneris, ita accipit:ac ſi non grauia forent fra-
tribus imponenda: Cum reuera grauia ſint præcepta dei: ſicut ſaluator noſter dixit
diſcipulis,Intrate per anguſtam portam:quia lata porta & ſpacioſa uia eſt,quę ducit *Math. 7.*
ad perditionē,& multi ſunt qui intrant p eam: Q̃ anguſta porta & arta uia eſt quæ
ducit ad uitam:& pauci ſunt qui inueniunt eam:Item.Contendite intrare per angu *Luc.13.*
ſtam portam,quia multi,dico uobis,quærent intrare & non poterunt:Quare grauia
& difficilia ſunt mandata dei:Sed ꝙ Oecolampus uerba Chriſti citat,Iugum meum
ſuaue eſt: ſic etiam corrupte intellexit & citauit Cœleſtius Grammaticus: At uera *Cœleſtius*
ſacrarum literarum intelligentia eſt, non ꝙ præcepta in ſe ſint ſuauia:quia oportet
crucem portare,& per multas tribulationes intrare regnum cœlorum:Sed quia ha- *Actu. 14.*
benti charitatem omnia ſunt facilia:& quantumuis dura imperentur:amor facile ſu-
ſcipit: Ita pulchre inquit S.Iohannes in ſua Canonica. Hæc eſt charitas dei:ut man- *1.Iohan.5.*
data eius obſeruemus: & mandata eius grauia non ſunt: Charitati enim mandata
non ſunt grauia.Rotunde hoc dixit B.Auguſtinus libro de perfectiōe iuſtitiæ.Nec *Augu.*
ob aliam cauſam ſcriptura commemorat non eſſe grauia diuina præcepta:niſi ut ani
ma,quæ illa grauia ſentit:intelligat ſe nondum accepiſſe uires:quibus talia ſint prę-
cepta domini,qualia commendantur,leuia ſcilicet atq; ſuauia: & oret gemitu uolun-
tatis:ut impetret donum facilitatis:Et infra. Commendantur ergo non eſſe grauia:
ut cui grauia ſint,intelligat nondum ſe accepiſſe donum,quo grauia non ſint:nec ar-
bitretur ea ſe perficere,quando ita facit ut grauia ſint:hylarem enim datorem diligit
deus:nec tamen cum ea grauia ſentit,deſperando frangatur:ſed ad petendum,quæ- *2.Cor.9.*
rendum,pulſandumq; cogatur:uide eundem lib.v.Hyponoſticon:Iam uidet catho-
licus,quomodo iſti lacerent ſacram ſcripturam: dum confeſſionis onus, quia diffici-
le,nituntur excutere e ceruicibus fidelium. ¶ Quod porro eccleſiæ imponit
ac ſi impoſſibilia iuſſerit: mendacium hoc Luddero euacuauimus libro iſto:Audet
adhuc apoſtata, appellare præpoſitos eccleſiæ, phariſæorum filios:cum ipſe primo *Phariſæorum filij.*
hypocritam,dein phariſæum, tertio iam apoſtatam & erronem gerat: Quod hacte-
nus eccleſiam in tenebris fuiſſe aſſerit:uiderit ipſe,q̃ iniurius ſit eccleſiæ,quam tene-
broſam facit:cum ſpirituſancto ſit illuminata:Quam iniurius in Chriſtum,qui ſpon-
ſam ſuam tanto tempore neglexiſſet: Cum tamen unumquodq; quanto magis fonta
li accedit origini:tanto ſit purius ac ſyncerius:Exiſtimat autem Oecolampus poſt tā
tas tenebras,lucem ueritatis per tres apoſtatas debere mundo immitti. Proh ſcelus. *Ludderum ta-*
Bellum eſt quod addit de Luddero, etiam eo tunc ſcribente, condemnato hæreti- *men iam argu*
co:Sed mulus mulum ſcabit:& Cretenſis cum Aeginita:Nam errata Ludderi & hę *it impietatis de*
reſes iam ſæpe deteximus:& quod Ludder exonerat homines confeſſione parum *Euchariſtia.*
eſt:dum inuicem eos æterno onerat ſupplicio.Et uide impudentem grammaticaſtri
temeritatem:qui laudatiſſimarum academiarum Parrhiſien.Louanieñ.et Colonieñ.
iudicium,ſuper erroribus Ludderanis matura deliberatione æditum,contemnit,Tā
torum uirorum prudentiam ac diligentiam carpens: Cum ipſi etiam ad Hiſpanias,
ad Reuerendiſſimum D.Hadrianum tunc Cardinalem Dertuſeñ. & Cæſaris ge-
neralem per Caſtiliam uicarium,ac iam ſummum Pontificem,non paruis impenſis,
tranſmiſerint:ut ſic doctiſſimi uiri cōſilio, iudicium illud comprobaretur:Tantos pa
tres apoſtata reijcit:& ſtultorum iudicio ſtultiſſimus ipſe eos ſubijcit: At hoc habent
hæretici omnes,ut magiſtros catholicæ fidei contemnant.

Errare Oecolampadium manere charitatem cum peccato mortali, & omnē habentem gratiam, certum eſſe de gratia. Cap. XVIII.

SEcundo loco monet fidelem, ne ipſe ſibi ruinæ ſit author: ubi plura congerens inquit. Spes uera, etiam nullis exterioribus operibus ſtipata, proderit. Partitur dein peccata, in uenialia, mortifera, & crimina: Et Theologos increpat, qui ex præceptis conſilia faciunt: poſtea omnia peccata fugienda docet, cauenda & timenda: nam omnis auerſio a deo ſit lętifera: ideo non parua uideri debet: quam tantis ſupplicijs puniendam Chriſtus cenſuit: Tamen confidendum dicit bene: Si quando peccata ſpem, fidem, & charitatem non tollunt: nec per impœnitentiā fiunt perpetua. Subdit poſtea de fide, quæ nulla opera ſinat eſſe mortifera: Sicut incredulitas nulla opera facit non mortifera: Et infra. licet etiam de ſpe & charitate dicere, quod nullis aut tribulationum, aut peccatorum aquis extinguatur: poſtea affirmat hominem non ignorare, fidem ſpem & charitatem ſuam: quia uirtutes illę nemini cōcedantur: quin eas agnoſcat & ſentiat e ſuis operibꝰ: Increpat poſtea abuſum: quo in conſiſtorijs Epiſcoporum, laici hodie excommunicantur, ob non ſolutionem debitorum, prætextu contemptæ eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Deſpiciamus illa: & ſub incudem examinis reuocemus. ¶ Nam primo quod ſpem uult prodeſſe etiam ſine operibus, incidit in ſimile hæreſi Ludderanæ: qui fidem ſine operibus extollit contra S. Iacobum: hunc errorem nos ſpeciali libro de fide expugnabimus: nā

Iacq. 2. ſine operibus confidere, non eſt ſperare, ſed pręſumere: Quod culpat Theologos ex præceptis conſilia facientes: potius culpandus eſt Oecolampus: qui cum prędatos eccleſiæ diuexet, quia onera Chriſti leuia, faciant grauia: Hic ipſe ex conſilijs facit præcepta: & ex leuiuſculis facit grauiſſima onera: Non eſt inſtituti noſtri iſtum errorē proſequi & excutere. Sed ꝙ pulchre ſibi contradicit: aſſumit omnem auerſionem a deo, eſſe lætiferam: quod quidem uerum eſt in ſe: licet in hoc erret, ꝙ ſupponit per non obſeruantiam conſiliorum aliquem auerti a deo: Sed uide pugnantia, omīs auerſio eſt lętifera: & tamen non omni huiuſmodi auerſione tollitur charitas: quam nouam hic audio Theologiam? Immo quod monſtrum? Nam mors corporis eſt animæ ab eo receſſus & ſeparatio: Mors animæ eſt charitatis ſeparatio: per charitatem enim uiuit anima: ſicut corpus per animam: quare peccatum diſpolians hominē gratia, dicitur ipſum occidere iuxta illud Pauli. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me: & per illud occidit: & antea dixerat. Ego aūt mortuus ſum: & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem: & Sapiens. Homo per maliciam occidit animam ſuam, ut late diuus Auguſtinus proſequitur de ciuitate dēi lib. xiij. Illa enim morte mortuus eſt Adam hac hora, qua comedit de ligno ſcientiæ boni & mali: Si ergo anima moritur peccato lętifero: quomodo hic nouus Paulinus Theologus temere diffinit, confidendum quando non tollatur charitas: manente enim charitate uiuit anima, non moritur: In has contradictionum Symplegades coartantur noui iſti errones. Porro ꝙ leuiora & uenialia peccata facit in opere bono, alibi deo uolente deijciemus, quando de peccato boni operis diſputabimus contra Ludderum, ſentientem hic cum Oecolampo, In omni opere bono iuſtum peccare. Quod ſubinde errorem Ludderanū repetit: quia fides nulla ſinat opera eſſe mortifera, ſuo loco confutabitur: ſatius eſt credere S. Iacobo Apoſtolo aſtruēti, fidem mortuam ſine operibus: melius aſſentiri diuo Paulo, fidem conſtituentem etiam ut montes transferat, ſine charitate non prodeſſe. An omnia opera infidelium ſint mortifera? certe ei non aſſentior, Immo potius repugno: etiam ſi aliquando inueniatur, omnem infidelium uitam dici peccatum: quia nihil meretur de uita æterna:

Charitas cum peccato. (margin)

Roma. 7. (margin)

Sapien. 16. (margin)

Augu. (margin)

Iacobi 2. (margin)

1. Cor. 13. (margin)

Non enim

Non enim eſt inſtituti noſtri omnem lapidem mouere: ſolum monere lectorem, ubi lateat anguis in herba: nam ego ſanctæ matri eccleſiæ adhæreo: quæ in ſacro Conſtantienſi Concilio hunc Huſſiticum articulum damnauit. Diuiſio immediata humanorum operum eſt, quod ſunt uel uirtuoſa uel uitioſa: quia ſi homo eſt uitioſus: & agit quicquam, agit uitioſe: Si uirtuoſus, & agit quicquam, agit uirtuoſe: Quia ſicut uitium, quod crimen dicitur ſeu peccatum mortale, inficit uniuerſaliter actus hominis uitioſi: Sic uirtus uiuificat oẽs actus hoĩs uirtuoſi. hunc articulũ eccleſia dei in ſacro Concilio dãnauit: cui in ſentẽtia hic Oecolampus concordat. ¶ Sed quæ mania mentem illius occupauit: ꝙ non ueretur aſſerere, charitatẽ nullis peccatorꝫ aquis extingui: dicat ergo unde charitas extinguatur? & nullus ſenſus capit aliud niſi peccatum: dicat quõ aliquis poſſit a charitate excidere? niſi peccato ſubeunte: dicat quõ aliquis ſimul poteſt odire deum & diligere? eſſe municeps ciuitatis dei & diaboli? quid quod dominus per Ezechielem inquit. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua: & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abhominationes quas operari ſolet impius, nũquid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: Et hic audet ſtatuere charitatem nullis peccatorum aquis extingui: ſed rem omnium conſenſu abſurdiſſimam, cur latius proſequemur? quam nec Ludder etiam obſtinatiſſimus laudare poſſet. ¶ Pari delyrat delyrio, cum audet affirmare, hominem non ignorare ſe habere charitatem. O miram hominis cæcitatem: niſi enim cęcus foret & perditus: quomodo latere eum poſſet illud Sapientis. Nemo ſcit an odio uel amore dignus ſit: & tamen loquitur de iuſtis: nam immediate ante hoc dixerat. Sunt iuſti atq; ſapientes: & opera eorum ſunt in manu dei: ponit etiam ſapiens cauſam iſtius. Omnia inquit, in futurum ſeruantur incerta æquæ: eo quod uniuerſa eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & ſacrificia contemnenti: At forte hic Oecolampus raptus eſt in quartum cœlum ultra ſanctum Paulum: qui Corinthijs ſcribens inquit. Mihi autem pro minimo eſt, ut a uobis iudicer, aut ab humano die: ſed neq; meipſum iudico: nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Vnde uerior eſt catholicorum ſententia, Apoſtolo & Sapiẽti conſentanea. Neminem in hac uita ſine ſpeciali dei reuelatione ſcire ſe habere charitatem & gratiam dei: licet ſe illam habere, poſſit conijcere. ¶ Indignus autẽ homo, digna corripit cenſura Epiſcopos aliquos tyrannide excõmunicationum in omnes debachantes: Hoc tota Germania nouit, quõ pauperes affligentur in aliquorum Eporum conſiſtorijs propter debita pecuniaria: & iuriſdictionem eccleſiaſticã ſiue per auariciam ſiue ꝑ ambitionem ſuorum Officialium, indebite extendũt & ampliant, cum animarum iactura, cleri & clauium contemptu: Et in rebus adeo uilibus gladium excommunicationis aliquando exercent: ut poſtea in re ſeria, excommunicatio contemnatur: Hoc experimur in præſenti hæreſi: ubi dum Sum. Ponti. & ordinarij locorum, hæreſim Ludderanam & libros eius prohibuerunt ſub anathemate, ne quis imprimeret, emeret, uenderet uel legeret: paſſim in ciuitatibus Imperij in contemptum eccleſiaſticæ poteſtatis imprimuntur & uenduntur publice: Cuius nulla alia eſt ratio: niſi quod excommunicationis cenſura quottidiana in rebus uilibus aſſueta, eſt in uilipendium ducta, & non curatur.

Charitatem extingui peccatis

Ezech. 18.

Eccleſ. 9.

1 Corin. 4.

In Epiſcopos.

Errata Oecolampadij de confeſſione confutantur: oſtenditur quoq; lapſus eius, ꝙ docet peccata obliuiſcenda: & quomodo deſipit in coloribus rhetoricis in confeſſione utendis. Cap. XIX.

AB ouo examinaturus confeſſionis materiam, eam partitur trifariam. Vna confeſſio fiat Deo, alia Deo & eccleſiæ, ſuper publicis criminibus, Tertia fratribus: Has omnes inquit conſcientiarꝫ tortores ſub unam cõmiſcuerũt & quę

Confeſſor ſingulis debetur, uni ſacramentali ſuæ confeſſioni aſcripſerunt. Dein exprobrat eis nomen confeſſoris, ꝙ olim nulli, niſi ei qui ad iudices tormentaq; tractus, confitebat Chriſtum, tribuebatur: Pergit dein primum confeſſionis genus exponere: Et inter alia ponit deum hanc confeſſionē exegiſſe ab Adam & Cain: aſſumens & hoc, quia liberum nobis ſit relictum arbitrium: ne quis nos in peccatum trudere poſſit inuo. luntarios, poſt multa inquit. Sed neq; deus a nobis in tantum memoriam peccatorũ, 1.Theſſ.4. quantum uitam nouam expectat: Voluntas enim dei, eſt ſanctificatio noſtra, nō conſtans peccatorum enumeratio: atq; utinam peccatorum omnium obliuiſci poſſem9: quid nobis eſſet beatius: Comprobat iſta de filio prodigo & Ezechia rege, qui ſpecies peccatorum non recenſuerunt: affirmat deinde confeſſionem peccatorum eſſe partem orationis: Et de confeſſione ſubdit. Quod ſi Rhetorici floſculi ſponte naſcētes accedant, non uitiabunt eam: forte meliorem reddent & fœliciorem. fabricat de in confeſſionem ad deum, generalem. ¶ Et ſi de confeſſione quæ deo fit, catholicis conſentiat Oecolampus: tamen animus ſemel malis artibus imbutus, ſemper uenena intermiſcet: ideo errata eius intercurrentia, obelis iugulemus: Primo enim in ipſo ueſtibulo, detractionis uenenum expuit: & linguam acuit in catholicos, eos tortores conſcientiarum ignominioſe appellans: & incuſat eos ꝙ confeſſiones illas uarias miſcuerint: Hic aſinus ſe oſtentat ſub leonina pelle: hic hic capitur, ꝙ͂ idonee tractet ſacras literas: Nam & ſi obligationis præceptum, non poſſit per uarias confundi auctoritates: tamen quia Symbolæ ſunt confeſſiones iſtæ: & plurimę proprietates eis ſunt communes: non malefaciunt catholici, auctoritates ueteris teſtamenti utriſq; ac

Tren.2. comodando: Cum enim dominus per prophetam inquit, Effunde ſicut aquam cor

Pſalm.61. tuum, & iterum. Effundite corda ueſtra coram illo. Et iterum. Scindite corda ueſtra

Iohel.2. & non ueſtimenta ueſtra. Quis eſt tam hebes, aut tam impudens: qui neget iſta, in omnem conuenire confeſſionem, nam & apud deum, & in eccleſia pœnitentes hoc pacto facere debent: quare labijs iniquis & linguæ doloſæ inſeruit Oecolampus: dū idcirco catholicos Theologiſtarum nomenclatura infamat. ¶ Pari hallucinatione decipitur, cum auditores confeſſionis arguit uſurpatores nominis Confeſſorũ:

Cypria. nam etſi apud Cyprianum & Tertullianum tractos ad iudices, confeſſores inuenia. mus appellatos: non tamen eſt conſectarium ſolos illos confeſſores dicendos: Quod ſi pergat errare: iam totam catholicam arguet eccleſiam: quæ totum ordinauit offici.

Confeſſores. um pro confeſſore non martyre: Et iſto pacto, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, Nicolaus, Chunradus, & reliqui, non eſſent cōfeſſoris nomine digni: quo quid ab ſurdius dici poſſet: ſed deceptus eſt captiuncula hic conſequentis: omnis dialecticæ expers, turpi deceptus eſt ſophiſmate: I nunc Oecolampe & Sophiſtas irride: qui ſophiſmatis inaniſſimi tendiculo, es illaqueatus, & in nepharios errores ob hoc traditus. ¶ Quod porro de confeſſione Adæ attigit: Si intendit deum mentalem dumtaxat exegiſſe confeſſionem, & non extrariam, hallucinatur immodice: Nam etſi ſcripta in Geneſi futurarum rerum ſignificantiam exhibeant: tamen ut Auguſti

lib.8.cap.1. nus ſuper Geneſim ad literam inquit. Narratio quippe in his libris non genus locutionis figuratarum rerum eſt, ſicut in Cantico cātic orum: ſed omnino geſtarum eſt, ſicut in regnorum libris & huiuſcemodi cæteris: Igitur uere conſuerunt protoplaſti folia ficus: & ueram uocem audierunt. ¶ Sed quomodo hic aurigæ ſuæ obliui

Recedit à Ludero. ſcitur Oecolampus: & a caſtris Ludderanis tranſfuga factus, aſſerit liberum arbitrium cum catholicis: cum tamen eius hæreſiarcha definiat liberũ arbitrium eſſe rem de ſolo titulo: & contra bullam LEONIS X. ſcripſit, omnia de neceſſitate abſoluta euenire: Contra ſuum anagnoſten hic iam ſentit Oecolampus. ¶ Sed iam

Peccatorũ obliuiſci. in iudicium ſiſtas Oecolampum: & expende hominem, ꝙ͂ ſit a ſacris literis & ueritate alienus: Incuriam preteritorum peccatorum pœnitenti uult ingerere: & totum in

noua uita

noua uita cum Luddero collocare: quod libro iiij. improbauimus: Ad hoc optat, ut
omnium peccatorũ obliuiſci poſſemus: Cur ergo Dauid regius pſaltes & propheta *Pſalm. 50.*
contrarium habuit uotum, cum inquit. Quoniam iniquitatem meam agnoſco:
& peccatum meũ contra me eſt ſemper: Cur dñs contrarium præcepit, ſe uelle obli=
uiſci: tu uero peccator memor eſto: unde per Ezechielẽ inquit. Et recordabimini ibi *Ezech. 20.*
uiarum ueſtraꝵ & omnium ſcelerum ueſtrorum: quibus polluti eſtis in eis: & diſpli
cebitis uobis in cõſpectu ueſtro in omnibus malicijs ueſtris, quas feciſtis: & ſcietis, qa
ego dominus cum benefecero uobis propter nomen meum. Vult ergo dñs ac præ=
cipit, nos debere eſſe memores peccatorum cũ diſplicentia: quod cũ Oecolampus
contrarium optet, nos peccatorum omnium eſſe oblitos: nihil aliud uidet̃ mihi opta
re: quã quod omnes eſſemus præcepti diuini deſertores. ¶ Quod filius prodigus
& Ezechias ſpecies peccatorum non enumerauerunt: parum conducit aduerſario:
quia tunc nondũ inſtituta fuit ſacramẽtalis confeſſio: Neq; accepto, confeſſionẽ eſſe
orationem: quia confiteri non eſt orare: licet eueniat, ut orationi quis commiſceat cõ
feſſionem, potiſſimum, cũ ueniam peccatorum petit: ſed ridendus eſt, quod exiſti= *Confeßio Rhe*
mat confeſſionem floſculis rhetoricis ornatam eſſe meliorem & fœliciorẽ: Cũ apud *torica.*
Paulum legamus. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos: & *1. Corin. 2.*
ſermo meus & prędicatio mea non in perſuaſibilibus humanę ſapientiæ uerbis; ſed
in oſtenſione ſpiritus & uirtutis: Ideo S. Hieronymus etſi eloquentiſſimus, aſtruit ta= *Hiero.*
men eccleſiaſticam ſimplicitatem contemnere uenuſtatem eloquij, Immo diſſimula
re ac fugere, ad Pamachium ſcribit: Nam ueriſſime in cõmentarijs ſuper Eccleſiaſte
comparat eloquentiam ſagenæ hæreticorum: ommitto quæ in prologo ſuper epiſto
la ad Galathas ad Paulam & Euſtochium ſcripſit. Nolo hic immorari, quod dictio
Oecolampi hic per ſe ridicula ſit, deum, qui non eſt acceptor perſonarum, acceptio=
rẽ habere confeſſionem rhetoricam, quam ſimplicem: ſapiens inquit. Melior eſt pau
per, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues torquens labia ſua & inſipiens. Cer= *Prouer. 19.*
tum eſt Paulum Gręcam diſſimulaſſe eloquentiam, ut author eſt Hieronymus: Et *Hierony.*
Paulinus & Cyprianus ex propoſito, reiectis eloquentiæ ornamentis, ſimplicitati ſer= *Paulinus.*
monis ſtuduerunt: exiſtimantes omnino Chriſto dicata corda non ornamenta mere *Cyprianus.*
tricularum exquirere: quare Paulinus inquit.

Quid abdicatas in meam curam pater
Redire muſas præcipis?
Negant camænis, nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.

Quare ſi in cæteris etiã bene ſentiret Oecolãpus: tñ hic defendi nõ poſſet, qđ orna
tior et elegãtior cõfeſſio eſſet melior ac felicior, ac ſi deꝰ iſpector eſſet oris, nõ cordis.

Oecolampadiũ male ſecernere eccleſiaſticã confeſſionẽ a ſacramentali: quodq; peius diffinierit claues eſſe fidem: & peſſime negarit peccatorem habere claues. Cap. XX.

ALterum genus confeſſionis eccleſiaſticũ appellat, quod noſtri ſacramentale
dicunt: confeſſionem hanc inquit nõ eſſe oneroſam: quia eccleſia infirmos
ferat patienter, oneret autẽ nunq;: Sed ꝙ imoderatius & τυραννικότερος mul=
ta ab eccleſiæ præfectis agantur, neminem credit bonum uirum eſſe, qui non ex ani=
mo doleat: inuehitur prolixius in prælatos eccleſiæ, quos principes Aedom cogno=
minat, et tyranno Turcarum aſſimilat: at ſcimus quia detractatores deo odibiles ſunt
ut ait aplus, ad rẽ ipſam ueniamus. Inprimis tractaturus hanc confeſſionẽ præmittit *Roma. 1.*
qualẽ oporteat eſſe populũ Chrãnũ, ſanctũ, innocentẽ &c. dein paſtoꝵ mores primi
tiuę ecclię renarrat, q Salomonis ꝟba i ꝓuerbijs obſeruarũt. Cognoſcẽs cognoſcito *Prouer. 27.*

uultum pecoris tui:quibus præcipitur paſtoribus: ut per ſeipſos gregis curam ge-
rant.Indignatur poſtea pluribus uerbis, ſuper catholicos, quos ſuperſtitioſulos ap-
pellat:quia hæc uerba Salomonis ad forum conſcientiarum trahant:cum ſolum ex-
teriorem habitudinem ſpectare debeat paſtor: Sic in primitiua eccleſia,hi quoꝝ fla
gitia innoteſcebant,ſubmouebantur a paſtoribus: Pluribus hic contendit conſcien
tiam ſoli deo reſeruatam:poſt plura commemorat antiquum ritum eccleſię in ſolem
ni & publica pœnitentia(nam aliam non uidet monophtalmus olim fuiſſe)& quinq;
ordines pœnitentium exponit,quinq; locis diſcretos,primus προσκλάυσις, ſecundus ca
thecuminorum,tertius ὑπόπτασις dicebantur, de quibus plura diximus libro ij. Ex-
tra ordinem omnino recinit cantilenam Ludderanam: quomodo ſupra petram ædi
ficata ſit eccleſia:at errores illius ſatis ſuperq; confutauimus libro i. de Primatu Pe-
tri:Nam & hic parum in ſacris literis(præter rem Grammaticam)uerſatus,confun
dit poteſtatem clauium pœnitentiæ,cum poteſtate coherciuæ iuriſdictionis: at mu-
to fabulam narramus. ¶ Poſt plura commendans claues eccleſiæ, quærit, &
quæ nam ille ſint claues? reſpondet.Fides ſunt Petri:& plura poſtea de fide.
¶ Plura dein de prælatis pertractans,qui eorum abutuntur officio,Subdit.An forte
operatione & efficatia characteris,quem uafre ſimul ac inſcite commenti ſunt,ligati
ipſi,ut alijs,ita & clauibus utentur? At nihil nobis cum huiuſce gerris, ut docte Ori-
Origenes. genes ait. Ridiculum eſt, ſi dicamus eum, qui uinculis peccatorum ſuorum ligatus
eſt,propter hoc ſolum,quia Epiſcopus dicitur, habere huiuſcemodi poteſtatē &c.
Sit ergo Epiſcopus irreprehenſibilis, qui alterum ligat: Et ſexquipedalia uerba in-
ijciens de remiſſione culpæ peccati, de remiſſione pœnæ ſic inquit. Sed præter men-
tem ſcripturæ,de ſuo dicunt Theologaſtri,ſacerdotum arbitrio, partem pœnarum
a deo decretarum, & Summi Pontificis auctoritate, omnem pœnam, quæ alioquin
uel hic uel in purgatorio eſſet ferenda,uel relaxari, uel omnino aboleri poſſe. Vide
quid ſibi non permittat,temeraria in ſacris literis imperitia:non ueretur diuinum iu-
dicium inuadere:pollicetur ſe pœnas a deo conſtitutas auerſurum: promouet Pome
rium iuriſdictionis eccleſiaſticæ in purgatorium. hæc & plura alia de indulgentijs
adfert,eas nihiliſaciens auctoritate Ludderi,tam heroicos ſectatus doctores. Hacte
nus audiuimus Oecolampum:quem uirgulæ cenſoriæ ſubijciamus. ¶ Nam
primo omnium, unde hic homo ſedentarius audet nouum nomen imponere huic
confeſſioni:niſi quia ſingularitati ſtudet & ſuperbiæ:Nam fatetur eam a catholicis no
Confeſſio neceſ-ſaria. minatam ſacramentalem: cur reiecto tam conuenienti nomine, In nouo ſuperbit?
cum mox ipſe fateatur eam neceſſariam propter ſacramētum pœnitentiæ: & quod
omitti non debeat,ſine qua nulla ſperetur uite emendacio. lege litera l.pagina i. (ꝙ-
uis in hoc ſtrennue Luddero contradicat)Quis itaq; tam ſtupidi erit iudicij, qui ne-
get recte confeſſionem illam ſacramentalem appellari.Quod ſi contendat & ſuam re
cte appellari eccleſiaſticam:non admodum contenderem de nomine(cuius diſputa
tio pertinacibus eſt relinquenda) niſi nouum hic uellet abſcondere uenenum: Non
enim eccleſiaſticam nominant confeſſionem,quia in eccleſia fiat:quoniam ſic & aliæ
dicendæ eſſent eccleſiaſticæ:ſed quia ſit ab eccleſia præcepta:Et ita ipſa appellatione
noua,uolunt confeſſionem iſtam deſtituere iure ſuo, quia non ſit de iure diuino, ſed
Prouer.27. eccleſiæ:cuius falſitatem lib.ij.latiſſime deteximus. ¶ Porro ꝙ Salomonis ſen-
tentiam de agnoſcendo uultu pecoris,paſtoribus tribuit:mirum hic quod Luddero
ſuo inadulabili & infallibili magiſtro contradicit: qui negat omnino hanc ſententiā
ad prælatos eccleſiæ & confeſſionis auditores pertinere,ut libro hoc iiij. ex eius uer-
bis oſtendimus,& confutauimus. ¶ Sed ꝙ tragediam citat catholicis, quia cō
ſcientiam etiam examinent:diximus ſatis lib.ij. & iij. Nouimus catholici, quia Deus
1.Cor.2. ſcrutatur corda & renes:& nemo nouit quæ in homine ſunt,niſi deus,& ſpiritus ho-
minis

minis, qui in ipſo eſt:tamen & quia peccata utcunqꝫ occulta, infirmitates ſunt ſpi-
tales:ideo medico aperienda ſunt & confitenda, ut ſanentur: quare ſacerdos non in-
tuetur conſcientiam, aut interiora uiſcera pecoris, ſed uultum: ſicut ille exterius con-
ſcientiam ſuam deuelat ſacerdoti. Adhuc audet Oecolampus catholicos ueram ſen-
tentiam Salomonis tenentes, increpare ſuperſtitioſulos: arrident enim plurimum no
uo Grammatico, hæ diminutiuorum formulæ, pituitoſuli, curioſuli, ſuperſtitioſuli:
Vnde error ſuus manifeſtarius lib. ij. apertiſſimis teſtimonijs fuit confutatus, ꝙ ne-
gat occulta crimina conſcientiæ confitenda: At ad pauca aſpiciens de facili paralogi
ſatur: omnem ſcopum ipſe locat in publica & ſolemni pœnitentia: quare nõ mirum
ſi errat, dum priuatam negligit. ¶ Ruditatem hominis expende lector, ꝙ cla-
ues eccleſiæ dicit eſſe fidem: habebit ergo omnis fidelis claues: quæ hæreſis Vualdẽ- *Claues non fides.*
ſium dudum damnata eſt: Ergo conſectarium erit Petrum non fuiſſe fidelem, quia
claues, ideſt fidem ſecundum expoſitionem Oecolampi, non habuit, ſed Chriſtus ſe
daturum promiſit. Tibi inquit dabo claues regni cœlorum: Quid ergo confeſſus eſt *Math. 16.*
Petrus? quid caro & ſanguis ei non reuelauit, ſed pater cœleſtis? Quomodo domi-
nus & ſaluator noſter eum beatum affirmauit: ſi non fuit fidelis, ſi fidem, ideſt claues
non habuit, O inſaniam hominum, o dementiam: Sic noui Theologiſtæ ſacras lace-
rant literas: Si fides eſt clauis: itaqꝫ Apoſtoli non habuerunt fidem anteq̃ receperũt *Iohan. 20.*
claues. Cur ergo Apoſtoli rogauerunt dominũ. Domine adauge nobis fidem? Cur *Luc. 17.*
rogauit dominus, ut non deficeret fides Petri? Quid eſt quod Iohannes ſcribit, ante- *Luc. 22.*
quam adhuc claues eſſent promiſſæ. Hoc fecit initium ſignorum Iheſus in Chana *Iohan. 2.*
Gallileæ: & manifeſtauit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius. Quid
Chriſtus locutus eſt diſcipulis in cœna. Ipſe pater amat uos: quia uos me amaſtis, &
crediſtis, quia a patre exiui? Et ipſi fruſtra ne teſtati ſunt ſe credere. In hoc credi- *Iohan. 16.*
mus, quia a deo exiſti: quibus reſpondit dominus, modo creditis? Nam cum noua
Oecolampica Theologia ſtatuat claues eſſe fidem: Et primum Iohan. x x. Ipſo die
reſurrectionis acceperunt claues: primum ergo tunc acceperunt fidem: Inanis ergo
teſtificatio domini & Apoſtolorum, quod prius crediderint: cum aperte dixerint.
Nos cognouimus & credimus, quia tu es filius dei. Reſipiſce tandem Oecolampe, *Iohan. 6.*
& catholicis crede: Diſce ueriſſimum eſſe illud Boethij. Veteribus nolle credere, ſu- *Boethius.*
prema ſtultitia eſt: Cum. n, omnes catholici hactenus docuerint claues non eſſe ſine
fide: hic ipſam fidem claues facit. ¶ De charactere, quod catholicis iniuriatur, *Character.*
quod uafre & inſcite commenti ſint ipſum, nolo eius ſoliditatem per ſeſe friuolam ex
cutere: quod & characteris & ordinis materia, aliena ſit ab inſtituto noſtro: & inui-
ctiſſimus Angliæ rex Henricus viij. in apologia Sacramentorum, apertis catholico-
rum teſtimonijs in eadem arena Ludderum proſtrauerit. ¶ Vnde autem hic *Peccator ſine*
Vualdenſis impius hæreticus uenit: qui ſacerdotem negat in peccatis exiſtentem, li- *clauibus.*
gare poſſe uel ſoluere: attigimus paucis iſtam hęreſim in libro noſtro de Primatu
Petri: Neque ſe tutum æſtimet hæreticus, quod Origenis uerba in Homilia ſuper *Origenes.*
Mathæo renarrat: niſi ex continua Hieronymi lectione non didicerit, plura male ab *Hiero.*
Origene eſſe ſcripta: quare cum iudicio & caute legendus eſt Origenes: qui hic ſe
turpi ſophiſmate fallaciæ conſequentis innexuit: unde in hunc errorem deſcendit:
Quod ſi Oecolampus uel Dialecticam tantam nouiſſet (quia aliam non nouit)
quantam Auguſtinus libro iij. de doctrina Chriſtiana docuit: tunc captioſum iudi- *Augu.*
caſſet argumentum, a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis:
nam Petro confitenti & habenti reuelationem patris, promiſit claues: Et Apoſto-
lis dato ſpiritu ſancto, dedit claues: non tamen exinde ſequitur. Non habenti reue-
lationem patris, aut ſpiritum ſanctum, huic non dari claues: nam ablato præceden-
ti, non aufertur neceſſario, quod conſequitur: in tantis autem exiſtens ignorantiæ

errorum tenebris, nuperus doctor, audet omnem Theologorum catholicorum cœtum reſpuere: & eos temeritatis accuſare, qui pœnam aliquam pro peccatis debitam ſacerdotis arbitrio remitti ſecundum ſacras literas, docent; at de hoc in libro noſtro (ſi deus uoluerit ut ædatur) de remiſſione culpæ & pœnæ, largiter dicturi ſumus.

Confutatur Oecolampadius corrupte Chryſoſtomum, & Conciliũ Neocæſarienſe, contra clanculariam confeſſionem allegans. Cap. XXI.

HActenus quiete uiſus eſt agere Oecolampus: at iam Oreſte inſanior totus furit: & dei, & eccleſiæ ſanctæ oblitus, latiſſimam inferorum uiam ſternit. Ab initio orat lectorem, ut attendat, quam parum ſit quod eccleſia de confeſſione ſtatuat: de abſconditis enim non eſt ſollicita: quod etiam aliqui ſcholaſtici ſtatuant, ut quando dicatur, omnia peccata quis confiteatur, quo ad peccata cordis ſit conſilium, quo ad exteriora ſit præceptum. Et hoc fidenter dixerim, non eſſe eccleſiæ, ut præcipiat homini, quod confiteatur, peccatum etiam grande, quod non ſit cuiquam alteri cognitũ: Roborat hoc auctoritate Chryſoſtomi, ſuper epiſtola ad Hebræos. Perſuadeamus nobis peccaſſe nos: nec hoc ſola lingua pronunciet, ſed etiam intima conſcientia: nec tantum nos eſſe peccatores dicamus: ſed etiam peccata ſpecialiter cõputemus: non dico tibi ut te prodas in publicum; neq; te, ut apud alios accuſes; ſed obedire te uolo prophetæ. Reuela domino uiam tuam: ante deum peccata tua confitere: apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, ſed conſcientiæ tuæ memoria: & tunc demum ſpera te miſericordiam poſſe conqueri. Et in alio loco. Peccata tua dicito ut deleas: Illa ſi confunderis dicere, quia peccaſti: dicito illa quottidie in anima tua: non dico, ut confitearis ea ſeruo, ut exprobret: Dic Deo, qui curet ea: Nam licet non dixeris: non ignorat deus: dicito ea in hac uita, ut habeas requiem in alia. ponderat hæc tria, Non lingua, non ſeruo, non apud alios accuſes.

Chryſoſto.

¶ Porro roborat ſua quia in ſacris literis non inueniemus aliquem, qui ſuum flagitium publicarit, aut alteri prodiderit, quod non antea iam innotuerat. Obijcit ſibi de Acha, de Dauide, de Manaſſe, de confeſſione quæ in Leuitico legitur: & diluit more ſuo: Redarguit deinde Epiſcopos, qui occultorum caſus ſibi reſeruant, dicens eos non eſſe fideles diſpenſatores: ſecus exiſtimat de peccato in lucem prolato. ¶ Eadem cauſa nihil formidandum exiſtimat: ſi occultorum quid, ſilentio uel erubeſcentia, uel obliuione aliquis pretereat: non propterea ab integro repetendã confeſſionẽ. ¶ Certum deinde inquit, non fuiſſe priſcis in uſu auricularem illam confeſſionẽ: ſed pandebantur crimina Epiſcopo uel ſacerdoti. Quid inquam? nullum tum erat inter ſacerdotem & Epiſcopum diſcrimen &cæ. Fiebat autem confeſſio denunciantibus alijs iuxta dominicam conſtitutionem: qui uero ſeipſos accuſabant, mitius tractabantur &cæ. Præter hanc confeſſionem haud norunt aliam præceptam: quod licet conſtanter negent Theologiſtæ ſcholaſtici, & eorundem erroribus imbuti Canoniſtæ: quorum aliqui a CHRISTO, aliqui ab Apoſtolis inſtitutam dicunt; licet minus idoneis teſtimonijs nihil probent. ¶ Vertit dein ſtilum eo ut oſtendat quantum laborarint Apoſtoli, ne oneroſa pręcepta fidelibus imponerent. ¶ Aſſumit dein nullo uerbo CHRISTI, confeſſionem auricularem probari; quia neque ex Math. Quæcunque alligaueritis &cæt. neque ex illo. quod leproſis præcepit ſacerdotibus ſeſe oſtenderent; neq; ex illo ꝙ Apoſtoli iuſſi ſunt Lazari uincula reſcindere: Rectius iſta ad publicam pœnitentiã pertinent: quõ interpretantur & ueteres: quibus de hac noſtra cõſuetudine nihil cõſtabat. Afferant hi magiſtri (audi temeritatem Oecolampicam) uel unam literam ex ſacra ſcriptura; aut aliqua conſuetudine

Theologiſtæ Canoniſtæ.

Math. 18.
Math. 8.
Iohan 11.
Temeritas Oecolampi.

primæ ęta

primæ ætatis edoceant: ut ſententiam ſuam probent. ¶ Confeſſionem poſtea
improbat ex paucitate ſacerdotum;nam & plebi aliquantę ſufficiebat ſacerdos cum
diacono: Cautum item in Neocæſarienſi Concilio,ne uel in ampliſſima ciuitate plu-
res eſſent diaconis ſeptem; Et tamen multi erant illo tempore fideles: Porro hæremi- *Neocæſarien. Concilium.*
tæ non obſeruarũt clancularíam confeſſionẽ: Porro multæ nationes nõ minus ꝙ̃ nos
Euangelicis uiuentes conſtitutionibus, hanç traditionẽ non curarunt; neq; καθολικὴ
eſt conſuetudo,quæ Romana. Hactenus Oecolampus: cuius errata omnia ferme ſu
perius confutauimus inter hæreſes Ludderanas;nam Ludder uidetur mihi in mani
bus habuiſſe Oecolãpum: dum libellum de cõfeſſione æderet. ¶ Nam ꝙ primo aſ- *Occulta pecca ta.*
ſumit eccleſiam non eſſe ſollicitã de occultis,eſt diaboli antiqui ſerpentis ſybilus:quõ
.n. piiſſima mater nõ eſſet ſollicita,de interiori latente infirmitate filij ſui;& contrariũ
oſtendimus ex Tertulliano,Cypriano,& Origene:& liquet ex ſacro Lateranñ Conci
lio magno,Gręcis & Orientalibus cõſentientibus;ubi cõſtitutio explicat omnia pec
cata cõfitenda nullum faciens diſcrimẽ inter occultũ & publicũ: Et mẽdaciter impo
nit ſcholaſticis,ꝙ ſtatuãt eſſe cõſilium: ꝗ ad peccata cordis:Sic.n.lubet Ludderanis,
ſchyſmata ponere in eccleſia dei,aliquos faciens eccleſiaſticos, alios ſcholaſticos do-
ctores. ¶ Ideo præſumptuoſũ ſuum dictũ,tanꝙ̃ ſaluti animaꝝ contrariũ,& infero
rum ꝓmotiuum,reijcimus:& cum catholicis dicimus, eccleſiã recte poſſe præcipere
occultoꝝ confeſſionẽ pręeunte inſtitutione diuina: & ita eſt & ſemꝑ obſeruatũ fuit
a catholicis ab ipſis Apoſtoloꝝ tp̃ibus,ut lib.ij.oſtendimus;Q; Chryſoſtomum tor- *Chryſo.*
quet in falſam ſuam ſententiam,ſatis declarat ꝙ̃ indiligens fuerit in ueritate catholica
quærenda:ꝙ ſenſus uerborum eius dudum fuerit a catholicis excuſſus: nam & Gra *Gratianus.*
tianus in concordantijs iurium hũc nodum diſſoluit,& Petrus Longobardus in ſen- *Longobardus.*
tentijs Theologicis: Audiamus antiſtitem Parrhiſinum in quarto ſic dicentem. Illud
Iohannis Chryſoſtomi non eſt ita intelligendum: ut liceat alicui ſi tempus habeat, ſa-
cerdoti non confiteri;ſed quia ſufficit ubi crimen eſt occultum,ſoli deo per ſacerdo
tem dicere & ſemel:nec oportet publicari coram multis,quod occultum eſt: Qđ no-
tauit dicens. Non tibi dico,ut te ꝓdas in publicũ; Sicut.n.publica noxa, publico eget
remedio;ita occulta,ſecreta confeſſione,& occulta ſatiſfactione purgantur: Nec ne-
ceſſe eſt,ut quod ſacerdoti ſumus confeſſi ſemel, iteꝝ confiteamur: ſed lingua cor-
dis,non carnis,apud ueꝝ iudicem, id iugiter confiteri debemus; unde idem Iohan-
nes ait. Nunc autem ſi recorderis peccatorum tuorum: & frequenter ea in conſpe-
ctu dei pronuncies:& pro eis depreceris; citius illa delebis; Si uero obliuiſcaris; tunc
eorum recordaberis nolens,quãdo publicabuntur:et in conſpectu omnium amicoꝝ
& inimicoꝝ,ſanctorumq; angeloꝝ proferent. Hic ueni ad pulpitum Oecolampe:et
uide quã tibi paraueris ferulam: Chryſoſtomum appellaſti: Chryſoſtomũ habebis iu *Chryſoſto.*
dicem; Tu optas nos oĩm peccatoꝝ obliuiſci;hic uult ne obliuiſcamur; Iudicio itaque
Chryſoſtomi,damnabilia doces Oecolampe,& fidei noſtræ aduerſa: Et cum Chry
ſoſtomus neget neceſſariã confeſſionẽ publicam,per quã aliquis infametur: tu om-
nium ſtultiſſime,eo torques acſi negauerit confeſſionẽ clanculariã: Nam ferme om
nia eundẽ ſenſum faciunt,quę Homilia.31.& Homil.41. Homil.80. & Homil.2. in
Pſalmum Miſerere & Homilia allegata ſuꝑ epiſtola ad Heb. ſcripſit. Si docibilis dei
fuiſſet Oecolampus: ex deuoto illo & erudito Euſtachio Bonauentura intellexiſſet, *Bonauentura.*
quõ ſeruo ſit confitendũ,& quõ non;ſicut & magiſtri & Bonauenturæ uerba bene
ponderauit Adrianus Sum.Pon.in materia ſacramentoꝝ de confeſſione: Eſt ergo *Adrianus.*
Chryſoſtomi ſententia,confeſſionẽ ſacramentalẽ ita in ſecreto tenendam; ne in alicu-
ius uergat infamiã: Id qđ Lateranñ. Concilio etiam ꝓuide conſtitutum eſt. In hac re
plurimũ demiror Beatũ Rhenanum Seletſtadieñ.(quẽ tñ adhuc inter catholicos eſ
ſe ſcio) qui in pręambulis Tertulliani,uidetur lectione libri huius Oecolampi fuiſſe

deceptus: & ueteres patres contendit ſolum de publica poenitentia & confeſſione locutos: citans Chryſoſtomum in ſermone nondum uerſo cui titulus ſit περι μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως. ubi ſic de confeſſione ſcribat. *Chryſoſto.* Νυνὶ δὲ οὔτε ἀνάγκη παρόντων μαρτύρων ἐξομολογήσασθαι: παρὰ τοῖς λογισμοῖς γενέσθω τῶν πεπλημμελημένων ἡ ἐξέτασις: ἀμάρτυρον ἔστω τὸ δικαστήριον. ὁ θεὸς ὁράτω μόνος ἐξομολογούμενον. καὶ τὰ λοιπα. Et paulo poſt. Εν ταῦθα ἀμάρτυρόν ἐστι δικαστήριον καὶ σὺ αὐτὸς δικάζεις ὁ ἁμαρτηκώς. His credidit ſuum roboraſſe propoſitum: cum tamen nihil proſint Oecolampicæ ſententiæ, nec obſint catholicæ. Ad uerbum enim ſic ferme inquit. Nunc autem, neq; neceſſe eſt præſentibus teſtibus confiteri; neq; circa ſermones fiat ſuperfluorum perſcrutatio; ſine teſte ſit hoc iudicium: deus uidet ſolus confitentem, & cæte. & infra. Hic ſine teſte ſit iudicium, & tu ipſe iudices peccator. Nihil hic eſt quod clancularia reſiſtat confeſſioni: cum ipſam maxime hic aſtruat Chryſoſto. & publicam confeſſionem non neceſſariam docet: Vetus ergo Chryſoſtomus, non ſolum de publica loquitur confeſſione: cum aiat eam ſine teſtibus fieri. Videtur autem Chryſoſtomus declinaſſe in hanc ſententiam: qua per Nectarium fuerat abolita ſolemnis poenitentia: nam is fuerat eius immediatus anteceſſor: ut ex hiſtoria tripartita liquet, & nos adhuc latius explicabimus: quamuis ſi totum haberemus ſermonem: forte plura pro intentione catholicæ ueritatis colligere poſſemus. ¶ Ad id quod aſſumit, in ſacris literis non reperiri aliquem fuiſſe confeſſum: De uete. teſta. nihil moror: quia nondum fuit inſtituta confeſſio: nec etiam currente hiſtoria Euangelica (licet in Euangelio fuerit inſtitu-

Actu. 19. ta) erat obligatoria: tamen quia Lucas teſtatur fideles fuiſſe cōfeſſos peccata ſua: Cur literam quam ipſe uult eſſe ambiguam, non interpretatur per conſuetudinem, quā reperit in eccleſia dei ab immemorabili tempore obſeruatam: cum conſuetudo ſit optima legum interpres? Et cum tantum ſpei in Chryſoſtomum locet: cur non aduertit in loco per eum adducto, quod ille inquit. *Chryſo.* Nec tantum nos eſſe peccatores dicamus: ſed etiam peccata ſpecialiter computemus: Et in Homilia 41. Verum & peccata cōputemus ſingula, per ſpecies recenſentes: Cur tu Oecolampe optas nos omnium peccatorum obliuiſci cum Chryſoſtomus prædicta Homilia 41. nihil aliud agat, quam ut peccatorum memoriam teneamus: poenitentem inquit, oportet nunquam obliuioni peccatum tradere: ſed deum quidem rogare, ne eius meminerit: ipſum uero nunq̃ ipſius obliuiſci: Si nos eius non recordemur: deus ipſius non obliuiſcetur. Vide quantum a ſententia Chryſoſtomi toties aberrat: qui Chryſoſtomum ſiniſtre intellectum catholicis audet opponere: Si credit Chryſoſtomo: recantet ergo palinodiam erratuum, & catholicis conſentiat: pia eſt mater: benigniter excipiet filium redeuntem: nihil ego magis optarem, quam fratrem lucrifacere: Si uero Chryſoſtomo non credit: cur eius innititur auctoritati. ¶ De reſeruatione caſuum, ſum

Gerſon. ego in uoto domini Gerſonis, uellem nullum peccatum, niſi crimen manifeſtum a ſuperioribus reſeruari: Id quod plures Theologi quoq; tenent: & in nouiſſima Syno

Saliſburgen. do Muldorffeñ. prouinciæ Saliſburgeñ. definitum eſt, nullum peccatum occultum amodo eſſe reſeruatum Epiſcopo, præter hæreticum, homicidam, & excommuni-

Cōfeſſio in primitiua eccleſia catum. ¶ Dein quod non ueretur mentiri, Certum eſſe priſcis non fuiſſe in uſu auricularem confeſſionem: nos dicimus certum eſſe mendacium: Quoniam ſi tam magnum bonum eſt illa confeſſio, ſicut Ludder eam comparat uirginitati: quo modo non fuiſſet in uiris charitate ardentiſſimis? Et cum non ſit tutus, qui non confitetur, ut ait Ludder, tunc omnes priſci iam ad periculum damnationis ponentur ab Oecolampo: Et quod hic dicit peccata pandebantur ſacerdoti uel Epiſcopo: Si credit publice factum: confeſſionem facit oneroſiſſimam: Si priuatim: habemus uictoriam: quia etiam olim fuit illa confeſſio: Quod autem negat fuiſſe diſcrimem inter Epiſcopum & ſacerdotem, antiquam eructat hæreſim. Nam Auguſtinus

de hæreſibus, hunc damnatum errorem Aerianis tribuit: de quo plura libro de Pri- *Augu:*
matu Petri diximus: Sed ſuperbia inflatus tumet hic Oecolampus nouicius Theolo
gus, auro & argento Aegyptiorum onuſtus: ideo ſcientia eum inflauit: quod min9
idoneus ſit Theologiæ tractator, Auguſtini iudicio libro ij. de doctrina Chriſtiana
cap. penultimo: unde hic catholicos, Theologiſtas & Canoniſtas abijcit: Nos eorum
ſecuti traditionem, libro ij. probauimus confeſſionem eſſe iuris diuini: Soluat, qui po
teſt: immo noſtra, quia auctoritate Euangelica ſuffulta, diſſolui nequeunt: uerba eni
Chriſti non præteribunt: prodeat ergo inſanus Ludder, aut arrogans Carlſtadius, *Math. 24.*
aut eorum Grammaticaſter Melanchton, aut tumidus ille apoſtata Oecolampus
bis hypochritio habitu amictus, aut quis alius cacadęmon: portę inferi iuxta domini *Math. 16.*
cum promiſſum, aduerſus eccleſiam non præualebunt: Nec pugnant inter ſe catho
lici (ut delyrat Oecolampus) ſi hi a CHRISTO, hi ab Apoſtolis inſtitutam dicunt
confeſſionem: quoniam Apoſtolis hoc tribuentes, non dicunt eos inſtituiſſe confeſ-
ſionem: niſi auctoritate CHRISTI & iuſſu ſpiritusſancti: ut pulchre Rex Angliæ
explicuit. ¶ Cautus autem & doloſus luctator eſt Oecolampus, aut omnino
indoctus: qui catholicos aſſumit probare confeſſionem ex Math. xviij. quod non fa *Math. 18.*
ciunt: ſed unde probetur, libro ij. non reticuimus: ut iam obſtruatur os loquentis ini
qua, & petentis uel unam literam ex ſacra ſcriptura, aut aliquam conſuetudinem pri
mæ ætatis: quoniam iſta abunde præſtitimus. ¶ Sed cum ad paucitatem ſa-
cerdotum uenit: mirum eſt, quod hic tam aperte animum oſtentat hæreticum: quo-
rum proprium eſt uictoriam mendacijs, calumnijs, librorum deprauationibus, ac in
uerſis allegationibus apud incautos quærere: deprendamus Oecolampum in hoc
aſtu: Citat Neocæſarienſe Concilium, Ne uel in ampliſſima ciuitate plures ſint Dia *Neocæſarien.*
conis ſeptem: fidens forte mendacium ſuum non cito erumpere: quod pauciſſima ex *Concilium.*
tent Conciliorum exemplaria: & ſuæ farinæ homines, dudum titulo integritatis ui-
tæ auctoritatem illi compararunt: unde exiſtimauit ſe impune mendacium hoc pro-
pagaturum. Cum autem fides eius apud me dudum ſuſpecta fuerit: minime ei fidẽs,
ad Concilia recurri: ubi Canon extat ix. & ultimus. Diaconi ſeptem debent eſſe ſe-
cundum regulam, quamuis non magna ſit ciuitas: regulæ tamen auctoritas iſta eſt,
quod & liber Actuum Apoſtolorum inſinuat. Hic Concilium adiunxit cauſam cõ
ſtitutionis: quia & Apoſtoli ſeptem ordinarunt Diaconos. Accede iam Oecolam- *Mendacium*
pe: & fatere mendacia tua. Concilium decreuit ſeptem debere eſſe Diaconos in ci- *Oecolampi.*
uitate etiam parua: Tu de tuo fermento addis, Etiam in ampliſſima ciuitate non fore
plures ꝙ̄ ſeptem: Nam & S. martyr Anacletus conſtituerat dudum, Epiſcopum in *Anacletus.*
ſolemni die nõ celebrare, ſine miniſterio quatuor, aut quinq; aut ſex diaconorꝝ: quia
diaconi ſint oculi Epiſcoporum: Et Euariſtus iiij. Papa a Petro Epis Aphricæ ſcri- *Euariſtus*
pſit: Ep̄m non pauciores ꝙ̄ ſeptem habere diaconos: nihil ergo ex hoc obtinet diuer-
ſarius: etiam ſi uere Cõciliũ citaſſet, et non corrupte: At cum tantã auctoritatem dat
Concilio Neocæſarienſi: cuperem ſcire ex eo; cur ipſe & hæreſis patronus Ludder:
non recipiant primũ Canonem eiuſdẽ Concilij: uerba eius ſubſcribere placuit, Preſ- *Neocæſarien.*
byter ſi uxorem duxerit, ab ordine deponi illũ debere: Q; ſi fornicatus fuerit uel adul *Concilium.*
terium commiſerit, extra eccleſiam abijci & ad pœnitentiam inter laicos redigi opor
tet: Hic iam te interrogo Oecolampe: Credis antiquiſſimo Concilio Neocæſarienſi, *Vxorati ſacer*
quod etiam Nicenum tempore præceſſit: cur ergo Ludderus, Carlſtadio xvi. an- *dotes.*
nos in ſacerdotio agenti, uxorem legitimam in coniugium dedit: ſi nephandus incœ- *Et tu Oecolã-*
ſtus legitime fieri poteſt: ſicut aliquos miſeros ſacerdotes, hoc infami cuniugio com- *pe raſus es &*
maculauit. ¶ Sed ad librum tuum reuertamur: nam contendis hanc confiten- *periurus coniu*
di rationem non fuiſſe catholicam: quia hæremitæ non tenuerint auricularem con- *gatus.*
feſſionẽ: ꝓba quæ dicis apoſtata; ſatis hactenus nobis illuſiſti: ſine teſte de cętero nihil

tibi credimus: At inquis, multę nationes euãgelicis uiuẽtes cõſtitutionibus, hanc traditionẽ non curarũt: Dic peruerſiſſime impoſtor, q̃ ſint hę nationes: noli ꝑ nubem (qđ aiunt) mẽtiri, & ſimplices decipere: q̃ ſint illę nationes enarra. Armenios uis, Gręcos, Ruthenos, Pighardos, Huſſitas & ſimilia mõſtra: O oĩm infœliciſſime, hos ab eccleſia dei pręciſos, audes ne aſſerere, ſubiectos legi Euãgelicę: utinã hi q in eccleſia dei ſunt, ad ꝟitatẽ Euãgelij ambularẽt: Et nõ iam ueſanus Ludder, Carlſtadius, Linkus, Melanchton & Oecolampus, unitatis eccleſiæ impatientes, rete eccleſiæ rumperẽt: & foras proſilirent: Hoc tamen certum eſt: quoties Gręci pœnitentes erroris, cum eccleſia unitatem coierunt: tunc & modum confitendi ſuſceperunt: id quod in magno illo Lateranẽ. conſtat factum Cõcilio & illo alio magno Florentino ſub Eugenio quarto: ut libro I. de purgatorio meminimus.

Conſtitutio. Omnis utriuſꝗ, defenditur contra impudentiſſima Oecolampadij errata. Cap. XXII.

NOn exiſtimabam tot uni libello ineſſe errores: niſi dum manũ admoui: Precor autem te candide Lector per ſanctam fidei catholicæ ueritatem: indulge huic prolixitati, non ſtudio affectate, ſed neceſſitate quadam ſuſceptæ: Proſequitur itaꝗ apoſtata ματαιολογίαν ſuam: & lectori uult doctrinam dare: cum catholici & hæretici ſacris utant̃ lr̃is: his exiſtimat accedendũ, a quibus ſanctius & ſyncerius tractant̃. O ridiculũ caput, ad quod foꝝ Iulij hic remittis ſimplicẽ: quaſi is interноſcere poſſit interpretationũ ſynceritatem, paucis etiã doctiſſimis cognitam: Sed ueniamus ad errata hominis: primo aſſumit ſcholaſticos omnia teſtimonia congerere in auricularíam confeſſionem: quam etiam figuris ueteris teſtamenti aſſerant præceptam: Porro tres adducit locos de confeſſione: primus eſt quando tota Iudęa exibat ad Iohannem: Secũdus ex Math. xviij. Tertius ex actibus Apoſtoloꝝ Paulo prędicante Epheſi: hos de publica intelligit pœnitentia: de primo & tertio diximus abũde lib. ij. de ſecundo ſæpe iam diximus eum non pertinere ad ſacramentũ pœnitẽtię: niſi quantum attinet ad cohercíuam correctionẽ. Ideo dimittamus iſta: Pergit dein ſomniator diuinari & fingere, quo pacto confeſſio clancularia inceperit: nam dum leges pœnitentiæ paulatim in deterius uergerẽt: inualuit mos, ut ſacerdoti, cui plebs commendata, ſeorſim peccatoꝝ fieret enumeratio: Iſꝗ iudicio ſuo uel ărceret, uel admitteret ad ſacrorum participationem: de ea re tamen nihil conſtitutum eſt: donec in Lateranẽ. Concilio Innocentius ſanxit Canonem. Omnis utriuſꝗ, qui nec ipſe ab omnibus receptus eſt eccleſijs: nec mirum: Nam ſi quis eum ad unũm reſecet: deſiderabit in eo non paꝝ eccleſiaſticæ puritatis: Quis enim aſſeuerabit ſe omnia peccata confiteri poſſe. Dein auſcultante alio irritum erit mandatũ: an non uerius confitebitur audientibus multis? Et quæ illa indulgentia: ut ſemel ſaltim annuatim communicet Chriſtianus: num pudor eſt? ſed me contineo, inquit Oecolampus. Iterum ſuum nouum Chriſtianum, quem fingit, uult confiteri peccata quæ hoĩbus innoteſcere potuerunt: ꝗ ſi nullum hoꝝ ſibi conſcius eſt, innocentiã ſuam a criminibus, quę a cõmunione ꝓhibẽt, teſtet̃: In qua ſententia propemodũ eſt Scotus: tñ ipſe de mortalibus, & non ſolis criminibus loquitur. ¶ Comparat dein cõfeſſionem priſcam cum nr̃a: quia multũ commodi ex hac cõniuentia eccleſiæ, oneratis concedat. Olim publice erat fatendũ crimen, nunc priuatim. Olim ſacerdoti & eccleſiæ, nunc ſoli ſacerdoti. Olim ſoli tuæ eccleſię rectori, nunc etiã monacho alicui aut fratri &c. Et inf. Si pręcepto eccleſię uolueris ſatiſfacere, dices ea: quę aliquomodo iam fama diuulgat: Satius tamen a tam periculoſis declinare. Memoriam porro adiuuari exiſtimat: Si quis repetat, quibus cum conſuetudinem habuerit: ubi locorum egerit: quid negocij ſub uarijs anni temporibus tractarit. Et infra. Quamuis nolim te tanto periculo

c. Omnis utriuſꝗ.

committas

committas: ut tantum mundes exteriora,cõtemptis interioribus.Hæc Oecolampus
Quæ omnia non ſolum cum ueritate,ſed & inter ſe pugnant. ¶ Nam primo fallum
imponit catholicis,quaſi dicant, cõfeſſionẽ præceptã figuris uete.teſt. Hoc in nullo
unq́ catholico reperiet: quin oẽs in hoc conueniunt, confeſſionem ſacramentalem
non eſſe de iure naturali uel Moſaico: & argumenta in diuerſum diluunt:Hoc bene
affirmant in ueteri lege eam fuiſſe inſinuatam & præfiguratã,& quibuſdã præam-
bulis inchoatam: ut li.ij.oſtendimus; dimittamus itaq́ hunc ſomniatorẽ ſua figmen-
ta confutare. ¶ Et uere ſomniatorem appellaui: qui pro arbitrio ſuo fingit ſibi mo- *Sõniator Oeco*
dum: quo confeſſio auricularis cępta ſit:nam cum illud ab ĩmemorabili cęptũ ſit tem *lampus.*
pore: cur nullũ citat huius rei teſtem? cur nullas affert hiſtorias, aut unũ ſaltẽ apicu-
lum? proba quæ dicis apoſtata: Iam dudum fidẽ tibi mẽdacijs adimiſti: cum catho
lici plura pro confeſſione ex ſacris literis afferãt & patribus; tu illis inſultes,ut ſua pro
bent: & tamen iam anili commento,ſine ſcripturis, ſine authoritate, ſine ratione fin-
gis tibi,in eccleſiæ iniuriam & ſacramenti pœnitentiæ: quomodo auricularis confeſ
ſio inceperit.Quod ſi catholicus his uteretur ſyncophantijs,quæ ledoria & ſcõmata
in eum non iaceretis Ludderani. ¶ Sed negat præceptam fuiſſe confeſſionẽ ante cõ
ciliũ lateranũ.fatentur catholici aliqui,fideles pluribus annis ſine peccato,extra pericu
lum mortis,omiſiſſe confeſſionẽ: At ego non uideo: cum trina cõmunio fuerit præ-
cepta olim,ut ſupra meminimus: cur non etiã fuerit præcepta trina confeſſio, lapſo:
cum apoſtolus præcipiat ante cõmunionẽ: probet aũt ſeipſum homo: & de pane illo *1.Cor.11.*
edat,& de calice bibat; Tamen pertinax hæreticus,audet negare illum canonem ab
omnibus eſſe receptum eccleſijs: & nullas nominat,ut conuinci poſſit mendacij: Su-
pra oſtendimus etiam patriarchas & archiepiſcopos orientalis eccleſiæ interfuiſſe
huic concilio,& canonẽ acceptaſſe: qui ſi poſtea diuiſerunt ſe ab unitate eccleſiæ ca-
tholicæ,non debet eorum delictum,pro argumento contra nos aſſumi: Sed deſyde
rat puritatẽ eccleſiaſticã in canone apoſtata. O ſcelus. Nõ dabis mihi eccleſiã ibi fuiſ
ſe: ubi maiores et potiores prælati fuerũt totius oriẽtis & occidẽtis: et tota Italia, Ger
mania, Gallia, Hiſpania, Anglia, Hũgaria, Polonia, Dacia, Scotia, Boſnia &c. recepit
& obſeruauit hunc canonẽ: Et huic apoſtatæ non ſapit canon: nonne infecto eſt ſto-
macho: cui tam ſalubris non placet medicina. ¶ In primis obijcit canoni more Lud
derano: quia nullus enumerare poſſit omnia mortalia,nec noſſe: hunc nodum ſupe-
rius confutando Ludderana abſoluimus. At quã belle ſibi conſtat Oecolampus, ex
hoc iudica amice lector: quod hic non uult peccatorẽ oĩa mortalia poſſe cognoſcere
Et hoc quidem uerum eſt: ſic.n. Dauid orat ad dominũ. Ab occultis meis mũda me *Pſalm.18.*
dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo: Tamẽ quia plus ramis, quã radicib. ſcripturarũ in
figitur: ideo mox uerſa pagina, increpat peccatorẽ nõ agnoſcẽtẽ peccata ſua. pecca-
tũ inquit,cõmittebas non inſcius: & redarguebat te mens tua, cũ patratũ eſt,neſcis?
& inter peccata non numeras? non ſunt tã minuta crimina,quæ te omnino latere nõ
poſſunt: quantum hic a priori deficit ſententia: Et mirum eſt,quod captiunculatorũ
more nugatur in re tam ſeria,circa ſignum uniuerſale omnia: quod ſophiſtice hic p-
ſequiť: qui catholicos eccleſiæ doctores,contẽptim ſæpe ut ſophiſtas aſpernať. ¶ Fal
ſum quoq́ imponit canoni: quod tũ non ſit cõfeſſio, altero auſcultante: Sed nimiũ in
dulgentẽ dicit canonẽ: quod ſemel ſaltẽ ſtatuit Chriſtianũ cõmunicare in anno: et pu
dorẽ dicit. Veriſſime dixit dñs et ſaluator noſter. Oẽ regnum in ſe diuiſum deſolabiť *Math.12.*
& oĩs ciuitas uel domus diuiſa contra ſe,non ſtabit. Cum ergo regnũ Ludderanũ in
ſe diuidať deſolabitur. Nam refrigeſcente charitate,quod eccleſia olim tribus uicib. *Ludder rariorẽ uult eſſe cõ-*
in anno fieri præcepit: Iã canon ad unã reduxit: Huius rei pudet Hypocritã, qui nõ *munionẽ, q̃ ſit*
eſt ſicut alij homines: ſed cur hoc pręceptũ parũ eſt Oecolãpo, quod nimiũ eſt eiuſ- *in eccleſia.*
dem farinæ homini Luddero: Nam in hæreticiſſimo libelio,ĩ proximo Maio cõtra

catholicos ab eo edito de cõmunione ſub utraq; ſpecie, nihil aliud ita diligenter agit, quã ut contemnatur mandatum eccleſiæ de ſemel ſumenda euchariſtia in paſcha: liberum uult eſſe cuilibet, ſine iuſſu & præcepto communicare: Vnde ſeuere increpat ſuæ ſectæ homines, qui eo abſente, gregatim, ſæpius cõmunicauerant ſub utraq; ſpecie: Nam cum ipſe intenderit, ut raro miſſa celebraretur: uix ſemel in menſe: & ut raro cõmunicarent: Sic ut ubi mille iã ſumunt euchariſtiam: uix centum reciperent: Sui ſectatores pluries multo communicabant, quam papiſtici: Ita placuit beſtiæ illi, appellare catholicos: Si modo pudor eſt Oecolampo, ſemel ſumere euchariſtiam in anno ſub præcepto: quantus erit ei pudor: ſi nec in anno, nec biennio, nec toto decennio, Chriſtianus Ludderanus communicabit. Perfida eſt falſi natura: nõ

Ludderani diſcordes.

ſolum cum uero pugnat, ſed etiam cum falſo: Quare nunquam reperies duos Ludderanos ſuper Euangelicis doctrinis concordantes. Vę qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris: & coram uobiſmetipſis prudentes ait Eſaias.

Iſa. 5.

Occulta confitenda.

¶ Quod uero occulta negat eſſe confitenda lib. ij. errorem iſtum confutauimus: licet ſeipſum confutet & laceret Oecolampus: Nam mox in parte tertia, etiam ſuper occultis præcipit ægro, ut medicum quærat: præſertim cum non appareat alia confirmandæ ualetudinis ratio: Et hic contrarium docet, non eſſe neceſſarium confeſſionis remedium in occul-

Hierony.

tis. Inferius poſt ſupradicta citat B. Hieronymũ ſuper Eccleſiaſten. Si momorderit ſerpens in ſilentio, non eſt amplius non habenti linguam. Vbi ſic inquit. Si quem ſerpens diabolus occulte momorderit: & nullo conſcio, eum peccati ueneno infecerit: Si tacuerit, qui percuſſus eſt: & non egerit pœnitentiam: nec uulnus ſuum fratri & magiſtro uoluerit confiteri: magiſtro qui linguam habet ad curandũ: facile ei prodeſſe non poterit: ſi enim erubeſcat ægrotus uulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat. Contrarium hic ſtatuit Oecolampus, nullo conſcio, uulnus non

Contradictiones Oecolampi

monſtrari medico. Inferius laudat in monaſterijs indictas aliquando menſtruas, aliquando ebdomodales confeſſiones: Hic etiam annuas uituperat, niſi in criminibus ubi fama præceſſit. Inferius parte iij. inquit Oecolampus. Nam primum detegẽda ſunt peccata: & in his non ea ſolum, quæ foris apparent: ſed & quæ in abditiſſimis receſſibus latent. Hic credit ſatiſfactũ, ſi ea confiteatur, quæ aliquomodo iam fama

Origenes.

diuulgat: & latentia taceantur. Inferius Origenem citat ſuper Leuiti. docentẽ cũcta confitenda, etiam quæ in occulto gerimus: ſiquid in ſermone ſolo, uel etiam intra cogitationum ſecreta cõmiſimus: Hic rerum harum inſcius, totum negat: & ad manife-

Cypria.

ſtanda tantum proſilit: Cyprianũ inferius in eadem ſententia citat: hic negligit: licet et infra non ſuo careat morbo: quoniã uidens ſanctũ doctorem & Martyrem propenſiorem in confeſſionem occultorum: ideo homo morboſus eum reijcit: quia ex conſuetudine ſuorum, quantumuis ſancta, non potuerit, nec uoluerit legem pręſcribere to-

Mendacium Oecolampi.

ti eccleſiæ. Licet etiam ſi neget Cyprianum: adhuc tamen nos ex eius uerbis eum mendacij conuincimus: quia dixit priſcis fuiſſe incognitam clanculariam confeſſionem peccatorum occultorum: & tamen iam fatetur eam fuiſſe ſub Cypriano ante M.CCL. annos. Si conſuetudo illa ſancta eſt ut dicis: cur ei tam temere cum Ludderoreſiſtis: Et iam per pſychotyrannos inuentam calumniaris. Si ſub Cypriano fuit: qui Cathedræ Petri adheſit et eccleſiæ Romanæ: uelut ad Cornelium Papam ſcribit: quiſcis Oecolampe: quod in eccleſia Romana non fuerit illa conſuetudo: niſi quia tibi mendacia pro libito fingis: Cum ſic loquatur etiam Hieronymus Romanę eccleſiæ preſbyter, ſic Origenes, ſic Clemens, ſic Cyrillus: Et tu ſine ſcripturis, ſine authoritate, ſine teſte, ſine ratione, negas illam fuiſſe conſuetudinẽ, niſi apud eccleſiã

Scotus nõ pro Oecolampo.

Cypriani. ¶ Sed uide aſtutæ uulpeculæ uafriciem: nititur catholicum doctorem Iohannem Scotum, in ſuam trahere hæreſim: & affirmare hunc quaſi in ſua ſtaret ſententia: Hoc uerum eſt: doctor ille ſubtilis concludit canonem concilij laterañ.

non coge-

non cogere ad confeſſionem, eum qui nullum habet peccatum mortale: quia huic
ſufficiat ſe oſtendere ſacerdoti: & dicere. Ego non ſum mihi conſcius alicuius pecca-
ti mortalis: Et hic noſter Oecolampus catholici doctoris catholicā ſententiam, ſua ni
titur conſpurcare hæreſi: Cum longe diuerſum ſit, nullum habere peccatum morta-
le: et nullum habere peccatum notoriū, aut ſuper quo fama prius non præceſſerit.
Sed quærant labra ſimiles lactucas: Catholicum doctorem Scotum, non auferet a no
bis ſacerdos Baal. ¶ Sed uideamus quomodo ſuam cōmentitiam & fabuloſam
confeſſionem noſtræ cōparet, quæ hodie fit in eccleſia dei. Teſtatur primum, mul
tum commodi ex hac blandiori conniuentia eccleſiæ, oneratis concedi: olim publi-
ce erat fatendum crimen, iam priuatim. Audi o Oecolampe, fatere nunc iterum te
bilinguem, & impium detractorem: Si tantum commodum hodie habet confitens:
cur tu prælatos eccleſiæ cōniuentes, & fideles exonerantes, appellas pſychityrannos:
Cur abinitio libri tam odioſe in clerum inueheris: quia plus nimio onerent pœniten-
tes: cum iam ipſe fatearis, eos exonerare pœnitentes: Tolle ergo querimoniam: &
ingenue fatere, confeſſionem non eſſe oneroſam, prælatorum culpa. ¶ De re
ſeruatione caſuum diximus ſuperius: ſed pulchrum eſt, quod addit de memoria iu-
uanda, repetitione temporum, locorum, perſonarum, & negotiorum: Cur ergo in
præcedentibus contempſit circumſtantias: quaſi ſcholaſtici Theologi eas inſtituiſ-
ſent: & non potius eas in ſcripturis & rebus ipſis indagaſſent: Et qui toto opere, &
ipſa liminari epiſtola docet, non neceſſariam occultorum confeſſionem, & tamen
non uult ſuum confitentem, ſe tanto committere periculo, ut tantum exteriora mun
det. Accipio confeſſionem tuam: Tuo ergo iudicio periculoſa eſt doctrina tua: Et Eccleſ. 3.
qui amat periculum, peribit in illo: Cur ergo iam arroganter iactitas doctrinā tuam
periculoſam & damnabilem, ſupra ſcholaſticos Theologos: qui periculoſa ſemo-
uent ab eorum doctrinis: Cur quæſo tam pertinaciter hoc libello docuiſti, non eſſe
neceſſariam occultorum confeſſionem: Et ita tuum inſtituiſti confitentem, cum no-
lis, quod ſe tuæ committat doctrinæ, nec tanto ſe exponat periculo: Tradis ergo do-
ctrinam, quā neminē uis amplecti: Cur ergo non dehortaris eos potius: & eam relin
quis ſanam eccleſiæ conſuetudinem, quā in eccleſia inueniſti: & reiecto ſingularita-
tis ſtudio, communi catholicorum cætui conſentiens, ueritatem fidei & eccleſiæ am-
plecteris. D. O. M. hanc tibi & Luddero det mentē, ut ab hæreſibus reſipiſcatis.

Lapſus Oecolampadius, ponens fraternā confeſſionē eſſe ſacramentū: Et quod ſoli ſacerdoti ſit confitendum, & prælatis non detrahendum ex Dionyſio oſtenditur. Cap. XXIII.

TErtia Oecolampici libelli pars confeſſionem pertractat fraternam: qua fi-
delis exponere poteſt coram fratre ſuo, uelut ab eo conſilio iuuetur: aut ut
ſe coram fratre humiliet: aut quod precibus illius adiutus, gratiam conſe-
qui poſſit: hanc nemo eſt qui improbet: Tamen quia nulla calamitas ſola: & hic quo
qꝫ nonnulla errata interſerit: nam primo negat S. Iacobum loqui de confeſſione ec
cleſiaſtica, ſed ſolum fraterna: at is error exploſus eſt lib. ij. & hoc quarto, dum Lud-
derum confutauimus. Alterum quod exiſtimat hanc confeſſionem eſſe ſacramen- *Fraterna con-*
tum: ſi non deſit fides: id quod Ludder ſuo libello uulgari uoluit de confeſſione: & *feßio non ſacra*
nos in hunc locum diſtulimus: Nam cum Ludder in ſacramentis ſit parciſſimus, *mentum.*
ut tantum tria ponat ſacramenta. Immo unum ſolum: tamen hic prodigus Oeco-
lampus ſacramentum facit ex fraterna confeſſione, & ex uerbo dei ſeminato: de
quo mirum eſt: cur Ludder ponere omiſerit: At falſam eſſe eorum ſententiam, ex
ſuperioribus eſt luciſſimum: quia eccleſiæ in ſolis ſacerdotibus datæ ſunt cla-
ues: & fruſtra alioquin eſſent claues, ut Auguſtinus recte argumentatur. *Augu.*

Dionyſ.

Et ineuitabiliter conuincitur error Ludderanus & Oecolampicus ex diuo Dionyſio Areopagita in epiſtola ad Demophilũ monachum: Vbi quia Demophilus procidentem impium ad pedes ſacerdotis: ac confitentem uerecunde, ſe ad peccatorũ remedia quærenda ueniſſe, calce reiecerat: & uſurpato ſacerdotali officio, ſacerdotẽ cõmunionem dantem lapſo, conuicijs lacerauit: Quem ſanctus pater & martyr his uerbis increpauit. Nephas eſt ſacerdotem a miniſtris (qui te ſuperiores ſunt) atq; a tui ordinis uiris iudicari: etiam ſi impius in diuina uideatur: etiamſi quid aliud ex his quæ interdicta ſunt, egiſſe deprehenditur: Nam ſi diſtinctiones, ordineſq; confundere, ſacratiſſimas dei ſanctiones & iura tranſgredi eſt: omni profecto ratione caret, dei cauſa peruertere diuinitus traditum ordinem: Et poſt multa de diſtinctione ordinũ, contra Ludderum ualentia, increpat monachum inuadentem officium ſacerdotale in confeſſione, & ait. Quæ profecto rite immaculata tam diu ſeruata ſunt: quo ad ipſe tyrannice nimium in ea irrupiſti: ſanctaq; ſanctorum et quidem nolentia, tibi publicare coegiſti: Et poſt hæc abs te haberi ſacra & ſeruari dicis: cum ea neq; uidere neq; audire merueris, neq; aliquid habeas ſacerdotio dignum: ſicuti ne ueritatem quidẽ ſcripturarum noſti: cum eas quotidie ſermone impugnes ad ſubuerſionem audientium. et inf. An uero tu homo tam audax ac temerarius es, aduerſus mitiſſimum atq; optimũ uirum, ſacratiſſimãq; ipſius functionẽ, & ſacerdotalis dignitatis iura: Et hæc quidem nos oportuit dicere: cum quis ſupra merita ac dignitatem ſuam auſus, aliqua præſumpſit attentare: quæ tamen non indigna uiderentur: nam neq; hoc, cuiq; omnino phas eſt &cæ. His & pluribus, increpat Dionyſius monachum non ſacerdotem, qui tamen ſacerdotali officio confeſſionis audebat ſe ingerere: Et Ludder nihili facit, cui fiat confeſſio: quo in hoc modeſtior eſt Oecolampus: qui licet cenſeat, cuilibet poſſe confiteri: conſulit tamẽ ut ſacerdoti fiat: Ex Dionyſio intelligimus laico non confitendum, nec monacho non ſacerdoti: & inuaſorem redarguit, tanq; iura diuinitus data tranſgredientẽ: Et cum Ludder ac Oecolampus tam propenſi ſint ad detrahendum prælatis eccleſiæ, ac iudicandum pontifices & epiſcopos, audiant eundem ſanctum doctorem & martyrem in eadem epiſtola dicentem ad Demophilũ. Ipſe igitur concupiſcentiæ & iræ atq; uerbo, congrua iure tuo impartire: Tibi autẽ uenerandi miniſtri moderentur, miniſtris ſacerdotes, ſacerdotibus pontifices: atq; illis ipſis apoſtoli, apoſtolorumq; ſucceſſores conuenientia dicent: At ſi quis forte & inter ipſos a recto tramite deuiarit: is ab æqualibus & ſui ordinis ſanctis corrigatur: ut non ordo in ordinem ruens cuncta permiſceat: ſed unuſquiſq; in ſuo ordine, ſuoq; officio permaneat. Quantum abſint ab hoc inſtituto Ludderani: omnis chriſtianus orbis iam nouit: Ex quibus omnibus liquet, librum hunc Oecolampij de confeſſione eſſe pluribus hæreſibus & erroribus refertum, ſimplitium chriſtianorũ ſeductiuum iniurioſum in prælatos eccleſiæ & eccleſiaſticæ ordinationi contrarium: Et quia fouet, tuetur & extollit partes uiri ab eccleſia præciſi, multiplici pertinatia iam notati, Ludderi: ideo liber iſte ultricibus flam̃is dignus, a nullo chriſtiano eſt ſuſcipiẽdus.

Monachus uſurpator ſacerdotalis officij.

Dionyſius.

Impius liber Vrbani Riegeri reijcitur: et fediſſimi lapſus eius de pœnitentia monſtrantur. Cap. XXIIII.

Properanti ad finem huius libri, miſſus eſt ad me ex Auguſta Rhetia liber in uulgari Germanico impreſſus in defenſionem Ludderi. Liber iſte ſub nomine ficto Henrici Phẽnicei erat æditus: autor tamen eius famabatur Vrbanus Rieger olim diſcipulus noſter: quod ſi fecit, miſereor homini: & deũ precor, ut ei det ſaniorem mentem. Quiſquis tamen fuerit author hæretici illius libri, caput de pœnitentia eſt excutiendum. Principio refert ſententiam Scoticam & ſcholaſticorũ, quod homo ex proprijs uiribus ceſſet a peccato & conuertatur ad deum: & ſic al-

Impoſita catholicis doctoribus

& ſic alliſciat gratiā dei,quā de cōgruo mereat: Cōtra Ludder doceat contritionē ue- II.
nire ex gratia dei. Secūdo refert ſcholaſticos docere, peccata nobis deleri p̄ merita
ſatisfactionū noſtrarū: Cōtra Ludder doceat deleri peccata p̄ meritū paſſiōis Chrī:
ad quod ſufficiat fides; ideo nō ſit curandū quanta ſit cōtritio de peccatis: ſed quan
ta fides promiſſionis uerborum Chriſti. Tertio indignatur contra eos, qui imponāt III.
Luddero,quod docuerit confeſſionem non eſſe neceſſariam; Cum expreſſe ipſe
affirmauerit hanc ſententiam. Confeſſio clancularia ſicut modo fit: non poſſit
probari ex ſcripturis: tamen placet ſibi mirabiliter: quia utilis ſit & neceſſaria: nec
uellet eam non eſſe: ſed gaudeat eam eſſe in eccleſia dei: quia ſit unicum remediū
infirmarum conſcientiarum. Hanc ſententiā Ludderi iactat author libelli; & men-
dacem uocat omnem,aliam ſententiam ei de confeſſione imponentem: Commen-
dat ultimo Ludderum,qui plus fecerit pro animarum ſalute,quam epiſcopi a cccc. *Euacuātur mē-*
Annis: ideo eum appellat apoſtolum Germanorum. ¶ Has autem ineptias non *dacia Riegers.*
eſt operoſum refellere, ei qui uel micam ſalis Theologici tenet: nam & hic & alias
ſæpius,author erronei & heretici libelli ſuam oſtendit inſcitiam in ſacris literis,in qui
bus plus uini,quam olei abſumpſerit: Nam principio ſtatim indicat ſe ſcholaſtico-
rum ſententiam, nunquam fuiſſe aſſecutum; omnes enim catholici ponunt præ-
uiam inſpirationem diuinam; hanc in ſecundo libro appellant gratiam præceden-
tem,quam ſeparant a gratia cooperante & ſubſequente: Hoc autem eſt uerum ſtan
te illa uocatione diuina præuia,eſt in poteſtate liberi arbitrij audire uocem domini
(id eſt conſentire) aut obdurare corda ſua: ut illos gradus ex Propheticis,Euange-
licis,Apoſtolicis,& eccleſiaſticorum patrum ſcriptis in unam tabellam digeſſimus
contra obtuſum Ludderi propugnatorem Carlſtadium: Et qui hos gradus non re-
cte diſtinxerit: uix euadere poterit, quin recidat in caſſes Pelagij aut Manichei: Id *Pelagius.*
quod Luddero euenit: nam dum immodice gratiam extollit contra Pelagianos, *Manichei.*
Manicheorum hæreſi fuit irretitus: & liberum arbitrium dixit ſe habere pure paſſi- *Ludder Mani-*
ue: & quod ſit res de ſolo titulo,ut illa, deo fauente latiſſime proſequemur in libro *cheus.*
de libero arbitrio: Ideo duplex falſum commiſit author huius libelli: primo impo- *Falſitas Riger*
nendo errorem & hæreſim Pelagianam doctoribus catholicis,quem non tenent: ſe-
cundo reticet hæreſim Ludderi,qua conſentit Manicheis: Quod altero loco de ſa- *Ad ſecundum*
tisfactione ſtatuit, quam impium ſit, & ſaluti fidelium aduerſum libro iij. docui-
mus: licet & hic catholicis falſum imponat: non enim confidunt in opera,ſed in
dei miſericordia acceptante illa opera ex magna gratia; quia cum opera ſint ni-
hil, uoluntate & miſericordia dei fiunt aliquid,ut libro de fide & operibus deo uo
lente dicturi ſumus: Sic catholici ſentiunt: opera ſatisfactionis de ſe nullam ha-
bere rationem merendi; ſed omne opus meritorium habeat ſuam efficaciam
& radicem a paſſione CHRISTI: unde æque & plus dignificant catholici paſ-
ſionem CHRISTI, quam Ludderani: Et pauca de fide, & quantitate contri-
tionis attigimus lib. iij. ¶ Quod uero is impudens errorum Ludderanorum *Mendaciū Vr-*
aſſertor, mendacij incuſat catholicos, qui dicant Ludderum docere confeſſionem *bani.*
clanculariam non eſſe neceſſariam: Nos mendacium regerimus in caput eius: & cō
uincimus eum libello edito de confeſſione ad Franciſcum Sickingium; cuius libri
errata hoc quarto libro confutauimus: quare non poteſt non inſignis eſſe temerita-
tis & proteruiæ,author iſtius opuſculi: quod catholicis audet mendacium impone-
re: in re qua ipſe manifeſtiſſime mentitur: Et quæ adducit ex Luddero,ex reſolutio
nibus indulgentiarum, nos dudum nouimus: & ſuperius hoc quarto libro deduxi- *Mos hæretico-*
mus: ſed quæ nihil ſuffragentur authori: Nam hoc proprium eſt hæreticorum nuta *rum.*
re,& ſibi ſæpe contradicere,ac contraria ponere: dein quia Ludder aliquando dixit *Ludderi con-*
confeſſionem clanculariam eſſe neceſſariam; & iam negat eam neceſſariam,temere *tradictio.*

Ludder apoſtolus antichriſti.

dax eſt, qui ſeipſum mendacem facit. Propterea miranda eſt authoris huius libri ſtoliditas: qui Ludderum apoſtolum facit Germanorum: parum attendens, quid ſit apoſtolum eſſe: niſi forte, quia uenit ab Aquilone, eum faciat præcurſorem antichriſti: nam ſic adulatorum laudibus immodice ſuperbit Ludder: ut nõ uereatur ſe Eccleſiaſten appellare ac Euangeliſtam: & qui miracula poſſit facere: nolens a quocumq; homine iudicari, ſed nec etiam ab angelo, ſi ueniret de cœlo.

Iſa. 14.

Ecce ecce luciferum, qui poſuit ſedem ſuam in aquilone: & quærit ſimilis eſſe altiſſimo: at deus iuſtus iudex uiuit & regnat in ſæcula benedictus.

Eraſmus Roterodamus ab hæreſi Ludderana defenditur: & dubia quędam Eraſmi de confeſſione reſoluuntur. Cap. XXV.

EXiſtimo ſatiſfactum fideli ſuperioribus, ut in uera fide catholica perſeuerare poſſit: neq; patiatur a uero ſe auelli per hæreticorum aſtutias & uafra cõmenta: Nam nihil non attemptant hoſtes eccleſiæ, nihil non audent fingere & mentiri: ut eorum peruerſæ & erroneæ authoritatem præſtent doctrinæ, ac prauæ uoluntati ſatisfaciant: Hinc eſt quod D. Eraſmum Roterodamum (quia magnum nomen in tota Germania ſua eruditione acquiſiuit) toties renitentem, & publice de contrario proteſtantem, moliuntur in eorum partes, iudicio uulgi attrahere Ideo licet non dubitemus de Eraſmo, qui tot epiſtolis declarauit, ſe non conſentire Ludderanæ hæreſi: Toties ſua dicta & notata, ſanctæ ſubiecit eccleſiæ ac ſummo pontifici: adhuc ſuam de confeſſione ſuſpitionem, pro dogmate conſtituentes, aliqua per eum in Acta apoſtolorꝫ annota, in præſidium ſuum aduocãt: Quæ hic diſcutere operepretium fuerit: non quod de Eraſmo, quicquam addubitem, ſed quod

Actu. 19.

maleuoli armis illius abutuntur. ¶ Ergo annotarat Eraſmus. Colligi ex eo loco fuiſſe & antiquitus confeſſionem malæ actæ uitæ: ſed eam opinatur fuiſſe apertam, & in genere: quam non legamus exactam a quopiam: Cæterum quæ nunc recepta eſt clancularia, & in aurem fit, uidetur ex conſultationibus priuatis eſſe nata: quæ ſolent apud epiſcopos fieri, ſi ſcrupulus urgeret animum. ¶ Hæc tanti ponderis faciunt aduerſarij: ut his uerbis prolatis, mox Eraſmum conſentientem aſſertione eorum glorientur: At quantum hoc a uero abſit: perpenſis Eraſmi uerbis, illico liquet: Nam primo nihil diffinit, nihil aſſerit, ſicut hæretici faciũt: Quod genus loquẽdi ſatis indicat. Cum inquit, opinor, nõ legimus exactam. Videtur nata &c. quæ uerba potius ſunt titubantis & dubitantis Academici: quam definientis alicuius dogmatiſtæ: licet nos ſine hæſitatione docuerimus in eccleſia poſt paſſionẽ Chriſti ſemper fuiſſe clanculariam confeſſionem in aurem occultorum, ſecundum ſpecies pec-

Quomodo confeßio nata ſecũdum Eraſmum

catorum: id quod multis egimus lib. ij. & iij. At quod Eraſmum maxime releuat natam eſſe confeſſionẽ: quo ad ſic confiteri explicat ſe in reſponſionibus ad D. Leum Anglum: nam multa ſunt poſitiua circa confeſſionem, ſicut eſt tempus, proprius ſacerdos, reſeruatio caſuum &c. Vnde Leo ſtatuenti tutius eſſe, dicere confeſſionem eſſe iuris diuini: Eraſmus omnino ei nihil repugnat: Aliud item quod releuat Eraſmum eſt: quia etiam ſi ſibi uideatur, confeſſionem non inſtitutã a Chriſto: tamen eccleſia inſtituerit authore ſpirituſancto: Et ipſe non uideat quid referat an Chriſtus

Sacramenta ab eccleſia.

omnia ſacramenta inſtituerit: an quædam inſtituta ſint ab eccleſia, ſed authore ſpirituſancto: Et licet prior pars a doctoribus communiter ſit recepta: tamen & pro ſua ſententia in ſecundam partem, habet aliquos ſibi conſentientes ex neotericis,

Richardus.

Richardum de S. Victore,

Ales.

Alexandrum de Ales,

Bona.

S. Bonauenturam: Immo non deſunt priſci patres & ſancti, qui hanc ſecuti ſunt ſententiam:

Cyprianus

Sicut diuus Cyprianus Martyr de operibus Cardinalibus Chriſti ſermone de ablutione pedum ſtatim poſt principium:

Auguſt.

Hoc idem ſenſit Auguſtinus lib. iij. de doctrina Chriſtiana capit. ix. Tamen

Eraſmus

Eraſmus reſidet in eo,ꝙ credit eccleſiæ, quæ inſtituit authore ſpiritu ſancto confeſſionem: neqꝫ ſecus eam obſeruandam, quam ſi ipſe Chriſtus inſtituiſſet. Habes Lector candide,quantum Eraſmus differat a Luddero hæretico:cum ueneretur & obſeruari uelit confeſſionem,non ſecus acſi Chriſtus eam inſtituiſſet:quam modis omnibus impugnat Ludder. ¶ Sed inſtant uerſuti aduerſarij:Non adeo contendimus ſuper ſententia Eraſmi: Candidus an ater ſit, non refert:Ita enim obcæcati Ludderani deſipiunt:ut quibus in omni re Theologica ſatiſfaciebat prius Eraſmus: iam dumtaxat,quia non uult eorum hæreſibus auſcultare, ut indoctum calumniantur,qui ore & lingua ſapiat non pectore: ſed ea inquiunt, quæ Eraſmus inducit, inuincibiliter ſtant pro parte Ludderi: Audiamus illa. Primo quod Leus dixit id eſſe uerius, quod confeſſio ſit data a Chriſto. argutatur Eraſmus, non eſſe gradus in eſſe uero:quia uno uero exiſtente,contrarium ſit falſum,at hæc lis non eſt hic dirimēda:dialecticis committatur, quomodo unum uerum ſit uerius altero:licet omnia impoſſibilia ſint æque impoſſibilia:quia omnia contradictionem implicantia,ut hæc attigimus in commentarijs Dialecticis poſt Aliacen̄. Alia adferamus. ¶ Circa abolitionem confeſſionis fateor plura adfert Eraſmus: Et de abolitione particulari, q̄ ad circūſtantias poſitiuas, nō eſt dubiū poſſet eccleſia facere: ſed nunqꝫ faciet: niſi ſpūſſanctus de nouo reuelet: An aūt in totum poſſit abolere confeſſionē papa iam: etiam ſi eſſet a Chriſto inſtituta:certum eſt hanc ſententiam diſplicere Eraſmo:etiā ſi uideatur aliquorum catholicorum fuiſſe ſententia: ex hoc collegit Eraſmus:quod diſputant aliqui,an Papa poſſit diſpenſare circa Euangelium,an circa epiſtolas Pauli:At hoc non eſt inſtitutum noſtrum. ¶ Similiter quod litigat cum d. Leo: quia peccatorem abſoluere non poſſit ſacerdos:niſi prius enumeratis peccatis:Etiam non impendio curamus:quoniam ſuperius libro ij. abunde diximus. hoc ſacramentum eſſe iudiciale:& confeſſorem eſſe ſicut arbitrum: quoniam & Eraſmus iam faſſus eſt olim ſacerdotes indixiſſe ſatiſfactionem,quam ſi uiſum fuiſſet: angebant aut relaxabant:nam quomodo indicere, quomodo augere poterant ſatiſfactionem non cognitis peccatis: Iam Leus illud attulerat. Ite & oſtendite uos ſacerdotibus: quod lib. iiij. & ij. oſtendimus indicare figuram confeſſionis: non autem eo loco inſtitutam confeſſionem:utcumqꝫ d. Leus uoluerit. Idem de paſtore agnoſcente uultum pecoris ſui,plura diximus. Nam nec Eraſmus eo propoſito hic pugnat cum Leo, ut ullo pacto conuellat eccleſiæ conſuetudinem: ſed quod circa media probatiua uerſatur, tanqꝫ nō ſint efficaciter a Leo adducta. Ideo dicit ſe fauere cōfeſſioni:nec aliud reperiat̄ in ſcriptis ſuis. ¶ Conquerit̄ Eraſmus abuſus in confeſſione cōtingentes: ita corrupti ſunt quorundā mores,ut etiam rebus optimis abutan̄t. Vtinā utinā quidā epiſcopi & fratres,non ad quæſtū, tyrannidē,& curioſitatē abuterentur cōfeſſione: Denuo teſtatur Eraſmus ſe amplecti & obſeruare cōfeſſionē,ut obſeruat eccleſia: tantū in dubiū uocat, an hæc confitendi ratio ſit a Chriſto inſtituta. Exiſtimo tamen Eraſmum exacte uerba CHRISTI de poteſtate clauium ponderantem, ceſſurum ſuo dubio: nam hic textus tam apertus eſt, tam clarus: ut caput duriſſimum Ludderi confregerit: ac eum in hanc ſententiam pertraxerit:ut aſſentiatur confeſſionem eſſe inſtitutam a CHRISTO: licet ut catholicis diſſentiat, hoc admiſceat uenenum: quia conſulta ſit confeſſio,non præcepta:Quod ſi textus iſte hæreticum uicit,confeſſionis impugnatorem: quanto magis Chriſtianum animum a dubio purgabit, confeſſionis obſeruatorem: Licet ſi Eraſmus non de ipſa confeſſione clancularia dubitet, ſed de modo confitendi: nihil eſt, quo iure culpari poſſit. ¶ Quod uero Eraſmus ſubdubitat, tam paucos diſcipulos, tam multos audijſſe: quod ſi Leus admitteret:mirabitur Eraſmus hominis frontem: ſed facile ab hac admiratione leuabitur:ſi expenderit in ipſa fundatione eccleſiæ fuiſſe lxxij. diſcipulos & xi. Apoſtolos:

Math. 8.

Iohan. 20.

qui in auctione fidelium continue augebant numerum preſbyterorum, ſicut teſtatur Lucas. *Actu. 14.* Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias preſbyteros: & oraſſent cum ieiunijs: commendauerunt eos domino in quem crediderunt: Hanc curam conſtituendi preſbyteros non ſolum Paulus per ſe exercuit: ſed & Tito in abſentia demandauit. *Tit. 1.* Huius rei gratia inquit, reliqui te Cretę: ut ea quæ deſunt corrigas & conſtituas per ciuitates preſbyteros: ſicut & ego diſpoſui tibi. Vnde & Oecolampum reiecimus: qui ex paucitate ſacerdotum argumentabatur confeſſionem auricularem non fuiſſe. ¶ Sic Eraſmum, admirantem cogitationes cordis eſſe confitendas, & circumſtantias, præſertim ſi quæ mutent ſpeciem, oſtendimus libro ij. & iij. merito ut catholicum, debere hanc admirationem ponere: & cum eccleſia, cum ſancto Cypria. Origene, Tertulliano, & alijs antiquis fateri: ſemp hunc fuiſſe eccleſię ritum: ut quæcunq; peccata etiam in penetralibus cordis latentia, per fideles pro ſalute animæ ſacerdotibus eſſe confeſſa: Ideo autem hic Eraſmum catholicum recipimus: quia hunc ſenſum ſuum, eccleſiæ ſubmittit iudicio. ¶ His ita ſepoſitis uideamus, quid Eraſmum in hanc induxerit ſuſpicionem: ut ſubdubitauerit olim fuiſſe confeſſionem clancularíam in eccleſia: ſed poſt longa tempora, eam autumauit ab eccleſia inſtitutam: Sed hoc ab alio exordiamur capitulo.

Male Eraſmum æſtimaſſe. clanculariam confeſſionem non eſſe antiquam: Et uera intelligentia Origenis per Eraſmum adducti explicatur. Cap. XXVI.

Confeſſionem auricularem olim non fuiſſe in eccleſia dei ex eo ſuſpicatur Eraſmus. Primo quod ex tot Græcorum uoluminibus & Latinorum, in quibus nihil non tractatur, nihil reperiatur, quo certo doceri poſſit, olim hanc fuiſſe confitendi rationem: cum nunc nulli libri ſatis ſint huic explicando negocio: Mirum autem, non uel caſu incidiſſe mentionem in tam innumeris libris: Auctoritate deinde contendit confeſſionem non fuiſſe olim in eccleſia: & imprimis utitur *Chryſoſto.* Chryſoſtomo in Homilia ſuper pſalmo quinquageſimo, & Homilia xli. de pœnitentia, & ſuper epiſtola ad Hebræos cap. xij. at cum Oecolampo reſpondimus eundem adducenti: iam illa miſſa facimus: quoniam liquido aſſerit tres pœnitentiæ partes *Origenes.* Chryſoſtomus: ideo ſuperius reſponſionem huius quæras. Tertio Origenem euocat in Homilia ſecundi capitis Leuitici, qui commemoratis ſeptem modis, quibus abluuntur peccata, octauo demum loco ponit confeſſionem: qua non erubeſcimus & ſacerdoti detegere peccata noſtra: nec ita recenſet huc, ut uelit huic ceu capiti cæteros ſubeſſe ueluti membra: ſed ut ſit una ratio a cęteris diſtincta: primam facit baptiſmum, ſecundam martyrium, tertiam eleemoſynam, quartam ignoſcentiã mutuam, qua condonamus his qui nos lęſerunt, quintam officium quo peccatorem conuertimus ad bonam mentem, ſextam uehementem in deum ac proximum charitatem: ſeptimam lachrymas, ieiunia, reliquoſq; labores pœnitentiæ: octauam uelut huius partem, cum quis non erubeſcit confiteri ſua ſcelera ſacerdoti. Ex hoc loco potiſſimum hauſiſſe uidetur *Caßia.* Caſſianus ſermonem, quem tribuit Pinufio libello de fine pœnitentiæ cap. viij. Sic enim commemorat diuerſa remedia, quibus aboletur peccatum: ut confeſſionem unam e multis eſſe uelit: & tamen haud ſcio an loquatur de ea, qua apud Deum agnoſcimus culpam noſtram & cæt. ¶ Illa omnia per Eraſmum adducta, non id probant, q̃d ipſe contendit: Nam primo cum uagum affert argumentum, Gręcos ueteres & Latinos huius cõfeſſionis nullã facere mentionem: uiderit ipſe, quæ ſibi retia pręfixerit: nam mox Lector intra ſe dicturus eſt.

Non om-

Non omnes legit;aut ſi legit, non omnium meminit; Mox etiam ei obijciet Origenem ſuper Pſal. xxxvi. obijciet ei Baſilium, quos ſupra lib. ij. adduximus: qui proculdubio de hac loquuntur confitendi ratione;& tamen ueteres ſunt,& Græci ſunt: taceo Cyprianum, Tertullianum, Hieronymum, Auguſtinum & alios claſſicos eccleſiæ ſcriptores; qui huius modi confitendi meminerunt; Sed quod iam plura, olim pauciora de confeſſione ſcripta ſunt, non miretur Eraſmus. Quam paucis attigerunt ſacramētum extremę unctionis ueteres; de quo iam doctores catholici in Commentarijs Theologicis plurima ſcribunt; Quam breuibus uſurarum materiam tractarunt;cui hodie ob immenſam hominum cupiditatem,nulli libri ſatis eſſe poſſunt: ut longe prolixiores ac diffuſiores libri de uſuris ac tractatibus reperiantur, quam de confeſſione; De Chryſoſtomo & ſimili huius ſententia Caſſiani dictum eſt; At de Origene uehementer miror:cum prius negauerit,nihil in antiquis reperiri: quo certo doceri poſſit; hanc fuiſſe confitendi rationem; cum ipſe Origenem afferat; ubi certiſſimum adfert confeſſionis ſacramentalis indicium; quia ille non erubuit ſacerdoti confiteri:& detegere peccata ſua.

¶ Et hic oſtendit Eraſmus, lima opus eſſe, quod dixerat ſuper epiſtola Hieronymi ad Oceanum in epitaphium Fabiolæ. *Lima ex Eraſmo in adnotata Hiero.* Ex hoc loco potes animaduertere olim confeſſionem fuiſſe publicam; & de notis commiſſis, publicam item ſatisfactionem; Et apparet Hieronymi tempore nondum inſtitutam fuiſſe ſecretam admiſſorum confeſſionem;quam poſtea eccleſia ſalubriter inſtituit: ſi modo ea recte utantur ſacerdotes & laici. Verum in hoc labuntur Theologi quidam parum attenti; ut quod ueteres illi de huiuſmodi publica & generali confeſſione; quæ nihil aliud erat, quam ſignis quibuſdam & piaminibus ab Epiſcopo indictis, ſe peccatorem & bonorum communione indignum agnoſcere, trahunt ad hanc occultam & longe diuerſi generis. Hæc adnotatio Eraſmi ex Origene emendatur. Nam cum Theologos dicat parum attentos, uiderit Eraſmus; ne in eum retorqueant Theologi; Cum ipſe non attenderit Origenis tempore fuiſſe illam ſecretam confeſſionem;ubi non ſignis dumtaxat, ſed uerbis mala ſua ſacerdotibus detegebant; Et hoc quoque non recipient, quod credit de notis dumtaxat factam confeſſionem;nam omnia illa falſa eſſe ex Origene ſuper Pſalmo xxxvi. & Cypriano de lapſis, & in epiſtolis ad Martyres & confeſſores, ad fratres in plebe conſiſtentes, ad clerum de his qui feſtinant ad Euchariſtiam, prudens Lector liquido uidebit. *Origenes. Cypria.*

¶ Porro ad Origenem ab Eraſmo inductum reſpondeamus; nam in illa Homilia non loquitur Origenes de pœnitentia, delente præciſe culpam delicti; ſed meminit pœnitentiæ expiatiuæ, qua pro pœnis peccatorum ſatisfacimus; nam & ipſa ſatisfactio ſæpe pœnitentia dicitur; *Pœnitētia pro ſatisfactione.* Eſt ergo ſententia Origenis, quam omnes Theologi hodie tenent, erubeſcentiam confeſſionis abolere partem pœnæ peccatis debitæ; & ita eſt una pars ſatisfactionis: Hoc quod Eraſmus, ſi attente inſpexiſſet Origenem, ex pluribus potuit deprehendere; primo ex partium connumeratione, quia dare eleemoſynam noſcitur eſſe primarium ſatisfactionis opus poſt orationem; cum omnis ſatisfactio ad orationem, eleemoſynam, & ieiunium reducatur; Sic conuertere peccatorem ab errore, non delet culpam, ſed pœnam; ſicut Apoſtolus inquit. Ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar; *1. Cor. 9.* Sic abundantior charitas non delet culpam peccati; quia etiam quæcunq; minima peccatum tollit; ſed auctior charitas, pœnam peccati abolet. Secundo id aduertere potuit ex ipſa cauſa dicendi. Audiſti inquit Origenes, quanta ſacrificia ſint in lege pro peccatis;audi nunc quantæ ſint remiſſiones peccatorum in Euangelijs:Ergo de expiationibus, ſatisfactionibus, & remiſſionibus peccatorum .i. pœnarum pro peccatis debitarum loquitur. *Peccatum pro pœna.* Et peccatorum nomine pœnam intelligi nonnunq;, ex Pico, diſcere potuit, id citante; quod eccleſia orat pro defunctis *Picus.*

2. Machab. 12. ut a peccatis ſoluantur: Vbi certe eccleſia orat eos abſolui a pœnis purgatorij. Tertio
potuit aduertere ſenſum Origenis: q mox ſequenti Homilia ij. Confeſſionem non
facit octauam partem remiſſionis: ut ſit unum remedium ex multis: ſed quod ſit
unum & neceſſarium remedium, quantumcunque alia adhibeantur. Inquit enim.
Omni genere pronuncianda ſunt & in publicum proferenda cuncta quæ gerimus:
ſi quid in occulto egerimus: ſi quid in ſermone ſolo, uel etiam intra cogitationum ſe-
Orig. notabilis creta commiſimus: cuncta neceſſe eſt publicari: cuncta proferri. Vide non partem
eſſe deletionis peccatorum e multis: quaſi liberum ſit fideli, uti uno remediorum ex
octo: ſed omnino neceſſaria eſt confeſſio: quod apertius adhuc in Pſal. xxxvij. teſta-
tur: ut libro ij. deduximus: Caſſianus ergo, quia Eraſmi iudicio hæc ex Origene hau-
Caſsia ſit: ſimiliter eſt accipiendus: hic ergo Origenes deſtruit errorem Eraſmi negantis
occulta fore confitenda.

Eraſmus Ambroſium inducit, Baſilium ac Bedam contra confeſſionis obligationem: quorum uerus ſenſus explicatur. Cap. XXVII.

PErgit Eraſmus: & adhuc nititur oſtendere, confeſſionem non fuiſſe in uſu
Ambro. modo ſecreto ſicut iam fit, tempore Ambroſij: Euocat itaq; Ambroſium in
ſermone de pœnitentia Petri, in hunc modum dicentem. Ergo Petrus pro-
rupit ad lachrymas: nihil uoce precatus: Inuenio enim q fleuerit: non inuenio quid di-
xerit: lachrymas eius lego: ſatiſfactionem non lego: Recte plane Petrus fleuit, & ta-
cuit: quia quod defleri ſolet, excuſari non ſolet: Et quod defendi non poteſt: ablui po-
teſt. Lauat. n. lachryma delictum: quod pudor eſt ore confiteri: Lachrymæ ergo ue-
recundiæ conſulunt pariter & ſaluti: nec erubeſcunt in petendo: & impetrant in ro-
gando: Cæteraq; quæ ſequuntur inibi in eandem ſententiam, ſatis declarant, non exi-
gi ſolitam illis temporibus confeſſionem uocalem occulti peccati: ſed ad hoc abluen-
Ambro dum ſatis eſſe tacitas lachrymas: Nec diſſonant ab his quæ ſcribit in Lucam lib. vij.
cap. lxvi. enarrans Euangelij locum. Pater peccaui in cœlum & coram te. Hæc in-
quit eſt prima confeſſio apud authorem naturæ, præſulem miſericordiæ, arbitrum
Roma. 10. culpæ: Sed etſi deus nouit omnia: uocem tamen tuæ confeſſionis expectat. Ore aũt
fit confeſſio ad ſalutem: quia alleuiat pondus erroris, quiſquis ipſe onerat: & accuſa-
Prouer. 18. tionis excludit inuidiam: qui accuſatorem præuenit confitendo. Iuſtus enim in pri-
mordio ſermonis accuſator eſt ſui. Atq; ne quis poſſet tergiuerſari, Ambroſium hic
agere de confeſſione oris, qua prodimus ſacerdoti ſecreta noſtra, protinus ſubijcit.
Fruſtra autem uelis occultare, quem nihil fallas: & ſine periculo prodas: quod ſcias
eſſe iam cognitum: Confitere magis: ut interueniat pro te CHRISTVS, quem ad-
uocatum habemus apud patrem. Roget pro te eccleſia: & illachrymet populus.
Hactenus Ambroſius. Ex quibus nihil aliud colligitur mea ſententia, quam ut pecca
tor confiteatur deo: et ultro ſe ſubducat a communione eccleſię: ſi ſibi fuerit male cõ
Baſiliũ ſcius alicuius capitalis admiſſi. Ne citẽ interim Baſiliũ, alioſq; ueteres: qui cũ toties lo
quant̃ de ieiunio, de pœnitẽtia, de lachrymis, de p̃cationibus: aut nõ meminerũt hu-
Beda. ius cõfeſſionis: aut declarãt nõ eſſe neceſſariã: Quin et Beda recẽtior ſcriptor in Ho
milia, qua enarrat euãgeliũ de decẽ leproſis, lõge alia tradit, q̃ quę hodie docẽt ſcho-
læ Theologorũ. Hęc ỽba Eraſmi fideliter renarrata. ¶ At mititer hic ſuſcipiendus
Eraſmus non eſt Eraſmus: ut q̃ nihil temere decernat: ſed q̃ pacto intellexerit ipſe Ambroſiũ expli-
attigit ſenſum cat: quantũ autẽ a uero ſenſu Ambroſij aberrauerit: ex lib. ij. liquet: & iam pauca ad-
Amb. notabimus: Nam quod ex Ambroſio de pœnitentia Petri adducit Eraſmus, pluri-
mum fallitur: confeſſionem enim non neceſſariam uoluit Ambroſius, tempore Petri

Chriſtum

Chriſtum negantis, & pœnitentis: Et Eraſmus eum intelligit, acſi tempore Ambro ſij non fuiſſet neceſſaria confeſſio: Quo enim tempore, Petrus peccauit: non erat inſtituta confeſſio, ſed triduo poſt in die reſurrectionis: Id quod ex Petro Longobardo poterat diſcere Eraſmus, quamuis et aliam afferat huius dicti dilutionem: Si uero contendis, Ambroſij dictum, Lauat lachryma delictum, quod pudor eſt confiteri, generale ſit, etiam ad Ambroſij tempora pertinens: Idem Petrus Longobardus te inſtruet, qua intelligentia ſit accipiendum: lachryma enim lauat delictum priuatim, quod pudor eſt publice confiteri: ubi publicam reſcindit confeſſionem, non ſecretam illam auricularem: Sic quod ex Luca affert nihil promouet inſtitutum Eraſmi: cum explicite, uocis confeſſionis meminerit: neq; recte ponderat Eraſmus uerba ſequentia: quoniam in ſecreto confeſſus deo per ſacerdotem, ſaluo confeſſionis ſigillo, non dicitur ſe prodere: Quomodo enim eccleſia orabit pro illo? quomodo populus illachrymabit, ſi non ad forum eccleſiæ uenerit? Nam niſi & ſacerdoti fieret confeſſio Ambroſij ſententia: Cur libro iij. de ſpiritu ſancto inquit. Homines in remiſſionem peccatorum miniſterium ſuum exhibent: non ius alicuius poteſtatis exercent: neq; enim in ſuo, ſed in patris & filij & ſpiritusſancti nomine, peccata dimittuntur: Iſti rogant: diuinitas donat: humanum enim obſequium, ſed munificentia ſupernæ eſt poteſtatis? Cur Ambroſius acriter redarguit Nouatianos, ſoli deo uolentes poteſtatem remittendorum criminum reſeruare? Sic enim inquit lib. i. de pœnitentia. Sed aiunt ſe (Nouatiani) domino deferre reuerentiam: Immo nulli maiorem iniuriam faciunt: quam qui eius uolunt mādata reſcindere: & commiſſum munus refundere: Nam cum ipſe in euangelio ſuo dixerit dominus Iheſus. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis: detenta erunt. Quis eſt ergo, qui magis honorat: utrum qui mandatis obtemperat: an qui reſiſtit? Eccleſia in utroq; ſeruat obedientiam: ut peccatum & alliget, & relaxet. & infra. Ius enim hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. & infra. Munus ſpiritusſancti, eſt officium ſacerdotis: ius autem ſpiritusſancti in ſoluendis ligandiſq; criminibus eſt: Quare nemo poterit ambigere de Ambroſiana ſententia: quin exiſtimauerit ſacerdoti fore confitendū. ¶ Sed omnium maxime demiror Eraſmum: ꝙ negat Baſilium confeſſionis uocalis meminiſſe: cum tamen aperte, tam lucide & manifeſte confeſſionem iſtam afferat: ut uix alter ex ueteribus clarius ac manifeſtius eam deſcripſerit: uelut cap. xxi. & cap. xcviij. de inſtitutione monachali eum lib. ij. induximus: Q2 autem ſugillat ſcholas Eraſmus: quia alia tractarit Beda in Homilia de decem leproſis: ignorat ne adhuc Eraſmus, uarias etiam admitti explicationes in ſacris literis: maxime in figuraꝝ explicatione: Id qd' Auguſtinus lib. iij. de doctrina Chriſtiana docuit cap. 25. 26. & 27. Eſto ꝙ per lepram hereſim falſoꝝ Chriſtianoꝝ, ſuperſtitionē Gentilium, & perfidiā Iudeoꝝ uoluit intelligere: quis eſt hodie in ſcholis: qui id neget? Sed cum hodie in ſcholis, per lepram, omnem animę maculam aiunt deſignari, ſacerdoti per confeſſionē oſtendendā: quis queſo erit tam temerarius, qui hoc affirmet Bedę contrariū: cum in eadem Homilia teſtet̄ ſacerdotiū ueteris legis fuiſſe figuram ſacerdotij eccleſiaſtici: Et hinc reddit rationē: cur a lepra mundatos, & non alios ſanatos, dn̄s ad ſacerdotes remiſerit: Nihil ergo habet omnino Beda in hac Homilia, qd' cum ſcholis pugnet: unde etiam adeo confeſſioni nō reluctatur Beda: ut etiam pœnitentiarium (ſic nominant) ędiderit: quo pacto ſacerdotes confeſſione audita peccatoꝝ, penitentiam iniungere debeant: ut inſigniter ſtupidus conuincatur, qui Bedam exiſtimet confeſſioni ſacramentali aduerſari.

P. Longobard. — *Amb. pro confeſſione. Cap. 19.* — *Ambroſi.* — *Iohan. 20.* — *Baſilius.* — *Beda.* — *Auguſt.*

Reſpondetur Eraſmo citanti Gratianum, uelut in dubio relinquentem confeſſionis obligationem. Cap. XXVIII.

EOdem loco contra confeſſionem his uerbis proſequitur Eraſmus contra
d. Leum Anglum. Iam quoniam multos adducit teſtes: pro multis erit au-
Gratianus. ctoritas Gratiani: qui multis uerbis hac de re diſſerit diſt. 1. de pœnitentijs:
Et in utramq; partẽ adductis ueterũ ſentẽtijs (quarũ tñ bona pars ſentit de cõfeſſione
ſolemni, quæ olim publice fiebat in eccleſia) uidetur ſub dubio relinquere: utrũ oblige
tur quis ad confitendũ, an non obliget: Siquidẽ ꝓlixam diſputationẽ claudit his uerbis.
Quibus auctoritatibus uel quibus rationũ firmamẽtis, utraq; ſentẽtia innitatur, in medi
um breuiter expoſuimus: cui autẽ harũ potius adhærendũ ſit, lectoris iudicio reſeruatur:
Vtraq;. n. fautores habet, & ſapiẽtes & religioſos uiros. Nec ex gloſſematis quidem,
quicq; affertur certius. Vides hic ſapientes ac religioſos appellari: quos nos terq; qua
Durandus. terq; diceremus hæreticos. Quo magis demiror Durandum li. iiij. diſ. xvi. quæſtione
octaua, tantopere ſtomachari in gloſſatorem primi §. huius tituli diſ. v. qui pronun-
ciarit nos tantum ex inſtitutione hominum obligari ad confitendum: & ob id, Græ-
cos nunq; fuiſſe obligatos: quod ea conſtitutio nunq; ab illis ſit recepta: Nec. n. paulodu-
rius eſt, quod dicit Gratianus: Fatetur nos obligari gloſſa, ſed ex inſtitutione & con
ſuetudine eccleſiæ tantum: Gratianus facit liberum lectori: utrum putet eſſe confi-
tendum, uel non confitendum. Quod profecto fuiſſet dictu inſanum: ſi hęc confeſſio
fuiſſet profecta a Chriſto, aut ſi Gratiani tempore, confitendi lex fuiſſet lata, recepta
Panor. q;. Ad hæc in c. Omnis utriuſq; ſexus, de pœni. & remiſſ. Abbas Panormitanus ſen-
Felinus. tit confeſſionem eſſe iuris humani: nec abhorret ab hac Felinus, alijq; iureconſulti ue
teres: quos nullus ob hanc opinionem uocauit hæreticos. Hactenus Eraſmus: cui re-
ſpondebimus: quatenus eo uergit, ut confeſſio non ſit inſtituta a Chriſto.
Gratianũ tor- ¶ Primo enim cum Gratianum adfert, qui lectoris committit iudicio, utram ſenten-
ſit Eraſmus. tiam ſequatur: Si acute inſpiciatur, non hoc inquirit Gratianus an confitendum ſit
uel non: ſed hoc potius, cum Petro Longobardo, controuertit: An in ipſa cõfeſſione
quæ ſecreta fit deo, deleatur peccatum: an poſterius in ipſa confeſſione ſacerdoti fa-
cta: Nam tunc temporis, non receptam fuiſſe confeſſionem, nec Gratiano, nec Pe-
tro Longobardo concordat: cum Gratianus dicat. Sine confeſſione oris, ſi facultas
Gratianus. confitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus proba
tur aduerſum. Et alio loco, cum tempora pœnitentię arbitrio ſacerdotis diffiniantur:
euidentiſſime apparet ſine confeſſione propriæ uocis, peccata non dimitti. Petrus
Longobardus quoq; Longobardus inquit poſt plura. Ex his alijſq; teſtimonijs perſpicuum fit, &
indubitabiliter conſtat peccata primum deo: deinde ſacerdoti eſſe confitenda. Ta-
Bonauent. men eſto ita intellexerit Gratianus, ut Eraſmus ſenſit: quod & S. Bonauentura diſt.
Adrianus. xvij quarti fecit & Sum. Pon. Adrianus in quarto q. 1. de confeſſione. Nihil per hoc
releuabitur Eraſmus: quod diſputans de iure diuino tantiſacit iuris humani profeſ-
ſores: quibus eſt alioquin parum propicius: Cuilibet in ſua arte perito credendum
eſt: & hic cum diſputatur de iure diuino: euocat Eraſmus nobis Panormitanum,
Gratianum & Felinum: Ideo ait Sum. Pon. Adrianus: nunc eſt & ante Concilij ge-
neralis determinationem fuit hæreſis, negare quod tenemur ex præcepto pecca-
ta confiteri: Sed ab hæreſi non ſtatim iudicatur homo hæreticus: niſi errori ſuo per-
tinaciam iunxerit: quare nos non appellamus illos mox hæreticos, qui olim negaſ-
ſent confeſſionem eſſe neceſſariam: ſed eos, qui pertinaciter in tali errore obduruiſ-
Durand. ſent. ¶ Hinc iuſto zelo iraſcitur Durandus cum alijs pluribus Theologis
gloſſatori aſtruenti confeſſionem eſſe iuris poſitiui: quod & alij Theologi ſimiliter
fecerunt, Scotus, Adrianus Papa, Maioris, Brianſo, Marſilius (qui dicit illam
gloſſam fuiſſe Johannis Teutonici) Thomas Argentoratenſis, Gabriel, Guiller-
mus Vorrilon. (qui dicit hanc gloſſam eſſe Bartholomæi Brixien.) Petrus de Pa-
lude & alij Theologi. Vnde miror quomodo in re tam ardua huc ſe retulerit

Eraſmus

Eraſmus ad gloſſulas iuris: cum nihil minus apud eum ualeat: quam huiuſmodi genus nugarum: At pro ſe ſatis tutus eſt Eraſmus: qui nullam omnino prætendit pertinaciam: ſed paratus eſt ſequi diffinitionem eccleſiæ: tamen de Felino mihi non occurrit: quod huius fuerit ſententiæ: at ueritas huius rei a Theologis peti debet, non a canoniſtis: quoniam & ipſe Panormitanus uacillat in eodē loco: Et cum prius fateatur fuiſſe præceptum, ter ſumere communionem in anno: tacite fatetur & trinam fuiſſe præceptam confeſſionem, ante illam conſtitutionem lateran̄. Et quod eius ſententia, ante concilium illud fuerit præcepta confeſſio: liquet ex reſponſione eius ad dubium, an papa teneatur confiteri: At non tanti facimus illum Siculum ab eccleſia recedentem, ut pluribus eum excuſemus. *Gloſſemata iuris.* *Felin.* *Panor.*

Reſpondetur Eraſmo inducenti hiſtoriam tripartitam de abolitione confeſſionis: & Durandus contra Eraſmum defenditur. Cap. XXIX. & ultimū.

VLtima Eraſmi munimina contra Leum audiamus. Quid quod hiſtoria quam tripartitam uocant, quam Epiphanius ex tribus authoribus concinnatam, Theodoreto, Socrate, & Zozomeno, latine uertit, libri noni, pro. didit eo tempore, quo Nouatiani ſe ſubduxerant ab eccleſia catholica, preſbyterum probatæ fidei, certiq; ſilentij, præfectum fuiſſe pœnitentibus: ut hic auditis in publico quæ commiſerant, indiceret illis certum modum expiationis. Addit Sozomenus eam conſuetudinem ad ſua uſq; tempora Romanis pontificibus fuiſſe ſeruatā. Porro Conſtantinopoli fuiſſe ſublatam per Nectarium epiſcopum, ubi compertum eſſet matronam quandam clariſſimo genere prognatam, ſub prætextu pœnitentiæ fuiſſe conſtupratam in loco ſacro: Adeo mouit illius ætatis homines unicum admiſſum: nunc non expediret ſciri, quam multa paſſim committantur. Deniq; capitis huius hæc eſt clauſula. Ex illo antiquitatis conſuetudo ſublata eſt: dum ut arbitror maiora peccata præ pudore confeſſionis & ſubtilitate examinantium patrarentur. Videmus hic conſuetudinem antiquitatis appellari: uidemus hanc conſuetudinē ſublatam in urbe Romæ æmula. Equidem arbitror hic de peccatis manifeſtis, aut certe enormibus fieri mentionem: quæ tamen fœdiora ſint, quam expediat apud populū enunciari: aut certe eius generis: ut ob leges ciuiles tutum non ſit publicitus cōfiteri: Quod ſi quis contendat de hac noſtra fieri mentionē: is magis etiā pro nobis faciet. *hiſtoria tripartita c.35.* *Sozomenus.*

¶ Iam Theologi recentiores, qui conantur ex ſacris literis ſtatuere baſim, cui innitatur hæc confeſſio: & ſudant ſatis: nec tamen inter ſe conſentiunt: Porro durandus qui fortiter reijcit gloſſema ſuper v. diſtinctione in decretis, tractatus de pœnitentia, Non aliam inducit cauſam, qua probet hanc confeſſionem (quam ille ſacramentalem uocat) eſſe iuris diuini: niſi quod eam nulla lex pure humana poſſet præcipere: ac tantum diuinat hanc cōfeſſionem inſtitutam a Chriſto poſt reſurrectionem: ubi dixit ſuis, quorum remiſeritis peccata &c. Iam in hiſtoria cui titulus eſt, faſciculus temporum. Inter ea quæ conſtituit Gregorius primus, commemoratur & illud: Ne ſacerdos aliquo pacto prodat ſcelera confeſſi. Verba ſunt hęc. Ipſe plura inſtituit, ut patet ĩ regiſtro. In canone addidit, dieſq; noſtros in tua pace diſponas: Deus in adiutorium ante initia horarum dici iuſſit: Hic conſtituit, quod confeſſor nec nutu, nec ſigno, nec uerbo confeſſionem prodat. Author eſt apud quoſdam humilis: uerum apud eos humilis non eſt, quibus cū nunc agitur. Et ut maxime quis pondus detrahat authori: certe conſtitutio Gregorij recitatur in decretis capit. ſacerdos de pœnitentia diſtinctio. vi. his uerbis. Sacerdos ante omnia caueat: ne de his qui confitentur ei peccata ſua, alicui recitet, quod ea confeſſus eſt, non propinquis, non amicis, non extraneis, neq; quod abſit pro aliquo ſcandalo. *Durandus.* *Faſciculus temporum.* *Grego.* *Grego.*

Ex hoc apparet ante Gregorij conſtitutionem non fuiſſe modum hunc confitendi. Quod ſi arguitur Gregorium non fuiſſe primum authorem huius conſtitutionis, ſed ante late nouatorem: ſupereſt ut ille proferat uetuſtiorem: Poſt hæc Eraſmus ſententiam ſuam ſubijcit iudicio eccleſiæ: ſenſumq́ ſuum uel reclamantem ad huius oraculum accomodat. ¶ Iſta non impendio euacuantur: quoniam attente ex- *Hiſtoria tripa.* pendens citata: inueniet ea ſuffragari confeſſioni, non refragari. Nam ex hiſtoria tripartita huiuſmodi dilemmate conſtringam Eraſmum: aut exiſtimat hiſtoriam loqui de confeſſione priuata & auriculari: & iam in multis locis conuincetur aduerſa- *Dilemma Eraſmum conſtringens.* ri Eraſmo qui negat eam fuiſſe in uſu antiquitus: Cum Nectarius temporibus Hieronymi & Ambroſij uixerit, & Chryſoſtomum præceſſerit: & tamen inquit antiquam fuiſſe conſuetudinem: & ita teſtatur confeſſionem fuiſſe in primitiua eccleſia martyrum. Aut Eraſmus intelligit de confeſſione pœnitentiæ ſolemnis, ſicut uidetur eo inclinare: iam nihil officit nobis: quoniam & in eccleſia occidentali iam uidemus ſublatam eſſe illam pœnitentiam, ut lib. ij. egimus. Quare iſtius hiſtoriç inductio, aut nihil iuuat Eraſmum: aut maiori ſudabit opera: ut non ſubruat totum eius fundamentum. ¶ Nos ergo ſoluendo dicamus initio. Caute & cum attentione legen- *Caßiodorus.* dam hiſtoriam tripartitam: nam cum Caſſiodorus ſenator ex tribus authoribus, eam conſarcinauerat: non potuit ita exacte omnia conpingere: quin plęraq́ remanerent confuſiora, & in temporibus & in geſtis: quod obuium eſt lectori paſſim in illa hiſtoria: Poſtea & hoc notandum, librum hiſtoriç nouiſſime Parrhiſijs impreſſum eſſe hoc loco mendoſum: ut ex antiquiſſimis libris ſcriptis liquet: ab initio enim capitis inducit Socratem: dein mox totum reliquum capitis tribuit Zozomeno: Cum ab his uerbis, Porro Conſtantinopoli preſbyter &c. Socrati dandus erat ſermo uſq́ *Corrector apd' Calcographum* in finem capituli. Tertio diligens lector aduertit facile, hiſtoriam loqui de pœnitentia ſolemni: id quod acute uidit, qui ſummaria capitibus per materias adiecit: Inquit enim ſub uerbo. Confeſſio. Quomodo ſolemnis pœnitentia ab eccleſia Conſtantinopoli ablata eſt lib. ix. cap. xxxv. Quarto ſequitur ex his quomodo clancularia confeſſio hic publice ſit conmixta: quoniam Socrates ab initio & in fine loquitur de confeſſione ſolemnis pœnitentiæ: Sozomenus autem a ſecreta confeſſione tranſit ad publicā: Nam quod de clancularia loquatur: hoc indicat, quod preſbyterum eligit bonæ conuerſationis, ſeruantemq́ ſecretum: Quid enim ad publicam confeſſionem eligeretur ſacerdos potens ſeruare ſecretum? Vnde omnes noſtra tempeſtate, addu- *Lapſus hæreticorum.* centes illa de confeſſione publica, contra confeſſionem clanculariam, in hoc turpiter falluntur, quod ignorant modum illius publicæ confeſſionis: Non enim peccator (ut ipſi fabulantur & ſomniant) ueniens ad eccleſiam, mox in conſpectu populi, peccatum ſuum prodebat cunctis audientibus: nam quis ibi fuiſſet tumultus, quis clamor, quis boatus, & quæ tandem confuſio, ac periculorum moles: ut ſæpius attigimus lib. ij. & iij. Sed is modus obſeruatus fuit: ut conſtituto ſacerdote pœnitentium, ad eum ueniebant delictis grauati: & huius iudicio urgebantur deinde, cum grauitas criminis id expoſceret, ad publicam aut ſolemnem pœnitentiam: Et his pœnitentibus erat locus deputatus, & tempus, & modus: ſicut Zozomenus hic in hiſtoria deſcripſit: & reuoluto certo tempore, ac completa pœnitentia: tunc abſoluebantur, & ad communionem admittebantur: Hoc Nectarius ſuſtulit & quemlibet ſuæ conſcientiæ permiſit: an indignum eſtimaret ſe communione, aut minus: An impleſſet pœnitentiam, an minus. Quod uerba iſta indicant, dum maiora peccata præ pudore confeſſionis & ſubtilitate examinantium patrarentur: dicat enim mihi, quę maiora peccata perpetrabantur: niſi quia confeſſores nimis anxij in ſcrutando occulta confeſſione: & homines de facili ad publicam pœnitentiam cogebant: propterea plures uerecundabantur confiteri: & ſic obticendo, & nihilominus euchariſtiam ſumendo

peccabant

peccabant. Et ex eo etiam conſtat; nam Chryſoſtomum ſucceſſiſſe Nectario ex tripartita hiſtoria & Conſtantinopolitano concilio liqueſcit: Non tamen fuiſſe abolitã confeſſionem ſecretam ſacerdoti faciendam ſub Chryſoſtomo præter ſuperius citata, & homilia. xxxiij. ſuper Iohãne abunde teſtatur: ubi poſt multa ſic inquit. Hanc nos mulierem (chananeam) imitemur: & in peccatis quæ commiſimus confitendis neminem uereamur: deum dumtaxat, ut decet, formidemus: qui & nunc opera noſtra uidet: & tunc, quos in præſentia non pœnitet, damnabit: At nos contra futurum iudicem minime timemus: ſed qui nihil nobis poſſunt officere, eos & horreſcimus, et pudore tremimus: idcirco in quo timemus, in eo pœnas dabimus: Nam qui in hac uita ſolo hominum pudore afficiuntur, deum uniuerſa ſpectantem minime curant: qui in omnia ſcelera prolabuntur, quos nihil pudet, qui non mutantur: hi in die illa non uno præſente, uel altero, ſed uniuerſo mundo teſte, manifeſtabuntur: nam ꝙ bonorum operum & malorum, magnum illic ſpectaculum pateat, ouium & hędorum ſimilitudo edocet: & Beatiſſimus Paulus his uerbis teſtatur. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut referat unuſquiſq; propria corporis pro ut geſſerit, ſiue bonum, ſiue malum. Commiſiſti aliquod ſcelus, aut animo agitaſti, homines celas non deum: & nihil curas: oculos hominum formidas: intellige igitur in illo die, te ne homines quicꝗ celaturum: omnia namq; oculis noſtris repreſentabuntur: unuſquiſq; ſingulorum ſcelera punienda iudicabit, infra. Vos autem hortor dilectiſſimi: ut etſi nemo opera ueſtra uideat: ut & ſinguli cõſcientiam ſuam ingrediantur: & iudicem ſibi rationem conſtituant: errata ſua in medium adducant: niſi uelint in die illa horrenda uniuerſo orbi ea manifeſte patere: ſanentur iam uulnera: ſumatur pœnitentię medicina. Ecce habes pœnitentiam neceſſariam.

¶ Porro quod Eraſmus dicit Theologos ſudare, nec conuenire de confeſſione: contra ego dixerim impugnatores confeſſionis frigere, & per omnia diſſentire: ut ſuperius liquido oſtendimus: uerum enim uero conſonat: falſum autem & uero & falſo repugnat: Sed quod durior eſt Eraſmus Durando, miror: nam hanc rem acute abſoluit: Nec diuinando reperit confeſſionem Iohan. xx. inſtitutam: ſed ſpirituſancto doctore hanc ueritatem aſſecutus eſt: quã Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, Cyprianus, Baſilius, & omnes ueteres aſſeruerunt: Adeo ut & Ludder, quamuis Pharaone obduratior, concedat Durando, hunc eſſe fortiſſimum locum, & cõfeſſionem hic eſſe inſtitutam: Mitior ergo ſit doctori catholico, catholicus Eraſmus, quam hæreticus Ludder, qui eſt in omnes iniquus. ¶ Quod autem contra confeſſionem, Gregorij conſtitutionem inducit: miror quomodo hoc in mentem uenerit Eraſmo: nam quod Gregorius hac conſtitutione non indixit confeſſionem, Greg.
ſed dumtaxat confeſſionis celationem: Conſectarium eſt apud omnem habentem uſum rationis, prius fuiſſe confeſſionem: quoniam ſi agere præſupponit eſſe, ut Ariſtoteles inquit: ita & celare confeſſionem, præſupponit confeſſionem: Nec nouum eſt eandem rem pluribus conſtitutionibus firmari: quod ſi quis tam perfrictæ fuerit frontis: ut id neget: facile declarabit ſe nullas conciliorum & pontificum ſanctiones legiſſe: Quare ſi Durandus hæc Eraſmica legeret: forte illũ diuinari diceret: quod ex præcepto celandi confeſſionem, infert ſine omni connexionis regula, non fuiſſe antea, hunc confeſſionis modum. Quid, cum ad faſciculum temporum deſcenderit Eraſmus: & Durandus ad cronographiam Hartmanni deſcenderet (placeret forſan in ſimili arena congredi) qui renarrat Gregorium pro defuncto ciue ante. 180. annos in ſacro officio miſſæ oraſſe: ubi bis uox ſub introitu audita eſt. Non audiam, quia damnatus eſt: Et orante Gregorio, reuelatum ei fuerit, hunc ciuem ſingulis annis ſemel dumtaxat euchariſtiam ſumpſiſſe: & de hoc non fuiſſe cõfeſſum. Itaq; 180. annos confeſſio Gregorium iam præceſſerat: quod ſi aſpernaris humilitatem Hart-

Hartmanni contractus.

manni: non contendo: At hunc euinceret forſan Durandus, non inferiorem, authore faſciculi temporum: His abunde ſatiſfactum arbitramur adductis per Eraſmum quæ diluenda ſuſcepimus, non ſui cauſa, quem catholicum eſſe ſperamus, & nobiſcum communionem habentem, ſed cauſa Ludderanorum: qui modeſte ab Eraſmo dicta, temere arripiunt: atq; his contra catholicos pugnant & abutantur, ſpero futurum, ut Eraſmus ſicut fortis fidei propugnator, & bonus eccleſiæ filius, arma contra impietatis filios ſumet, & dubia dicta ad regulam ſanctorum patrum atq; eccleſiæ rectificet, ad dei gloriam, & animarum ſalutem.

Concluſio huius operis.

Hactenus operam nauauimus Candide lector, quantum paruitas noſtra ualuit diligentem: ut errores & hæreſes ſuborientes circa ſacrum & ſaluberrimum pœnitentiæ ſacramentum, excideremus gladio ſpiritus, quod eſt uerbum dei. Nam omnino ita apud me exiſtimabam, tanto utilius fore confeſſionem defendendam, quanto errores eam impugnantes magis noxij eſſent & pernitioſiores: Ea etenim eſt uis pœnitentiæ, inquit Auguſtinus, *quæ reſuſcitat occiſos in prælio, ſanat infirmos, inueterata renouat, & reſtaurat deperdita, ſine qua pauciſſimi hominum* infernales *effugerent cruciatus: Ipſa etenim* ſola eſt *reconciliatrix* offendentium, releuatrix lapſorum, *aberrantium reductrix*, & ſecunda poſt naufragium tabula: ſi enim exceſſibus noſtris deum irritauerimus, & plagam magnam ſuper nos induxerimus: ad pœnitentiam expiatricem, uelut ad unicum remedium & anchoram ſalutis nobis recurrendum eſt. Hæc enim eſt pœnitentia, quæ iudicem placat: iram ſedat: furorem excludit: & gratiam impetrat: quoniam ut ſapiens ad deum inquit. Et miſereris omnium, quia omnia potes: & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiã: Hoc
Eccleſ. 5. tota aſtruit ſcriptura: & omnes miſericordiam conſecuti teſtantur. Si pœnitentiam
Hiere. 25. egerit gens illa (inquit deus apud Hiere.) a malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui ut facerem ei: & ſubito loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. ¶ Qua de re, maximum dei donum, eccleſiæ ſanctæ in perſona Petri datum, clauium dico poteſtatem, non impugnare debet fidelis, nec iniquiter ei detrahere: ſed pro tam liberali & dulciſſimo dono, deo ſaluatori, gratias agere: Quid enim utilius, quid efficatius homini infirmo, dominus & ſaluator noſter largiri potuiſſet: quam præſentariam per miniſterium hominis, clauium medicinam: qua a peccatorum ſorde & lue expiatus, bene pacata & tranquilla conſcientia, ad æternæ fælicitatis domicilium incolumis peruenire ualeat. Hoc nobis miſeris peccatoribus D. O. M. hæreſibus extirpatis & deſtructis erroribus benigniter concedat: & uitam donet æternam. AMEN.

SOLI DEO GLORIA.

¶ Excuſum ac dei munere abſolutum eſt hoc opus Auguſtæ Vindelicorum. in Alexandri Vueiſſenhorn typographi officina. Impenſis prouidi uiri Georgij Krapff ciuis Ingoldſtadij, quod utriſq; fœlix fauſtumq; ſit. Anno reparatę ſalutis ſeſquimilleſimo trigeſimo.

SECVNDA PARS OPERVM IOHAN. ECKII CONTRA LVDDERVM

CONTENTA IN ILLA PARTE.

I. De Sacrificio Miſſæ Lib. III.
II. De Purgatorio Lib. IIII.
III. Aſſertio Purgatorij Lib. I.
IIII. De Imaginibus non tollendis Lib. I.

AD REVERENDISSIMVM PATREM
D. Laurentium de Campegijs S.R.E.
Cardinalem & Legatum.



CVM PRIVILEGIO CAESAREO.

B 298(11) polon!

c. XVI. 7.

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI ET DOMINO D.
Laurentio de Campegijs S. R. E. tit. S. Mariæ
trans Tyberim Presbytero Cardinali,
Se Ap.per Germaniam Legato,
dño ſuo pientiſ.ac clementiſ.
Ioh.Eckius Theologo
rum minimus.

CElebris & decantata eſt Catonis ſentencia,uita humana prope uti ferrũ Cato
eſt,ſi exerceas conteritur:ſi non exerceas,rubigo tamen interficit.Et ua
rijs afflictionibus exercitus Iob dixit. Militia eſt uita hominis ſuper ter= Iob 7
ram.In deligendis uero exercicijs, pulcherrime diſcreuit Muſonius, ſi per laborẽ Muſonius
inquit,honeſti quid egeris,labor abit, honeſtum manet: Si per uoluptatem fece=
ris turpe,quod ſuaue eſt, abit:quod turpe,manet.Hanc uiuendi formulam, Lau
renti ampliſſime Antiſtes & Cardinei ſenatus egregium decus ac ornamentum,
ab incunabulis animo tuo inſediſſe arbitror: qui per omnem ætatem tuam ,ſum=
mis maximiſq; laboribus,ijſdemq; honeſtiſſimis, inuigilaſti pertinaciſſime, ope=
ramq; in eis nauaſti diligentiſſimam.Quid enim de ſtudiorum tuorum (quę ſua=
pte natura laborem comitem habent) uigilijs dicam: quibus infatigabili animo
effeciſti,ut coequalib. longo ſubſellio poſt te relictis,Iohan. a Campegijs,famoſiſ Ioh. Campegius
ſimi Iureconſulti,patris tui dulciſſimi,ueſtigia aſſecutus, hunc nõ modo æquare,
ſed & ſuperare,in omnium ſtudiorum genere annixus fueris.Pulcherrimum pa
tris & filij certamen,honeſtiſſima æmulatio, contentio iucundiſſima: quæ etiam
uicto patri non potuit non lætiſſima eſſe atq; gratiſſima. Recte Plato dixit,Vim Plato
nec patri,nec patrię inferendam:nam parentes Iouis ſimulachra,dixit antiquitas.
Nihil tamen gratius potuit contingere patri tuo:qui cum eſſet princeps inter pro
feſſores iuris ſuæ tempeſtatis,celebrem famam in Paduano,Papień.ac Bononi= Lector Bononień.
eń.ſtudio conſecutus: mirifice tamen exhilaratus,dum meruit filium uidere con
legentem in Iuris prudentia, in frequentiſſimo auditorum cõcurſu, in fœlici ſtu
diorum matre atq; omnium bonorum artium alitrice Bononia. Verum ad hunc Bononia
apicem atq; iuris faſtigium Minerua amplitudinem tuam non duxit,niſi per labo
rioſiſſimam Herculis uiam,aſperam ſcilicet,difficilem & ſalebroſam. At fortiori
tibi ac robuſtiori,maiores quoq; ſucceſſerunt labores:nam poſteaquam ephebos
exceſſiſti,adoleſcentiam ac iuuentutem es ſupergreſſus, & iam uir factus, euacu
ans quæ paruuli erant,uirili quoq; robore accinctus in flumen laborum te conie=
ciſti: cum irrequieta ROMA te XII.uirum ROTAE accepiſſet, quo officio Roma
nullum eſt in Curia inquietius,faſtidioſius,& magis laborioſum, & minus tamẽ Auditor rotæ.
lucri habens: cui ſatisfacere nemo poterit,niſi qui animum habet æqui iuſtiq; tena
cem, & extemporaria quadam uigeat ſolertia,ac cum ſumma Iuris prudentia,in
defatigabilem ac infractum obtineat ſpiritum.Quę omnia adeo pleniter,locuple Nuncius apo.
te ac ubertim copiæ cornu poſſediſti,ut Iulius II. Sum. Pont.acerrimi uir iudicij, Iulius papa
oratorem te ad Maximilianum Cæſarem Aug. ad maxima tranſigenda negocia, Maximil.Imp.
deligeret:ubi tanta integritate,diligentia,ac ſagacitate,legationis munere functus
es,ut dum Feltrum(quod tunc Imp.cum pluribus alijs ciuitatibus & oppidis gra Feltren. Epiſ.
uiſſimo bello Venetis abſtulerat)paſtore uiduatum eſſet, illius eccleſiam regen=
dam, a ſe. ap.tibi impetrauit. Auctus uero huiuſmodi dignitate,non remiſſior fa=
ctus in laboribus,adeo omnium bonorum cumulum in te largiter locupletaſti,ut
Leo papa X.ſe.re.expendens illuſtres uirtutes, uolente & adſentiente præfato Leo Papa

Imp. Maximiliano Aug. Cardinalatus te ſacro adſciuit Collegio, & in eum ordi-
nem patrum te adaptauit & extulit, qui uelut olim Seniores LXX. in ſynago-
ga, modo regiminis totius eccleſiæ Catholicæ ſunt conſiliarij: unde & nomen
Cardinalis hauſerunt, Cardinales etiam a uetuſtis appellati: quod quicquid eſt in quali-
bet re præcipuum, eo nomine rectiſſime nuncupetur. Quantũ autem induſtria
Adrianus Signator iuſtitiæ. tua, ac rerum agendarum prudentia, inter reliquos tui ordinis patres (quorũ plu-
res noui uiros in Theologia & iure eminentiſſimos) enituerit, præter cætera offi-
cium Signaturæ de iuſticia a Leone papa tibi cõmendatum declarat: quod etiam
apud Adrianum 6. pontificem (doctiſſimum ſimul ac integerrimum uirũ) fœli-
citer continuaueris, a quo nec Clemens papa ſeptimus te exonerare uoluit,
laborioſum quidem officium: at ſic itur ad aſtra. Indicant præterea rariſſimas uir-
tutes tuas, ac peculiare agendarum rerum donum, diuina prouidentia in te trans
Legatus à latere fuſum (memini quantum Adrianus opt. Pont. te efferebat priuato colloquio) ho-
Hiſpania neſtiſſimę legationes tuæ, quas ingenti laude & in Hiſpanijs & in Anglia prudẽ-
Anglia tiſſime abſoluiſti, ut & rex Britannus ultro tibi Epiſcopatum regni ſui offerret.
Germania At omnium dificilimę fuerunt duæ legationes Germanicæ, in quibus ad extir-
Clemens. pp. pandam Ludderi hæreſim a S.D.N. Clemente 7. ad Cæſarem, & principes Im-
perij Romani deſtinatus es: Quas etſi ſciam, promptiſſimo atq; paratiſſimo ani-
mo ſuſceperis, pro candore tuo, pro tuo in fidem Catholicam zelo, pro eo amore
quo ad inclytam nationem noſtram Germanicam, afficeris, qui etiam in Vrbe
ſemper patronum te Germanorum præſtitiſti, Germaniæ non minus adfectus,
quam ſi illa alitrix & parens tua fuiſſet. Verum hoc maxime mirabar, corpuſcu-
lum tuum, tot laboribus, uigilijs, & ittineribus attritum, ac pene ſicut ferrum Ca
tonis, exercitio confectum, adhuc tantum poſſe ſumere laborem, tanq; difficilem
ſubire prouinciam: ut qui decentiſſime uiuere poteras in Vrbe, in ſumma tran-
quillitate ac pace, & rerum omnium copia, in pelagus & hoc piſtrinum laborum
Auguſt. te conijcias: qui ſis expertus, id quod diui Auguſtinus & Hieronymus ſæpe con
Hiero. quæſti ſunt, quam difficile ſit agere cum hæreticis, qui fide uera amiſſa, cõmunio
Salomon ne eccleſiæ Catholicæ relicta, in profundum malorum cum contemptu, ut ſapiẽs
Prouerb. ait ſe demerſerunt: unde enatare difficile, ſed in peius ſemper prolabi, & Mandra-
buli more progredi, ut in prouerbio dicitur, propenſiſſimum. Auxit admiratio-
nem meam infirmitatum exercitus, qui meliora caſtra, hoc eſt membra corporis
Cicero tui obſederit, occuparit, ac penitus lancinarit: ut nihil minus probem, quam quo-
rundam adagium, ſenilis ualetudinis. Rectius multo Cicero, ſenectutem ipſam
Hieron. ad Pamachium infirmitatem eſſe dixit: Cum conſpiciam plurima ſenectutis incommoda a diuo
Hieronymo renarrata, in corpore tuo præualere, ſtomachi tormina & aculeos,
podagræ chiragræq; dolores: ut interdum nec calamum tenere quæas, nec pedi-
bus tuis incedere. At obedientia uicit infirmitates, zelus fidei ſuppreſſit dolores:
& ut conſummatæ uirtutis exemplar exhiberes, laborioſam hanc legationem ſu
ſcepiſti, indubie mercedem immarceſſibilem a D. O. M. recepturus, apud quẽ
tibi repoſita eſt corona iuſticiæ. Quæ omnia iam a uiginti annis mihi perſpecta
An. do. 1510 & cognita (tantum enim fluxilis temporis pręterijt, quo in tuam primum recep-
tus ſum familiaritatem). Singularis nempe naturæ tuæ bonitas, incredibilis huma
nitas, omniuaria eruditio, conſilia grauiſſima, ſuauis & ſuaſiua facundia, ſagaciſſi
ma prudentia, zelus fidei, & in omnes eruditos mirifica beneuolentia, & quod pe
culiariter meis priuatis negotijs nunquam defueris: Hæc inquam omnia, me tibi
arctiſſime deuinxerunt. Quorum oĩm, urbi & orbi teſtem facio, hunc librum re-
uerendiſſimę P. T. dedicatum: Nam dum libros de purgatorio ROMAE, de
imaginibus Ingolſtadij: & de ſacrificio miſſæ Auguſtæ Vindelicorum, pręlo Cal
cographorum iampridem commiſiſſem, deſyderata fuerunt plura exemplaria a
multis

multis pijs Catholicis, a Ludderana hæreſi abhorrentibus: quorũ uotis ut acquieſcerem, uenit in mentem, in unum faſcem hos libros compingere, & ſub amplitudinis tuæ patrocinio lectoribus exhibere. Tuæ genuinæ fuerit humanitatis & clementiæ, hæc boni conſulere, & Eckium clientulum tuum habere commendatũ. Vale & ſalue digniſſime pater, Ingolſtadij I. Aug. Anno gratię M.D.XXXI.

Bloſius Palladius Italus
ad Germanos.

Germani proceres, uoſq; oppida libera gentis
Quam cingunt rapidis Rhenus & Albis aquis
Quæ mora uos, qui torpor habet? nõ ſumitis arma?
Non agitis ualidas in noua monſtra manus?
Ecce deus cœlo miracula pandit ab alto
Teſtanturq; ſuam, numina ſancta fidem
Vos patrij ritus, & auorum ſacra piorum
Vos aræ atq; foci, uos deus ipſe uocant
Perdite ueſani ſceleratum dogma Ludderi
Mactetur ſtygio uictima grata Ioui
Qui uos, qui ueſtras animas in Tartara cogit
Ipſe niger, nigris manibus eſca cadat
Pulchrum uos, uos atq; atauos, & ſacra uetuſta
Vna opera, atq; ipſum eſt aſſeruiſſe deum

Laurentij Neuli Angli Epithaphium in
Ludderum bonis omnibus
mortuum.

Qui ſtetit in cœlum quondam, cœliq; parentem
Iecit, & in ſanctos qui maledicta patres
Qui leges hominum contempſit, & omnia iura
Et nullo uoluit uiuere conſilio
Sed quantum libuit, tantum licuiſſe putauit
Ac nil pro ſancto, nil habuitq; pio
Contegit hęc cinerem factum breuis urna Ludderũ
Tartara pro meritis, incolit umbra ſuis

Stanislaus Schlomonius Polonus cur
plebs ſequatur Ludderũ.

Quod ſic inſequitur plebs maleſana Ludderum
Qui ſit ſi quæris: hæc lege doctus eris
Eſt ſemper uarium, nutans, & mobile uulgus
Reſq; ſtupore furens gliſcit habere nouas
Nullo iudicio: nulla ratione tenetur
In pręceps, quo mens corripit acta, ruit
Illi non potuit dux aptior eſſe Luddero
Qui nulla conſtans re ſibi talis adeſt
Sicq; ſui ſimiles poſt ſe trahit, una ruina
Exitiumq; omnes concomitatur idem
Huic niſi mentis inops, & amator criminis hæret
Quiq; gerit ſacris, corda inimica uiris
Inconſtans leuis, ambiguus, perplexus & anceps
Hunc ſequitur: recte qui ſapit, ille fugit.

Iohannes Haſenbergius Bohe-
mus in Ludderum.

Perdite quæ tandē tibi mens ſcelerata Luddere eſt
Quod nunc, quæ paulo dixeras ante, negas?

Andreas Delicianus Germanus
ad Ludderanos.

Diſcite nunc miſeri uiam nunc diſcite ſortem
Secta quibus mordax hęc Ludderana placet
Vt Seianus equus dominis fuit exicialis
Vtq; auri quicquid capta Tolloſa dedit
Sic Ludderaniſmus Ludderanis peſtifer unus
Quo redeat peſtis in caput ipſa ſuum
Maximus in terris præſul, Chriſto auſpice, diras
Intonat in ueſtrum noxia turba caput
Maximus in terris princeps uos iure latrones
Lutrarios ſæuis deuouet omnibus
Ceu exulibus uobis & aqua interdixit & igni
Et papa & Cæſar magnus uterq; deus

Petrus Sadorius Polonus
ad Ludderum.

Non facit hoc meritum, tua non doctrina Luddere,
Quod notum eſt late nomen in orbe tuum
Qui te Vuickleſij, quiq; Huſſi gracule pennis
Veſtiſti: & proprium nil tibi, quam rabies
Sed facit hoc meritumq; urbis, leuitaſq; popelli
Res uetus hæc: ueteri tu quoq; more lues

Iohannes Vitallus Anglus
in Ludderum.

Ecce triumphali Ludder hic ſublimis ab axe
Fertur, io, feſtis ſpargite ſtercoribus
Dignus honos homini, qui fœde uincitur: & ſe
Victorem bucca buccinat ipſe ſua

B. Capella Gallus in Ludderum.

Quod ſacras uiridi maculas erugine chartas
Et uomis in ſanctos tetra uenena patres
Non hoc ingenij credas monumenta nephandi
Eſſe uel in laudes alta tropheа tuas
Hoc eſt angui pedum ſcelerato more gygantum
Impia in æthereos arma mouere deos
Sed coaceruatis ueluti de montibus illos
Aegit præcipites flamma triſulca Iouis
Sic tibi ſeruatas ab auito authore Luddere
In ſcelerum pœnas, arbiter ignis erit

Ioh. Cochleus Theologus in
Ludderum Minotaurum.

Monſtra bouemq; cano, Boreæ qui primus aboris

Teuto-

Teutonicas terras profugus conſpurcat & omnem
Sub ſpecie monachi uiolat pacemq; fidemq;
Vi Sathanæ, ſęuis furijs agitatus & oſtro
Diræ Creſiphones, ultrici anathemate pœnas
Expoſcente, furit, mugitu uaſtus inani
Semiuiri lacero ſub ſemibouiſq; cucullo

N. Polonus in picturam Ludderi.

Ille Ludderus ego toto iam notus in orbe
Cui uulgi improbitas nomina tanta dedit
Quicquid enim dictum, damnatumq; extitit ante
Nunc renouans, iactor ſpiritus eſſe dei
Concilijs, patribus, mori, contraria ſcribo
Actus & huc: conſto non ego ſępe mihi
Myſtica ſcripta uolo, cum res mea poſtulat, eſſe
Nuda eadem, cum res exigit, eſſe uolo
Nil credens, ſeruanſq; nihil, Chriſti effero leges
Prætextu quarum carpere cuncta licet
Non mea dicta ulli ceu ſancta, ac recta probantur
In ſacra, & ſanctos ſed maledicta placent
His ualeo, quamuis ualeat lymphaticus omnis
His demptis, inerit non mihi mica ſalis
Pontifices, reges, impura uellico lingua
Defędo & nidum, quo fruor, ipſe meum
Hinc me nemo probus, niſi cui mens perdita, tractat
Has niſi lactucas congrua labra petunt
Hinc me, ſed merito, præfert me patria Chriſto
Nempe magis titulo nobilitate meo
Pingit & hanc faciem, radios, ſanctamq; columbam
Sit licet exploſum nomen ubiq; meum
Atq; hinc qualis ego, poteris cognoſcere, cum ſit
Acceptus patriæ nemo propheta ſuæ

Nicolaus Salixius Germanus in Martinum Ludderum.

Martini nomen diui, cum palleat omnis
Hæreticus: nomen palleat iſte ſuum
Ludder Germanis latro eſt ſeu ludio: ceruix
Quam recte capiti congruit iſta ſuo
Quam bonus eſt ciuis Verres, Catilina, Cethegus
Tam bonus eccleſiæ, perdite cultor ades

Guilielmus Dinhamus Anglus.

Et cum Moſeo fuerat tibi pugna Luddere
Et tibi cum Chriſto pugna Luddere fuit
Concilium eccleſiæ tutum ſine uulnere ſenſit
Et tibi deuicto gloria nulla manet
In tua conuerſus tu tandem membra Ludderus
Arma capis, pugnam, te duce, uictor agens
Quæris iter tendas quo nigri in tartara regis?
Hæc tua qua monſtrat ſemita carpe uiam

In nuptias inceſtas Ludderi H. E. Germanus.

Dicite io furiæ, lætas agitate choreas
Nunc ueſter cumulatur honor, ueſterq; triumphus
Nempe Ludder, tantam ueſtro qui munere gentem
Exagitat, Chriſti prætexens uerba furori
Et cui plus fidei concedit ueſtra poteſtas
Inſano monacho, qui miſcet ſacra prophanis
Qui turbas motuſq; ciet, qui ſubruit omnem
Ordinis & fidei normam, qui oppedit & ipſis
Verticibus ſummis: & ſancta cacumina tangit
Quam cunctis quibus eſt ſtabilita eccleſia ſanctis
Nunc inquam horrendum dictu, uotumq; fidemq;
Addictam ſuperis rumpens, cum uirgine ſacra
Connubium ſceleratus init, diroſq; hymenęos
Occinit: atq; thoro turpiſſima quæq; nephando
Exercet pater iſte ſacer: proditq; quid iſta
Poſcebat doctrina ſibi: terq; ante cuculla
Abiecta, in uerboq; dei tot ſparſa uenena
Hæc tamen, ut pateat quid poſſint numina ueſtra
Germana illuuies, quæ tot ſcelerata patrauit
Viuit adhuc: & ſunt quibus hæc infanda probantur
At uos inſani, Ludderanæ turba farinæ
Sumite nunc tedas, date tantis munera nuptis
Vos inquam primum, ſtimulat quos dira libido
Praua q; libertas, non aſſis uota, fidemq;
Qui facitis: qui deſeritis delubra, cucullas
Et quibus iſta nouo eſt firmata licentia nupto
Vos etiam ſcurrę, lurcones & paraſiti
Quos male delectant populi ieiunia Chriſti
Vos quoq; Lenones, periuri, ſacrilegiq;
Virginitas quibus eſt flocci, uotumq; ſacrumq;
Quiq; diu acciſi, Chriſtumq; fidemq; negaſtis
Tu quoq; fœx uulgi, cui ſunt nunc dura ſupernæ
Frœna poteſtatis, iuga quæ furibunda reſoluis
Cuncti legifragi celebrate hymenęa magiſtri
Tu nouę nuptæ tuæ uelum depone marite
Rumpe pudiciciæ zonam, uotumq; fidemq;
Tam bene ꝙ Chriſto ueſtrum ſacrauit uterq;
Conſpurcate thorum, mentemq; & corpora ueſtra
Sacrilego incœſtu: per uos generabitur illa
Pernicies mundi, certiſſimus Antichriſtus
Sanguine commixtus meretricis & Antiprophetæ
Plaudite ſed tandem Furiæ, nuptiſq; fauete
Omen & infauſto det bubo infauſta boatu

Caſcus caſcam duxit.

SERENISSIMO AC INVICTISSIMO PRIN- CIPI ET DOMINO D. SIGISMVNDO POLO- niæ regi, magno Lithuaniæ Duci, Ruſſiæ, Podiliæ, Pruſſiæ &c. domino & hæredi, domino ſuo clementiſs. Iohannes Eckius fœli- citatē, & de hoſtibus trium- phum optat.

CVM MEMORIA MECVM REPETO SIGIS-
munde rex potentiſſime, Catholicum ac pientiſſimum Vladislai aui tui
paterni animũ, minime dubito M. T. paternæ ac auitæ uirtutis & probi
tatis generoſiſſimum hæredem, orthodoxæ fidei Chriſtianæ (quæ nouiſſimis his
temporibus ab infidelibus, hæreticis & ſciſmaticis ſæuiſſime laceratur) defenſorē
ſore conſtantem ac fideliſſimum: Vera etenim eſt ſaluatoris noſtri ſententia, Ar- Matth. 8
bor bona fructus bonos facit: & ethnicus affirmauit, Fortes creantur fortibus & Horatius
bonis, Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum uirtus, nec inbellē feroces progenerant
aquilæ columbam. Cordatiſſimi autem regis Vladislai in deum pietas, non modo Pietas Vladiſlai regis.
ex his toti orbi ſpectabilis facta eſt, ꝙ monaſterium Sandex ſundauit uirgini Ma
riæ deuotum: Quod ſtudium generale in ciuitate Cracouienſi authoritate ſe. ap.
inſtituit, Quod templa plurima ſtruxit, collapſa uetuſtate reparauit, dotauit cleri
corum collegia, Epiſcopatus nouos erexit. Quod Lithuaniã ampliſſimam & Sa-
migittiam (apoſtoli, non ſolum regis functus officio) ad fidem Chriſtianam con-
uertit. Hæc & ſi præclara ſint facinora & prorſus immortalia ac exemplis caritu-
ra, attamen quia pacis tempore geſta ſunt, minora alicui uideri poſſent. At illud
memorabile factum, æternitati conſecrandum, cum manus domini tetigit eũ, au-
rum ſynceræ fidei probauit, ꝙ in aſperrimo illo, fratrum Theutonicoꝝ ex Pruſſia
prope Tanneberg, conflictu, ubi de ſumma imperij ſibi certandum fuerat, mani-
feſtiſſime oſtendit: Siquidem dum hoſtis belli ſcientiſſimus, fortiſſimo ſub quin- Anno. 1410
quaginta & uno militaribus ſignis, inſtructus exercitu inſtaret acrius ac urgeret die 15. Iulij.
petulantius ad prælij congreſſum: Belli quoq; duces ſui, atq; adeo ipſe frater Ale-
xander Vuitouudus cum per nuncios, tum per ſeipſos eum ad corripiendum ar-
ma ſolicitarent: Ipſe tñ rex per omnia catholicus, cum Dauide iactans in dño ſpē 3. Reg. 4
ſuam, benedixit regem cœli, & dixit, Abs te eſt uictoria: flexis genibus in oratio-
ne procumbens, adduci non potuit, niſi prius diſpoſitis inter rubeta altaribus, dù-
plicatum deo offerri feciſſet per ſacerdotes in miſſis ſacrificium: Precibus aũt ab- Clades Tanne
ſolutis, tanta animi alacritate manus cum hoſte conſeruit, & quaſi alter Machabę bergen.
us certam ſciens ſibi a deo uictoriam affuturam, memorabili clade, L. milibus eo
prælio deſyderatis, hoſtem profligauit. Atq; ex eo die adeo humiliatus fuit ordo
Marianorum fratrum, ut nunquam poſt hac fœliciter contra Polonos dimicaue-
rint: & in fidem ac obedientiam Caſimiri patris tui uenerint, ac poſtremo inſau-
ſto omine tecum ſæpius congreſſi, omni Pruſſia exuti ſint & pulſi.

Non minus Theoſebiæ ac pietatis ſtudium in patre M. T. Caſimiro fuit, qui Caſimirus pater.
Iohannem Capiſtranum maximi nominis Minoritam in Poloniam uocauit, & ſer
mones eius ac miſſas frequens audiuit, atq; eum authorem deſponſationis cũ Eli-
zabetha nobiliſſima matre tua optauit: ſi modo Capiſtrano per linguã ſibi incog
nitam id licuiſſet: Et hæc eadem domina mater tua prudentiſſima, religionis erat
obſeruantiſſima: Nam & ſi cunctas orbis Chriſtiani fœminas nobilitate generis Elizabethæ re
præiret: ut quæ Albrechtos Rom. reges, patrem proauum Auſtriaci ſanguinis ginæ nobilitas.
habuerit: quorum ille etiam Bohœmiæ & Hungariæ ſceptra tenuerit: Sigiſmun
dum præterea, Carolum IIII. ac Henricum VII. Rom. Imperatores auos, pro-

auos,atauos,maternos habuit; Quæ enim alia fœmina uel ætate noſtra aut ſupra ætatem noſtrã ita generis claritate & nataliũ ſplendoribus enituit? Tot enim imperatorum & Regũ fuit neptis & abneptis,filia regis,ſoror regis,uxor regis, quatuor regum coronatorum mater,numeroſa alioquin prole beata; Magna hæc profecto,ſi mundũ ſpectemus:ſed multo beatior atq; fœlicior moribus, quod nihil antiquius ducebat pudicitia,modeſtia,quod in ſubditos tam clemens fuit,in egenos tam miſericors,& in religionem tam ſancta, tã pia:Hinc manibus ſuis eccleſiaſtica ornamenta parabat,texebat,nebat, Albas dico,caſulas,pallia, Cortinas, Corporalia, ac filias phrygio opere illa exornare curabat:ut ſic per omnes eccleſias ſupellectilem ornatu diuino locupletaret.

Hanc hæreditariam in deũ,in diuos,in templa,pietatẽ Sigiſmunde Rex glorioſiſs. uera Iagellonũ ſoboles,a teneris annis uſq; poſt adeptũ regnorum tuorum diadema ſanctiſſime obſeruaſti:quod fœlix fortunatumq; M. T. hactenus fuit: nã primo dux Oppanienſis factus,mox Glogouiæ maioris ducatũ obtinuiſti:dein ſupremã præfecturã totius Sleſiæ adeptus,ad magnũ quoq; & ampliſs. Lithuaniæ ducatũ fuiſti uocatus,a quo poſtea ab optimatibus & ſatrapis,prælatis ac procerib. Poloniæ, comitijs publicis, ac unanimis ſuffragijs, frequentiſſimo Conuentu in regẽ Sarmatiæ Europeæ ſublimatus es; Meminit etiã tunc Serenitas tua, Regem mortalem oportere maxime regẽ immortalem reuereri; quod cum continenter opere monſtrares:egregie tamen præſtitiſti,quando Bogduno Vualacho in Ruſſiam ac Podiliã, dominia M. T. erumpente,uoto diuo Stanislao regni tui patrono facto,inſigni uictoria hoſtem profligaſti,& ex terris tuis fortiter eieciſti. Tunc enim Deo & cœlitibus hanc uictoriam acceptam referens, Diuo Stanislao imagines argenteas magnas,multis aureorum milibus paratas ex uoto poſuiſti:ac Diuo Franciſco (nam is tibi dies triumphalis fuit)feſtum diem perpetuum conſtituiſti.

Incrementa regis Sigiſmun.

Vualachi clades.

Anno 1509

Non minori religione celeberrimã illam contra Moſcum uictoriam, Celſitudo tua proſecuta eſt,dum hoſtem regni tui,immo totius Reip. Chriſtianæ, Baſilium Roxolianorum ducem, uictorijs aliquot tumentẽ ac elatum, Smolenzea arce per proditionẽ capta, octuaginta milibus equitũ Lithuaniam petentem, ipſe parua manu,uelut Alexander Macedo Darij multitudinem, ſuper Boriſthene tranſnatato amne,inuaſiſti, fudiſti, profligaſti, & ſupra 30000 hoſtium uel cæſis uel ſubmerſis,prædam opimam,ſpecioſos triumphos in patriam retuliſti:ubi pro ſolita tua in deum pietate,aſſiduis deum pro uictoria pulſabas ſupplicationibus: qua parta omnia tẽpla diuinis laudibus perſonare feciſti; Et ingenue id quod res erat, literis ad Sum. Pont. datis faſſa eſt celſitudo tua, Dextera dei excelſa hanc factã eſſe uictoriam:Virginem enim Mariam dei matrem uenerabilem, tunc militibus tuis aſtitiſſe(nam prælium die eius natali commiſſum eſt) quis catholicus temere auſit negare?

Moſci clades

Anno 1514

Et quia regis ad exemplũ totus cõponit orbis, magno ſemper ardore res fidei ſub Catholicis regib. a Polonis tuis obſeruanter fuit cuſtodita: quod eo memorabili docuerunt exemplo,cũ Alexander M. T. germanus frater,rex eſſet a Polonis ſalutatus & coronatus:tñ zelo fidei nõ ſunt paſſi Helenã conthoralẽ,regni coronã pro more accipere:quod religione Rhutena eſſet & ſciſmatica,Iohannis Ducis Moſcouitæ filia:ex quo infœlici connubio,nec hæredem meruit ſuſcipere.

Helena Moſca

At quorſum hæc, inquiet forſan Maieſtas tua tam alte longeq; petita? Eo uidelicet Rex Sereniſſime, ut cum auitæ & paternæ atq; adeo propriæ uirtutis, pietatis,ac religionis ſis memor, pernicioſam Lutheri hæreſim, errores damnatiſſimos, dogmata inobedientiæ, rebellionis, ac ſeditionis fœcundiſſima, non patiaris per dominia & terras tuas, nec publice, nec priuatim euulgari, aſſeri, aut doceri, libros eius peſtilentes & ſequacium a finibus ſuis cohibeas, homines

huiuſmodi erroribus addictos & irretitos, condigna pœna afficias, ne mores bo-
nos corrumpant colloquia praua, Nam ſic tibi, ſic ſubditorum ſaluti, ſic dominio
rum tuorum paci & tranquillitati, ſic fidei catholicæ optime erit conſultum, atq;
apud poſteros immortalem tibi conſecrabis memoriam, & apud D.O.M. cœle-
ſtis regni promereberis coronam.

Qua in re non deſunt tibi potentiſſimi Heroes Chriſtiani orbis principes excel
lentiſſimi, qui ſumma uigilantia hæreſes ab eorum imperijs cohibent ac coercent.
Diuus ipſe Cæſar Carolus V. Romanorum imperator Auguſtus, ac Hiſpaniarꝝ
Carolus imperator.
rex Catholicus, qui peruigili cura hactenus cauit, ne hac lue Hiſpaniarum reg
na, & inferioris Burgundiæ hæreditaria dominia (aliquot etiam hæreticis combu
ſtis) inficerentur. Quod ſi Germania noſtra maluiſſet Cæſareis auſcultare ędictis
quā periuris, fidefragis, apoſtatis & hæreticis, non tam infœliciter anno ſuperiori
fuiſſet in ſeditionem & furiā uerſa, tantus ſanguis Chriſtianus plebis non fuiſſet
tanta truculētia fuſus, nō ſe ſpectandā ludibrio toti orbi expoſuiſſet. Sedulo idem
curauit Chriſtianiſſi. Galloꝝ rex Franciſcus (etiāſi rumpat̄ fidefragus apoſtata
Franciſcus Gallo. rex,
Lambertus) qui & in emporijs ſuis ac Lutetiæ Pariſioꝝ, ſeueris mandatis ꝓpoſi-
tis, Galliā ſemper alioquin genuina pietate ab hæreſibus abhorrentē, in uera & ſan
cta fide continuit, & de inobedientibus ſeueriter ſupplicium ſumpſit.

Nouiſſimū eſt de potentiſſimo Angliæ rege Henrico VIII. qua ſolicitudine
Henricus Angliæ rex,
regnum ſuū, non modo mandatis regijs, ſed & libro eruditiſſimo in Lutheri erro
res ſcripto, ab huiuſmodi perfidia uindicarit, adeo ut dū æſtate præterita (tumulti
bus ac ſedicionibus ꝑ Germaniā feruēſcentibus) in Angliā uiſendi Regis & Epi
ſcopi Roffenſis gratia traieciſſem, nec quidē memoriam Lutheri habitā audiui,
niſi in maledicto, quare digniſſimus iudicatus fuit rex, cui a ſe. ap. defenſoris fidei
titulus deferretur. Pari conſtantia a patribus receptam fidem Emanuel Luſitaniæ
Emanuel rex Portugaliæ
rex (cuius memoria in benedictione ſit) tuebat̄: & iā huius filius paternaꝝ uirtutū
& regnoꝝ hęros Rex inclytus Iohannes, a paterno minime degenerat inſtituto:
Teſtabat̄ Emanuel zelū fidei ac candorē literis ſuis ad imperatorē Carolum eo ar-
dore ſcriptis, ut plane indicarent animū principis in religione feruentiſſimum.

Id quod plerique alij faciunt Germaniæ principes cordatiſſimi, Domin.
Principes Germani catholici.
Ioachimus Marchio Brandenburgius princeps elector prudentiſſimus. Vuil-
helmus princeps meus inclytus, Comes Palatinus Reni, ſuperioris ac inferioris Ba
uariæ dux, Georgius pientiſſimus Saxoniæ dux, ac Miſnæ Marchio: Lantgraui
us Turingoꝝ M.T. affinis. Antoni. Lotharingię dux, ac Vaſti regni dñs, Carolus
bellicoſiſſimus Geldriæ dux, Otto Henricus & Philippus Germani fratres ac Ba
uariæ duces, excellentiſſimi, cum pleriſq; alijs Chriſtianis principibus, atq; illuſtri
Venetorum dominio, ac fortiſſimis Heluetioꝝ Cantonibus. Sereniſſ. Hiſpaniaꝝ
D. Ferdinand.
princeps ac Auſtriæ & Burgundiæ archidux Ferdinandus Cæſaris frater, & lo-
cumtenens, hoc ſaxum duobus Conuētibus Imperij anxie uoluit, uerum peccatis
noſtris exigentibus, nihil in hunc diem perfectum eſt.

Te aūt de ortodoxa fide, Sigiſmunde rex potentiſſime, recte animatum mini-
me ambigimus, non modo ob religionis atq; pietatis pleniſſima opera, Verum &
ob hoc quod per latiſſimos imperij tui fines ędicta publica, fidem tuā teſtantia pro
poſueris, quibus ſuborientē hæreſim procul a dominijs tuis propellere ac relegare
ſtuduiſti, quamuis nō deeſſent, Chriſtianæ fidei deſertores, apoſtatæ, ſciſmatici, hę
retici, qui iactarant te nonnihil Luthero cedere, ꝙ Albrechtū fratrum Marianoꝝ
Magiſter Teutonicorū dux factus.
magiſtrum, abiecto candido habitu, ducatu Montis regij inſtitueris, Hoc ſimplici
popello errorum præcones inſtillant, Verum abſit hoc, abſit a te O rex inclite, qđ
hæretici Lutherani crocitant. Quod enim a M.T. in re Prutenica factum eſt,
multo prudentiori conſilio prouiſum eſſe, nos catholici arbitramur, quam ꝙ quic

quam ſiniſtri de maſuetudine tua ſuſpicemur, ut Lutherani interpretant, At id quod res eſt ſentimus, te hoc pacto Pruſſiam feciſſe tibi morigeram, ut inſtructius, abſq; hoſtis domeſtici formidine, in barbaras nationes fidelium, bellum mouere poſſis: Porro ut regnum Poloniæ, Lithuaniam, Mazouiam ac reliquas terras imperij tui, maximo & aſſiduo liberares periculo, quod iam annis centum & ultra, grauiſſime terris tuis impendebat.

Nouit nẽpe totus occidens, Amplitudinem tuam, ſanctæ Chriſtianæ fidei, ueræq; religionis hyperaſpiſten, Chriſtianitatis totius murum, uallum, propugnaculum, non modo contra Alanos, Hugros & Roxolanos, quos iam Moſcouitas di-

Eruptiones in Poloniā à Barbaris.

cimus, ſed & contra Tartaros ac Turcas. Neq; em̄ aliud eſt inter Chriſtianos regnum quod eruptiones Tartarorum ſæpius, & incurſiones barbarorum frequentius patiatur, ac regnum Poloniæ. Quoties enim modo Tartari, Thaurici, iam Zauolhen, modo Præcopien, integris ut aiunt, Hordis, regnum tuum appetierunt? Quoties Moſcus, quoties Prutenus, & fide uacuus Vualachus, quoties perfidus Turca, Poloniam, Lithuaniā, Ruſſiam, Samigitiā, Podiliā, Vuoliniam, Leopolim, ac Luiblinū, maximis copijs ſunt adgreſſi, ut profecto admiratione dignū ſit, tanta & tam frequenti hoſtiū colluuie, non omnino calcatam eſſe & obrutā Poloniā.

Non ſolum autem multitudo hoſtium, ſed & qualitas, plurimum negotij Celſitudini tuæ facit, nam ſi Tartaros ſpectes tibi infenſiſſimos, nunquā minorem fide-

Iuſiurandum Tartarorum

litatem tibi ſeruant, quā cum ſe ſeruare promittunt, etiam ſi per phrameas & gladios iurauerint, ac aquam abluentem potauerint. At quid fortiſſimos Poloniorū milites, in hos lucifugas armabis, campeſtres, uagos? quid in Tartariam duces, Immanem illam, incultam, efferam, barbaram, ſcythicam, ſine lege, ſine more, ſine religione, ferino ritu degentem. Itaq; periculoſum eſt cum eo hoſte congredi, a quo damnum expectes, cæterum lucri nihil.

At inuicta & inſuperabilis, ac progenitorum tuorum uirtus, & fortia Polono-

Tartari.

rum pectora, hoc omne quicquid eſt mali, magno animo uicerunt, ſemper enim in armis Iagellonum familia incredibili gloria floruit, hinc fuſi diuerſorum hoſtium ualidiſſimi exercitus, capta oppida, eiecti tyranni, ui abacta præda, Impoſitæ nationibus aſperrimis leges, Quare ſe M.T. murum hactenus oppoſuit, maximo tuo & tuorum periculo, pro Iſrael & pro agmine dei uiuentis cōtra infideles, Barbaros & ſciſmaticos, quis dubitabit generoſiſſimi ſpiritus regem, non omnibus uiribus, ſe Lutheranis hæreſibus oppoſiturum, ac hæreticos expugnaturum.

His permotus rationibus, Rex Auguſtiſſime, cum Luther, Lutheraniq; oēs, Satanæ ſatellites, ac Antichriſti præcurſores, ſacratiſſimum Miſſæ ſacrificium, manibus pedibuſq; expungere ac delere moliantur, illis ſpurijs ac apoſtatis, paruis his libellis occurri: & ueritatem Catholicam ab eorum iniurijs & blaſphemijs pro ui-

Dedicat librū.

ribus aſſerui, quos regiæ tuæ ſublimitati dedicare propoſui: quanquā nec eruditio mea (quæ mediocris eſt) nec ulla omnino uirtus, eiuſmodi ſit, ut licitum mihi exiſtimem ad tantum principem ſcribere: tanta tamen laudum tuarum per omnium ora uolitantium, perculit admiratio: ut te non minus uenerer, quam ſi ex eorum numero eſſem, qui imperij tui finibus continerentur, qui liquido conſpiciam tuarum uirtutum cumulum, cum priſcis ſeculis, & cum antiquitate fortiter contendere: Auxit animum uir ille præſtabilis, gloriæ ſplendoriſq; tui ſtudioſiſſimus, Iodocus Ludouicus Decius a ſecretis M.T. qui dum Roma iter faceret Neapolim tuo nomi-

L. Decius

ne petiturus, Adriano pontifice ſe. ap. præſidente, tam pleno ore, præclara facinora tua, uictorias, uirtutes animi, fortitudinem, prudentiā, & pietatem prædicabat, ut te audacter cum quouis laudatiſſimo ueterū poſſe cōferre, minime dubitarim.

Tu ergo Sigiſmunde rex celeberrime, accipe hunc rogo libellum, uultu non alio, quam quo regē decet, hoc eſt, ſereno & hilari; quem tibi ego & ſi non erudi-

tus; at

tus: at certe nomini tuo deuotus, ac fidei catholicæ addictiſſimus, hæreſis Lutheranæ ímpugnator officioſiſſimus, religioſa mentis puritate conſecraui: Tuæ fuerit manſuetudinis & benignitatis regum fortiſſime, hæc qualiacunqꝫ boni conſulere. Deus M. T. tueatur. Datū Ingolſtadij Idib. Febr. Anno gratiæ M. D. XXVI.

AD IODOCVM LVDOVICVM DECIVM regium ſecretarium authoris Epiſtola.

Olim exiſtimes Deci ornatiſſime, me de eorum eſſe numero, qui tā diu amicos colere ſolent, quo ad eorꝫ uel præſentia frui queant: ſanctius ego amicos omnes & colo & ueneror: quibus ſi ſemel me addixero, etiam abſentes, cum aliter fieri nequit, iugi & perenni cogitatiōe mihi ſemper ante oculos ſtatuo: Icones & imagines eorꝫ, ante mentis aciem frequenter obuerſari facio. Vnde ingenium tuum placidum, mores perurbani, conſuetudo humaniſſima, qua mecum Romæ congreſſus es, adeo animo meo fixe inſederunt, ut nominis mei potius quā tui obliuiſcar, etiā ſi Lethæo flumine abluar: Hinc te potiſſimum delegi, qui regi tuo potentiſſimo libellū noſtrum offeres, tenellus eſt, tanti regis iudicium ſubiturus totus tremit atqꝫ horreſcit: uerum tantū ei fauoris (amici cauſa) impartiaris rogo, ut indulgētiam potius quā cenſuram illius maieſtatis experiatur. Vale amice chariſſime, & reuerendo patri domino Andreæ Epiſcopo Przemisliensi uerbis meis ſalutem dicito. Ingolſtadij M. D. XXVI.

DE SACRIFICIO MISSAE.

LIBER PRIMVS, PROBANS SACRIFICIVM EVchariſtiæ ex prædictione prophetica ueteris Teſtamenti.

CVM ECCLESIA SEMPER DOCVERIT IN MISSA fieri ſacrificiū, ideo id negantes non ſunt de Eccleſia. Cap. I.

NON FRVSTRA BEATVS APOSTOLVS PAVlus gentiū doctor Romanos monuit, & in Romanis oēs fideles, ut firmi in fide manerent & ſtabiles, neue ex radice & pinguedine exciderentur, ſi in bonitate non perſeuerarent, id ſymbolis monſtrat radicis & oliuæ, & exemplo docet cæcitatis Iudæorum in incredulitate. Nimirū inſtruens & præcipiens fideles perſeuerare in uera fide Catholica Eccleſiæ ſanctæ dei, ne quis per incredulitatē aut perfidiā ab unitate fidei deſciſcat, & radici oliuæ ſanctæ inſertus non excidat, fide eñ ſtare debemus, nō altum ſapere, ſed timere: Ideo ad eoſdē inquit. Dico eñ ibi per gratiā, quę data eſt mihi, oībus qui ſunt inter uos, nō plus ſapere quā oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem, & unicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſuram fidei: Huic Apoſtolico præcepto in nouiſſimis iſtis periculoſis temporibus, prohdolor multi reſiſtunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, ſine pace criminatores, incontinentes, proterui, tumidi, cæci, & uoluptatum magis amatores quā dei: adeo enim intumuerunt, ut nō ſolum altius ſaperent, quā eorꝫ confratres & proximi: ſed & iudicia eorꝫ, ſententiæ ſanctorum patrum Eccleſiaſticorꝫ, ſanctorum patrum, ac totius eccleſiæ inflata præſumptione, ac turgida temeritate præferrent: Quod cū in multis prætereant terminos, quos conſtituerunt eis patres noſtri, præ oībus hæreticis ab ipſis incunabilis Eccleſiæ uſqꝫ in hunc diem: tñ uix alibi errant periculoſius, conuincunt ſciſmatis apertius, & cæcitatis malo percutiunt profundius, quā dum ſacrum officium miſſæ innumeris modis lacerant: ut de his uerriſſime uaticinatus ſit Eſaias. Vade & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere: uidete uiſionē & nolite cognoſcere: Excæca cor populi huius, & au

Roma. 11
Roma. 12
2. Timo. 3
Prouer. 22
Eſa. 6.

Matth.13 res eius aggraua:& oculos eius claude,&cætera. Quod uaticiniũ &ſi Chriſtus teſtetur in Iudæis impletum:tñ hodie in hæreticis quoq; ſimili incredulitate & perfidia ſicut Iudæi,laborantibus,quis negabit? A Chriſto eñ paſſo annis iã M CCCCXC. nemo repertus eſt,qui negarit uenerabilem Euchariſtiã eſſe ſacrificium in ſacro officio miſſæ:ita uniuerſa ſemper tenuit Eccleſia per orbem terrarum diffuſa, ut poſtea docebimus,tam in prudentibus,quã in fatuis uirginibus, tam in uere fidelibus, quã hæreticis & ſciſmaticis:Vnde hoc nouum eſt monſtrũ a Luthero inuectum,a ueteribus & priſcis hæreticis ignoratum, ab oĩbus Chriſtifidelibus abſconditum, miſſam nõ eſſe opus bonum,miſſam non eſſe ſacrificium,nõ prodeſſe populo,defunctis,miſſam non dicendã pro peccatis aut alia neceſſitate. Cũ ergo eccleſia Chriſti ſemper docuerit,tenuerit,ac obſeruauerit miſſam eſſe ſacrificium per uniuerſum orbem apud *Luther ad Pighardos.* Catholicos,& etiam hæreticos (nam ob id plurimũ obiurgat Luther Pighardos, ꝙ apud eos miſſa ſit ſacrificium)conſectarium eſt, Lutheranos in hac parte manifeſtos eſſe ſciſmaticos & hæreticos:nam ſi una eſt fides,unus baptiſmus, unus deus & pa*Epheſ.4* ter omnium,qui eſt ſuper oẽs,ut ait Apoſtolus,ſicut eſt columba,perfecta,una matri *Cant.6.& 4* ſuæ,electa genetrici ſuæ. Et hæc ſponſa Chriſti,ſoror, ortus concluſus, fons ſignatus, credidit miſſam eſſe ſacrificiũ:neceſſe eſt ſpurium eſſe & adulterum, qui nouã fidẽ, contempta Eccleſia inducat. Ea enim Eccleſia a M & CCCC.annis & amplius uſq; *Matth.ult.* in hanc diem ſic docuit,cũ qua Chriſtus promiſit ſe manſurũ uſq; ad conſummationẽ *Iohan.14* ſeculi:cui promiſit daturum ſpiritum docentem oĩa:quæ apoſtolicis inſtituta doctrinis,ſanguine martyrum firmata,doctorum eruditione firmata,ſemper in ueritate ſidei ſtabilis perſtitit,docuit inquã miſſam eſſe ſacrificiũ,miſſam prodeſſe defũctis&c. Catholica ergo ſic credidit Eccleſia:itaq; alienus eſt ab eccleſia,ſciſmaticus & impius diuiſor,qui contrariam fidem inuexit:nam qui non eſt cum Chriſto, contra eum eſt: *Matth.12* & qui non congregat cum Chriſto,diſpergit:& unam fidem,& unam Eccleſiã habere recuſat,quomodo temere Chriſtum diuidere conatur. Verbis tñ adhuc impij deſertores non uerẽtur nobis obijcere Paulinas doctrinas ab his deprauatas;qui Pauli monita minime ſequuntur. Num is ſanctiſs. apoſtolus,dñi Ieſu monita ſecutus, ubiq; diſcordias,contentiones & ſchiſmata deteſtat̃:ſicut eius obſecratio ad Corinthios teſta*1.Corinth.1* tur. Obſecro uos fratres,inquit,per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti:ut idipſum dicatis oẽs,& non ſint in uobis ſchiſmata: Sitis aũt perfecti in eodem ſenſu & in eadem *Rom.12* ſcientia:huiuſmodi enim unitatem nobis commendat Apoſtolus: & ad Epheſios ſcri*1.Cor.10* bens,ad Romanos,& ad Theſſalonicenſes, quia Chriſtus deus pacis eſt,nõ diuiſiõis.

Epheſ.4
1.Theſ.5

At hic obſtrepunt hæretici,eccleſiã non eam eſſe,quæ uulgo credat̃,quoniã ſit in ſpiritu duntaxat: Porro ſemper credunt aliquos catholicos fuiſſe a deo præſeruatos,qui miſſam nõ crediderint eſſe ſacrificiũ,& in his ac in Lutheranis eccleſiam conſtituunt catholicã,ſed hallucinant̃ hic immodice heretici, nam ꝙ primo Eccleſiã nitunt̃ facere mathematicã,inuiſibilẽ,quæ nullibi ſit,immo nihil ſit,fallunt̃ prorſus: Nã &ſi unitas,uinculum ſanctę Eccleſiæ dei ſit ſpiritale,puta ꝙ oẽs unũ ſumus in Chriſto, *Galat 3* ꝙ oẽs ſimus membra unius corporis Chriſti,ſicut Chriſtus rogauit pro unitate noſtra *1.Cor.6* apud Iohannẽ:Ideo non perpendunt̃ differentiæ corporeæ, ſicut ad Galatas inquit *Ephe.4* Paulus. Quicũq; in Chriſto Ieſu baptizati eſtis,Chriſtũ induiſtis:nõ eſt Iudæus, neq; *Iohan.17* Græcus,non eſt ſeruus neq; liber,nõ eſt maſculus neq; fœmina: Oẽs enim uos unum *Gala.3* eſtis in Chriſto Ieſu. At cũ hæc oĩa non niſi ſpiritu dei fiunt & ſint,quoniã qui ſpiritu *Roma.8* dei agunt̃ filij dei ſunt: decipiunt̃ hæretici exiſtimantes Eccleſiam tantũ ſpiritalẽ eſſe, *Matth.18* nõ attendentes quod Saluator noſter dixit,Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipſum & cætera. Quod ſi non audierit eos,dic eccleſiæ:Si autem Eccleſiam nõ audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus:dicat hæreticus,quõ poſſumus dicere ſuæ Eccleſiæ mathematicæ,quomodo eam poſſumus audire,niſi eã ſenſibilem ponat in ſenſibilibus hoĩbus:ex prædictis itaq; uerbis CHRISTI pateſcit obtuſitas & inſcitia

ſcitia hæreticorum,adhucneſcientium in ſenſibili eccleſia ſpiritale eſſe uinculum unitatis & fidei, ac ſpiritalem ſeu myſticam membrorum rationem.

At ſecundus cauillus eſt multo ineptior ſumma cum impietate coniunctus: Primo enim exhibeat Luther aut Zuuinglius, aut alius impietatis miniſter hos catholicos,qui negauerint miſſam eſſe ſacrificium, nemo unquam ita deſipuit: quod uerba Pauli huc torquent,ſuo loco euacuabitur. Dein cur iam Luther Eccleſiam catholicam in has uult contrahere anguſtias,qui prius ſuper Pſalmo,ij. ſuper Epiſtola ad Galatas, de poteſtate Papæ, noluit eam conſtringi intra limites Romanæ obedientiæ, Iam cum ſuæ hęreſis aſſertio exigit, reddit multo anguſtiorem Eccleſiam Chriſti quam Synagogam Iudęorum, nam a Mille annis certe plures fuerunt Iudęi, ꝙ reperti fuerunt Chriſtiani miſſam ſacrificiũ eſſe negantes, cum nulli prorſus tales reperiantur, Donatiſtica eſt hæc impietas,arctare Eccleſiam in hos hęreticorum angulos,ut iam catholica eſſe deſinat, uix particulari Eccleſię ſimilis, Si enim tam pauci nulli fuerunt Chriſtiani a Mille ducentis annis,quomodo promiſſio Dei eſt adimpleta facta Abrahę, Iſaac & Iacob. In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terrę, Gene.22
Et erit ſemen tuum ſicut arena terrę,& multiplicabitur ſupra mare & in Aphricum, Gene.26
& in Aquilonem & ad Orientem,& benedicentur in te omnes tribus terrę & in ſemine tuo. Gene.28
Et ne id peruerſo ſenſu intelligas de Iudęis,obſtat Apoſtolus ad Galatas ſcribens & de Eccleſia intelligens, quia in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus benedicentur omnes gentes. Galat.3
Hęreticus contra promiſſum Dei, contra teſtamentum Dei negat omnes gentes benedici in CHRISTO, ſed pauculos duntaxat hęreticos negantes Miſſam eſſe ſacrificium, cum alijs impietatibus: Date uos hęretici mihi hanc Eccleſiam multiplicatam ſupra mare & in Oriente & occidente, ſi apud uos eſt, oſtendite uos communicare omnibus gentibus: Date hanc hęretici (ita inſultat Auguſtinus Donatiſtis) aut furore depoſito, noſtram Catholicam credite Eccleſiam, quæ cum Hiſpanis, Anglis, Germanis, Liuonijs, Indis, Armenis, Syris & Aphris communicat: qui ſedi Apoſtolicę, & Domino apoſtolico obedientiam pręſtant. Congere omnia teſtimonia prophetica,& ſemper uidebis amplitudinem Eccleſię catholicę per omnes gentes tóto orbe terrarum diffuſę, ultra paruitatem ſynagogę Iudaicę Efflorebit & Germinabit Iſrahel: & implebit faciem orbis ſemine: Vbi ſeptuaginta legerunt, καὶ ἐμπληθήσεται ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ.
& implebitur orbis terrę fructu eius: Chriſtum effloruiſſe de radice, ſicut Eſaias Eſa.11
ante dixerat. Apoſtolus ad Romanos comprobabat: fructu Chriſti orbem ter- Roma.15
rarum repleri diuino reſponſo pręuidit Eſaias: & hęreticus uix paucos homines contendit impletos: Simile teſtimonium profert Eſaias alio capite. Ecce ſeruus meus Eſa.42
ſuſcipiam eum,electus meus complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum,Iudicium gentibus proferet,& infra ſecundum ſeptuaginta. Et in nomine eius gentes ſperabunt,Secundum communem. Et legem eius inſulę expectabũt.
Hoc teſtimonium de Chriſto intelligendum,& in Euangelio poſitum eſt: qui audet Math.12
contradicat,inquit Auguſtinus,qui autem non audet,ſperet in eum cum gentibus,& ab unitate gentium in eum ſperantium non recedat ad paucos hęreticos, & ſciſmaticos, Simile teſtimoniũ ex eodẽ Eſaia ſequitur, ab Apoſtolo ad Corinthios explicatũ.
Vbi poſt multa ſequitur: Ecce iſti de longe uenient,& ecce illi ab aquilone & mari,& Eſa.49
iſti de terra Auſtrali,& infra: Ecce in manibus deſcripſi te, muri tui coram oculis meis 2.Cor.6.
ſemper. Venerunt ſtructores tui,deſtruentes te & diſſipantes a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos,& uide,omnes iſti congregati ſunt, Venerunt tibi, quia deſerta tua & ſolitudines tuę,& terra ruinę tuę, nunc anguſta erunt pręhabitatoribus. Quid expreſſius pro multitudine fidelium,pro latitudine Eccleſię,& maxime poſteaquam tyrranni deſierunt perſequi Eccleſiam: pręuidit propheta Eccleſiam dilatandam & implendam: quia deſtruentes te (Eccleſiam) uenerunt ſtructores tui: hoc eſt, quod reges primo perſequentes & diſſipantes Eccleſiam, Poſtea adiuturi

erant ędificare Eccleſiam,quod ſignificantius dixerunt ſeptuagint, καὶ τάχυ οἰκοδομήθης ὑφ᾽ ὧν καθῃρέθης. & cito ędificata es,a quibus euerſa es ſeu deſtructa. Et quod poſt hunc multitudo gentium congregaretur Eccleſię explicuit, Leua in circuitu &c.

Eſa.54. Et præter multa alia,illud clariſſimũ extat eiuſdẽ uaticinium: Lętare ſterilis quę nõ paris,decãta laudẽ & hinni,quæ nõ pariebas,qm̃ multi filij deſertæ magis q̃ eius quę habebat uirum ,dicit dñs,& infra: Ad dexterã,n,& leuã penetrabis,& ſemẽ tuũ gentes hæreditabit,& ciuitates deſertas inhabitabit: Ecce teſtatam multitudinẽ,quia hæ-

Galat.4 reditas Chr̃i in terris,eccleſia: plures aũt filij ſunt iſtius,quã ſynagogæ,eius quæ habebat uirꝫ legiſlatorẽ: Nã de Eccleſia illud eſſe prædictũ ex Paulo intelligere potuiſti. Aduertas igit̃ hæreticæ multitudinẽ Iudæorꝫ per Aſiam, Aphricam & Europã diſperſam,& cõpara paruã iſtam multitudinẽ Lutheranorꝫ,& re ipſa manifeſtabit̃ in hac paucitate non poſſe eſſe Eccleſiã Chr̃i,quæ plures habet filios pollicitatione dei, quã ſynagoga: Non pergam ꝑ alios prophetas,breuitati ſtudẽs,quæ ſi quis deſyderet, ab Auguſtino petat: Satis,n. in pręſentia temeritas hæretica confutata eſt,cõtendens Eccleſiam in tam anguſtos fines coartare,quæ per orbem terrarum diffuſa eſt: Cui cum hæretici contemnunt communicare,& eius unitati conſentire de ſacrificio Miſſæ,manifeſtiſſime ſe crimine ſchiſmatis reos faciunt,& ab eccleſia impia leuitate recedentes, a capite Eccleſiæ Chriſto Ieſu ſeparantur in iacturam ſalutis animarum ſuarum,& æternæ damnationis acquiſitionem: Iam principale aggrediamur.

Deus per Malachiam primo prædixit Euchariſtiæ ſacrificium. Cap. II.

COnatus noſter eſt in præſenti libro aſſerere ſacrificium Miſſæ, quod imprimis oſtendemus ꝓphetico ſpiritu prænunciatũ: Dein a Chriſto inſtitutum, poſtremo ab apoſtolis traditũ,& ab uniuerſa eccleſia obſeruatũ: Nã cũ hęretici ita inſaniant,ut oĩa ſacrificia ab eccleſia dei auferant: & Chriſto ſemel in cruce oblato, amplius in miſſa nõ offerar̃: Nos cõtra aſtruimus cum matre nr̃a eccleſia catholica,ſacrificium aliquod iuge & perenne eſſe in eccleſia Dei,quod quotidie offertur ꝑ

Malach.1 eccleſia dei:Quod futurꝫ prædixit dñs per Malachiam ꝓphetam,cuius hæc ſunt uerba: Non eſt mihi uoluntas in uobis dicit dñs exercituũ,& munus nõ ſuſcipiam de manu ueſtra: Ab ortu,n,ſolis uſqꝫ ad occaſum,magnum eſt nomẽ meum in gentibus,& in omni loco ſacrificat̃ & offertur nomini meo oblatio mũda,q̃a magnum eſt nomen meũ in gentib. dicit dominus exercituũ. Hæc ꝓpheta clariſſime & apertiſſime uaticinatus eſt contra Iudæos,idololatras & hęreticos: Is.n.propheta poſt captiuitatẽ Babylonicã ſuam prodidit ꝓphetiam,dũ iam bona portio Iudęorꝫ eſſet reuerſa in Iudęã: prędicit autẽ plucido ſermone abiectionẽ Iſrahelis & ceſſationẽ ſacrificiorum ueteris legis,maxime expiationis peccati. Vocationem latitudinis gentium. Oblationem noui & puri ſacrificij acceptam deo,quæ nullo ſit limitata loco.

Primo,n,futuram prædixit Iudæorꝫ reprobationẽ, quam per alios quoqꝫ prophetas ſæpiſſime prædixit: quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael: & explicat Paulus Iu-

Roma.11 Actu.13. dæis loquens. Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei: ſed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes: ſic enim

Eſa.49 pręcepit nobis dominus. Poſui te in lucem gentibus,ut ſis in ſalutem uſqꝫ ad extremũ

Oſee.3 terræ: Et quantum ad ſacrificium attinet & alia legis,clare hoc prædixit Oſeas. Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege,ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari

Amos.5 & ſine ephot,& ſine teraphim,id eſt,imaginibus: Sic eius caſum prædixit etiã Amos. Cecidit,non addet ſurgere uirgo Iſrael. Sic in præſentia hoc præuidit Malachias. Non eſt mihi uoluntas in uobis, aut ut Ionathas tranſtulit. Non eſt uoluntas coram me in uobis: Et quia etiam ſacrificia Iudæorum ceſſabunt,ſubdit: & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra. Quod hic munus tranſtulit interpres,mox uertit oblationẽ. Sic,n,habet מירכם & ומנחה לא ארצה מנחת uerterunt ſeptuaginta θυσίαν ſacrificium

ciũ, quia & donũ & ſacrificiũ & oblationẽ ſignificabant, hactenus cõtra Iudæos.

Sequitur contra Iudæos & hæreticos. Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus. Vbi latitudo fidei & Eccleſiæ fuit pſuiſa, q̃ nõ debebat intra terminos Iudææ coartari, aut intra angulos hæreticorũ cõcludi.

Et in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Poſtq; propheta prædixit in perſona dei, ſacrificia Iudæorum ceſſatura, promittit cum nomen ſuum futurum ſit magnum in gentibus, quod per publicationem Euangelij factum eſt, ut capite primo diximus, tunc in omni loco offeretur oblatio munda. Hoc ſacrificiũ non intelligit̃ ueteris legis cũ iam illud reſpuerit, & cũ in ueteri lege erant multa ſacrificia: Hic præuidit unã oblationẽ mundam, unde etiã idololatræ cõfundunt̃ queq; immunda, offerentes, non nomini dei, ſed demonijs & idolis ſuis: Et per hoc quod dicit munda oblatio, ſatis innoteſcit, non ſufficere orationes et uoluntates bonorũ in hac uita, quæ uel muſcas Aegyptiacas habent admixtas, aut imperfectę ſunt ab illa munditia agni immaculati: ſicut Dauid ait: quouſq; iraſceris *Pſal. 79* ſuper orationẽ ſerui tui. Et mundam hanc oblationẽ unicã uocat, opponens eã ſacrificijs ue. legis ipſam ſignificantibus, non tamen mundare potentibus, ideo abſolutam oblationem præuidit futuram.

Quod ſi Lutherani dicturi ſint, hanc oblationem mundam factam in ara crucis, ſicut Paulus ad Hebræos inquit, at id excludit Propheta, dicens, non in ara crucis *Heb. 9. 10* duntaxat offerendam oblationem mundã, ſed in omni loco, & quia magnum eſt nomen domini in gentibus, ita a ſolis ortu uſq; ad occaſum in omni loco offertur illa oblatio munda, & ita non in ſolo monte Caluariæ, ubi Chriſtus oblatus eſt ſemel. Adde q cum oblationem illam mundam loco tribuit, q non poterit dici oblatio mere ſpiritalis, quin ſit etiam corporea: quia oblatio ſpiritalis abſtrahit a loco & tempore, ſicut Chriſtus ad Samaritidem inquit. Venit hora, quando neq; in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrẽ: ſed ueri adoratores adorabunt in ſpiritu & ueritate. Priora omnia erũt euidentiora, ſi textũ ipſum ex Hebraica ueritate inſpexerimus: ita. n. ſe habet ובכל מקום מקטר מגש לשמי ומנחה טהורה *Iohan. 4* Quod e uerbo ſic redditur. Et in omni loco thurificatũ & appropinquatũ ſeu oblatũ nomini meo, & oblatio munda: nam מקטר & מגש paſſiua ſunt nomina in hiffil: & נגש cum apice ſibolet ſignificat frequentius appropinquare & accedere, ut Gene. xxxiij. & xxxiiij. tamen etiam ſignificat offerre, Exod. xx. ſicut Eſa. liij. ponitur pro offerre, cum puncto ceboleth, oblatus eſt, quia ipſe uoluit. In omni itaq; loco ſũt thurificatores & ſacrificatores oblationẽ mundã: quare liquet nõ ſolũ de Chriſto offerente locutum prophetam, ſed de ſacrificantibus per orbẽ diſperſis in omni loco, qui iam ſunt ſacerdotes rem ſacram in omnibus Eccleſijs facientes.

Hoc quoq; non uacat myſterio, q oblationem puram expreſſit per uoculam מנחה Nam dum in Leuitico quinq; genera ſacrificiorum commemoraret, ſcilicet pacifica, holocauſta, pro peccatis, pro delicto, & munerum ſeu libamentorum: *Leuit. 5. 6. 7* Lex huius ultimi ſacrificij, quod מנחה dicitur, deſcribitur Leuit. vi. Et erat ſimila, & ita panis piſtus: & comedebatur abſq; fermento in loco ſancto, quod genus oblatiõis recte exprimit ſacrificium eccleſiæ, ipſum dominum Ieſum unctum præ participibus ſuis oleo læticiæ, in hoſtia munda non fermentata offerendũ deo patri omnipotenti: Hinc propheta peculiariter ſacrificium noui teſtamenti explicaturus מנחה appellauit, nõ קרבן non עלה non זבח non שלמים non חטאת non אשם quæ omnia ſunt nomina ſacrificiorum: at ut diximus, appellatio minchæ plus competebat ſacrificio Miſſæ, in quo ſub ſpecie panis Chriſtus offertur. Nam ut Hieronymus ſuper Ezechiele inquit. Simila quæ de frumento conficit̃, *Ezech. 16* ad dominum refertur, qui de ſemetipſo ait. Niſi granum tritici ceciderit, & in terra mortuũ fuerit, ipſũ ſolũ manet. Ex quibus omnibus liquet, ſacrificiũ p̃dictum a *Iohan. 12*

propheta in gentibus, eſſe purius q̃ ſacrificia Iudæorum: Senſerunt etiam perfidi Iudæi hunc locum approbantem ſacrificia noſtra: nam rabi Abraham Aueneza ra inquit in פרשה Quamobrem uos eſtis contemnentes nomen meum, & ipſū eſt magnum & glorioſum, etiam in gentibus. Reputatur autem in oculis meis honor magnus, quo ipſi honorant me: ac ſi ipſi in omni loco adducerent thurificatorem & appropinquatorem & oblationem uel munus mundum: Non quemadmodum uos facitis in offerendo uel appropinquando faciei meæ panem pollutum, & claudum & cæcum: Vidit hoc quoqꝫ Samuel Morochianus ad rabi Iſaac ſcribens. Timeo domine mi, ꝙ deus eiecit nos a ſe, & ſacrificium noſtrum, & acceptauit ſacrificium gentium, ſicut dixit per os Malachiæ, Non eſt mihi uoluntas in uobis &c.

Diuexauit is locus Rabi Selomo, qui ut uitaret ueritatis ſententiam, mire torſit uerba prophetæ. Q; ſit oblatio munda in gentibus, quia licet gentes colerent idola, tamen aſtruebant Deum cœli & terræ eſſe excellentiorem illis dijs: Dein eo confugit, ꝙ propheta loquatur de Iudęis offerentibus inter gentes diſperſis: At utrunqꝫ a ueritate eſt alienū: Nam qua fronte dicet idololatras offerre oblationem mundam, cum ipſi ſint immundi? Porro cui faciet credibile, Iudæos comixtos inter gentes, & perſeuerantes cum eis obtuliſſe mundiorem oblationem, q̃ eos, qui ex captiuitate Babylonica reuerſi fuerant amore legis ad Iudæam? cum Dauid
Pſal.105 ductore ſancto ſpiritu nobis deſcripſerit, q̃ mundi ſint Iudæi inter gentes conuerſati. Et cōmixti ſunt inter gentes: & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorꝝ, & factum eſt illis in ſcandalum: Et immolauerūt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs: Et effuderunt ſanguinē innocentē, ſanguinē filiorum ſuorꝝ, & filarum ſuarū, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan: Plures enim ex conuictu gentilium tranſgreſſores efficiebantur legis, & alienigenas ducebant etiam aliqui ex ſacerdotibus: ut & Ioſephus teſtatur libro undecimo de Antiquitatibus capite 4. & 7. Quare nullam ſpeciem ueri habet torſio illa Salomonica: ſed inuicta ueritas prophetica contra Iudæos triumphat, & hæreticos pro ſacrificio mundiſſimo Euchariſtiæ in eccleſia catholica per orbem terrarum in gentibus diſperſa.

Hæretici ut ſunt lubrici & ſacrarum literarum corruptores inſignes, Tertulliano teſte, forte utcunqꝫ conabuntur hunc apertiſſimum textum cauillari, quia loquatur de orationibus ſanctorum, & perizomata ſibi facientes adducent beatum Hieronymum eo loco dicentem. Vt ſciant carnalibus uictimis, ſpiritales uictimas ſucceſſuras, & nequaq̃ taurorum hircorumqꝫ ſanguinem, ſed thymiama, hoc eſt ſanctorum orationes deo offerendas: At iam diu præcluſimus hos cauillos, ꝙ ſpiritales uictimæ abſtrahant a loco & tempore &c. neqꝫ eſſet oblatio una munda, ut diximus: Et ad Hieronymum dicimus inciuile fore reſpondere tota lege non perſpecta: Hieronymus. n. ad interpretationē ſeptua. aſpiciens, qui hic duo poſuerūt, thymiama. ſ. & ſacrificium: ſic enim legerunt. καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά. Duorꝝ ergo meminit propheta illorū ſententia, ſcilicet thymiamatis & thyſiæ, thymiama interpretatur incenſum, thyſia ſacrificium:
Nunc ergo acutius inſpiciendo Hieronymum, thymiama refert ad orationes ſan-
Pſal.140 ctorum deo offerendas, reſpiciens ad illud Pſalm. Dirigatur oratio tua ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum: quibus uerbis hodie utuntur aliqui ſacerdotes in thurificatione ex traditione & conſuetudine patrum: nam & uerbum hic poſitum in Malach. קטר ſignificat thurificare, ſuffumigare, incendere &c. At quod ſequitur de thyſia Hieronymus nequaquam refert ad orationes ſanctorum, ſed ad ſacrificium Eccleſiæ. Ait enim. Non in una orbis prouincia Iudæa, nec in una Iudææ urbe Hieruſalem, ſed in omni loco offerri oblationem, nequaquam immundam, ut a populo Iſrahel, ſed mundā

ut in cæ-

ut in cæremonijs Chriſtianorum: Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum, magnum eſt nomen domini in gentibus, dicente ſaluatore. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Quibus liquet Hierony. oblationem mundam non referre ad orationes ſanctorum, Primo quidem ex eo ꝙ oblationem mundam gentiū opponit immundę Iudæorum, quod in orationibus facere non potuit, cum etiam patres ſynceriter orauerint, ut Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Dauid &c. ſed oblationem mundam Euchariſtiæ opponit oblationi pecorum & beſtiarum. Secundo quia oblationem illam mundam dicit offerri in cæremonijs Chriſtianorum. Qui adorant in ſpiritu & ueritate, nullis egent cæremonijs ad orationes. Itaq; Hiero. hæreticis in hoc loco minime ſuffragatur. Concludamus itaq; cum Tertulliano. Quia per Moyſen deus præſcripſit populo Iſrahelitico, ut ſacrificia in nullo offerrent, ꝙ in terra promiſſionis: idem per Malachiam prædixit poſt dilatationem Eccleſiæ in gentibus, in omni loco offerri oblationem mundam: Hoc fit & factum eſt ſemper in Eccleſia dei, & fiet uſq; ad aduentum Antichriſti.

Iohan. 17 · *Iohan. 4* · *Cōtra Iudæos.*

Ex Malachia cap. 3. idem probatur, & cur aſſimilatur ſacrificijs antiquorum annorum in propheta & in miſſa. Cap. III.

CVm Malachias ultimus fuerit prophetarum, clarius quid & apertius nobis monſtrauit de uocatione gentium, & ſacrificio Eccleſiæ, ideo libenter dictis eius immoramur, quatenus noſtra firmant. Sic itaq; apud eum legimus. Et ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſticia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. Hic Malachias ſeu Eſdras (ut Auguſtinus poſt Hieronymum exiſtimat) prædicit ſacrificia nouæ legis in iuſticia, ſicut annis prioribus. Et ut deueletur umbra prophetica, primo omnium nemo fideliū dubitare poterit, in hoc capite auſpicari prophetam a præcurſore Iohanne, & ab aduentu Chriſti. Teſtatur id ſaluator apud Mathæum & apud Lucam. Erit itaq; conſectarium ea quæ ſequuntur, intelligenda de factis & inſtitutis Chriſti in eccleſia poſt ſuum aduentum: nam quod pleriq; uolunt refferre ad ſecundum aduentū Chriſti in nouiſſimo die, minus apposite uidetur dictum: Primo ꝙ tunc ceſſabunt omnia ſacrificia: Secundo, quia de aduentu Heliæ ante ſecundum aduentum Chriſti agit, & de illo aduentu in cap. 4. Q; ſi omnino contendas cū Auguſtino, locutū prophetam per anticipationem de aduentu nouiſſimo, ita quod utrunq; aduentum ſimul propoſuerit, & dein effectus utriuſq; aduentus explicuerit, tn̄ dubio procul uerba a nobis propoſita ſunt referenda ad effectum primi aduentus: Quare is uidetur genuinus eſſe ſenſus. Quando ueniet ad templum ſuum dominator quem uos queritis, & angelus teſtamenti quem uos uultis, Chriſtus Ieſus uerus Meſſias, qui poſtq; impleti ſunt dies purgationis, ſecundum legem Moyſi allatus eſt a parentibus in Hieruſalem, ut ſiſterent eum dn̄o, Sedens aūt ad dexteram patris probauit argentum electorū Chriſtianorum in fornace tribulationis & perſecutionis in Iudæa primum, mox per tyrannos in omnibus partibus orbis, uarijs ſupplicijs martyres affligendo, Et purgabit igne ſpiritus ſancti & paſſionis filios Leui, id eſt, Apoſtolos & ſacerdotes eorum imitatores: ut iudicium incipiat a domo dei. In filijs Leui inquit Hieronymus, omnem ſacerdotalem intellige dignitatem. Nam ut Beatus Ambroſius inquit: In ueteri lege ex ſola tribu Leui Aaronitæ fiebant ſacerdotes: nunc omnes ex genere ſunt ſacerdotali, ideo ex populo poteſt fieri ſacerdos. Et colabit eos exuendo ueterem hominem & induendo nouum hominē, purificans

Malach. 3 · *Math. 11* · *Luce. 7* · *Luce. 2* · *1. Pet. 4* · *Hierony. ſuper epiſto. ad ephe.* · *Ephe. 5* · *Coloſ. 3* · *Eccleſ. 2*

corda eorum, & probabit eos tanq̃ aurum & argentum in igne, qui ſic emunda-
ti & colati, erunt offerentes domino ſacrificia iuſta, dicit gloſa ordinaria, id eſt, Eu
chariſtiam, uirtutes omnium ſacrificiorum in ſe continentem, & placebit Deo ſa-
crificium, quod offerent pro Iuda & Hieruſalem, hoc eſt (inquit Hieronymus)
pro his qui deum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt, per Iudam enim
& Hieruſalem, ipſam Dei eccleſiam accipere debemus, & non ex Hebræis tan-
tum, ſed ex alijs etiam gentibus congregatam ait Auguſtinus: Et quomodo pla-
cebit ſacrificium iſtud? ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui, hoc eſt, quomodo in
Gene. 4. principio placuerunt ſacrificia deo in patribus, in Abel, cuius munera deus reſpe
Gene. 7 xit, In Noe de quo Dominus odoratus eſt odorem ſuauitatis, In Abraham, Iſaac,
& Iacob.

Et ueritas ueritati concordat, nam eodem ſpiritu, quo propheta hæc prædixit ſub tegumentis propheticis, eccleſia ſine inuolucris conſtituit in ſacro canone miſſæ dici. Supra quæ propitio ac ſereno uultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchę noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctum ſacrificium & cætera. Orat enim ſacerdos in perſona eccleſiæ Catholicæ, ut ſicut ſacrificia, Abel, Abrahæ & Melchiſedec fuerunt tibi accepta ex fide offerentium & deuotione, ita ſacrificium noſtrum, ultra hoc quod ex ſe tibi placet offerentibus ſit tibi gratum. Hinc liquet gloſſam ordinariam, Nicolaum de Lyra ſuper Malachiam, Innocentium, Albertum & Alexandrum, cum alijs de officio miſſę, fruſtra eſſe ſolicitos, ſicut in propheta & in canone, non dicere, æqualitatem, ſed ſimilitudinem, eo quod ſacrificia illorum trium non ſint æqualia euchariſtiæ, ſed ſimilia, ſicut figura eſt ſimilis ueritati. Nam nullibi refertur ad æqualitatem ſacrificiorum, ſed offerentium & acceptationem diuinam. Orat enim eccleſia: ut tali deuotione & fide offerentes faciat, quod acceptum & gratum ſit deo & beneplacitum in oblatione noſtra: ſicut placuit diuinæ maieſtati ſacrificium illorum trium patriacharum, nam ſacrificia legalia non fuerunt ita commendata in ſcripturis, ſicut illorum trium: Hinc propheta per uiſionem de hoc certificatus, uidit filios Leui purgatos, offerre ſacrificia iuſta & Deo grata & accepta, ſicut fuerunt deo grata ante legem Moſaicam: Hoc quoq; te non lateat hoc loco, denuo, prophetã, cum inquit, & placebit Deo ſacrificium Iuda, uti hac uocula מנחה quod expreſſius noſtro ſacrificio altaris adaptari poteſt, ut ſuperiori capite aperuimus.

Deus Leui. 21. Numeri. 28. per Moyſen prædixit Euchariſtiæ ſacrificium etiam ſecundum Rabinos. Cap. III.

EV chariſtiam eſſe ſacrificium noui teſtamẽti, adhuc fortius aſtruamus:
& colligemus duos textus ueteris teſtamenti iuxta Hebraicam uerita-
Leuit. 21 tem: quorum primus eſt in Leuitico, ubi nos legimus, Panes dei ſui of-
ferunt: & ideo ſancti erunt: habet Hebraica ueritas, לחם אלהיהם מקריבים והיו
קדש quod ad uerbum ſic transferunt docti. Carnẽ dei ſui offerent, & erunt ſancti.
Et paulo poſt, וקדשתו כי את לחם אלהיך הוא מקריב קדוש יהיה לך כי קדש אני
יהוה מקדשכם Quod ſic uertitur. Et ſanctificabis eum, quoniam carnem dei tui,
ipſe ſacrificans, Sanctus erit tibi, quoniam ſanctus dominus ſanctificans uos. Se-
Nume. 28 cundus locus eſt Numeri xxviij. ubi nos legimus, Dixit dominus ad Moyſen, præ
cipe filijs Iſrael, & dices ad eos. Oblationem meam & panes & incenſum odoris
ſuauiſſimi offerre per tempora ſua. Hebræa ſic habent. את קרבני לחמי לאשי
Alias ad incendium meum. ריח ניחחי תשמרו להקריב לי במועדו Quod ſynceriter ſic ſonat. Sacrificium meũ
caro mea (aut aliter, Oblationẽ meam panis mei) ad ignes odoris ſuauitatis meæ
cuſtodietis

cuſtodietis ad offerendum mihi in tempore ſuo. Ante inductionem textuum pro-
derit forſan attingere cauſam uariationis interpretum, quia dictio לחם ſecundum
Rabi Dauid Kimhi in libro שרשים quandoq; ſignificat omne comeſtibile: quan
doq; ſolum panem: quandoq; carnem, ut hic & Sopho. 1. & Iob 20. & Iob. 6. Igit
quod erat carnem dei tui transferendum, aliquæ æditiones panem traduxerunt.
Occaſionem iſtorum locorum Stapulen. mihi ſuggeſſit, dum auditoribus meis
Iohannis Euangelium declaraturus in Commentarios 6. capitis incidiſſem, unde
anſam habui latius huius rei peritos conſulendi, & inueni Porchetum & Galati-
num abunde hos locos tractantes. In Leuitico itaq; deus loquitur de ſanctificatio
ne ſacerdotij in figura. Et oblatio hic fuit prædicta, quã fecit in cruce proomniũ
ſalute, oblata carne ſua in ſacrificium, in incendio ſuo, in immenſo igne charitatis
ubi prædixit inſtitutionem noui ritus in eius ſacrificij memoriam, quæ ad incen-
dij eius, id eſt, charitatis imitationem eſſe debet. Sanctitas ergo ſacerdotum non
fuit in ueteri teſtamento quando offerebant carnes taurorum & hircoꝝ ac ouiũ,
niſi in figura, Sed ueritas ſanctificationis eſt in ſacerdotibus offerentibus carnem
dei, quod non fit niſi in officio ſacro miſſæ. Non ergo locutus eſt de ſacrificijs uete
ris legis, ſed de ſacrificio noſtri temporis, & qualitate conſecrantis, proſequuntur *Super Nume.*
prænominati doctores latius ex declarationibus Rabinorum, quia Rabi Pinhas
filius Iahir dicat, Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, ſed ſacrificium pa
nis & uini nunquam ceſſabit, Quia Melchiſedec rex ſalem protulit panem & ui *Gene. 14*
num, & Meſſiah eſt ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchiſedec: Simili- *Pſal. 110*
ter citant Rabi Iohai idẽ dicentem, & pro ſacrificio uini adhuc duos locos adijcit, *Super Nume.*
unũ ex Geneſi prædictione prophetica Iacob. Vbi poſtquã dixiſſet de aduentu *Gene. 49*
Meſſiæ, Non auferet̃ ſceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec ueniat
qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Vbi ſecundum oẽs expoſitores
iudæos & catholicos loquit̃ de Meſſiah, & ſubdit: ligans ad uineam pullum ſu-
um, & ad uitem o fili mi aſinam ſuam: quod in Hebræo dicitur עירה ciuitatem ſu
am: modo ciuitas animæ eſt corpus, Indubie prouidens ſpiritu Meſiah in unitatẽ
ſacramenti euchariſtiæ alligaturum corpori ſuo ſanguinem ſub ſpecie uini. Ali-
us locus in libro Iudicum. Nunquid poſſum deſerere uinum meum, quod lætifi- *Iudicum*
cat deum & homines: Modo non apparet alius modus, quo uinum lætificet deũ,
niſi in ſacrificio, quod de ipſo fiet. Et hic Rabi Iohai per multos annos Chriſtum
præceſſit.

Hoc clarius referunt expreſſiſſe Rabi Cahana. Ligans ad uitem ciuitatẽ ſuam *Super Gene.*
&c. Hæc uerba inquit oſtendunt, quod ſacrificium quod fit ex uino, non ſolum
tranſmutabit̃ in ſubſtantiã ſanguinis Meſſiæ, ſed etiã conuertet̃ in ſubſtantiã cor
poris eius: Verba aũt illa: Et ad palmitem o fili mi aſinum ſuum, ſignificant, ꝙ diui
nitas & dei filius unietur aſino, id eſt materiæ ſuæ: Quemadmodum enim aſinus
fert onera & ueſtes uiatorum, ita rex Meſſias delicta totius orbis portabit ſuper
ſe, iuxta illud Eſaiæ: Et deus obuiare fecit in eo peccatum omnium noſtrum, cum *Eſa. 53*
autem dicitur, lauabit in uino ueſtem ſuam, eadẽ eſt ſententia diuerſis uerbis, quo
niam ueſtis dicit materiam noſtram, iuxta illud Iob, pelle & carne ueſtiſti me. Et *Iob. 10*
in ſanguinæ uuæ pallium ſuum, id eſt diuinitatem ſuam, quia ſicut pallium totum
hominem circundat, ita deus totum replet mundum. Rubiores ſunt oculi eius ui-
no, & dentes eius lacte candidiores. Hoc eſt: In ſacrificio quod fiet ex pane, non
obſtante quod album ſit, uelut lac, conuertetur ſubſtantia in ſubſtantiam corpo-
ris Meſſiæ, eritq; in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſanguinis Meſſiæ rubra ut uinum:
Erunt item in ſacrificio uini, ſanguis & caro Meſſiæ, & eadem erunt in pane, quo
niam corpus Meſſiæ non poteſt diuidi, ſicut ſcriptum eſt: Et ſubſtantiam non cõ *Exod. 12*
fringetis in eo. Præterea caro ſine ſanguine res mortuæ ſunt: corpus uero Meſ- *Os.*

ſiæ poſt reſurrectionem ſemper uiuet: & hinc eſt dictum illud. Dauid rex Iſrael
in ſæculum uiuit,(Dauid unũ eſt de nominibus Meſſiæ, ut ex Hieremia liquet)
Hiere. 30 Hæc Calrana referunt ſcripſiſſe diu ante natiuitatem Meſſiæ, Idem intellexit tex
Nume. 28 tum ex numeris. Ad offerendum mihi in tempore ſuo, id eſt in tempore Meſſiæ.
Exod. 25 Citant porro Rabi Iudam ſuper illud Exodi, ubi nos legimus. Et pones ſuper
menſam panes propoſitionis in cõſpectu meo ſemper: Hebraica ueritas ſic habet,
ונתת על חשלחן לחם פניס לפני תמיד Et dabis ſuper menſam panes facierum co
ram me iugiter. Cur dicantur panes facierum explicat Rabi Iudas dicens, quia
transſmutabitur ex ſubſtantia panis cum ſacrificabitur in ſubſtantiam corporis
Nume. 28 Meſſiæ, & ipſe idem erit ſacrificium: Ideo dicit. Reſpicietis ad offerendum mihi,
id eſt, offerri me, & infra: Et magiſtri aiunt: eam ob rem dictum eſſe panem facie-
rum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, humanitas & diuinitas. Hæc il-
le Rabi ante Chriſtum incarnatũ. Vltimo licet referre uerba priſci doctoris, quem
Iudæi Rabbenu haccados. i. magiſtrũ noſtrum ſanctũ appellant: qui narrat ſe ita
a Rabbi Simeone filio Iohai ſcriptũ reperiſſe. Quod cũ ſemel idẽ Rabbi Simeon
in ſpelunca duplici orans, uidiſſet Eliã ſibi apparentẽ, & ſe tanq; ſummum pontifi-
cẽ induentem, rem ſacram facientem, atq; ideo oẽs lætantes, tandẽ poſt multa inter
rogauit ipſum dicens. Sacrũ illud quod faciebatis corã deo ſancto & benedicto,
quid nã erat? Reſpondit ei Elias, Hoc eſt ſacrificiũ, quod poſtquã uenerit Meſſi
as, facient ſacerdotes coram deo ſancto & benedicto, tunc enim ceſſabunt omnia
ſacra quæ prius fiebant, facient aũt ſacrificium illud ex pane & uino, & infra. Tũc
deus miſericordia implebitur, & uirtute ingenti ſanctorum uerboꝝ, quæ ab ore
ſacerdotum manabunt, illud & omne ſacrificiũ, quod in unaquaq; ara celebrabi-
tur, in corpus Meſſiæ conuertetur. Rabbinos illos libentius renarrauimus, ut le-
ctor catholicus uideat illos adhuc ſub figurarum inuolucris uiuentes, plus tribuiſ-
ſe ſacrificio Eccleſiæ, quã hæreticos nouicios, Eccleſiæ ſpurios, ꝙ ſi hæretici Iudæ
is credere nolint: cum ubi eis commodum uidebit, cõmunem reijciunt tralationẽ,
& ad rigorem Hebraicæ lectionis nos adigunt: Id quod inter huius farinæ homi-
nes, iactanticulus ille Zuuinglius Tugurorum ſeductor, ad oſtentationem uſq;
& nauſeam facere ſolitus eſt, cum tamen ſacram linguam parum nouerit, promo
uerit nihil: ita in ea balbutit inter mutos. Finem fecero hoꝝ locorum dum dixe-
rim, primo cum לחם & panẽ & carnem ſignificet, rectius uſurpari in præfato loco
Numeroꝝ pro carne ꝗ pro pane: nã traditurus erat legẽ iugis ſacrificij q́d in car-
ne fiebat nõ in pane. Subdit eñ hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis Agnos an
niculos immaculatos &c. Alterum quod hic expendere datur, ꝙ non ſine myſte
rio dominus deus traditurus hoc loco ritum ſacrificij iugis populo Iudæoꝝ, an-
te huius explanationẽ umbratice meminit iugis ſacrificij Chriſtianoꝝ, carnis ſcili-
cet ſuæ: ac ſi diceret, Verum & acceptabile ſacrificium meũ eſt caro mea: at illud
iam non offeretis, ſed obſeruabitis ad offerendum in tempore ſuo: In tẽpore poſt
aduentum Meſſiæ: Hæc aũt ſacrificia interea in ſynagoga offeretis uſq; ad aduen
tum Meſſiæ, agnos anniculos immaculatos duos quotidie &c, quæ omnia non
uacant myſterio. Et ꝙ Euchariſtia ſit iuge ſacrrificium, etiam a prophetis ſic appel
latum & prænunciatum, ex Daniele iam probabimus.

Ex Daniele capit. 12. &. 8. idem probatur, & Lutheranos ſternere uiam
Antichriſto apertiſſime conuincit. Cap. V.

INter multa alia grãdia a dño deo Danieli reuelata, etiã iſta fuerũt ei dete
Dani. 12 cta, Vade Daniel, qa clauſi ſunt ſignatiq; ſermones uſq; ad tps pſinitũ: Eli
gent & dealbabunt, & quaſi ignis pbabũt multi, & impie agẽt impij: neq;
intelligent oẽs impij, porro docti intelligẽt, & a tpe cũ ablatũ fuerit iuge ſacrificiũ,
& poſita fuerit aboĩatio in deſolationẽ, dies M. CC. XCIX. Beatus qui expectat,
& peruenit ad dies M. & CCC, trigintaquinq;, hæc in Daniele, ubi imprimis

expende Danielẽ non loqui de ceſſatione iugis ſacrificij Iudaici in aduentu Meſ- *Danie.9*
ſiæ, quia de illius aduentu ait in cap. nono. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prę uaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſempiterna, & impleatur uiſio & prophetia, & ungatur ſanctus ſanctorũ: & infra. Et poſt hebdomades ſexagintaduas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt: & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis, & uſq; ad con ſummationem & finem perſeuerabit deſolatio: hic enim prædixit tempus aduentus dñi, mortẽ eius, Iudæoꝝ negationem, quia non habemus regẽ niſi Cęſarẽ: deſtructionẽ templi & Hieruſalẽ a duce Tito: & defectionem ſacrificioꝝ: perennem & ſemper duraturã. Itaq; ſufficienter aperuit eodẽ loco deſolationẽ templi & ſacrificioꝝ: Ideo loquit̃ hic de aduentu Antichriſti, & ꝙ tempore regiminis ſui ceſſabit iuge ſacrificiũ: quod non eſt aliud, niſi officium ſacrũ miſſæ, in quo Chriſtus quotidie offert̃ pro ſalute fidelium: nam breuitas temporis. ſ. 3. annoꝝ cum dimidio ſatis indicat, eum non loqui de ceſſatione iugis ſacrificij Iudæoꝝ, cuius deſolationem prædixerat perſeueraturam uſq; ad conſummationem mundi.

Illud idem probatur ex alio, quoniã idem eſt tempus prædictum hic a Danie- *Dani.12*
le, & a Chriſto apud Matthęum: nam Daniel inquit ab initio capitis. Et ueniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cęperunt uſq; ad tempus iſtud (gloſſa interlinearis, id eſt, Antichriſti) Saluator ſimiliter inquit. Erit tunc tribula *Mat.24*
tio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſq; modo, neq; fiet. Et quid opus eſt cõ iecturis: cum ueritas ipſa dominus ſaluator Danielem in hanc ſententiam citauerit: Cum ergo uideritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele *Ibidem*
propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat: Nam ueritatem minime aſſequuntur, qui hæc uerba Chriſti ad nonum caput Danielis torquent: ut conferenti eſt obuium. Veniamus modo ad ipſa uerba Danielis: non enim intellexerat quæ dixerat illi angelus, quia in tempus, & tẽpora, & dimidium temporis: Et cũ completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur uniuerſa hæc. Angelus explicatius ei locutus. Vade Daniel clauſi ſunt ſermones iſti, multis obſcuritatibus inuoluti, & non intellecti: Electi enim purgabuntur & probabuntur perſecutionibus, tribulationibus & tentationibus, quæ tantæ erunt, ut Chriſtus ait, ita ut in errorem inducant̃, ſi fieri poteſt, etiam electi: & ſicut uiris bonis prodeſt ad augmentum gratiæ & meriti tribulatio: ita impietas malorum auget̃, perſequendo & affligendo bonos, ut qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: Neq; intelligent impij, in furia & inſania excæcati, tantam impietatem, qua adiuuant Antichriſtũ, uerum cultum dei deſtruendo: Docti aũt ſpiritali intelligentia intelligent, ſuſtinẽtes perſecutiones propter Chriſtum, & perſeuerantes in uera fide ſuſcepta: Et ne ſuccumbant ex diuturnitate tribulationum, ponit breuem durationem: Et a tempore cum ablatũ fuerit iuge ſacrificium, in quo tã crudelis erit perſecutio, ut iuge ſacrificium ceſſet in Eccleſia, & abominatio (cultus Antichriſti abominabilis) poſita fuerit in deſolationem, id eſt, in templo deſolato, ubi uidelicet prius colebat̃ Chriſtus, cultura illa exploſa, abominabilis cultus occupabit deſolatas Eccleſias. Tempus ergo durationis iſtius erit, mille ducentorum nonaginta dierum.

Dicat itaq; mihi hæreticus tempore Antichriſti ceſſabit iuge ſacrificium, qđ ſit illud, niſi ſacrum officium miſſæ, quod intercipietur eo tempore: nam uiri iuſti & zeloſi adeo tunc nõ ceſſabunt ab orationibus, ut etiam tunc oraturi ſint ardentius, deuotius & inſtantius, quanto magis uidebunt dei eccleſiam afflictam: Conſe

ctarium eſt oēs illos præcurſores eſſe Antichriſti, qui laborant miſſæ ſacrificium
extinguere, ſicut prohdolor id uidemus fieri in pluribus locis Germaniæ: in par-
te ergo iã miſſas tollunt, quas Antichriſtus in totum auferet. Cõſectarium eſt eos
qui nudant altaria ornamentis, eccleſias imaginibus, cęreis & cęremonijs, qui ex-
tinguunt ſacerdotia, ritus eccleſiæ tollunt, fraternitates rejiciunt, officia diuina, ui-
gilias, oblatiões, cantus & ſimilia aufferunt, p̄curſores ſunt Antichriſti, facientes de
ſolationem Eccleſiæ: ut in ea ponat̃ abominatio Antichriſti: nã & B. Iohannes p̄ui
Apo. 12 dit Eccleſiã ponendã in deſolationē tp̄e Antichriſti, cũ dixit. Et datæ ſunt mulieri
duæ alæ magnæ, ut uolaret in deſertũ in locum ſuũ, ubi alit̃ per tempus, & tp̄a, &
dimidiũ tp̄is: Quæ enim alia mulier niſi Eccleſia duab. alis noui & ueteris Teſta-
menti innixa, fugit in locũ deſertum: qñ ceſſabit iuge ſacrificiũ miſſæ: Simili ſp̄ũ
Ezech. 9 hanc deſolationē Eccleſiæ futurã ſcripſit Ezechiel. Deus ſit nobis propitius & mi
ſericors, ne ex Germania noſtra ſint ſex illi uiri a propheta deſcripti. Et clamauit
in auribus meis uoce magna, dicens. Appropinquauerunt uiſitationes urbis: &
unuſquiſq; uas interfectionis habet in manu ſua: & ecce ſex uiri ueniebant de uia
portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad aquilonē, & uniuſcuiuſq; uas interitus in manu
eius: Nã oĩno tales nititur armare uiros Luther, qui lauent manus in ſanguine cle-
ri: ſicut hortat̃ in reſponſo ſuo ad Syluestrũ Prieratē: ut breuitati ſtudeã non proſe
Hiere. 24 quor Ezechielē, tamen Hieremiam præterire non poſſum, deſolationem huiuſ-
modi prædicentem. Ecce dñs diſſipabit terrã & nudabit eam, & habitatores eius
diſperdet. Et quo pacto: quia erit ſicut populus, ſic ſacerdos, & ſicut ſeruus ſic dñs
eius: non enim deſinunt Lutherani latrare, nos omnes æqualiter eſſe ſacerdotes
& ordinatos in baptiſmate. Ad Danielem reuertor, ſuper cuius uerbis Hierony-
mus confutata Porphyrij ſententia exiſtimantis Danielem loqui de perſecutione
Antiochi, ſic inquit. Ex quo perſpicuũ eſt tres iſtos & ſemis annos de Antichriſti
dici temporibus, qui mille ducentis nonaginta diebus ſanctos perſecuturus eſt,
& poſtea corruiturus eſt in monte ſancto & inclyto: Quod aũt latinus interpres di
xit iuge ſacrificium, Daniel תמיד חתמיד LXX. dixerunt ἐνδελεχισμὸρ a continuitate
Daniel. 8 ſua, ſicut Hiero. hic & Dani. 8. interpretat̃, ſicut & dictio Hebræa continuationē,
perſeuerantiam, & quid iugis ſonat: At ex breuitate perſecutionis iterum liquet
Chriſtum apud Matthæum indicaſſe præſentem locum danielis & nõ noni capi
tis. Et ultra Danielem aſſignauit ſaluator cauſã abbreuiationis pro ſolatio fideliũ.
Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua oĩs caro, ſed propter electos breuia-
buntur dies illi: Quare non poterat Stapulenſis remittere uerba ſaluatoris ad 9.
cap. ubi deſolatio perſeuerabit uſq; ad conſummationem & finem mundi: Recrea
re itaq; debet fideles, ſi ita deo ſit placitum, ut iam inſtet tribulatio illa acerbiſſima,
quã totis uiribus parant Lutherani: quod dum inceperit ſeuire cum eorum prin-
cipe Antichriſto, ꝙ cito finietur. Daniel. 8. cap. ubi inquit: Et uſq; ad principem for
titudinis magnificatum eſt: & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſancti
ficationis eius; Robur autem ei datum eſt contra iuge ſacrificium propter pecca
ta, & infra: Et dixit unus ſanctus alteri. Vſq; quo uiſio & iuge ſacrificium, & pecca-
tum deſolationis quæ facta eſt, & ſanctuarium & fortitudo conculcabitur: Et di-
xit ei. Vſq; ad ueſperam & mane dies duo milia, trecenti, & mundabitur ſanctua
rium. At quia per interpretationem Gabrielis & numerum dierum liquet iſta
non de Antichriſto in ſe dicta, ſed potius de Antiocho: ideo ſilenter præterimus,
hoc tantum dixiſſe contenti cum B. Hieronymo, Quod Daniel hic dixit factum
in Antiocho, qui eſt typus Antichriſti, id in ueritate complebitur in Antichriſto.
Plurima omittentes finē faciamus huius inductionis: Hoc admonitionis gratia ad
dentes. Iſtiuſmodi tribulationis eccleſiæ potiſſimam cauſam unam aſſerunt uiri
1. Cor. 11 pij, Irreuerentiam uenerabili ſacramento Euchariſtiæ exhibitam; Nam ſi quis in-
digne

digne manducat & bibit,iudicium ſibi manducat,& bibit:& reus eſt corporis & ſanguinis domini:eſſe autem reũ corporis domini eſt grauiſſimum peccatũ, quia ſuper quartum non conuertam ait dominus per prophetam̃, quanto magis iraſcetur deus ſuper tot blaſphemijs,quæ cõmittuntur his diebus a Lutheranis in uenerabilem euchariſtiam in pluribus Germaniæ oppidis? Accedunt enim ad ſacratiſſimum corpus Chriſti non contriti,non confeſſi,non ieiuni,ſine timore dei,ſine reuerentia,ſine deuotione,layci ſacram hoſtiam attingunt,Sub utraq; ſpecie cõmunicant,calicem in manus ſumunt,ſacro ſanguine ueſtes proluunt, particulas cõſecratas in terram negligentia culpabili cadere ſinunt,reliquias hoſtiarum ſine omni reuerentia pani communi commiſcent: Euchariſtiæ ad infirmas delatæ nullam reuerentiam exhibent,ipſi layci temere in loculis & ſacciperijs ut communem cibum deferunt,ſacrarium ſeu ædiculam in qua,iuxta ſanctorum patrum ſanctiões religioſe hactenus fuit adſeruata,ſtultorum domunculam impijſſime nuncupant, & multa alia horrenda impia & abominanda faciunt & dicunt, quæ horret animus cogitare,manus refugit ſcribere,O impietas, O cœci & blaſphemi huiuſmodi ciuitatum rectores, pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb & Zebeæ & Salmana,omnes principes eorum,qui dixerunt hæreditate poſſideamus ſanctuarium dei,deus meus pone illos ut rotam & ſicut ſtipulam ante faciem uenti. Imple facies eorum ignominia,& quærent nomen tuum domine. Alterum eſt,Methodium ſanctum Martyrem Tyri olim Epiſcopum, Hieronymo teſte,prædicta omnia eodem ſpiritu præuidiſſe,ait enim:Et tolletur honor a ſacerdotibus,& ſupprimetur miniſterium dei, & quieſcet omne ſacrificium ab eccleſijs, & erunt ſacerdotes ſicut & populus in eodem tempore ſeu in ſeptimo hebdomatico tempore.

Amos 1 · *Pſal. 82*

Per Dauid Pſalmo ſeptuageſimoprimo deus clare prædixit, Euchariſtiæ ſacrificium eleuandum ſupra capita ſacerdotum. Cap. 6.

VEniamus ad Pſalten dei Dauid ita canentem, Erit firmamentum in terra,in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius,& florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ. Et hoc ſecundum Septuaginta,quia tranſtulerunt, ἔσαι ςήριγμα ἐν τῇ γῇ. Erit firmamentum in terra. Hieronymus autem propius ad ueritatem Hebræam ſic legit, Erit memorabile triticum in terra in capite montium,eleuabitur ſicut Libani fructus eius,& florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ, Hebræi uariam interpetantur. Erit placenta frumenti,alij erit multiplicatio frumenti. Alij erit abundantia frumenti. Alij erit extenſio uel deprecatio frumenti &c. Ratio diuerſæ interpretationis eſt dictio פסח nam ſict legunt, יהי פסח ברב ארע Venit autem פסח a פס quod ſignificat fragmentum fruſtum,particulam, Inde פסח particula placenta. Veniamus itaq; ad inductionem,primo omnium hoc pro conſtanti habeamus, Pſalmum iſtum eſſe prophetiam de Chriſto Meſſia,ſic enim inquit Hieronymus:hic Pſalmus proprie ad Chriſtum refertur:Inſcriptus enim eſt Solomoni,id eſt,pacifico, Chriſtus uerus pacificus eſt, & permanet cum ſole & ante lunam generationis generationum, Idem Auguſtinus,affirmans Chriſtum uerum Salomonem & pacificum,qui fecit utraq; unum. Caſſiodorus acute dinumerauit hunc eſſe quartum Pſalmum de duabus naturis Chriſti. Conſentiunt Hebraica,quoniam in Midras te hillim,hoc eſt expoſitione Pſalmorũ dicitur Selomoni. Hic eſt rex Meſſias de quo dictũ eſt, Eſaiæ: Egredietur urgultum de radice Iſſai: Et licet Rabbi Salomon nitatur hunc Pſalmum exponere de rege Salomone, tamen ueniens ad uerſiculũ noſtrũ

Pſal. 71 · *Vltra Complu ten. & Reuchlinũ uide Pagnin. de ſignificatis פס* · *Eſa. 11*

coactus a ueritate inquit: Magiſtri noſtri bonæ memoriæ expoſuerunt hoc eſſe genus placentarum in diebus Meſſiæ,& totum Pſalmum de rege Meſſia explanauerunt,Et cōmode confutat Hiero.Expoſitionem Pſalmi de Salomone, quod ſtare non poſſit,quia nec cum ſole,nec cum luna permanſerit,unde & Chaldaica tralatio habet,deus itinera rigoris tui,regi Meſſiæ da &c.

Itaq; cum de Meſſia certum ſit Pſalmum iſtum intelligi,quomodo Dauid uaticinatus ſit de ſacrificio euchariſtiæ auſcultemus. Quando enim filius dei deſcendet ſicut pluuia in uellus Mariæ,& dominabitur a mari uſq; ad mare,regnum eccleſiæ dilatando,& reges Tharſis & inſulæ munera offerent, & nomen Chriſtianorum erit honorabile corā illo. Tunc Meſſias erit placenta frumenti in terra, qui deus & homo uidetur a beatis in cœlo,in capite montium,uel in ſummis montiū, id eſt,ſacerdotum & prælatorꝝ,nemo enim aptius intelligit per montes Eccleſiæ
Eſa.6 quam ſacerdotes & prælati, ſicut Chriſtus ſummus ſacerdos eſt mons decoris, ad
Mich.4 quem cōfluunt populi apud Eſaiam & Micheam, Chriſtus mons in capite mon
Eſa.2 tium,& in uertice montium: Mons iuſticiæ & ſanctitatis, mons excelſus nimis a
Ezech.40 pud Ezechielem. In capite montium igitur erit placenta tritici: Quando Chriſtus in euchariſtia ſub ſpecie panis tritici contentus,ſuper capita ſacerdotum eleuatur, ut a populo adoretur,nam ob hoc Chriſtus appellat ſe granū tritici,& ſuperextolletur participans hanc placentā a fructibus ſacramenti,ſi quis enim manducauerit ex hoc pane,uiuet in æternum,purus aūt reddetur & candidus in anima, ultra candorem Lybani,& florebunt Chriſtiani in ciuitate noua Hieruſalē de cœlo deſcendente,in eccleſia dei,ſicut fœnum terræ, quod ſubito multiplicat̄, ſic & Chriſtianorꝝ multitudo repente aucta eſt in primitiua eccleſia. Citant in huius cōfirmationem Porchetus & Galatinus expoſitiones ſapientium Iudæorꝝ libros Siphre & Chetuboth,quæ breuitati ſtudens omitto, Tamen quod ex expoſitione Eccle
Eccle.1 ſiaſtes afferunt,renarrare libet ſuper illo. Quid eſt quod fuit? ipſum qđ erit. Rabbi Berachias dixit in nomine Rabbi Iſhac, Quemadmodum fuit redemptor pri
Exod.16 mus,ita erit redemptor ultimus, Sicut enim redemptor primus fecit deſcendere manna,ita redemptor ultimus erit placenta frumenti in terra.

Roborant̄ priora ex tranſlatione Chaldaica,adhuc apertiori,nā Targum Ionathæ filij Vzielis ſic expoſuit יהי קרבן דעיבורעא בארא בריש טוריא Quod ſic uertitur. Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium, licet Targum Rabbi Akilas legat Erit ſubſtantificus panis in terra in capite montium. Vnde Rabbi Ionathan referunt ſic uerſiculum iſtum renarrantē. Videat qui habet oculos,quod ſicut dictum eſt. Ille eſt Meſſias de quo loquitur totus pſalmus, cū ergo ait: & erit placenta frumenti in terra in capite montium, Vult dicere, quod placenta panis fiet ſacrificium in capitibus ſacerdotum, nihil his uerbis apertius,nihil clarius. Conſentit Rabbi Moyſe hadarſan in בראשית Geneſeos decimoquarto, & Geneſeos trigeſimonono,quos ommitto renarrare: Et quod aliqui legerunt, Erit deprecatio ſeu complacentia frumenti,magnum oſtendunt myſterium,quippe frumēto,id eſt ſacrificio panis,quicunq; deprecaturus eſt deum, uel deo placere optauerit,panis ſacrificio perficiet: Aliqui hic adaptant Pſalmum quartum: nam cum iuſ
Pſal 4 ſiſſet Dauid. Sacrificate ſacrificium iuſticiæ & ſperate in domino, nullum enim ſacrificium ueteris legis erat ſacrificium iuſticiæ,ut ſupra diximus: Itaq; loquitur de ſacrificio eccleſiæ, ex quo maximam ſpem concipimus, quod tantum pignus nobis reliquit corporis & ſanguinis ſui: Ideo ſacrificate & ſperate in domino, At multi dicunt,quis oſtēdit nobis bona,quæ ſacrificemus in ſacrificium iuſticiæ, ſed ſignatum eſt ſuper nos in Eccleſia per ſacrum baptiſma lumen uultus tui domine,lumen fidei & intelligentiæ altiſſimi ſacramenti, quia a fructu frumenti panis conſecrati, & uini calicis noui teſtamenti multiplicati fideles in pace Chriſti requieſcunt.

quieſcunt. Et olei, inquit Hieronymus, ſe non reperire nec in Hebræo, nec apud
Septuaginta, in codice Origenis manu emendato. Rabbi Moyſes hardaſan eti=
am de cibo panis Meſſiæ intelligit illud Oſeę. Et declinaui ad eum ut ueſceretur.
Hebraica ueritas habet: Et inclinabo ad eum eſcam ſeu comeſtionem. Et quam *Oſe. 11*
eſcam? illam de qua in Pſal. Erit placenta frumenti in terra, liquet igitur Dauid אוביל
præuidiſſe Meſſiam futurum placentam frumenti in Euchariſtia, & ſacrificium.

Per uirum dei primo Regum ſecundo, Deus prædixit Miſſæ ſacrificium, per Eſaiam item capite ultimo. Cap. VII.

NE diutius detineamus lectorem teſtimonijs ueteris teſtamenti conclud=
amus cum illo primi Regum, ubi uir dei ait ad Heli poſt multa. Ecce di *1. Reg. 2*
es ueniunt, & præcidã brachium tuũ, & brachium domus patris tui, ut
nõ ſit ſenex in domo tua: & infra. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta
cor meũ & animã meam faciet, & ædificabo ei domum fidelẽ, & ambulabit corã
Chriſto meo cunctis diebus, futurum eſt aũt, ut quicunq; remanſerit in domo tua,
ueniat ut oret pro eo, & offerat numum argenteum & tortam panis, dicatq;, di=
mitte me obſecro ad unã partem ſacerdotalem, ut comedam buccellã panis. Vbi
nos legimus, numum argenteum Hebraica ueritas habet אגירת כסת ſignificat
autem agorat paruum genus monetæ, ut communiter dicitur.

Acutus iam facile uidet inductionem huius textus, quoniam hic deus prædi
xit ſacerdotium legale eſſe aliquando finiendum, & aliud inſtituendum, quod am
bularet coram Chriſto domino cunctis diebus: Elegit enim deus Aaron ad digni= *Exo. 18*
tatem ſacerdotalem cum poſteris ſuis: ſed ecce uenit tempus, ſcilicet noui teſtamẽ
ti (dicit gloſſa interlinearis) in quo non eſt ſacerdos ſecundũ Aaron, ſed præcidet *Leuit. 8*
deus brachium tuum, id eſt dignitatẽ ſacerdotij, & domũ patris tui, id eſt Aaron,
ut non ſit magnus ſacerdos in domo tua, in templo tuo. Et uidebis æmulum tuum
in templo, gloſſa interlinearis, id eſt, populum Chriſtianũ: Et uere nobis inuident
ſacerdotiũ: inquit enim glo. ordi. quicunq; eſt ex eius genere, cũ uidet ſacerdotiũ *Auguſtin.*
Chriſtianorum pollere per mundum, ſibi aũt eſſe ſubtractum, dolore & mœrore
tabeſcit. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, Chriſtum Meſſiam, qui iuxta
cor meum & animam meam faciet: nam in omnibus ſaluator deo patri placuit, ſi=
cut ait apud Iohannem, quæ placita ſunt ei, facio ſemper: & ædificabo ei domum *Iohan. 8*
fidelẽ, ſanctam Eccleſiam, quæ ambulabit coram Chriſto cunctis diebus, quia cũ
ea manebit uſq; ad conſummationem ſeculi. Futurum eſt aũt in nouiſſimo tempo *Matth. ult.*
re, quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, quicunq; remanſerit de domo Aaron Iudæ
us, ueniat ad baptiſmum, & ad ſacerdotem, ut pro eo oretur. Hebraica ueritas ha
bet. יבא לחשתחות לולאגירת כסת דככר לחם quod ſic uertitur. Veniet ad adoran *Et ita etiã uer*
dum eum in obulo argenti & torta panis. Qui ergo depoſita cæcitate Iudaica, ue= *terunt LXX.*
nit adorare Chriſtum in eloquio fidei & ſacrificio panis Euchariſtiæ: Et cum in
domo illa oẽs Chriſtiani ſint ſacerdotes: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdoti
um ait Petrus, & aliqui externo ſacerdotio in pane & uino libent ſacramenta: Iu=
dæus ſacerdos baptizatus contentat̃ aſſumi ad unã partem ſacerdotalẽ, id eſt, ple=
bem Chriſti, ut (omiſſo calice ſancto) ſumat buccellã panis, qui caro eſt Chriſti,
quam dedit pro uita mundi (hic prænunciata eſt communio ſub altera ſpecie tan=
tum apud laycos, de quo alias plura) Ex quibus liquet ſacerdotium offerens nõ eſ=
ſe ablatum, ſed mutatum: & hodie fideliter perſeuerare in Eccleſia, & ambulare
coram Chriſto cunctis diebus ſeculi.

Sed qui ueritatem malunt expugnare quã ſequi, iſta euacuare nituntur, ꝙ iſta mutatio ſacerdotij nõ ſit de Chriſto & Chriſtianis ſacerdotibus, ſed uel de Samuele intelligi debeat, aut de Sadoch, qui abiecto Abiathar fuit ad ſummum ſacerdotem aſſumptus, ut 3. Reg. 2. ſcribit, at iſtis non infringitur propoſitũ noſtrũ, ut acute Auguſt. roborat ex clariſſimis uerbis textus: Nam & ſi admittamus factã mutationẽ ſacerdotij in Samuele uel in Sadoch, tñ in illis ſolũ fuit figurata, in Chriſto cõpleta: ut ne remotius petatur exemplũ. Hanna uero fuit mulier, gratias agens deo pro nato filio Samuele, tñ religionẽ Chriſtianam fuiſſe per eã expreſſam nemini dubiũ eſſe debet: Adeo ꝙ multa cantico eius inſunt, quę ipſi Hannę minime cõpetere poſſunt, ſed Eccleſiæ. Non eñ uerba mulierculæ ſunt illa. Exultauit cor meum in dño, & exaltatum eſt cornu meũ in deo meo, ſed prophetico ſpiritu in perſona Eccleſiæ illa effudit, quod ex eo manifeſtum fit, ꝙ ait. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore, pleni panibus diminuti ſunt, & fameli ci tranſierunt terrã. Vſqꝫ q̃ ſterilis peperit ſeptẽ (iuxta Hebraicã ueritatẽ & ſeptuaginta) & multa, in filijs infirmata eſt. Vide unicũ pariens filiũ, ſeptẽ iactat, quæ per oẽm uitã non ſeptẽ erat paritura proles: ſed ultra Samuelẽ tres adhuc peperit filios & duas filias: quare in perſona eccleſiæ uerba Hannę accipienda ſunt, quia illa eſt uera Hanna, gratioſa apud dñm: Et ex fine orationis liquet illã cõpetere in Eccleſiã, non in Hannã. Et dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

Auguſt. 17. lib. de ci. dei. c. 4

Idẽ dicimus in præſentia, mutationem ſacerdotij in figura factã in Samuele uel in Sadoch: tamen in ueritate completã in ſacerdotio noui Teſtamenti, ꝙ multa uerba hic poſita nequeant cõuenire in Aaronitas aut Samuelẽ. Primo expende initiũ ſermonis. Nunquid nõ aperte reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Aegypto &c. aperte loquitur de Aaron, nõ de proximo patre ipſius Heli, & tamen ſequitur, & præcidam brachium tuum & brachium domus patris tui. Et ita prædicit non ſolum auferendum ſacerdotiũ a domo Heli, ſed etiã a domo patris ſui Aaron, quod non factũ eſt in Sadoch, qui ex Aaron deſcendit per Eleazarꝫ, ſed per Chriſtũ, in quo finitum eſt ſacerdotium Aaronticum: Et ita tẽpore Euãgelij impletũ eſt quod hic dicit, præciſum eſſe brachium domus patris eius. Porro ſuſcitabo ſacerdotem fidelẽ, qui ſecundũ cor meum & animã meam faciet: hoc de nullo alio ſacerdote dici poterit q̃ de Chriſto, quẽ prophetam ſuſcitaturꝫ, etiã per Moyſen prædixit, & nullius ſacerdotis domus fuit fidelis cunctis diebus in ueteri teſtamento, Samuelis nõ, cuius filij fuerunt deteſtandæ auaritiæ, ut eodẽ lib. Regum legit, nec etiam alioꝝ ſacerdotũ qui tranſierunt, ſed eccleſia ſponſa Chriſti: illa ambulabit corã Chriſto cunctis diebus, quia ero, inquit dominus, eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum in nouo Teſtamento. Præterea & hoc ſtringit, quod dicit, qui uenerit ad adorandũ eum &c. nullum aũt ſacerdotẽ adorare licitũ erat, niſi ſacerdotẽ in æternum Ieſum Chriſtũ. Hi aũt qui ex reliquijs Iſrael ſalui fiunt, nolunt in patrũ honore ſacerdotali collocari, qui nullus eſt, ſed petunt admitti ad unã partẽ ſacerdotalẽ, uel ad unã partẽ ſacrificij, quia utrũqꝫ ſignificat cehuna & ſacerdotium & ſacrificium: Et ſequit, ut comedam tortã panis, etiã ipſum ſacrificium genus ſignate expreſſit: ipſum enim eſt ſacrificium, non ſecundum ordinẽ Aaron, ſed Melchiſedec: Et appoſite quidem, nam quia ſuperius dixerat. Et dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael. Hæc quidem fuerunt ſacrificia Iudæorum: Ideo mutato ſacerdotio oſtendit in nouo teſtamento ſacrificium Chriſtianorum, ſcilicet tortam panis.

Deut. 18
1. Reg. 8
Hiere. 31
Eſa. 10

Placet adijcere robur ex Eſaia. Vbi de uocatione gentium & publicatione Euangelij plura prophetico ſpiritu prædixit, ſubdit. Et adducent omnes fratres ueſtros de cunctis gentibus donum in domino &c. quomodo ſi inferant filij Iſrael

Eſa. ult.

munus

munus in uaſe mundo in domum domini; Vbi expendendum antequam proce-
damus in textu, in Hebraica ueritate, ubi noſter interpres primo dixit donum, ſe
cundo munus, eandem eſſe dictionem מנחה quam uertit Malachiæ primo obla *Malach. 1*
tionem, ut diximus, quia eſt ſpecies ſacrificij, ut in Leuitico liquet, & LXX. θυ- *Leui. 6*
σίαν ſecundo loco interpretati ſunt: eſt itaq; inuicta ueritas & textus, qui cauillari
nequit per hæreticos; quoniam dominus Ieſus ex Apoſtolis & diſcipulis miſit ad
gentes in mari, in Aphricam, Lydiam, Italiam & Græciam &c. qui ſacrificabunt
oblationem ad dominum, ſicut Iudæi obtulerunt in domo domini (nam uenire in
Hiffil, hoc eſt, facio uenire, apud Hebræos uſurpatur pro offerre, & ne remotius *Eſa. ulti.*
afferam exemplum, ad principium Bibliæ lectorē delego, ubi dicitur
ויבא קין מפרי האדמה & fecit uenire Cain de fructibus terræ: dixit interpres, *Gene. 4*
ut offerret Cain de fructibus terræ: Et iterum והבל הביא גם הוא מבכרות צאנו

Et Abel fecit uenire etiam ipſe de primogenitis ouium ſuarum: Interpres uer
tit, Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui) Nam quod adducent hic uer-
tit interpres, Hiffil eſt a uenire: Itaq; cum nomine ſacrificij poſitum debet reddi &
uerti per offerre: Et in finem iſtius ut poſſint offerre, clariſſime prædixit prophe-
ta, quomodo non ex una tribu Leui erunt ſacerdotes, ſed aſſumam ex eis ſcilicet
gentibus Aphricæ, Lydiæ, Italiæ, Græciæ, aſſumam ſacerdotes & leuitas, qui ſi-
cut cœli noui Apoſtoli, & terra noua credentium, quæ ego facio ſtare coram me
in confeſſione Euangelij &c. quæ omnia aſtruunt ueritatem ſacrificij alicuius rea-
lis in nouo teſtamento.

Ex nouo & ueteri Teſtamento figura & ueritate oſtendi tur agnū paſchalem typicum & uerū primo ſacri- ficandum, dein ſumendū. Cap. VIII.

OMiſſis pluribus feſtinemus ad nouum teſtamentum, quia hoc eſt ſacrifi
ciū noui Teſtamenti: Et ut faciamus rotā in medio rotæ, concatenabi- *Ezech. 1*
mus primo uetus & nouū teſtamentum, figurā & ueritatē, noctem &
diem, Moyſen & Meſſiā: ut ſic clare intelligat Catholicus lector, benedictiōes da
tas & ꝓmiſſas patribus deſcendere in filios Eccleſiæ noui teſtamēti ſicut ros Her *Pſal. 132*
mon, qui deſcendit in montē Sion. Primo itaq; hinc exordiamur q̄d Lucas inquit.
Appropinquabat aūt dies feſtus azymorꝫ, qui dicit̄ paſcha, & infra: Venit aūt di *Lucæ. 22*
es Azymorꝫ, in qua neceſſe erit occidi paſcha. Matthæus inquit: Et factū eſt, cum *Matth. 16*
conſummaſſet Ieſus ſermones hos oēs, dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduū
paſcha fiet, & filius hoīs tradet̄, ut crucifigatur. Apud Iohannē legimus: Ante di-
em feſtum paſchæ ſciens Ieſus, quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad
patrem. Paulus Corint. ſcribens. Expurgate uetus fermentum, ut ſitis noua con-
ſperſio, ſicut eſtis azymi, etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus &c. ubi
primo omnium neminem credo in præſentia negaturꝫ, paſcha ſonare Hebræis
פסח tranſitum, id quod Exod. 12. liquet. Vbi Hebraica ueritas habet, phaſe eſt
ad dominum, dixit interpres noſter. Eſt enim phaſe, id eſt tranſitus domini, nam
פסח a uerbo פסח iuxta Rabi Dauid Kimhi deriuatur, quod inter alia ſignificat
tranſire: id & Auguſtinus teſtatur inter eccleſiaſticos 16. lib. de ciuitate dei & li. 2.
de trinitate dei; licet non ignorem Beato Ambroſio aliter uiſum eſſe, quando plus *Ambro. ca. 5*
ad rem reſpiciens, quam ad uocem, dixit ſuper prima ad Corinthios. Paſcha itaq;
immolatio eſt, non tranſitus ſicut quibuſdam uidetur: In qua ſententia aliquan-
do fuit diuus Auguſtinus, quando in quæſtionibus teſtamentorum inquit, pa-
ſcha dilectiſſimi fratres a paſſione appellatum eſt: ſicut docet nos traditionis

Cap.16 huius præſiguratio, perfecta eſt in Aegypto per famulum dei Moyſen. At Hiero
nymus linguam Hebraicam probe callens, ſuper Matthæum inquit: Paſcha qđ
Hebraice dicitur פסח non a paſſione, ut pleriq; arbitrantur, ſed a tranſitu nomina
tur, eo quod exterminator uidens ſanguinem in foribus Iſraelitarum pertranſie-
rit, nec percuſſerit eos. Vel ipſe dominus præbens auxilium populo ſuo deſuper
ambulauerit: Pulchre Auguſtinus indicat ex ipſa rei euidentia. Euangeliſtam hu
Iohan.13 ius tranſitus myſterium aperuiſſe, cum inquit: Ante diem feſtum paſchæ, ſciens
Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem: Ecce hoc paſcha
Chriſti, tranſitus eius.

Iohan.1 Porro in hoc conſentiunt omnes catholici, Chriſtum fuiſſe uerum agnum pa-
ſchalem, qui tulit peccata mundi, in cuius figuram agnus ille typicus Iudæis da-
tus fuit: adeo ut inter legalia ſacrificia nullum aliud fuerit reliquũ adeo exprimens
Exo.12 & explicans ipſum Chriſtum ac agnus ille paſchalis, nam ex libro Exodi cõſtat,
hoc præceptum ſacrificij agni paſchalis fuit primum præceptum Moſaicæ legis,
hoc eſt, pro eis in ordine inter cæremonialia conſtitutum: Similiter fuit primum
ſacrificium a toto populo Iſraelitico celebratum. Et quinquageſimo dein die lex
fuit data in monte Synai: ſicut quinquageſimo die poſt reſurrectionem agni my-
ſtici Ieſu Chriſti ſpiritus ſanctus miſſus eſt, ad nouæ Euangelicæ legis promulga
tionem.

Nec illud myſterio uacat, ꝙ ſicut agnus paſchalis fuit primũ ſacrificium a popu
lo in illo ſtatu celebratum, & a deo acceptũ, ſic etiã fuit ultimũ ſacrificium a popu
lo in illo ſtatu celebratũ, & a deo acceptũ, & hoc in cœna dñi ſaluatoris noſtri, in
qua Chriſtus figurã & figuratũ ſimul celebrabat, dans terminum figuris, & uera
Luce 22 incipiens myſteria, quod erat quid deſyderatiſſimũ ad humanam ſalutẽ, Deſyde-
rio inquit, deſyderaui hoc paſcha manducare uobiſcũ antequã patiar, in hoc oẽs
catholici cõſentiunt, ut apud Origenẽ, Chryſoſtomũ, Auguſtin. Ambroſiũ latiſſi
me iſtud explicat: Vmbrã enim habens lex futurorum bonoꝝ, ait Apoſtolꝰ: non
Heb 10 ipſam imaginẽ rerum: Quæ ergo in lege figurabant, in Euangelio ueritate ipſa
Luce 22 terminabantur, ideo Chriſtus ait: Ea quæ ſunt de me finem habent.

Iohan.1 Itaq; cũ teſtimonio Iohan. didicerimus Chriſtum eſſe agnũ tollentẽ peccata
Luce 22 mundi, & ex Luca cognouimus, qm̃ neceſſe erat occidi paſcha. Et Apoſtolus cla
1.Cor.5. re explicuit, quia paſcha noſtrꝝ immolatus eſt Chriſtus. Nam & ipſum feſtũ & a-
Math.26 gnus paſchalis paſcha dicebant, ſicut diſcipuli dixerunt. Vbi uis paremus tibi pa-
Luce 22 ſcha, hoc eſt, agnũ paſchalem. Ex his ſcimus nos habere agnum paſchalem uerũ
immaculatum Ieſum Chriſtum ſaluatorem & redemptorem mundi, ad cuius fe
Ambroſius ſtiuitatẽ hortatur nos Apoſtolus. Itaq; epulemur (aut ut Ambroſius legit, feſta ce
lebremus) non in fermento ueteri, neq; in fermẽto maliciæ & nequitiæ ſed in azy
mis ſynceritatis & ueritatis: Eſt ergo agnus noſter paſchalis Chriſtus abolito agno
typico, quod autem olim agebatur cum agno typico in figura, oportet ut iã aga-
1.Cor.10 tur cũ agno noſtro in ueritate, quia oĩa in figura contingebant illis: Modo in agno
typico duo fiebant, nã primo immolabatur, dein edebatur, ſic & de agno noſtro
uero myſtico, qui primo immolatur in ſacrificio miſſæ, dein manducatur caro a-
gni paſchalis in ſumptione & communione, ideo figuram illam cum ueritate ſacer
In miſſa dos ad mentem reuocat, cum uerbis Iohannis, ante communionem, corpus Chri
ſti & ſanguinem alloquitur. Ecce agnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere
Exod.12 nobis. Agnum typicum fuiſſe immolatum, clare in Exodo docetur. Decima
die menſis huius tollat unuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas, erit autem a-
gnus abſq; macula, maſculus anniculus & cætera. Immolabitq; eum uniuerſa mul
titudo filioꝝ Iſrael ad ueſperã, & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper utrũq;
poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum, & edent

carnes

carnes nocte illa aſſas igni,& azymos panes cum lactucis agreſtibus &c.

At inſtabit hæreticus paratior ad reprehendendum & retorquendum, quā ad diſcendum,primo quia immolatio loquatur de Hœdo,Iuxta quem ritum tol letis & hœdum, & ſeruabitis eum uſq; ad quartumdecimum diem menſis huius. Exod.12 Immolabitq; eum uniuerſa multitudo &c. Secundo quia Hebraica ueritas non dicit immolabit,ſed iugulabit,ſic enim legitur ושחטו אתו כל קהל עדת Et iugu-labit eum oīs congregatio(ſeu oīs multitudo) ſynagogæ. At catholicus his iaculis minime lædit̃,nam hœdus cū ex capris ſit,& hœdus quaſi fœdus dicat̃,tanto ſacri ficio agni immaculati minus cōueniebat(licet etiā pro peccatis ad ſignificandam 2.Eſd.7 peccatorum fœditatem,etiā hœdi accipiantur) tamen conſequentia textus ſimul de immolatione loquens & eſu agni, ſatis indicat utrunq; ad agnū paſchalem re-ferri deberi,porro Hebraica ueritas non ſic habet,neq; Septuaginta, nam ſic ha-bet textus מן הכבשים ומן העזים תקחו De ouinis & caprinis accipietis(ita enim Helias Hebræus ſolebat mihi interpretari Romæ concretiue) hoc eſt ex grege, ubi ſimul paſcunt̃ capræ & oues,Septuaginta ſimiliter ἀπὸ τῶν ἀρνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐρί φων λήψεσθε,ab agnis & ad hœdis accipietis.Sic & alterum iaculum facile depreca-bimur,quoniam & ſi שחט ſignificet iugulare & mactare,tamen etiā ſignificat im molare,ut Gene.22.Leui.1.Eſa.66.Oſee 5. ideo etiam hic interpretabimur per immolare, id quod interpres fecit: Quod ut fiat manifeſtum, agnum ſcilicet pa-ſchalem fuiſſe immolatitium, liquet quod eodem capite legitur פסח הוא ליהוה Exod.12 זבח Victima(ſeu ſacrificium)paſchæ eſt Domino. Et in Deuteronomio legitur: Deut.16 Immolabiſq; paſcha domino deo tuo,ubi Hebraica ueritas habet וזבחת & ſacri-ficabis phaſe,quare uera & ſyncera fuit inductio, quod quia agnus paſchalis typi cus ſacrificabatur in ueteri teſtamento & edebatur: Ideo uniuerſa multitudo ec-cleſiæ ſacrificabit agnum paſchalem Chriſtum & ſimul ſumet & manducabit,ſi-cut fit in ſacro ſacrificio & officio miſſæ.

Cum Chriſtus ſe obtulerit,& hoc idem fieri iuſſerit in ſui memoriam per eccleſiam,conſectarium eſt in miſſa eſſe ſacrificium. Cap. IX.

AT nemo catholicus dubitare audebit in miſſa euchariſtiam offerri, qui e-uangelium legit, ita enim Lucas ſcribit. Et accepto pane gratias egit & fregit,& dedit eis dicens. Hoc eſt corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meā cōmemorationem, ſimiliter & calicem poſtquā cœnauit dicēs. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur. Si-mile quid apud Matthæum & Marcū legitur, Paulus Apoſtolus Corinthijs ſcri-bit.Ego accepi a domino,quod & tradidi uobis, quoniam dominus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebatur accepit panem & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate.Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc fa-cite in meam cōmemorationem, Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum in meo ſanguine,hoc facite in meam commemo-rationem:quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc,& calicem bibetis, mor-tem dñi annunciabitis,donec ueniat. Hæc facta ſunt in cœna nouiſſima domini, ubi dū Chriſtus in agno paſchali,ſecundum ritum Iudæorū,cum diſcipulis man-ducando,ſeipſum figuraliter obtuliſſet, finem impoſuit umbratili Iudæorum ſa-cerdotio,ſimul & ſacrificio,abſtulit primum(ait apoſtolus Paulus)ut ſequens ſta tueret. Vnde mox finita cœna inſtituit nouum ſacerdotium & nouum ſacrifici-Heb.10 um Euangelicum in pane & uino (nam miſſæ & communionis ritum a Chriſto

inſtitutum, etiam Luther fatetur) & ſeipſum ſacramentaliter. Quod ſi hæreticus
peruicax id mihi negarit, non tantopere cum eo contendam, id ſaltem ab eo impe
trabo: Corporis & ſanguinis myſteria ad teſtamentum CHRISTI pertinere
(de ratione teſtamenti plura inferius) at teſtamentum etiam Lutheri teſtimonio
Heb.10 inuoluit mortem teſtatoris, quod etiam tacente hæretico, ex Apoſtolo cognoui-
mus, ubi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, teſtamen-
tum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nōdum ualet dum uiuit, qui teſta-
tus eſt. Itaq; mortuo pro nobis Chriſto, teſtamentum nouum confirmatum fuit
in ſanguine eius, & nos cohæredes eius effecti ſumus, ut diuus Auguſtinus proſe
quitur in libro 83. q. 75. Et planiſſime uoluit S. Paulus cum inquit. Et ideo noui
teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedēte in redemptione earum p̄uaricatio
nū, quęerant ſub priori teſtamento, repromiſſionē accipiant, qui uocati ſunt, æter
næ hæreditatis. Conſtituto itaq; eo, quod teſtamentum mortem inuoluat teſta-
toris, tunc etiam ea quæ ſequuntur, teſtamēto inuoluentur, ſicut eſt oblatio facta
Eſa.53 in cruce, Nam Chriſtum fuiſſe hoſtiam & ſacrificium in ara crucis oblatum, to-
tum nouum & uetus clamat teſtamentum. Oblatus eſt enim quia uoluit, & non
aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tonden-
te ſe obmuteſcet, ubi pulchre Eſaias primo uaticinatus eſt oblationē Chriſti, dein
Heb. 5 aperuit modum oblationis, quia per mortem, cum ad occiſionem duceretur: Et id
clarius Apoſtolus Paulus nobis indicauit Hebræis ſcribens, qui in diebus carnis
ſuæ preces ſupplicationeſq;, ad eum qui poſſit illum ſaluum facere a morte, cum
clamore ualido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia (& expen
Heb.7 de cum lachrymis quia nullus Euangeliſtarum meminit) Et iterum de ſaluatore
Heb.9 inquit, Hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo. Et infra, Chriſtus aſſiſtens pon-
tifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufa-
ctum, id eſt, non huius creationis, neq; per ſanguinem hircorum aut uitulorum,
ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuen
ta. Et infra, Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum
obtulit immaculatum deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mor-
tuis ad ſeruiendum deo uiuenti. Et infra, Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad mul
torum exhaurienda peccata. Et iterum. In qua uoluntate ſanctificati ſumus per
Heb.10 oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Vna enim oblatione conſummauit in
ſempiternum ſanctificatos, quibus omnibus clareſcet Chriſtum in morte ſua
fuiſſe oblatum in ſacrificium & uictimam pro ſanctificatione & redemptione ani
2. Corint. 5 marum noſtrarum: Ideo Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, eum appellauit pec-
catum, Eum inquit, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos
efficeremur iuſticia dei in ipſo. Ecce ſaluator factus caro, factus eſt peccatum, non
ut odiretur a deo, ſed quoniam oblatus eſt pro peccatis noſtris, non immerito pec-
Ambroſius. catum factus dicitur, quia & hoſtia quæ in lege pro peccatis offerebatur, peccatū
nuncupabat, ait Ambroſius: Et recte quidem, nam Leui. 6. ubi noſtra translatio
intelligentius dixit. Hæc eſt lex hoſtiæ pro peccato: habet Hebraica ueritas
וזאת תורת החטאת hæc lex peccati, ſic etiam loquitur de ſacrificio delicti, quod ap
Leuit. 7. pellat delictum אשם ab initio capitis ſeptimi. Sic Chriſtus pro peccatis noſtris ob
Hiero. latus in ara crucis, peccati nomen accepit ait Hieronymus. His omnibus in unum
faſcem collectis expende quid ſit conſectarium. Inſtitutionem Euchariſtiæ dixi-
mus ad teſtamentum Chriſti pertinere, teſtamentum autem inuoluit mortem te
ſtatoris, mors teſtatoris Ieſu fuit ſacrificium & hoſtia pro peccatis noſtris deo ob-
lata, itaq; teſtamentum & hanc oblationem inuoluit: Ideo cum diſcipulis præce-
pit, hoc facite in meam commemorationem, uoluit ſacrificij & oblationis iugem
memoriam & reiterationem fieri in eccleſia uſq; ad conſummationem ſeculi, ac ſi

diceret

diceret diſcipulis. Hactenus in ueteri teſtamento feciſtis multa ſacrificia, & præci-
pue quotannis ſacrificium agni paſchalis, at ego ſum dator noui teſtamenti, ue-
tera tranſierunt, noua facta ſunt omnia, ideo iam inſtitui ſacrificium, omnium ue- 1. Cor. 5
terum impletiuum, hoc amodo facite in mei memoriam, in recordationem paſſio
nis & oblationis meæ iam inſtantis: Vnde nullus ita deſipiat, ut credat miſſam eſſe
memoriam & recordationem cœnę dominicæ (nam in hoc ſaxum impingunt cę
ci hæretici) nam parum eſſet nobis inculcare hanc rationem cœnæ parumq; ex ea
afficeremur deuotione & charitate, ſed memoriam nos habere uoluit paſſionis,
mortis, & oblationis ſuæ, in quibus eximiam & ardentiſſimam in nos teſtatus eſt
charitatem, qua nemo maiorem habere poteſt, quam ꝙ ponat animam pro amicis Iohan. 15
ſuis: nam perſpicienti uerba amaroſiſſima Chriſti confeſtim illud erit obuium q̃d
de corpore benedicto addidit, quod pro uobis datur. ſ. in oblatione crucis, ſimili-
ter de præcioſo ſanguine adiecit, qui pro multis effundetur apud Matthæum & Matth. 26
Marcum, qui pro uobis fundetur apud Lucam: Cauſa ergo motiua, ut hoc facia- Luce 22
tis in meam recordationem, quia corpus meum pro uobis dabitur in ſacrificium.
Et ſanguis meus pro uobis fundetur in noui & æterni teſtamenti confirmationē,
quia omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effu Hebræ. 9
ſione non fit remiſſio: Hoc itaq; nouum ſacrificium, facite uos noui ſacerdotes in
meæ paſſionis, mortis & oblationis memoriam: Et ut ueritas illa inuicta amplius
liqueat, & obſtruantur ora loquentium iniqua, miſſam ſcilicet ſolummodo eſſe ty
pum & memoriam cœnæ dominicæ, Apoſtolo Paulo aſſentiamur, qui non ab
homine, ſed a domino accepit, ſpiritu ſancto reuelante, huius ſacri myſterij inſtitu
tionem, nam dum & ad corporis & ſanguinis conſecrationem ſubiunxiſſet. Hoc
facite in meam cōmemorationem (cum Euangeliſta huius ſolum in corpore me-
minerit) declaraturus uerba ſaluatoris, & præuenturus ſiniſtras interpretationes
futurorum hæreticorum, aperuit cuius memoriam habere deberent. Quotieſcūq; 1. Cor. 11
enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabi-
tis donec ueniat: Vide omnino, quam miſſa non ſit inſtituta in memoriam cœnæ
dominicæ, ſed paſſionis & mortis domini ac oblationis in cruce factæ: quinimo cœ
na omnis & quæ poſt cœnam facta ſunt & inſtituta, omnia in paſſionem ipſam re
feruntur, hanc repræſentant & figurant quo ad agnum paſchalē typicum, & effi-
caciter continent, quo ad Euchariſtiam. Plura hic catholicus educat contra hære-
ticos noſtri temporis, nam & reuerentia profecto debetur Euchariſtiæ, quia uerū
corpus benedictum domini continet, benedictam eius animā, ac precioſum ſang-
uinem: Et quia præcipitur nobis ut in memoriam eius faciamus, profecto irreue-
renter memoria creatoris & redemptoris noſtri geri non debet: Videbis quoq;
quam longe abſint hęretici a uia ueritatis & iuſticiæ, dum paſſionis Chriſti imme
mores irruunt ad altare, partem hoſtiæ arripientes, ut ſignum promiſſionis æter-
næ beatitudinis, ſigno. ſ. innitentes, interea charitatis Chriſti obliti, aridi, ieiuni, in-
deuoti ac temerarij accedunt, ſicut ad conuiuium tabernæ: Vnde hos abuſus cō- Ibidem
municantium a Corinthijs abſtulit S. Paulus. Liquet igitur cū dei filius ſaluator
noſter ex maxima charitate in morte ſe obtulerit uictimam deo patri omnipoten
ti, ceſſantibus omnibus legalibus ſacrificijs, uoluit perpeti memoria quotidie hui⁹
oblationis memoriam & repreſentationē fieri in ſancta Eccleſia dei in ſacro miſ-
ſæ ſacrificio, ut ſic una & eadē oblatio munda & immaculata, per uniuerſum orbē
deo patri quotidie a multis in omni loco offerretur.

Diſcutitur quomodo miſſa ſit memoria oblationis & oblatio, & tamen in die paraſceues nō fit miſſa, ubi tota eccleſia agit memoriam paſſionis domini. Cap. X

PLacet tamen aliquanto latius immorari, quomodo Euchariſtia in miſſa
offeratur & ſumatur in memoriā paſſionis & oblationis Chriſti. Sine e-
nim fide mediatoris & paſſionis ſaluatoris nunquam potuit eſſe ſalus, di-
Romanos 3 cente Paulo ad Romanos. Quē propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſang-
uine ipſius ad oſtenſionem iuſticiæ ſuæ &c. Et ita oportuit eſſe apud homines
aliquod repræſentatiuum dominicæ paſſionis, cuius in ueteri Teſtamento
repræſentatiuum fuit agnus paſchalis, cui ſucceſſit in nouo teſtamento Euchari-
ſtiæ ſacramentum rememoratiuum præteritæ paſſionis, ſicut agnus fuit præfigu
Auguſti. ratiuum futuræ paſſionis: Ideo inquit Auguſtinus ad Ianuarium, Saluator quo
uehementius commendaret myſterij huius altitudinem, ultimum hoc uoluit infi-
gere cordibus & memoriæ diſcipulorum, a quibus per paſſionē diſceſſurus erat:
Rom. 6 Quod igitur Chriſtus ſemel oblatus eſt ut uictima in ara crucis, & iam amplius
non moritur, mors illi ultra non dominabitur: Et hoc ipſum opus, ꝙ uoluntarie
Chriſtus paſſionem ſuſtinuit, fuit deo maxime acceptum: Celebratio autem Eu-
chariſtiæ eſt imago quædam repræſentatiua paſſionis Chriſti, quæ fuit uera im-
molatio: & ſic ſacramentum iſtud poteſt dici ſemper ſacrificium, ſicut Auguſti-
nus inquit ad ſimplicium. Solent imagines earū rerum nominibus appellari, qua-
rum imagines ſunt, ſicut cum intuentes tabulam aut parietem pictum dicimus, ille
Cicero eſt, ille Saluſtius. At curſum orationis interrumpit intempeſtiuus hæreti-
cus, hoc eſt, clamat, ꝙ uolebam, miſſam eſſe memoriam ſacrificij, non ſacrificium:
ſicut imago rei non eſt res ipſa, & homo pictus (aiunt dialectici) non eſt homo: ut
ex inductione Auguſtini liquet, imago Cæſaris non eſt Cæſar: itaqꝫ obtinebimus
miſſam non eſſe ſacrificium. At cauillum iſtum hæreticorum facile excutiemus,
ſi modo patienter nos ad finem uſqꝫ audierit, diximus hanc etiam appellandi for-
mulam miſſæ tribui, quia fit imago & repræſentatio ueræ immolationis & oblatio
nis in cruce factæ, at hæc una appellandi norma non conuenit ſoli miſſæ, ſed ſic
etiam Chriſtus dicitur immolari in figuris uet. teſtamenti, non quia fuerint uera
ſacrificia, ſed quia repręſentauerunt uerum ſacrificiū: Et ne loquamur ſine ſcrip-
Apo. 13 turis, textus eſt clarus & dilucidus in reuelationibus Iohannis. Et adorauerunt eā
(beſtiā) oēs qui inhabitabant terrā, quorum nomina non ſunt ſcripta (reproboꝝ)
in libro uitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi: Si agnus fuit occiſus ab origi-
ne mundi, fuit immolatus: ſed quō fuit occiſus? ſolum in figura. In ipſo Abel, qui
Auguſtin. geſſit typum eius, quia inquit Auguſtinus in Abel fuit occiſus & in prophetis ex
honoratus, ſic etiā ſolum figuratiue fuit immolatus: At modus ille non ſufficien-
ter explicat rationē ſacrificij, qui eſt cōmunis etiam legalibus, & his qui fuerunt in
lege naturæ, licet expreſſior modus ſignificandi ſit in Euchariſtia: Sed quia hære-
tici non intelligunt alium modum, quā illum, miſſam eſſe ſacrificiū, ideo ignoran
1. Cor. 14 tes ignorabunt, & cadunt in Cahos erroꝝ & impietatum, quia nolunt intelligere
Pſal. 35 ut beneagant. Aduertat ergo catholicus, præter communem modum appellatio-
nis ſacrificij, qui etiam legalibus conuenit, eſt alius modus peculiaris euchariſtiæ,
per quem uere & ſpecialiter ſacrificium eſt & dicitur, puta. Quia Euchariſtia eſt
ſacramentum, in quantum in ipſa ſub uiſibili ſpecie continetur inuiſibilis gratia:
Et ſacrificium eſt in officio miſſæ, non modo, quia repræſentatur memoria paſ-
ſionis Chriſti, ſed etiam quia ſancta eccleſia catholica, nō modo euchariſtia in me-
moriam paſſionis utitur, ſed & tota actione geſtuum, uerborum, & rituum ac ue-
ſtium repræſentat oblationem paſſionis Chriſti: & ſic edocta a ſpiritu ſancto, &
per columnas eccleſiæ (de quo plura inferius) ipſum Chriſtum denuo offert in
odorem ſuauitatis deo patri omnipotenti, unde poſtea fideles eccleſiæ fiunt par-
ticipes multiplicium fructuum dominicæ paſſionis: nam ſicut gratia & merita
ſaluatoris applicantur fidelibus per applicationem ſacramentorum: Ita merita

& fructus oblationis dominicæ applicantur fidelibus per huiuſmodi actionẽ repræſentationis: Accipe ſymbolũ, ſi alicuius regis triumphus eſſet inſculptus monetæ, pictus in pariete, aut in ſtatua, placeret quidẽ regi: at ſi ageretur coram eo totius hiſtoriæ procurſus & ita repræſentaretur ei per ſingulas partes, ac ſi realem ipſum exhiberent triumphum: quantum putas complacentiæ Rex eſſet habiturus in illa pluſquã picta uel ſculpta repræſentatione? Sic ſancta mater eccleſia edocta a ſpiritu ſancto, qui ei doctor eſt datus & paracletus, iugi repræſentatione & quotidiano reiterat hanc unicam oblationem in ara crucis pro ſalute mundi factam, tanquã ſolam ſufficientiſſimam hoſtiam, & deo placentiſſimam. Id quod in dominica cuiuſdam oratione ſecreta teſtatur, cum inquit. Quoties huius hoſtiæ cõmemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur: Attende non ſolũ pingitur aut figuratur, ſed etiam exercetur, agitur opus redemptionis noſtræ. Vides ergo duplicem geri paſſionis Ieſu repræſentationẽ: Vnã qua repræſentatur nude & abſolute, ſicut in capite Chriſto acta eſt ſemel, & illa non eſt ſacrificium, ſed ſic eccleſia paſſionis domini repræſentationem agit feria ſexta ſancta, ſeu die paraſceues. Vnde eccleſia uolens mentes fidelium occupari eo die circa paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti, prout fuit in ipſo, ſecundum ſe, ut moueantur corda eorum ad compaſſionem: & quia ipſa dies ſatis efficaciter repræſentat ipſam paſſionem, ſtatuit ut illa die non conſecretur euchariſtia, ſed quod præcedenti die conſecratum eſt, & reſeruatum ſumitur. Alia autem eſt repræſentatio paſſionis Chriſti, inquantum paſſionis effectus ad fideles influunt & perueniunt, & in eos deſcendunt: Et ſic quia quotidie fideles expetunt & percipiunt fructum paſſionis domini: ideo quotidie celebratur miſſa: ita inquit Beatus Ambroſius: Si ſanguis Chriſti effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, debeo ſemper accipere, qui ſemper debeo habere pro peccato medicinam. Et Auguſtinus de uerbis domini in monte. Accipe quotidie, quod & quotidie proſit: Et ſic liquet quod ſit illud iuge ſacrificium, quod prædixit Daniel ceſſaturum in aduentu Antichriſti, de quo plura in ſuperioribus. Diſtincte itaq; & ſignificanter colligendo ſingula, in hanc formulam rediges: In eccleſia dei eſſe euchariſtiam, aliquando memoriam paſſionis dominicæ ſed non ſacrificium, ut in ſumente tantum, aliquando conſyderari corpus Chriſti ſolum ut oblationem, ſicut factum eſt in ara crucis, quando Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis: *Ephe. 5* Eſt & tertio ſola repræſentatio paſſionis Chriſti, ſicut feria ſexta ſancta in eccleſia dei: Et quarto eſt euchariſtia, memoria paſſionis domini, repræſentatio & oblatio ſimul: & illa omnia in ſimul complectitur ſacrum officium miſſæ, a Chriſto quidem inſtitutum, & ab Apoſtolis eccleſiæ catholicæ traditum. Ratio autem cur in die paraſceues nulla miſſa celebratur, iſta poterit aſſignari, nam adueniente ueritate ceſſat figura, ut Apoſtolus ſe fundat ad Hebræos, & adueniente nouo ceſſat antiquum: modo licet in miſſa offeramus deo patri euchariſtiam, nedum ſicut donum dominicæ paſſionis memoriale, ſed etiam ſicut munus deo acceptiſſimum, quo & deum ualeamus placare ſuper offenſis, & gratiam eius cũ ſpiritualibus bonis reportare, tamen quia ipſo die paraſceues realiter geſta eſt oblatio ſaluatoris in cruce, ideo non celebratur repræſentatio, actio & oblatio, nec etiam conſecratio huius ſacramenti eo die, licet corpus Chriſti reſeruatum a præcedenti die, ſumit ſacerdos in perſona eccleſiæ, ne fructu paſſionis & oblationis eo die priuetur. Quod ſi obijcis, quomodo filium poſſumus offerre deo patri, cum prius ſit eius, & unum cum eo, facile diluitur iſta dubitatio, quoniam ut propheta inquit: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: Si ergo datus eſt nobis, *Eſa. 9* noſter eſt, & eum habemus, & poſſumus reddere dilectiſſimum filium ſuum ab ipſo nobis prius liberaliter datum, nec tamen dando eum, deſinit eſſe noſter, ſed

Rom. 8 continuo dando eum, magis habemus ipſum: id quod forte Apoſtolus uoluit ad Romanos, Qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Ita & nos argumentabimur, ſi ex nimia dei erga nos dilectione, ipſe tradidit nobis unigenitum filiũ ſuum in tam contumelioſam mortem & acerbiſſimam, quomodo non tradidit eum nobis, ut eo poſſemus frui ad retribuendum deo, tanquam munus ſecundum ſe gratiſſimum & acceptiſſimum: Et cum hoc ſimul a nobis offerri, uelut commemorationem ſacrificij in ara crucis oblati? Tanto itaq; præſtabiliores affert nobis fructus, huius ſacrificij oblatio, quãto corpus Chriſti præſtantius eſt omnibus ueteris legis ſacrificijs in ipſo terminatis, de quo latius aliqua dicturi ſumus.

Hinc ſpiritus toties prædixit euacuationem ſacrificiorum legis, & noui ſacrificij ortũ, in quo unico omnia alia continentur Cap. XI.

IAm patere arbitror, cur toties in ueteri teſtamento prædictum ſit a domino per prophetas, ſacrificia etiam deo authore inſtituta, aliquando finienda & reijcienda, quoniam perfectiſſimo ſacrificio ſuperueniente, omnia in ipſo terminata ſunt: Id quod ſanctus Paulus uno loco Pſalmorum deducit, nos aliquanto latius recenſebimus illa uaticinia, & primo quidem
Eſa. 1 Eſaias prodeat hæc in ſpiritu præuidens, Quo mihi multitudinem uictimarum ueſtrarum dixit dominus? plenus ſum: holocauſta arietum & adipem pinguium & ſanguinem uitulorum & agnorum & hircorum nolui: Cum ueneritis ante conſpectum meũ, quis quæſiuit hæc de manibus ueſtris, ut ambularetis in atrijs meis? ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi: Neomeniam & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram: Iniqui ſunt cœtus ueſtri, Kalendas ueſtras & ſolennitates ueſtras odiuit anima mea. Quibus uerbis dominus docuit ſe uictimam mandaſſe in ueteri lege, non quod his delectaretur, ſed populo ad cautelam dederat, ne idololatriã committerent: ſed quia tranſeundum erat ad ſpiritales hoſtias, & ad obedientiam euangelij, ut explicat Hieronymus: Iſta ergo uerba intelligantur non pro tempore legis, ſed pro tempore Euangelij, quando legalia ſunt euacuata, per ſacratiſſimum euchariſtiæ ſacrificium contra perfidiam Ebionitarum impie-
Eſa. ult. tatem. Idem prædixit Eſaias in fine, qui immolat bouem, quaſi qui interficiat uirum, qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem, qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. Vbi dicit gloſa ordinaria. Sacrificium ueſtrum non placet mihi poſt immolationem ueri ſacrificij, in cuius umbra illa ſacrificia cõceſſi uobis, & ne immolaretis idolis.

Amos 5 Idem uaticinatus eſt per Amos prophetã. Odi & proieci feſtiuitates ueſtras & non capiam odorem cœtuũ ueſtrorum, quod ſi obtuleritis mihi holocauſtomata & munera ueſtra, non ſuſcipiam, & uota pinguium ueſtrorum non reſpiciam, ubi gloſa interlinearis inquit, manifeſte hæc dicuntur de Iudæis, qui deſtructo tẽ-
Iohel. 1 plo credunt offerre deo, ſed deus proijcit nec curat cœtus eorum. Sic Iohel inquit: Perijt ſacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt ſacerdotes miniſtri domi-
Hieronymus ni, quod licet ſanctus Hieronymus intelligat de his quæ acciderunt Iudæis ex peccato paſſionis Chriſti, tñ poſſet etiam intelligi de tempore Antichriſti, quando iuge ſacrificium ceſſabit, tunc enim ad tempus ceſſabit ſacrificium panis & libatio uini de domo domini, & lugebunt ſacerdotes iuſti miniſtri domini latitantes.

Eſa. 48 Veniamus ad libros Pſalmorũ, Pſalmo enim quadrageſimo octauo ait: Non accipiã de domo tũa uitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt oẽs feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues, Cognoui omnia uolatilia cœli, &

pulchritudo

pulchritudo agri mecum eſt: Si eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo. Immola deo ſacrificiũ laudis, & redde altiſſimo uota tua. Hic inquit Auguſtinus, prænuntiat nouum teſtamentum, ubi omnia ſacrificia figuratiua ceſſant: Erant enim tunc prænunciantia futurum quoddam ſacrificium (corporis Chriſti) cuius ſanguine mundaremur: Ceſſantibus ergo legalibus ſacrificiis indicat propheta quid futurum ſit, Immola deo ſacrificium laudis, id eſt, ſacrificium Euchariſtiæ, ut docte interpretatus eſt Nicolaus de Lyra, quod cum diuinis laudibus & gratiarumactionibus deo immolatur: nam & ſancta mater eccleſia in canone miſſæ Euchariſtiam laudis appellat ſacrificium. Memento domine inquit, famulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus hoc ſacrificiũ laudis, pro ſuiſq; omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ &c. *Auguſtinus.* *Lyra.* *Canon miſſæ.*

Alius item locus apud eundem eſt. Sarificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti; tunc dixi, ecce uenio: In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem uoluntatem tuam, deus meus uolui &c. Hæc uerba conuenire Chriſto eſt in profeſſo, nam Apoſtolum Paulum in hoc habemus authorem, qui Hebræis ſcripſit de Chriſto. Ideo ingrediens mundum dicit hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi &c. licet hic uaria ſit lectio in Pſalmis: Hieronymus legit, aures fodiſti mihi Auguſti. corpus pfeciſti mihi, Paulus corpus aptaſti mihi, q̃d hinc euenit, cũ LXX. legerit σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, quod ſi a καταρτάω ducit originem aptare ſignificat, ſed a καταρτίζω denotat perficere: Exemplar aũt blibliothecæ Vaticanæ habet κατηρτίσω cum iota, ideo apparet hic pro perfici ſumi, & non pro aptare, quod cum η ſcribitur. Vtcunque plana eſt intentio Pſalmi, & clara inductio Pauli, inducitur enim filius dei alloquens patrem: Hoſtiam & oblationem noluiſti ſcilicet ueteris legis, quia illa non placabant: Corpus autem aptaſti mihi (dicit gloſſa interlinearis, quod præomnibus ſacrificijs eſt) holocauſtomata & pro peccato (id eſt, ſacrificium pro peccato) non placuerunt tibi (gloſſa, quia per multa ſacrificia unum ſignificabatur) Tunc dixi. Ecce uenio per incarnationem ad me offerendum ſecundum uoluntatem tuam: In capite libri ſcriptum eſt de me. In capite libri, æternæ prædeſtinationis, aut in capite libri, ſacrificiorum, hoc eſt, Leuitico, aut in capite libri iam citati, id eſt Pſalmorum, ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam, me offerendo pro homine, & hoc eſt ſacrificium quod uoluiſti. Quæ declaraturus Apoſtolus ſubdit. Aufert primum, ut ſequens ſtatuat: quæ uerba altius expenſa liquido affirmant fixum aliquod & ſtabile ſacrificium a Chriſto ſtatutũ, in ablationem ſacrificij ueteris legis: Et propter hæc quatuor uerba, prolixiores fuimus tot authoritates inducendo de oblatione ſacrificiorum ueteris legis, quia Apoſtolus breuibus dicit. Aufert primum, ut ſequens ſtatuat, aufert quod per Moyſen datum eſt, & ſtatuit ſequens ſacrificium, gloſſa interlinearis, quaſi ſtabile: Et cur ſtatuantur ſubdit. In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Quod ſi hæreticus inſtet ſemel factam hanc oblationem, non quotidie, diſcutiemus ultimo, cum obiecta Lutheri, Zuinglij, Riegeri & aliorum diluemus: Et ita intellexit Apoſtolum, ſicut nos intelligimus, gloſſa ordinaria, quæ inquit. Ecce enim aufert primum ſacrificium, & cum eo uetus teſtamentum, & ſtatuit ut ſtabile nouum ſacrificium, & cum eo nouum teſtamentum: Si enim momentanee ſacrificium noui teſtamenti fuiſſet conſummatum cum paſſione & morte Chriſti, iam ſacrificium illud non eſſet ſtabile, nec Chriſtus eſſet ſacerdos in æternũ, ſed ſolum fuiſſet ſacerdos in cruce, ſecundum hæreticos. *Pſalmo.39.* *Hebræ.10.*

At diceres, Continens alia in uirtute, debet eſſe ijs præſtantius, & omnem eorum

perfectionem ambire & cōcludere, quomō ergo ſacrificium nouæ Euangelicæ
legis in ſe cōplectitur oīa ſacrificia uet. legis? Ad hoc breuibus reſpondeo, quod p̄
ter generalia nomina ſacrificiorꝫ, ut ſunt Korban & Zebach, & miſſa erant quinq;
Leuit. 6. & 7 genera ſacrificiorꝫ, ut Leuiticus nos docet, nam primo erat עלה holocauſtum, qđ
1 totum concremabat; unde etiam nomen accepit, erat מנחה munus ſeu donū ſi-
2 milæ non fermentatæ cōſperſæ oleo, aut libationis. Erat & ſacrificium שלמים pa
Leuit. 7 cificorꝫ. Erat & ſacrificium חטאת peccati cōmiſſi: Et huic non multum diſſimile
Leuit. 6 erat ſacrificium אשם delicti omiſſi, & erat etiam ſacrificium expiationis. Hæc aūt
Leuit. 7 oīa perfectiſſime conuenire in ſacrificio Chriſti quis non uidet? Etenim uerū erat
Leuit. 23 holocauſtum, quod igne charitatis flagrabat, & in cruce incendebatur pro ſalute
totius orbis, totum enim ſe obtulit, ut totum hominem redimeret, quod aūt ex di-
Mar. 12 lectione maxima factum præcellat holocauſta, teſtat̄ dn̄s apud Marcū. Et ut dili-
gatur (deus) ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota aīa, & ex tota fortitudi-
ne, & diligere proximum tanq̄ ſeipſum, maius eſt oībus holocauſtomatibus. Erat
Chriſtus mincha, ut de hoc latius diximus ſupra capite ſecundo. Erat præterea
hoſtia pacifica, quæ non aperuit os ſuū cum ad occiſionem duceret, & oīa pacifi-
Coloſſ. 1 cans per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt, ait apoſto-
lus. Erat & hoſtia peccati, quoniā cum peccatum nō fecit, factus eſt pro nobis pec
2. Cor. 5 catum, de quo paulo ſupra. Erat etiā אשם expians peccata noſtra, ſicut iam audi
Heb. 10 uimus Paulum dicentem. In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem cor
1. Iohan. 1 poris eius: & quod Iohannes ait, ſanguis Ieſu Chriſti filij eius, emundat nos ab
omni peccato. Et quia quotidie peccamus, quotidie egemus charitate Chriſti,
qua nos pacificet & emundet ac ſanctificet ſacrificio mundo & immaculato cor-
poris & ſanguinis ſui, quod fit in ſacro miſſæ officio.

Duo loci per aliquos catholicos adducti, in ſe ueri, tamen non probant ſacrificium miſſæ, ſed tertius ex Apoſtolo Paulo per Emſerū inductus eſt euidens. Cap. XII.

Eſa. 53 NOn deſunt, qui miſſæ ſacrificium hinc aſtruere nitunt̄, quod per Eſaiam
dicitur de Chriſto, oblatus eſt quia uoluit, ex quo aliqui ſic ratiocinant̄.
Si ergo Chriſtus oblatus eſt, per alium uel alios oblatus eſt: nam nullus
P. Schatzg. oblatus dicitur per ſeipſum aut a ſeipſo. Et cum populus iudaicus non fuit offe-
rens, quia habuit intentionē perdendi, non offerendi, Relinquitur Eccleſiam ſpon
ſam Chriſti, quæ ab Abel incepit: & eadē eſt in nouo & ueteri teſtamento, quæ
Chriſtum obtulit figuraliter ſub lege, etiā in nouo teſtamento deo patri Chriſtum
obtuliſſe in propria perſona in ara crucis: Et illius oblationis quotidianā celebrat
in altari offerendo memoriam. Quæ illatio indubie eſt uera & catholica: Tamen
hæretici parati ad impugnandam ueritatem, forte calumniarentur illam, non mo
do quod ſolum de oblatione reali uictimæ Chriſti loquitur, ſed etiam quia nega-
rent, nullum dici oblatum a ſeipſo, quia ad Hebræos Apoſtolus frequenter teſta
Hebræ. 7 tur, Chriſtum a ſeipſo oblatum. Hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo. Et iterū.
Hebræ. 9 Qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo. Et iterum:
Hebræ. 12 Tanquā filijs uobis offert ſe deus. Et cōmune eſt ſanctis patribus dominū Ieſum
Auguſtinus. eſſe ſimul ſacerdotem, hoſtiam, & deum, ut ſit qui offerat, cui & qui offerat̄, nam
Gregorius. & hodie dum ſacerdos eſt miniſter oblationis: Eccleſia quotidie offert, et Chriſtus
Ambroſius. quotidie offert, qui pro nobis interpellat apud patrem.

Hebræ. 10 Alijs uidet̄ ſacrificium miſſæ ſtabiliri a contrario ſenſu ab Apoſtolo ad Hebre
os. Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam noticiā ueritatis, iam nō re
linquit̄ pro peccatis hoſtia. Inferunt itaq; non uoluntarie peccantibus relinqui-
tur hoſtia

tur hoſtia pro peccato, quæ non eſt alia, niſi ſacrificium miſſæ: At hæreti-
cus excuteret hunc locum, quoniam Apoſtolus non loquatur de hoſtia, ut in miſ-
ſæ officio oblata, ſed de ea ut communicanda nobis ſecundum totum effectum
per gratiam baptiſmalẽ, quomodo & catholici doctores contra Nouatianum in-
telligunt eiuſdem uerba. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerũt *Hebræ. 6.*
etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerunt nihilo-
minus bonum dei uerbum, uirtuteſq; ſeculi uenturi, & prolapſi ſunt, rurſus reno-
uari ad pœnitentiam: Itaq; ſi lapſo & excedenti poſt baptiſmum, baptiſmalis gra-
tia denuo non communicatur, niſi Chriſtus iterum crucifigeretur: ideo conten-
deret hic non relinqui hoſtiam ſanctam de nouo in cruce offerendam.

Dimiſſis itaq; iſtis duobus locis, alium ſuſcipio tam clarum & dilucidum, ut ca-
uillari nequeat: is eſt ad eoſdem Hebræos, ubi inquit, Omnis nãq; pontifex ex ho-
minibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deum, ut offe- *Hebræ. 5.*
rat dona & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit his qui ignorant & errant,
quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodum
pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis, nec quiſq; ſumat ſibi ho-
norem, ſed qui uocatur a deo tanq̃ Aaron. Hic Apoſtolus uolens ſacerdotium &
pontificatum Chriſti explicare: initio conſtituit rationem in communi, pontificis:
nam primo ex hominibus aſſumitur, non ex angelis aut ſpiritibus, ſed ſimilis no-
bis ex hominibus pontifex aſſumitur, cuius rationem poſterius aſſignat: Cõſtituit
autem pro hominibus, ad utilitatem hominum, at quid debet facere, quia non pro
quolibet negotio, ſed in his dũtaxat quæ ſunt ad deum: ideo eius officiũ eſt offer-
re dona & ſacrificia pro peccatis, ſ. dimittẽdis & ſatiſfaciendis: Et cur ex hominib.
aſſumitur: ut ſimili infirmitate detentus condolere poſſit, ſicut Apoſt. Paulus te-
ſtabatur ſe facere Corinthijs. Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucriface-
rem: omnibus omnia factus ſum, ut oẽs ſaluos facerem: Et quia ſacerdos ipſe in- *1. Corin. 9.*
firmus eſt, offert pro ſeipſo, ſicut pro populo: ſicut in canone orat ꝓ populo cũ ait,
Memento domine famulorum famularumq; tuarum & omnium circunſtantiũ
pro quibus tibi offerimus &c. pro ſe uero & alijs ſacerdotibus, cũ inquit. Vt quot-
quot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui corpus & ſanguinem ſum-
pſerimus, omni benedictione cœleſti & gratia repleamur: Et quia magnus ho-
nor eſt miniſterium ſacerdotij gerere, nullus ſibi ſumat honorem, ſicut Dathan
Chore & Abiron ſe ingerentes, propterea deſcenderunt uiui in infernũ: ſed qui *Nume. 16.*
uocatur a deo, ut Aaron. Et ſicut Moyſes dixit filijs Iſrahel. In hoc ſcietis, ꝙ domi- *Ibidem.*
nus miſerit me, ut facerem uniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde pro-
tulerim &c. Cum ergo ex Apoſtolo conſtet, unde ſacerdos aſſumatur,
ad quid aſſumatur, et quod eius officium, et ita a quo aſſumatur. Et hanc uo-
luit eſſe rationem communem ſacerdotij, ex qua ratione oſtendit poſtea Chriſtũ
perfectiſſimum pontificem: Niſi ergo Luther auferat omne ſacerdotium de ec-
cleſia (qui contra non ſolum laycos, ſed ipſas etiam fœminas conſtituit in uniuer-
ſum ſacerdotes) fateatur neceſſe eſt, & officia ſacerdotalia eſſe in eccleſia, quę ſunt
offerre dona & ſacrificia pro peccatis & ſuis & populi: Et cum omnia ſacrificia
conſummata ſint in uno illo et unico Euchariſtiæ ſacrificio, quod eſt ſummum
omnium, et plenitudo omnium, et ſolum illud et unicum relictum ſit: conſecta-
rium eſt neceſſitate quadam: ſacerdotem noui teſtamenti offerre ſacrificium Eu-
chariſtiæ: et cum non offerat, niſi in miſſa, manifeſtiſſima ratione colligitur: miſ-
ſam eſſe ſacrificam: Vnde recte et erudite uidit Hieronymus Emſer ſacerdos ca-
tholicus ex prædictis uerbis Pauli: hæc eſſe repoſita in canone. Hæc dona: hæc
munera: hæc ſancta ſacrificia illibata: aut S. Paulum prædicta ex canone eſſe mu-
tuatum: conſtat itaq; miſſam eſſe ſacrificium.

IOHAN. ECKIVS.

Miſſæ ſacrificium iterum aſtruitur ex Paulo,& ad Hebręos decimotertio,& ad uetus teſtamentum reditur in Sophoniam. Cap. XIII.

SVfficere arbitror,hæc noui & ueteris teſtamenti de ſacrificio miſſæ teſtiamonia cuiq; catholico & pio Chriſtiano,qui non obduruit pectore, nec obturauit aures ſuas more aſpidis ſurdæ; at pro complemento huius partis duo ex eiſdem teſtamentis proferamus teſtimonia: Primum eſt eiuſ-
Heb.13 dem apoſtoli Pauli ad Hebræos,Habemus, inquit,altare, de quo edere non habent poteſtatem,qui tabernaculo deſeruiunt, quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem,horum corpora cremantur extra caſtra,propter quod & Ieſus: ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Hic Apoſtolus declarat ſe loqui de Chriſto,& teſtatur in eccleſia eſſe altare,& ita ſacrificium,quod ne proteruiendo neget hęreticus, in Græco præuētus eſt,ubi hoc loco legit, Εχομεν θυσιαστήριον habemus thyſiaſtirion,ꝙ ἀπὸ τῆς θυσίας deducitur,a ſacrificio,ac ſi latine ſacrificatorium diceres: Idem contigit in lingua ſancta,a זבח ſebach ſacrificio deducitur מזבח misbach,ſeu misbeach ſacrificatorium: apoſtoli itaq; teſtimonio habemus altare ſacrificatorium in eccleſia & quid in eo ſacrificabit,niſi euchariſtia,Corpus & ſanguis dñi noſtri Ieſu Chriſ
Leuit.4 nā patres uerba Pauli in hunc ferme modū expoſuerunt,quia S. Paulus uoluit cō-
Nume.19 ſuetudinē legis in feſto expiationis ad ſpiritalē referre ſenſum,nam eo die accepe-
Nume.29 runt uitulum & hircum,& immolabant intra caſtra,& ſanguis inferebatur a pon-
Heb.9. tifice intra ſanctuarium,ut repetit Apoſtolus: carnes uero extra caſtra cremabantur,& non comedebantur nec ab offerentibus,nec a deſeruientibus tabernaculo:
1.Cor.10. Omnia autē in figura cōtingebant illis,ait Apoſtolus: Hircus & uitulus ſignificabant Chriſtū,propter ſimilitudinē carnis peccati, cuius ſanguinis effuſione patuit nobis aditus ad ſancta ſanctorū,id eſt,ad cœlū: Intra caſtra immolatus eſt,& Hie-
Mat.27. ruſalē uocibus & iudicio Iudęorū & Pilati,ſed extra muros Hieruſalē in cruce cre-
Iohan.19 mabant carnes eius igne amaroſiſſimæ & acerbiſſimę paſſiōis: Altare extra urbē, extra ſynagogā habemus eccleſiæ ad ſacrificandū in eo corpus domini: de ꝙ non habent poteſtatem edendi, qui tabernaculo ſynagogæ adhuc deſeruiunt; quia ſi
Galat.5. circuncidimini,Chriſtus nihil uobis proderit: ſed filijs eccleſiæ, ſicut conuenit offerre,ita etiā competit edere de corpore Chriſti, quia caro Chriſti uere eſt cibus, & ſanguis eius uere eſt potus: nam in oblatione & ſumptione ſimul, perfectior eſt charitatis Chriſti in ſua paſſione nobis oſtenſæ, recordatio, ut deducit contra hæreticos uenerandus Gaſpar Schatzger: Stat ergo apoſtolica ſententia inuicta: Eccleſiam habere ſacrificatoriū altare,in quo hęretici nullū ſacrificiū dabūt exter nū,niſi ſacroſanctā euchariſtiā: In ꝙ eccleſia triūphat cōtra nouicios hęreticos.

Ezech.1. Vltimo ut rota ſit in medio rotæ poſt nouum teſtamentum recurramus ad ue-
Sophoniæ.3. tus,& audiamus exhibitum nobis in lege euangelica ſacrificium,quomodo ſit prophetico ſpiritu a Sophonia præuaticinatum: Sic enim inquit: Quapropter expecta me, dicit dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meū ut congregem gentes & colligam regna, & effundam ſuper eos indignationem meam,omnem iram furoris mei,in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, quia tunc reddam populis labium electum,ut inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei humero uno: Vltra flumina Aethiopiæ,inde ſupplices mei,filij diſperſorū meorū deferent munus mihi. Hic propheta indubie loquitur de aduentu Chri-
Hieronymus. ſti,id quod etiam Iudæi fatentur, licet multa fabuloſa admiſceant, ut Hieronymus teſtatur: ꝙ autem aliqui uolunt intelligere de ſecundo aduentu Chriſti, id ad literam fieri nequit,quoniam poſt extremum iudicum,a flumine Aethiopiæ non

uenient

ueniēt ſupplices Chriſto,nec filij diſperſorum deferent munus: & licet Beatus Hieronymus hic aliquantulum uariet a Septuaginta,ut de futuro, de electo &c, tamen ipſe reddit cauſam huius, ut liquet apud eundem: Et hoc ponderandum, ꝙ ubi interpres dixit,Deferent munus mihi,& Septuaginta, Afferent uictimas mihi: propheta eodem ſpiritu quo alij,utitur peculiari illa dictione מנחה mincha quam magis reſpondere ſacrificio noſtro, capite primo ſupra oſtendimus apud Malachiam: Et certe myſterio uacare non poterit,ꝙ cum ſacrificiorum uaria ſint nomina apud Hebræos,ſicut ſupra diximus,tamen Moyſes,Eſaias,Malachias,& Sophonias,prædicentes ſacrificium gentium uenientium ad Chriſtum,uno nomine conformiter omnes appellant ſcilicet,mincha.

Expendamus itaꝗ Sophoniæ uaticinium: nam propheta præuidens maliciam & incredulitatem Iudæorum,increpat Hieroſolymam. Væ prouocatrix iræ diuinæ propter maliciam ſacerdotum & ſcribarum inſurgentium contra Chriſtum quia non audiuit uocem Chriſti, nec ſuſcepit diſciplinam Euangelij: Non eſt conſiſa in dño ſicut olim patres,ſed in hominibus: timuerunt enim ne uenirent Romani & tollerent locum & gentem: principes autem eius iudices prophetæ & ſacerdotes Pilatus,Herodes,Annas, Cayphas,quaſi leones,lupi,ueſani & impij præuaricatores legis: dominus autem Ieſus iuſtus in medio ciuitatis,ſed manifeſte iudicium punitionis uenit ſuper Hieruſalem & populum Iudæorum per Titum & Veſpaſianum: ſed populus iniquus non credidit confuſionem ſuam uenturam propter IESVM, Ideo dominus diſperdidit eos de Iudæa, & diſſipati ſunt principes & ſacerdotes eorum, qui fuerunt anguli, quia hactenus ſederunt ſine principe,ſine ſacrificio,ſine templo: Tamen poſt illam deſolationem aliqui timebunt & ſuſcipient Chriſti fidem,& poſt illam ſequuntur ea quæ ſuperius induximus, Expecta diem reſurrectionis meæ futurum,quia poſt hunc dato ſpiritu ſancto cōgregabo gentes,& colligam regna in unitatē fidei per apoſtolos & diſcipulos meos,& omni errore idololatriæ ſublato,& dæmonibus cōculcatis, ac terrenis operibus deſtructis,perditis tyrrannis & idololatris credere nolentibus fidelium prædicationi,purgatis ſic & eliminatis erroribus per cœlos dei (.i. apoſtolos, qui enarrant gloriam dei) e terrenis hominibus,tunc dominus reddet labium electū, quando apoſtoli uniuerſis linguis locuti,ueteri errore ſublato, redditum eſt unū labium confeſſionis diuinæ,& oēs gentes,non ſolum Iudæi inuocabant nomē domini,& ſeruiant ei uno humero, Septuaginta habent uno iugo, uno humero & uno iugo cultus Chriſti,in cuius nomine omne genu flectatur,cęleſtiū,terreſtriū, *Philip. 2.*
& infernoꝝ,et omnis lingua cōfiteatur dominum Ieſum in glora dei patris,cuius *Math. 11.*
iugū ſuaue eſt,et onus leue: Et ne paucas credatis futuras gentes in me credentes ſicut fuit paruus angulus Iudeæ,ſupplices mei et adoratores mei uenient ultra flu- *Pſal. 67.*
mina Aethiopiæ,ſicut ſeruus meus Dauid prędixit. Aethiopia præueniet manus eius deo,et eccleſia gētiū,quæ erat diſperſa ī uarietatē rituū et cultuū pluriū deoꝝ illis relictis et abiectis,deferet mihi ſacrificiū et uictimā, Et ideo etiā odiente et inuidente filia mea ſynagoga: tñ de gentiliū populo ſacrificia offerēt,et reliqua quæ proſequitur B. Hieronymus ibi ad literam, Et quāuis prophetia iſta poſſet ad mores trahi,et ad ſenſum aliū ſpiritalē,tñ ad literā eſt clariſſimū,ꝙ prædicatur pręuaricatio Hieruſalem,et eius deſtructio,ac Iudæorum diſperſio,et uocatio gentium in unitate fidei poſt reſurrectionem Chriſti,et ꝙ gentes colentes Chriſtum et ferentes iugum ipſius,etiam deferent ſacrificium, Et quod eſt illud unicum ſacrificium eccleſiæ gentium,unicum iugum: quod fertur ſuper uno humero,niſi ſacrificium Euchariſtiæ,ꝑ orbē terrarū in miſſæ officio oblatū: Roborat prædicta: quod ueritas Hebraica: ubi nos legimus deferent munus mihi: habet מנחתי ſacrificium meum: ſeu donum meum: quia hoc peculiariter dicit deus hic ſacrificium ſuum,

quod eſt ipſemet: Nec te moueat, ꝙ interpres illud nomen Mincha munus ſoli-
tus eſt uertere uel donum, quia & ſecundum proprietatem linguę recte ita inter
pretatur: & ſacrificia in ſcriptura recte ſic appellantur, quod nihil offeramus, niſi
1. Par. 29. quod prius accepimus gratuito a deo, uti Dauid ait. Tua ſunt omnia, & quæ de
Math. 5. manu tua accepimus dedimus tibi: accedas Euangelium & inuenies, ſi offers mu
Luce. 21. nus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris &c. Et iterum, & mittebant munera
Math. 8. ſua ad gazophylacium: Cæco etiam præcepit dominus, ut offerret munus, quod
Gene. 4. præcepit Moyſes: Et ab initio Bibliæ. Factũ eſt poſt multos dies, ut offerret Cain
de fructibus terræ munera domino: Tamen peculiarius corpus Chriſti & ſangui
Roma. 8. nem dicimus donum & munus, quod filius datus ſit nobis, & cũ illo omnia dona
Eſaiæ. 49. uit nobis: Ideo apud Eſaiam loquitur pater ad filium. Dedi te in lucem gentium:
Eſa. 48. Et dedi te in fœdus populi. Præcepit ergo dominus per Sophoniam, expectandũ
diem reſurrectionis ſuæ, ubi ab omnibus gentibus offerenda eſſent ei ſacrificia
ſub uno Chriſtianorum cultu.

DE VSV SACRIFICII MISSAE IN Eccleſia dei, Liber Secundus.

MISSAE SACRIFICIVM A PROPHETIS prædictum, a Chriſto exhibitum, apoſtoli obſerua rũt, & primo quidẽ ſine ſcriptura. Cap. I.

ECCE QVAM MVLTA, QVAM CLARA HABES
utriuſq; teſtamenti teſtimonia, in Eccleſia futurum aliquod iu-
ge & perpetuũ ſacrificiũ deo acceptiſſimum, & tñ ab hæreticis
reſiſtit̃ & contradicitur, nõ alicui homini, ſed ſpũi dei, ſed euiden
tiſſimæ ueritati: Et tamen has in deum blaſphemias hęretici ſub
nomine Chriſti effutiunt, in cuius nomine gloriari uolunt, & ta-
men gloriæ Chriſti detrahunt & inuident: Eos autem non ex ouili amabilis domi
ni ſaluatoris eſſe, ex hoc certiſſimo ſcies, ꝙ a mille & quingentis annis nullus fide-
lium in hoc ouili, hanc gloriam Chriſto detraxit in ſacramento, quamuis plurimi
lupi rapaces, hæretici perfidiſſimi hoc uenerabile ſacramentum diris morſibus in-
uaſerint, at nunq; negauerunt illud eſſe ſacrificium, ſed Latini, Græci, Hebræi,
Indi omnes aſſerunt, & hodie quotquot Chriſtiano nomine cenſentur, hoc intre-
pide & conſtanter affirmant, demptis nouis hæreticis aquilonaribus, uix ſex annis
natis: Quantum ad ſacrificij rationem attinet, unum ſolum reperio errorem tem-
pore Fulgentij in Aphrica inter Vuandalos propagatum, at non negabant Eu-
chariſtiam in miſſa offerri, ſed contendebant ſolum patri offerendam, non filio: ni
mirum, quia Arriana erant infecti hæreſi, catholicos deſpectim appellantes Ho-
muſianos. Comtemplemur itaq; ueritatem a prophetis prænunciatam, a Chriſto
exhibitam, ab eccleſia quoq; frequenti uſu fuiſſe receptam. Vnde id principio nul
lus catholicorum negare auſit, miſſas ac communionem panis ac uini ritum eſſe
a Chriſto inſtitutum & præceptum: Res adeo manifeſta, & ab Euangeliſtis te-
ſtata, ut etiam Luther fons totius perfidiæ id conſtantiſſime affirmet: Huiuſmo-
Luce. 22 di autem pręcepto obtemperarunt primitiuę Eccleſiæ fideles, ut Lucas atteſtat̃:
1. Cor. 11 Erant inquit perſeuerantes in doctrina apoſtolorũ, & communicatione fractionis
Act. 2 panis & orationibus: Ordinem autem miſſæ ad formandum cultum diuinũ B. Pe
trus apoſtolus (adhibito ſine dubio aliorum Apoſtolorꝝ cõſilio) uelut princeps &
Hugo. paſtor Eccleſiæ primus digeſſit: Id quod Hugo ex ueterum authoritate aſſerit
libro ſecundo de ſacramentis, Celebratio miſſæ in commemoratione paſſionis

Chriſti agit: & infra. Hanc miſſam Beatus Petrus Apoſtolus primus omniū An tiochiæ dicitur celebraſſe, in qua tres tantum oratiōes in initio fidei dicebantur, in cipientes ab eo loco, ubi dicitur. Hanc igitur oblationem. Quod intellige publice primam miſſam Antiochiæ celebratam, ubi eccleſia plus florebat, ꝙ in alijs locis: *Act. 11.* ſicut Lucas ſcribit. Profectus eſt autem (Barnabas) Tharſum, ut quæreret Saulum, quē cum inueniſſet, perduxit Antiochiā, & annū totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia, & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani: Meminit & Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica. Iam *Euſebius lib. 2.* inde ꝙplurimi & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem ueniunt eorum prędicatione pertracti, qui pro ſeditione aduerſus Stephanum commota, diſſeminati ſunt, per quos & apud Antiochiam florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua erant etiam prophetici ordinis uiri ꝙplurimi, cum quibus & Barnabas & Paulus, quibus omnibus pariter in gratia dei & unanimitate degentibus, ibi primum diſcipuli, uelut e perenni fonte, ſumpto uocabulo, appellati ſunt Chriſtiani: quare factum eſt ut Petrus ibi ſeptem annis ſederit, & illic Cathedram erexerit (ut libro de primatu Petri aſſeruimus) & miſſam celebrauerit. Teſtatur etiam id Iſidorus de origine officiorum. Ordo autem miſſæ inquit, quibus oblata deo ſacrificia conſecrantur, primo a ſancto Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationem, uno eodemq; modo uniuerſus peragit orbis: Eam formam & eum ordinem miſſæ celebrandę in ſcriptis redegit Beatus Iacobus Hieroſolymis Epiſcopus, ut ſexta ſynodus teſtatur: nam non erat ab initio mos apoſtolorum, ſacra fidei noſtræ myſteria in ſcriptis tradere: ſed quia Chriſtus nouum teſtamentum non in litera, ſicut Moyſes *Hebre. 8* legem, ſed in cordibus fidelium ſcripſerat, iuxta Hieremiæ uaticinium: Apoſtoli *Hiere. 31* per manus tradiderunt myſteria, ut ex Damaſceno induximus, libro de non tollendis imaginibus: Et clare id teſtatur apoſtolorum familiaris & diſcipulus Dionyſius, cuius diuiniloqua uerba tota referre placet: loquens enim de myſterijs fidei noſtræ per apoſtolos traditis: ſubdit. Ac præterea quæq; ab eiſdem ſanctiſſimis uiris ſacratiore & purgatiore, & propinqua quodammodo cœleſti Hierarchiæ doctrina, ſancti duces ac præceptores noſtri didicerunt ex animo in animum (medio intercurrente uerbo, corporali quidem, ſed quod carnis penitus excedat ſenſum) ſine literis tranſfuſa ſunt: & ipſi quoq; ſanctiſſimi principes noſtri, dum ſacra publice peragenda inſtituerunt, non apertis ac patulis ſenſibus, ſed ſignis auguſtioribus tradiderunt. Neceſſario itaq; primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces, cū ex ſumma ſuperſubſtātialiq; deitate ipſi ſancti muneris plenitudinem percepiſſent, & idipſum deinceps proferre & propagare a diuina bonitate miſſi eſſent: Ipſiq; (ut qui tranſiſſent in deum) poſteros ad diuina prouehere affatim cuperent, uiſibilibus ſignis cœleſtia ſacramenta texerunt, uarietateq; ac multitudine, quod unicum eſt & collectum tradiderunt, & in humanis imaginibus res diuinas materialibuſq; figuris, ſpiritualium maieſtatem, atq; in his quæ nobis ſunt familiaria, ſumma illa & ſuperſubſtātialia partim ſcriptis, partim non ſcriptis conſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ diffiniunt leges) nobis tradiderunt, & quæ ſequuntur. Hic ſacer Dionyſius apertiſſime teſtatur, quomodo myſteria fuerint occulta ab apoſtolis, & de animo in animum tranſfuſa eſſe: Et licet in communi loquatur de myſterijs fidei, tamē ſpeciatim uidetur exprimere ſacrificium miſſę cū inquit. Dum ſacra publice agenda inſtituerunt, ut Chamaldulen̄. tranſtulit, & expreſſius *Chamaldulen.* quidem hoc indicauit antiquus intrepres Iohannes Sarracenus ita uertens eo loco, *Sarracenus.* Neq; enim hæc diuini ſummi ſacerdotes in ſacrificij commune, non uelatis inuiſibilibus, ſed in ſymbolis ſacris tradiderunt. Quod ad amuſſim ipſi Dionyſio reſpondet dicēti, οὐδὲ ταῦτα τῶν θείων ἱεραρχῶν εἰς τὴν ἱερουργίας κοινὸν ἀπαρακαλύπτοις

νοήσειν ἀλλ᾽ ἐν συμβόλοις ἱεροῖς παραδεδοκότων. Nã ἱερουργία recte uertitur ſacrificium, qua dictione hic ſanctus pater uſus eſt. Quod ſi altius expendas uerba Dionyſij de principibus & ducibus fidei noſtræ, inter quos & diuus Paulus fuit Dionyſij pręceptor, confeſtim erit manifeſtarium, quid ſibi uoluerit S. Paulus cum ad

1. Cor. 11

Corinthios ſcripſit. Cætera cum uenero diſponam; nam de communione Euchariſtiæ eos inſtruit; Et cum Apoſtoli partim ſcriptis, partim non ſcriptis inſtitutionibus myſteria nobis tradiderunt, cõſectarium eſt diuiniorem uſum Euchariſtiæ in ſacrificio Paulum tradidiſſe non ſcriptum, & uſum communionis tradidiſſe in

Auguſti. ad Ianuarium.

ſcriptis; Id quod (ni fallor) Auguſtinus ex Apoſtolo intellexit, dum ad Ianuariũ ſcripſit, uniuerſæ Eccleſiæ morem defendendo (quem etiã nunc hæretici ſubuertunt) ut pro honore tanti ſacramenti, Euchariſtia non niſi a ieiunis ſumatur; ſubdit. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, ut apoſtolis per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum; Cum uero ait Apoſtolus de hoc ſacramento loquens, Cætera autem cum uenero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in Epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem per orbem uniuerſa ſeruat Eccleſia ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diuerſitate uariatur.

Qui uſi fuerint miſſa, & qui ſcripſerint primo miſſam, & ex Canone latino & græco probari ſacrificium miſſæ. Cap. II.

Fideles itaq; patrum hiſtoriæ nobis tradunt, Petrum primo publice celebraſſe miſſam in Antiochia Syriæ, & dein in Vaticano in Europa: Iacobum Hieroſolymis in Aſia: & Marcum Alexandriæ in Aphrica. Et cum ſanctus Iacobus primus in ſcripturis formam celebrandi miſſam redegerit, manifeſte comprobatur apoſtolos primum non niſi in lingua Hebræa miſſas celebraſſe, & uſq; ad tpa Hadriani Imperatoris, & in Græcia in lingua Hebręa celebrabat, & tunc demũ cœperunt uti lingua Græca in myſterijs ſacris: In auguſtiorem tamen formam contraxit illam Baſilius magnus & ſcriptis commendauit: Quod idem canon ſynodi ſextæ, ſicut de ſancto Iacobo teſtatur: ita enim inquit. Iacobus frater domini ſecundum carnem, cui primum credita eſt Hieroſolymitana eccleſia, & Baſilius Cæſarieñ. Epiſcopus, cuius claritas per totum orbem refulſit, in ſcripturis addiderunt nobis miſſæ celebrationem. Et hac miſſandi formula hodie in quadrageſima & certis alijs diebus utuntur Græci, frequentius tamen per circulum anni forma a Iohanne Chryſoſtomo præſcripta utuntur, rarius Epiphanij, nam non plures formas miſſæ habent in hunc diem Græci, quã tres præfatas; De miſſandi tamen forma non ſum in præſentia plura dicturus (licet eam miris modis lacerent hæretici) quod egregie ſit ab Emſero defenſa & iniurijs Lutheri uindicata; at cum miſſæ officium a Chriſto fuerit præceptum, & ab Apoſtolis tanto tempore obſeruatũ in lingua patria Hebræa: Veriſimile eſt, ut ſacra illa, nomine q̃q; Hebræo appellarint miſſam, quod docte & erudite Iohannes Capnion in ſua grãmatica tradidit, quẽ etiam Iacobus Stapulẽſis & Iodocus Clithoueus in hoc ſunt ſecuti: Nã poſtquã dixit מס ſignificare munus perſonale, collectã, inductionẽ, angariam, tributũ, Compluteñ. addit cenſum, uectigal &c. Inde deducatur per additionem ה dictio מסת, id eſt oblatio quæ ſit ſuperiori domino propter munus perſonale, Deuteronomij decimoſexto מסת נדבת oblationem ſpontaneam manus tuæ, quã offeres iuxta benedictionem dei tui: Nec mirare quod hic legit miſſas, quia miſſach regulariter dicitur, & in conſtructione mutatur ה in ת lene, quod nomen nos Chriſtiani ſacrificio impoſitum retinuimus uſq; in hunc diem: Ideo neq; latinum eſt, neq; Græcum, ſed Hebraicum, nam Græcis λειτουργία dicitur uel ἱερουργία, miniſterium; Id inquam probabile reputamus, quod cum

tanto

tanto tempore Apoſtoli & ſucceſſores in ſola lingua Hebræa celebrauerint, etiã
nomen Hebræum una transfuderint: Vnde iterum hęretici confutantur, qm̄ ipſo
nomine indicat miſſam ſacrificium eſſe: At hic Zuuinglius grãmaticus obſtre-
pit Capnioni ſane plus q̃ infantiliter, neq; rem, neq; uerba a Capnione ſignata intel-
ligens falſum ei imponit, ꝙ dixerit eſſe munus perſonale: nã hoc non dixit Capni-
on, ſed oblationem debitam propter munus perſonale: Et iterum nihil ultra pul-
uerulentam ſcholam ſapiens, accipit munus pro dono, cum Capnion pro erudi-
tione ſua & legali qua pollebat ſapientia, per munus intellexit debitã obligationem
inferioris ad ſuperiorẽ, ſicut obligat̃ homo Ligius: at Capnionem noſtrum pulch
re uindicauit Emſerus noſter & ipſe ex Sueuis natus. Ex dictis iam in ſumma col-
ligimus: Rem Miſſæ nos habere in eccleſia a Chriſto, modum autem celebran-
di & nomen celebrationis ab apoſtolis: licet modus ille auctior factus ſit ſemper
in primitiua Eccleſia, tempore martyrum uſq; ad Gelaſium Papam: At quia Ca Canon.
nonis maior pars ab ipſis apoſtolis poſita eſt, & a martyribus in ſede Apoſtolica
poſitis; ideo ex canone miſſæ liqueſcit miſſam eſſe ſacrificium: Et hinc ordia- I
mur. Hanc igitur oblationem, ecce oblationem appellat: Et mox. Quam oblatio- II
nem tu deus in omnibus quæſumus benedictam, aſcriptam, rationabilem, accepta
bilemq; facere digneris. Verborum iſtorum meminit Ambroſius de ſacramen-
tis. Et infra: Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam pu III
ram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam. Quæ uerba indicauit, ni fallor, Au
guſtinus, cum dixit, quæ ſcriptura trifaria digeſta ſuper panem & calicem proli-
xæ orationis uerba commendauit: Nam non modo quod in euangelio contine-
tur, uel ab Apoſtolo, quod eſt inſertum ſecretis, Dicimus, ſed & alia plura adijci-
mus, magnã quaſi uim cõmendantia myſterijs. Proſequit̃ canon. Supra quæ pro IIII
picio ac ſereno uultu reſpicere digneris & accepta habere ſicuti accepta habere dig
natus es, munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificiũ patriarchæ nr̄i Abrahæ, & ꝗd
tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctũ ſacrificiũ, immaculatã ho
ſtiam, nihil iſtis clarius: Et iterum. Supplices te rogamus omnipotens deus: Iube V
hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu di-
uinæ maieſtatis tuæ. At mox reſiſtunt hæretici, quid canonem nobis obijcis a no-
bis dudum exploſum & abiectum? in quem Zuuinglius auſus fuit ſcribere, &
nouum canonem condere: Sed his temeritatibus o Lutherani uoſipſos condem-
natis reos hæreſis & alienos ab eccleſia dei: Canonem enim iſtum uetuſtiſſimum,
ab apoſtolis iniciatum, a pontificibus martyribus auctum, a Gelaſio papa ante mil
le annos in hanc ferme formam, in qua iam eſt (paucis per poſteros additis) reda-
ctum, a tota eccleſia latina ſuſceptum hactenus & obſeruatum, uos homines pri-
uati propria temeritate reſpuitis hunc, & nouum conditis. O præſumptio, toti ec-
cleſiæ & tot ſanctis martyribus nolunt cedere in authoritate condendi canonis:
Et iſti cynici Theologi audent hanc ſibi uſurpare authoritatem: Beatus Auguſti
nus, cuius tempore eccleſia uix ſteterat CCCC. annis, tantum tamen eccleſiæ tri
buit, ut in Epiſtola ad Hieronymum dicat. Contra eccleſiæ fundatiſſimum morẽ
nemo ſentiat: Similiter de conſuetudine eccleſiæ orandi pro mortuis inquit. Si
nulla eſſet authoritas ſcripturæ ſacræ, quæ doceret orare pro defunctis, tanta eſt
authoritas eccleſiæ & conſuetudinis eius obſeruatæ, ut nemo illam inſequens poſ-
ſit errare: Ideo ſufficiat catholicis per Canonem, eccleſiam explicuiſſe euchariſti-
am eſſe ſacrificium in miſſa, licet nihil ſatis ſit hæreticis: Et ab impetitionibus ca-
lumnijs & nugis Zuuinglij pulchre uindicatus eſt canon authore Emſero, qui
hæreticum ferocientem ſub ferulam grammaticæ coegit, in quo tamen campo
imprimis arrogarat ſe aliquid eſſe. Et ne latinam ſolam eccleſiam, huius fuiſſe ſen
tentiæ exiſtimet hæreticus: doceamus obiter, & ampliſſimam Græcam idem ſen-

ſiſſe, quod ex canone liquet & præambulis & appendicijs, nam ſacerdos exiens
cum diacono inclinatus ante ſanctam ianuam inter alia orat, καὶ τὴν ἀναίμακτον ἱε-
ρουργίαν ἐπιτελέσω. Et hoc incruentum ſacrificium perſiciam: Sic poſtea indutus
ueſtibus ſacris, ſicut in eccleſia latina, niſi quod geminum habet manipulũ ut εἰς
τὴν πρόθεσιν: & facit μετανοίας τρεῖς, ac inter alia ſic orat: Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν δὸς ἡμῖν
βοήθειαν τοῦ συντελέσαι μετὰ φοβεροῦ τὴν θείαν ταύτην καὶ φρικοδεστάτην θυσίαν, καὶ ἱερα-
τεῦσαι νῦν &c. Domine deus noſter, da nobis auxilium ut perſiciamus cum timore
diuinum hoc & expaueſcendum ſacrificium, & fungar ſacerdotio nunc & in om-
nem uitam meam &c. Similia ſæpe repetit circa protheſin, quando præparat ſa-
crificanda, & ſimiliter poſtea quando uenit ad ſacram trapezan, & præcipue de-
uotiſſimam fundit ad deum orationem, poſt miſſam cathecuminorum, pſallenti-
bus cantoribus hymnum Cherubicum, ubi inter alia inquit, καὶ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐχρη-
μάτισας, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν. Et ſumus ſa-
cerdos noſter ſanxiſti & ſacrificabilis huius & incruenti ſacrificij oblationem. Et
infra, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἀχρεῖον δοῦλόν σου, καὶ καθάρισόν μου τὴν ψυ-
χὴν καὶ τὴν καρδίαν, ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ ἱκάνωσόν με τῇ δυνάμει τῇ δυνάμει τοῦ ἁγί-
ου σου πνεύματος. Ενδεδυμένον τῆς ἱερατείας χάριν παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου ταύτῃ τραπέζῃ,
καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα hoc eſt. Reſpice in
me peccatorem & inutilem famulum tuum, & purifica me, animam & cor a con
ſcientia mala; Et idoneum me fac uirtute ſancti tui ſpiritus, indutum ſacerdotali
gratia, aſſiſtere ſanctæ tuæ huic trapezæ & ſacrificare ſanctum & immaculatum
tuum corpus & præcioſum ſanguinem.

Vſus ſacrificij miſſę probatur ex ſanctis Andrea apoſtolo, Dionyſio, Ignatio, Hirenæo, & Tertulliano, ubi de an niuerſarijs mortuorum. Cap. III.

SI ad uiros ſanctos ac deo familiares uenerimus, idem comperimus ſan-
ctam euchariſtiam in miſſa offerri: nam ſi hiſtorijs de columnis eccleſiæ
conſcriptis, non minus fidem adhibere debemus quã gentilium Chro-
nographis: occurrit nobis primo, quod & pater Schatzger prius attulit & Emſer
de ſancto Andrea, cui cum proconſul Egeas diceret, Hæc uana tuis narra, & mi-
hi obtempera, ac dijs omnipotentibus ſacrifica, Reſpondit ille, Omnipotenti deo
quotidie agnum immaculatum offero, qui poſt quã a toto populo comeſtus fue-
rit, uiuus ac integer perſeuerat: Sic Sixtus Decio dixit, Ego ſemper ſacrificaui
& ſacrificabo deo omnipotenti Ieſu Chriſto: & ꝙ loquatur de ſacrificio miſſæ, li-
quet ex eo quod ſanctus Laurentius ad eũ dixit, dum duceret in cuſtodiã. Quo
progrederis ſine filio pater, quo ſacerdos ſancte ſine Diacono properas? tu nun-
quã ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Quod plures alij martyres con-
feſſi leguntur, dum ad ſacrificandum dijs cogerentur.

Sic beatus Dionyſius Areopagita apoſtolorum diſcipulus familiaris & σύγ-
χρονος, ubiq; ſacrificium facit ex miſſa, imo totam formulam miſſandi tempore apo
ſtolorum præſcribit: Capite enim tertio ab initio iuxta tralationem Sarraceni ap-
pellat euchariſtiam hoſtiam hoſtiarum. Et mox infra: Ferme nõ reperiri, inquit,
ſacerdotalis muneris myſterium peragi, quod non compleatur in conſumatione di
uiniſſimæ euchariſtię, ad unam perficiente ſacrificio collectionẽ. Quod & ſi Cha-
malduleñ. in ſua uerſione non meminerit ſacrificij, tamen inſpicienti Dionyſium,
hoc erit clariſſimum. οὐ γάρ ἐν ἐστιν &c. τῷ πλεσθέντι τῷ ἱερουργούσης συναγωγῆς &c. Sic
poſtea altare frequenter appellat a ſacrificio thyſiaſtirion: Et ſacerdotem affirmat
laudantem ſacras diuinas actiones, ſacrificare diuiniſſima: Et in poſterioribus ex-
plicando ſpiritalem ſenſum, hoc largiſſime teſtatur, forte in fine aliqua ex Diony-
ſio recitabimus.

Hocidem cumulatiſſime affirmat magnus ille martyr Ignatius, apoſtolorũ
diſcipulus & familiaris, qui dominum in carnepoſt reſurrectionem nouit: Is in
Chriſtianiſſima illa epiſtola ad Smyrneñ. cuius & B. Hieronymus meminit, inter
alia ſic ſcripſit. Oẽs Epiſcopum ſequimini, ſicut Chriſtus Ieſus patrem: præsbyte
ros ſicut apoſtolos, diaconos autem ueneramini ſicut dei mandato miniſtrantes:
Nemo præter Epiſcopum aliquid agat eorum quæ ad Eccleſiã pertinent: firma
Euchariſtia reputetur, quæ ab Epiſcopo conceſſa fuerit: Vbi Epiſcopus pręſens
fuerit, illuc & plebs congregetur: ſicuti & ubi Chriſtus eſt, omnis militia cœleſtis
adeſt, tanquã principi militiæ uirtutis do mini, & ipſe eſt diſpenſator totius intelli-
gibilis naturæ: propterea non licet ſine Epiſcopo, neq; offerre, neq; ſacrificium im-
molare, neq; miſſas celebrare: libenter induximus hunc locum Ignatij, ꝙ tres ſa-
cros ordines primitiuæ Eccleſię aſſerat, & diſtinctionem Epiſcopi a ſacerdote,
quod tamen expreſſius facit epiſtola prima ad Trallianos: Hoc impie negant ho-
die Lutherani, non ſolum aſſerentes cum hæreticis Arrianis, Epiſcopum non eſſe
ſuperiorem ſacerdote, ſed externum omnino tollunt ſacerdotium, affirmantes o-
mnes catholicos ex æquo eſſe ſacerdotes, aufferentes penitus ordinis ſacramentũ:
Porro & id animaduerſione dignum, quod uir apoſtolicus, ſicut & Dionyſius &
Polycarpus, inhibẽt, ne in pertinentibus ad eccleſiam aliquid agatur iniuſſu Epi-
ſcopi: Vbi arrigant aures uelim furioſi & inſani ciuitatum quarundam rectores,
qui etſi egregiam hactenus meruerint adminiſtratæ Reipublicæ gloriam, ac mo
do hęreſi ſubuerſi, & ſuperbia inflati, diſponunt de rebus Eccleſiæ, de ſacramen-
tis, de ſacrificijs, de myſterijs, non ſolum iniuſſu Epiſcoporum, ſed illis etiam recla-
mantibus: tantum longe abeſt Euangelium Lutheri ab Euangelio S. Ignatij. Po-
ſtremo liquet miſſam eſſe ſacrificium, cum uir ſanctus & zelo ardentiſſimus do-
ceat, non modo nõ offerendum abſq; Epiſcopo, ſed neq; ſacrrificium immolandũ,
nec miſſas celebrandas: quid amplius uolunt hæretici, miſſam erectam in ſacrificiũ
quęſtus & lucri gratia? an tale quid ſuſpicantur de glorioſis illis martyribus & deo
plenis, Dionyſio, Ignatio & Policarpo? Quibus tertium adiungamus teſtem, Hi-
renæum Lugduneñ. qui & ſi poſterior fuerit, ꝙ ſeculum ſuum apoſtoli non attige
rint, tamen Polycarpum Iohannis diſcipulum in corpore uidit, ut Euſebius libro
quinto eccleſiaſticę hiſtoriæ tradit: Eum contra hanc Lutheri hæreſim euocat
Iohannes Faber uir catholicus in libro ſuo contra Lutherum, ex libro quarto ca-
pite 32. ubi ſic inquit. Eum qui ex creatura panis eſt accepit, & gratias egit di-
cens. Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura ſecun-
dum nos, ſuum ſanguinem cõfeſſus eſt, & noui teſtamenti, nouam docuit oblatio
nem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens, in uniuerſo mundo offert. Nõ ergo Plu
to author eſt huius ſacrificij, non auaritia, ſed Chriſtum habet authorem, & apo-
ſtolos traditores, & catholicos obſeruatores.

Poſt apoſtolos & apoſtolicos uiros miſſæ ſacrificium apud catholicos perſeue
raſſe, Tertullianus nobis teſtimoniũ exhibebit locupletiſſimũ: Et primo quidem
cum libro de exhortatione caſtitatis dixiſſet, Differentiã inter ordinẽ & plebẽ cõ-
ſtituit Eccleſiæ authoritas, ſequitur. Et offert & tingit (de baptiſmo loquitur: nam
& Cyprianus tinctionẽ appellat) ſacerdos, Ecce duo officia ſacerdotum: De coro
na uero militari cęremonias eccleſiaſticas recenſens, inquit. Aquã adituri ibidem,
ſed aliquanto prius in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare di
abolo & pompæ & angelis eius, dehinc ter mergitamur amplius nõ aliquid reſpõ
dentes, quã dñs in Euangelio determinauit: Inde ſuſcepti lactis & mellis concordi
am prægustamus: Ex quo ea die lauacro cotidiano per totam hebdomadã abſti-
nemus: Euchariſtiæ ſacramentum & in tempore uictus, & oĩbus mandatũ a do-
mino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quã præſidentium ſumi-

mus. Oblationes pro defunctis, pro natalicijs, annua die facimus. Die dominico ie iunium nephas ducimus, uel geniculis adorare: Eadem immunitate a die paschę in pentecoſten uſq; gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram anxie patimnr. Ad oēm progreſſum atq; promotū, ad omnem aditum & exitum, ad ueſtitū & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunq; nos conuerſatio exercet, frontē ſignaculo terimus: Harū & aliarum eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nulla legis traditio tibi prætendetur, auctrix conſuetudo, confirmatrix fuit & fidei obſeruatrix.

Attende quæ doctor iſte poſt incunabula Euangelij ſcripſit, puta CLX. annis poſt Chriſtum natū, ut ipſemet in libro de Monogamia teſtatur, quē librum tamen iā uetulus ſcripſit: Hic ergo uicinus tempori apoſtolorū, mores fidelium nobis recenſet: primo exorciſmo teſtimonium præbet (quem tamen multi iam Lutheranorū reijciunt, ut qui ſcriptura non firmetꝛ) quemadmodum hoc prius ſacer Dionyſius fecit de Eccleſiaſtica Hierarchia, hic trinam agnoſcit immerſionē, porro frequentē Euchariſtiæ cōmunionem, dum etiam ante ſolis ortum ad myſteria
Cap. 39 miſſæ conuenirent, ut ipſe teſtatur in Apologetico aduerſus gentes. Coimus in cœtum & aggregationem, ut ad deum quaſi manufacta præcationibus tribuamus orantes. Hæc uis deo grata eſt: Oramus pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum, ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis (quam intellige ut 32, cap. explicat) At quæ reuerentia maior Euchariſtiæ fuit exhibita, q̄ eam non ſumebant de manu aliorum quam præſidentium: Noſtro autem infœlici ſeculo hæretici ſacerdotes non timent ſuſcipere Euchariſtiam de manibus laycorum Lutheranorum.

Et cur induximus illum locū, ſequitꝛ, oblationes pro defunctis annua die facimus. Audiat hæc hæreticus, audiant uicini Lutherani, qui offerre pro defunctis recuſant, qui anniuerſaria oīa extinguunt, quomodo in primitiua Eccleſia annuas oblationes pro defunctis faciebant: Ideoq; Iſidorus libro primo de origine officiorum inquit. Sacrificium pro defunctorū requie offerre, quia per totum orbem cuſtoditur, credimus ab ipſis apoſtolis eſſe traditum. Addidit Tertullianus natalicia celebrata a fidelibus, quæ emendata tamen dicit Rhenanus in concilio Niceno & ſequentibus canonibus, non ſcio quos ipſe habeat canones, ego in uetuſtis codicibus tempore Caroli magni ſcriptis, nihil reperio huiuſmodi, ſed in concilio Laodiceñ. canone LIII. reperio nuptias & natalicia prohibita celebrari in quadrageſima: De ieiunijs non tenendis dominico die & Pentecoſte, atteſtantur etiam canones poſteriores & Hiero. contra Montanum: Sic & crucis frequentem ſignationem. At quod poſtremo dicit, omnem Lutheranorū extinguit perfidiā, cum hæc omnia ex traditione & conſuetudine dicit obſeruari, ſine lege ſcripturarum. Contra hæretici noſtri omnia reijciunt quæ Eccleſia obſeruat uniuerſa, quæ concilia ſtatuerunt, quæ patres explicarunt, ſi non clariſſima alterutrius teſtamenti afferatur ſcriptura. Alius locus eſt eiuſdem Tertulliani ad Scapulam præſidem Aphricæ. Itaq; ſacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed deo noſtro & ipſius, quomodo præcepit deus, pura prece. At hic inſurgit hæreticus, recte hunc locū euocari, in quo manifeſtum ſit Tertullianum non loqui de ſacrificio Euchariſtiæ, ſed orationum uti ipſe liquido probat libro contra Iudæos, quod non terrenis ſacrificijs, ſed ſpiritalibus deo litandū ſit: ita legimus ut ſcriptū eſt. Cor cōtribulatū hoſtia eſt dei: & alibi. Sacrificia deo ſacrificiū laudis, & redde altiſſimo uota tua: Sed nos adhuc intelligendum putamus, ſacrificium Euchariſtiæ oblatū a fidelibus pro Imperatoribus, licet illud puriſſima prece fiat a miniſtro ſacerdote in perſona Eccleſię cuius oratio pura eſt, ſicut dicit in prima oratione ante Cōmunionē. Dñe Ieſu Chriſte ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ. Et quod Tertullianus non loqua-

loquatur ſolum de ſacrificio orationum, ſed de aliquo uero & magno ſacrificio externo liquet ex eo, quod in libro de uirginibus uelandis inquit.

Non permittitur mulieri in eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec ullius uirilis muneris.

Dicas iam hæretice, quid hic prohibuit mulieribus, non offerre, niſi quod miſſas celebrent? quia nequis dicere, orationem eis eſſe prohibitam: Certũ eſt ergo eum loqui de aliquo magno ſacrificio externo, quod mulieribus non conueniat. Similiter libro de cultu fœminarũ inquit. Vobis aũt nulla procedendi cauſa non tetrica, aut imbecillis aliquis ex fratribus uiſitandus, aut ſacrificiũ offertur, aut uerbum dei adminiſtratur: Hic unã cauſam prodeundi fœminas in publicum aſſerit, ſacrificium, quod nõ accipies de orationibus, cum orare eis liceret, ſed non offerre. Et ne exiſtimes pœnituiſſe illum ſententiæ, etiam cum ad peruerſum dogma Montani (odio cleri Romani teſtante Hieronymo: ſicut modo Luther in hæreſim Vuicleph & Huſs incidit odio Papæ) ſe tranſtuliſſet, nam in illo damnato libro de caſtitate, hoc potiſſimum argumento a digamia dehortari nititur, quia inquit. Stabis apud deum, cum tot uxores, quot illas orationi cõmemoras, & offers pro duabus, & ante de uxore priori mortua, pro qua oblationes annuas reddas: Idẽ repetit in libro ſimiliter damnato de Monogamia. Enimuero pro anima (prioris uxoris orat) eius orat, & refrigerium interim poſtulat, & in prima reſurrectiõe conſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius: Intelligis maritũ frequenter orare & poſtulare pro uxore mortua, & cum hoc annuas etiã facere oblationes. Immo tempore martyrum oblatio etiam interueniebat principio matrimonij, ut Idem teſtatur libro undecimo ad uxorem dicens. Vnde ſufficiam ad enarrandã fœlicitatem eius matrimonij, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum angeli renunciant, pater rato habet: Et poſtea loquens de unitate ſpiritus coniugũ in fide ſubdit, ſimul orant, ſimul uolutantur, ſimul ieiunia tranſigunt &c. Eleemoſynæ ſine tormento, ſacrificia ſine ſcrupulo, cotidiana diligentia ſine impedimento &c. quibus omnibus perſpicuum eſt ſacrificium miſſæ ab apoſtolicis uiris & fidelibus obſeruatum in eccleſia catholica, etiam poſt obitum apoſtolorum.

Sacrificium miſſæ aſtruitur ex Origene martyris filio & Cypriano martyre. Cap. IIII.

Continuationem huius ſacrificij in eccleſia ex Origene facile intelligimus, qui in uita fuit, nondum e uiuis excedente Tertulliano, nam ut Hieronimus teſtatur decimo anno Seueri pertinacis, Leonides pater Origenis martyrio ſublatus eſt, Origene nunc decimumſeptimum annum agente: Is igitur Homilia quinta ſuper Leuitico inquit: Quæ eſt hoſtia, quæ pro peccatis offertur, & eſt ſancta ſanctorum, niſi unigenitus filius dei, dominus meus Ieſus Chriſtus, ipſe ſolus eſt hoſtia pro peccatis, & ipſe eſt hoſtia ſancta ſanctorum, & infra: Sæpe oſtendimus ex diuinis ſcripturis, Chriſtum eſſe & hoſtiam, quæ pro peccatis mundi offertur, & ſacerdotem qui offerat hoſtiam. At hæreticus natus ad torquendas & corrumpendas allegationes, euadet, quia Chriſtus bene fuerit hoſtia & ſacerdos in ara crucis iuxta uerbum Apoſtoli, qui ſemetipſum obtulit deo, nõ tamen uoluiſſe Chriſtum eſſe hoſtiam & ſacerdotem ſub ſacramento: Contra adduco alium locum Origenis, qui nec torqueri, nec cauillari poterit ex libro primo ſuper Iob, ubi ſic inquit: Hanc pietatis ac religioſitatis formam, nobis omnibus demonſtrans Iob, ſurgebat mane, & mundabat eos (filios) offerens pro eis hoſtiam ſecundum numerum illorum.

Primo mundabat, purificabat, ſanctificabat, & ita demum pro eis hoſtiam of-

ſerebat,ut cunctis in perpetuum oſtenderet,quia mundos & caſtos atq; ſanctos cō
derent ſacrificia,ut ſancte atq; digne immolata,ſancte atq; digne a ſanctis accipian
1. Cor. 11 tur. Sic nanq; Apoſtolus poſt hæc dicit,probet ſeipſum homo,hoc eſt,mundet ſe
ipſum,& ita de ſanctiſſimis domini ſacrificijs fruatur: Sic & Iob pridem faciens
primum mundabat eos, & demum pro eis hoſtiam offerebat. Hæc Origenes:
quid iam dicturus eſt hæreticus? Hic doctor pientiſſimus apud Iob dicit nobis
pietatis formam præſcriptam,qui primo purificabat,dein offerebat: Et nos iuxta
Apoſtolum debemus primo mundare nos, & dein frui ſacrificijs ſanctiſſimis
domini: Nemo autē catholicorum dubitat Paulum eo loco ad Corinthios de ſacra-
mento uenerabili Euchariſtiæ loqui, & Origenes hic non dubitat diuiniſſimū ap
pellare ſacrificium: Etiam hoc certum eſt loqui Apoſtolum de communione.

Quæ omnia confirmātur ex eodem Origene Homilia decima ſuper Leuiti-
co, ubi uera modo ſacrificia in Eccleſia eſſe teſtatur, quæ fuerunt umbræ ſub le-
ge,ait enim. Altare fuit prius, & ſacrificia celebrabant, ſed ut uenit uerus agnus,
qui ſeipſum obtulit hoſtiam deo,cuncta illa uelut pro tempore poſita ceſſauerūt,
& infra: Ne qui forte adhuc paruulus & lactans in fide, ſi uideret illa conſtare-
dum ſacrificiorum ritum, dum miniſteriorum ordinem attonitus ſtuperet, ipſo
diuerſarum formarum raperetur intuitu: Sed prouidens deus infirmitati noſtræ,
& uolens multiplicari eccleſiam ſuam,omnia illa ſubuerti fecit, & penitus auferri,
ut ſine ulla cunctatione illis ceſſantibus, hæc uera eſſe pro quibus illis typus præ-
ceſſerat,crederemus: In eccleſia itaq; Chriſti modo uera ſunt ſacrificia in lege pręfigurata.

Quinimo panem Euchariſtiæ cœleſtem eſſe propiciationem noſtram & ſi-
mul commemorationem,clariſſime teſtatur idem Origenes Homilia decima ter
tia ſuper Leuitico. Nam ubi textus noſter legit,ut ſit panis in monimentum ob-
lationis domini, Origenes legit: Et erunt panes in cōmemoratione appoſiti dn̄o
(licet אשם quod in Hebræo legitur non ſignificet quancunq; oblationē ſed eam
quæ eſt pro delicto,id eſt, ueniali peccato ſecundum eundem Origenem Homi
lia quinta ſuper eodem: Concordat noſtris dicentibus,euchariſtiæ ſumptionē eſſe
principaliter ordinatam contra peccatum ueniale,& pro auctiori gratia)hanc re-
memorationē parui ducit Origenes ſi ad tribus duodecim referatur ſecundum
duodecim panes,& ſubdit: Sed ſi referantur hæc ad myſterij magnitudinem, in-
uenies commemorationem iſtam habere ingentis repropiciationis effectum: Si
redeas ad illum panem, qui de cœlo deſcendit,& dat huic mundo uitam,illum pa
nem propoſitionis, quem propoſuit deus propiciationem per fidem in ſanguine
Luce 22 eius: Et ſi reſpicias ad illam commemorationem,de qua dicit dominus, hoc facite
in meam commemorationem: Inuenies quod iſta eſt commemoratio ſola, quæ
propicium facit hominibus deum: Si ergo intentius eccleſiaſtica myſteria recor
deris,in his quæ lex ſcribit,futuræ ueritatis inuenies imaginem præformem, nihil
clarius poterat dicere Origenes,poſt apoſtolos, eccleſiarum magiſter,ut ait Hie-
ronymus: Commemoratio in pane cœleſti in euchariſtia, ſola eſt, quæ faciat no-
bis deum propicium,ſicut orat ſacerdos in Canone. Supra quæ propicio ac ſere-
no uultu reſpicere digneris & accepta habere.

Veniamus ad huius ſynchronon,licet aliquanto iuniorem,ad Cyprianum ſan
ctiſſimum & doctiſſimum martyrem, qui in omnibus ſuis ſcriptis locupletiſſimū
tradidit teſtimoniū noſtri ſacrificij, delibemus eius aliquot locos: Et primo quidē
Epiſtola ad Cæcilium. ad Cæcilium ſcripſit,calicem recte conſecrari iuxta Chriſti traditionem, in uino
& aqua, qua in parte quoq; hæreſim Lutheri refellit, ut in defenſione regis An-
gliæ fuſius tradidimus, inquit autem Cyprianus ſic: Si in ſacrificio quod Chri-
ſtus eſt,non niſi Chriſtus ſequendus eſt: Vtique id nos audire & facere oportet,
quod

quod Chriſtus fecit, et infra: Nam ſi Ieſus Chriſtus dominus & deus noſter, ipſe eſt ſummus ſacerdos dei patris: Et ſacrificium deo patri ipſe primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit, utique ille ſacerdos uice Chriſti uere fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur: Et ſacrificium uerum & plenũ, tunc offert in eccleſia deo patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundum quod ipſum Chriſtum uideat obtuliſſe, quid lucidius uult hæreticus? & infra: Et quia paſſionis eius mentionem facimus (paſſio enim domini eſt ſacrificium quod offerimus) nihil aliud, ꝙ quod ille fecit, facere debemus: Et in eadem epiſtola ait: Nec ſacrificium dominicum legitima ſanctificatione celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni: Et iterum: admonitos nos ſcias, ut in calice offerendo, dominica traditio ſeruetur, neq; aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis dominus prior fecit, ut calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur, quæ uerba diuus Auguſtinus repetit libro quarto de doctrina Chriſtiana. *Aug. cap. 21*

Idem cum tota ſynodo ſcripſit Cornelio Papæ, Epiſcopatus noſtri grandis honor & gloria eſt, pacem dediſſe martyribus, ut ſacerdotes quia ſacrificia dei quotidie celebramus, hoſtias deo & uictimas præparemus: Alia ſynodus ſcribit ad Felicem presbyterum, In ordinationibus ſacerdotum, non niſi immaculatos & integros antiſtites eligere debemus, qui digne & ſancte ſacrificia deo offerentes, audiri in precibus poſſunt, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, & infra: Propter quod plebs obſequens præceptis dominicis, & deum metuens a peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, & infra: Cum manifeſtum ſit eiuſmodi homines, nec eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec deo ſacrificia offerre debere, loquit̃ de Baſilide & Martiali. Ecce quã ſępe & quã lubenter huius ſacrificij meminit. Similiter Epicteto ſcribit. Quomodo ſe putat poſſe agere pro dei ſacerdote, qui obtemperauit & ſeruiuit diaboli ſacerdotibus? aut quomodo putat manum ſuam transferri poſſe ad dei ſacrificium & precem domini, quæ captiua fuerit ſacrilegio & crimini, quando in ſcripturis diuinis deus ad ſacrificium prohibeat accedere ſacerdotes, etiam in leuiori crimine conſtitutos? Eandem ſententiam repetit uir ſanctus & deo plenus ad presbyteros diaconos & plebem Furnis. Quando ſinguli, inquit, diuino ſacerdotio honorati, & in clericali miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire, & precibus atq; orationibus uacare debent, & eadem Epiſtola præcepit ſacerdotes ab altari & ſacrificijs non diſcedere: poſtea prohibet oblationem pro eo fieri, qui ſacerdotem elegit tutorem: Et Stephano ſcribit: Oportet ſacerdotes & miniſtros, qui altari & ſacrificijs deſeruiunt, integros atq; immaculatos eſſe. Non proſequor adhuc uiginti tres locos Cypriani, ne nimio ſtudio & diligentia fiam oneroſus lectori catholico: Hos tamen plures collegiſſe iuuit, ut uideant hæretici eo tempore quo apud fideles minime ualuit auaricia, frequentia fuiſſe ſacrificia in Eccleſia Dei.

In primis tamen adde prædictis, quæ idem glorioſus martyr in ſermone de cœna domini ſcripſit, quod in eccleſiæ ſacrificio nulla ſit macula, quod ſit holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates, quod ſit ſacrificium ſingulare, omnes excedens uictimas: Quod perpes ſit hoc ſacrificium, & ſemper permanens holocauſtum. Erubeſcat iam hæreticus, qui negat in Miſſa ſacrificium Euchariſtiæ offerri, cui officio ſancti martyres tam diligenter incubuerunt.

Sacrificium Euchariſtiæ defenditur ex Euſebio, Athanaſio & Lactantio. Cap. V.

VEniamus iam ad poſteriora primitiuæ Eccleſiæ tempora, & occurret
nobis Euſebius Cæſarieñ. is enim collimitius fuit Eccleſiæ martyrum
& eccleſiæ pacatæ ſub Syluestro: qui licet ante concilium Nicęnum nõ-
nihil Arrianæ aſſentiret ſententiæ, tamen in concilio amplexatus martyrum & pa
trum ſententias, etiam ſymbolum Nicęnum iuſſu patrum concepit, idq; adeo ſyn
cere & exacte abſoluit, ut patres nihil demerent, adderent ue, niſi illam particulã
Deum uerum de deo uero. Audiamus itaq; quid hic ſcribit de fidelibus pace fi-
cta reddita eccleſiæ per Maximinum, quam poſtea magna ſæuitia fregit. In ter-
ra, inquit, feſtiuitates a noſtris frequentiſſimæ gerebantur, cum omni lætitia &
exultatione per urbes & loca ſingula eccleſiarum dedicationibus celebratis: &
infra. Iam uero ingens in ſacerdotijs & miniſterijs, atq; in omnibus quæ ad religio-
nis obſeruantiam pertinent, gratia refulgebat: aſtabant hic pſallentium chori, iu-
uenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudabant nomen domini. Hic miniſte-
ria ordinatis ac diſpoſitis uicibus agebantur, pontificum quoq; & ſacerdotum cõ-
ſeſſus, ipſa canicie uenerabilis eminus præfulgebat. Et infra. Sapiẽtes uero & eru
diti uiri præferebant eos, quibus pura uita ac ſyncera ſimplicitas, offerendi deo ho-
ſtias, maiorem fiduciam dabat, eiſq; immolandi ſacrificij permittebatur officium,
quos familiarior uitæ ſimplicitas in cordis puritate ſeruabat. Audiat hæreticus
qua diligentia, quo ſtudio ſacrificij immolandi officium uiris bonis committeba-
tur: Et cum ceſſauerint ſacrificia legalia, quod aliud eſt ſacrificium externũ Eccle
ſiæ, q̃ uenerabile Euchariſtiæ ſacramentum: Officium itaq; miſſæ nõ cuilibet cõ
Athanaſius. mittebatur, in quo huiuſmodi ſacrificium perficiebatur. In eodem limite fuit Atha
naſius uir ſanctiſſimus, qui cum ſene Alexandro interfuit concilio Nicæno, hic ſu
per Epiſtola ad Hebræos explicans, quomodo Ieſus ſaluator noſter ſit ſacerdos
in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedec: quia, inquit, quotidie offertur, uel
in perpetuum offertur per miniſtros dei oblatio. Chriſtum dominum & pontifi-
cem habens & ſacrificium qui ſeipſum noſtri ob gratiam ſanctificat, frangit & tri-
Hebræ 5 buit, quotieſcunq; enim id fiet, mors domini annunciabitur: Et ſuper Epiſtola ea-
Hebræ. 10 dem ait. Quemadmodum enim cum rem diuinam exequimur, & ſacroſancta illa
adminiſtramus myſteria, commiſſa commemorando precamur, ſiue ultro delin-
quentibus nobis ſiue minus, ueniam dari, hoc eſt prius delicta meminimus (per
confeſſionem ab initio miſſæ) mox illa nobis remitti depoſcimus: Et mox infra:
Chriſti tunc reminiſcimur obitus, & una nobis eſt immolatio non multę, quando
quidem eſt & ille ſemel oblatus, eundem enim ſemper offerimus, quin potius ob
lationis illius memoriam facimus, perinde ac eſſet hoc tempore immolatus. Quo-
circa conſtat utiq; unum eſſe noſtrum hoc ſacrificiũ, legis uero multiplex. Tametſi
ut dictum eſt ſupra, eo frequentius offerebatur, ut plurimũ ac multis prodeſſet,
q̃d tñ longe ſecus ſe habet. Noſtrũ uero ut diximus, unicũ eſt & ſemel oblatum, et
tum in hac uita, & tum in futura integrum manet, & perfectius eſt, nam & unus
eſt ſanguis, & ſemel effuſus, & unum eſt corpus, q̃uis fuerit pro multis oblatũ, nõ
multa, & item una eſt quæ offertur hoſtia, hanc namq; ſemper ut præſentem offe
rimus. Quibus uerbis liquidiſſime teſtatur uir ſanctus quotidianũ miſſę ſacrificiũ:
Et ſic teſtatur, ut ſimul hæreticorum noſtrorũ tela, anteq; ab ipſis fuerint medita-
ta, confringat: puta quomodo ſemel & una oblatione dicatur oblatus ab Apoſto
lo, quem quotidie offerimus præſenter. Sed effugium quæret hæreticus, quoniã
liber iſte non ſit Athanaſij, quod frequenter Magni Baſilij meminerit iunioris
Athanaſio, ſed Iohannis Theophylacti, qui uulgo Vulgarius nuncupatur: Sed
eſto ſit liber iſte Theophylacti, id memini etiam noſtrum Fabrum affirmare, li-
cet quibus id aſtruat coniecturis non recorder, tamen non magnum ubi uidetur
teſtimonium Theophylacti & uetuſtiſſimi & non ſpernendi Theologi, quamuis
me non

me non moueat quod de Baſilio afferunt: nam etſi iunior fuerit Baſilius, tamen ſynchroni fuerunt, eodem tempore etiam florẽtes, & paucis annis Athanaſius ſub Valente uita exceſſit, ante Baſilium qui ſub Gratiano mortuus eſt: unde facile fieri poterat Athanaſiũ grandiorẽ natu citare ſcripta iunioris: Id quod q̊tidie accidit ut nugarum noſtrarum meminerint, me antiquiores: At huic nõ inſiſtamus quia conſtat egregie eſſe dictum, & ab antiquo, ſiue Athanaſius is fuerit ſiue Theophylactus Afferamus aliũ locũ indubitatũ Athanaſij, in libro de uarijs quęſtionibus ad Antiochum principem q. 34. ſic dicentis, Num ſentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum ſuper illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum? Reſpondet. Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utique in cura & exequijs fieret commemoratio: At ſicut uitis floreſcit extra in agro, & odorem eius ſentit in uaſe uinum recluſum, ſicq; conſloreſcit etiam ipſum. Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione & gratificatione pro ipſis facta, ſicut ſolus ordinat & præcipit, qui uiuorum & mortuorum poteſtatem gerit deus noſter: Quid amplius deſyderat hæreticus? pro peccatis defunctorum fiebant conuentus fidelium, fiebant bona opera, fiebant oblationes: tamen ne credas fuiſſe ſacrificia cruenta pecorum, adijcit exanguem immolationem. Addamus illi Lactantium Firmianum lib. 4. inſtitutionũ diuinarum dicentem. Quibus ex rebus apparet prophetas omnes denunciaſſe de Chriſto fore aliquando, ut ex genere Dauid corporaliter natus, conſtitueret templum æternum deo, quod appellatur Eccleſia: & uniuerſas gentes ad religionem ueram dei conuocaret: Hęc domus fidelis, hoc immortale templum, in quo ſi quis non ſacrificauerit, immortalitatis præmium non habebit: Cuius templi & magni & æterni, quoniam Chriſtus fabricator fuit, idem neceſſe eſt, habeat in eo ſacerdotium ſempiternum: Hinc & præceptor ſuus Arnobius docuit nos ſacrificare ſacrificium iuſticiæ, quia ſignatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, & dediſti læticiam cordi noſtro, quando accepimus frumentum in corpore, Vinum in ſanguine, Oleum in chriſmate: Idem Pſalmo. 68. ſaluatorem hoſtiam aſſerit, factus eſt hoſtia, inquit, deo pro nobis, pacificãs in ſanguine ſuo, ſiue qui in terris, ſiue qui in cœlis: Et placuit in ſacrificio crucis, quaſi uitulus nouellus, cornua producens duorum teſtamentorum, & ungulas quatuor Euangeliorum, quod uidentes pauperes lætantur. Et Pſal. 110. oſtendit in pane & uino Chriſtum æternum eſſe ſacerdotem.

Pro ſacrificio miſſam habuerunt Græci, Chryſoſtomus, Baſilius, G. Emiſſemus, Epiphanius, Damaſcenus & G. Nazianzenus. Cap. VI.

SVbducere uolebamus nauem noſtram ad portũ, quod ſatiſfecimus, ut opinamur, pio lectori, dum oſtendimus in primitiua Eccleſia martyrum & apoſtolorum fuiſſe ſacrificium miſſæ, ubi nulla eſt auariciæ ſuſpicio: Volebam itaque doctores catholicos, qui præfuerunt tempore eccleſiæ donationibus auctæ, miſſos facere: At cum expendam illos fuiſſe religionis noſtræ magiſtros ac doctores, poſt apoſtolos & martyres, quique magnam in omni Eccleſia aſſecuti ſunt eruditionis authoritatem, uel breuibus illos annotabimus: Et in primis prodeat Græcus Iohannes Chryſoſtomus, licet ex formula celebrationis Miſſarum, quam ipſe poſt Baſilium tradidit, hoc ſatis conſtet: tamen ex alijs illius ſcriptis id liquidum faciemus: Nam Homilia. 51. ſuper Mathæum inquit. Credite igitur omnes, quia etiam nunc illa cœna celebratur, in qua Chriſtus ipſe recumbebat, nihil quippe intereſt inter illam & hanc, non enim hæc ab homine, illa ab ipſo cõficitur: quãdo igitur ſacerdotẽ corpus tibi præbere uideris

noli ſacerdotis,ſed Chriſti manum ad te porrigi arbitrari: infra, Audiamus oro et perhorreſcamus, carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit, & quæ ſequuntur: ſed ſtatim excutit hæreticus, Chriſtum immolatum in cruce, ſed non in miſſa: ſcirem quo cuneo hic nodus ſoluendus eſſet: at dum certa habemus teſtimonia,nolumus in incertis fatigari. Fortius ergo ſtringamus aduerſarios per ea quæ dicit ſuper Mathæo de cœna domini,ut hæreticis obijcit loquẽs de Euchariſtia. Si enim mortuus Ieſus non eſt, cuius ſymbolum ac ſignum eſt hoc ſacrificium? uides quantum ei ſtudium fuerit,ut ſemper memoria teneamus ipſum pro nobis mortuum fuiſſe. Et poſt multa. Qua igitur re,non oportet mundiorem eſſe eum,qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares non debet excedere manus illa,quę hanc coronã pertractat? Et ſuper nono capite ad Hebræos inquit. Ipſe ergo & ſacrificium & ſacerdos & hoſtia,ſi enim hoc non eſſet, multa etiam oportebat ſacrificia offerri, ſæpius oportebat crucifigi. Et infra. Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerimus? Offerimus equidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius: Et una eſt hæc hoſtia,non multæ. Quomodo una eſt,& non multæ? Et quia ſemel oblata eſt illa,oblata eſt in ſancta ſanctorum: Hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius, idipſum ſemper offerimus, nec nunc quidem alium,craſtina alium,ſed ſemper idipſum,proinde unum eſt hoc ſacrificium, Et infra. Pontifex autem noſter ille eſt, qui hoſtiam mundantem nos obtulit,ipſam offerimus & nunc quæ tunc oblata quidem, conſumi non poteſt. Hoc autem quod nos facimus, in cõmemorationem quidem fit eius, quod factũ eſt,hoc enim facite inquit,in meam commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut pontifex,ſed idipſum ſemper facimus,magis autem ſacrificij recordationem operamur. Proſequitur dein de ſumptione huius ſacrificij, habemus uirum doctiſſimum,uirum eloquentiſſimum,uirum Eccleſiaſticæ conſuetudinis obſeruãtiſſimum,tam clare,tam aperte tradentem euchariſtiam quotidie offerri: quid hic dicis hæreticæ Luthere,quid tu Zuuingli? an ne Chryſoſtomo uos anteponitis,& toti quæ fuit cum illo, eccleſiæ catholicæ? at nos cum ſanctis & deo amabilibus ſtabimus patribus. Huic ſimile eſt quod tradit Homilia ſecũda ſuper 2. Pauli ad Timoth. Sacra iſta oblatio, ſiue illã Petrus, ſiue Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat eadem eſt,quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis,quamq; ſacerdotes modo conficiunt,nihil habet iſta,quam illa minus, cur id? quia hanc non ſanctificant homines,ſed Chriſtus,qui illam antea ſacrauerat. Quemadmodum enim uerba, quæ locutus eſt Chriſtus eadem ſunt, quæ ſacerdotes nunc quoq; pronunciant, ita & oblatio eadem eſt,eademq; baptiſmi ratio eſt,adeo omnia in fide conſiſtunt pleroſq; ſimiles locos habet ſuper Epiſtola ad Hebræos prius citatã. Et in Homilia ſexageſima ad populum Antiochenum,ubi ſubdit poſt plura. Verum & tu layce,cũ ſacerdotem uideris offerentem,ne ſacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam.

Renarrat Gratianus Euſebium Emiſſenum dicentem. Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis fidelium, & illaturus ſyderibus, neceſſariũ erat, ut die cœnæ ſacramentum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, ut coleretur iugiter per myſterium,quod ſemel offerebat in preciũ,ut quia quotidiana & indefeſſa currebat pro ſalute omnium redemptio, perpetua quoque eſſet redemptionis oblatio,& perennis uictima illa uiueret in memoria,& ſemper præſens eſſet in gratia uere unica & perfecta hoſtia,fide æſtimanda,non ſpecie.

Elegans eſt item, quod Epiphanius Cypri ad Iohannem Hieroſolymitanum ſcripſit,quam Epiſtolam Hieronymus uertit. Illud quoque audiens admiratus ſum,quod quidam te quoque turbauerunt, & dixerunt quod in oratione, quando offerimus ſacrificia deo,ſoleamus pro te dicere,Domine pręſta Iohãni,ut recte

credat

credat,noli nos in tantum putare ruſticos, ut hoc tam aperte dicere potuerimus, quãq; enim hoc in corde meo ſemper orem,tamen ut ſimpliciter fatear,nunquam in alienas aures protuli,ne te uiderer paruipendere dilectiſſime, Quando autem complemus orationem ſecundum ritum myſteriorum,& pro omnibus & pro te quoq; dicimus, Cuſtodi illum qui prædicat ueritatem. Vel certe ita. Tu præſta domine & cuſtodi,ut ille uerbũ prędicet ueritatis,ſicut occaſio ſermonis ſe obtulerit,& habuerit oratio conſequẽtiam,Expende non ſolum aſſertionem ſacrificij ſecundum certum ritum myſteriorum, ſed quod etiam orationis meminit, qua miſſæ ſacrificium complemus,unde & a noſtris uulgo complenda dicitur.Ita Damaſcenus & ipſe Grecus ueritati aſtipulatur libro quarto ſuæ Theologiæ de ſanctis & incõtaminatis Chriſti myſterijs,ubi inter cætera explicat,impletum Malachiæ uaticinium.Hæc eſt pura inquit hoſtia,& incruenta, quam ab ortu uſque ad occaſum ipſi offerri per prophetam dominus loquitur,corpus uidelicet & ſanguis Chriſti in ſtabilimentum animæ noſtræ & corporis (Alludit quod hodie ſacerdos in communione inquit: Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te in uitam æternam) Et poſt pauca ſubdit, Et ſi quidam, exemplaria corporis & ſanguinis domini,panem & uinum uocauerunt,ut Deifer uocauit Baſilius, non tamen poſt ſanctificationem dixit,ſed priuſq; ſanctificaretur ipſa oblatio, ita uocabant.Ecce hoſtiam uocat,& oblationem,Et hi primarij & primipili ſunt Græcorum Origenes,Dioniſius,Euſebius,Athanaſius,Baſilius,Chryſoſtomus,Damaſcenus, & Epiphanius: At ferme exciderat mihi Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus,quem iniuria certe præterierim, guſtemus paucula ex eo, nam in Apologetico ſuo inter alia inquit: Ipſa quoq; ſacrificia, non paſſim omnibus,ſed certis quibuſdam indulgenter inſumere, & intra certum tempus, & intra præfinitum locum.Hic attendant hæretici,qui paſſim inter conuiuia,mane & ueſpere,etiam noctu,prætendunt conſecrare & communicare.Et infra: Hæc igitur ſciens & quoniam nemo dignus eſt ſummi dei uel ſacerdos eſſe uel ſacrificium offerre,qui non prius exhibuit ſemetipſum hoſtiam uiuam,ſanctam, deo placentem,& rationabile obſequium ſuum geſſit,immolauit deo ſacrificium laudis, & ſpiritum contribulatum, quod ſolum ſacrificium expetit deus (intellige quo ad ſacrificium internum) & infra: quomodo poteram audere ad ſacerdotium accedere,& ad hoſtias offerendas &c. ſed iam ad latinos ueniamus.

Miſſam pro ſacrificio habuerunt latini Hieronymus & Auguſtinus. Cap. VII.

OBiter aliqua teſtimonia ex Hieronymo proferamus, nam cum ubiq; ingeminet ſacrificij noſtri memoriam,faſtidioſiſſimum eſſet omnes locos complecti,paucos ſaltem afferamus: ſuper Amos prophetam inquit: Si obtulerint(hæretici) holocauſta in ſynagogis, non ea reſpicit dominus, qui bene quidem unum deum colunt & recte offerunt,ſed in eo non reſpiciuntur,quia nõ diuidunt in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum confeſſionem, noſtra autem munera,id eſt eccleſiæ,quæ offerimus de primitiuis noſtris,reſpicit deus, ſicut reſpexit quondam ſacrificia Abel.Quæ ſuper Malachia, Sophonia & Eſaia de ſacrificio dixerit partim meminimus in prima parte. Tamen contra Vigilantium eum audiamus.Male facit ergo Romanus epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominũ Petri & Pauli, ſecundum nos oſſa ueneranda, ſecundum te uilem puluiſculum, offert domino ſacrificia,& tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria. Et infra: Ergo & die dominico non ſunt Chriſto offerenda ſacrificia,ne reſurrectionis domini crebro paſcha celebremus, & incipiamus non unum paſcha habere, ſed plurima.In dialogo quoq; contra Luciferanos dum Luciferanus dixiſſet. Sacerdos

quippe pro layco offert oblationem,aſſumit orthodoxus. Oro te ut aut ſacrificandi ei licentiam tribuas,cuius baptiſma probas,aut reprobes eius baptiſma, quem non exiſtimas ſacerdotem: neq; enim fieri poteſt,ut qui in baptiſmate ſanctus eſt ſit apud altare peccator. Et in quæſtione ſecunda ad Hedibiam. Nec Moyſes dedit nobis panem uerum,ſed & dominus Ieſus,ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui comeditur, illius bibimus ſanguinem,& ſine ipſo potare non poſſumus,& quotidie in ſacrificijs eius de genimine uitis ueræ & uineæ Sorec, q̄ interpretatur,electa,rubentia uina calcamus. Nolumus faſtidio eſſe pio lectori, ad Aphrum ueniamus diuum Auguſtinum,qui ſolet Euchariſtiam appellare ſacrificium:notiſſimi ſunt loci. Ex confeſſionum nono, ubi mater Monica moritura rogabat. Tantum illud uos rogo(ait ad filios)ut ad domini altare memineritis mei, ubi fueritis. Et infra de ſepultura matris. Cum ecce corpus elatum eſt,imus & redimus ſine lachrymis,nam neq; in eis precibus,quas tibi fudimus,cum offerretur pro ea ſacrificium precij noſtri,iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, priuſquã deo poneretur,ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui. Non adduco illa candide lector,ut authoritate Auguſtini aut Hieronymi aut cuiuſcunq; alterius quenquam premam,ſed ſolum ut doceam,miſſam non eſſe rem nouam,ut ſacrificium exiſtimetur,ſed hoc ſemper fuiſſe obſeruatum & creditum in eccleſia, q̄d indicant omnes doctores ſancti,proſequendo praxim & ritum eccleſię. Licet tria hic ex Auguſtino penſabis contra hæreticos,primum quod ſacrificium precij noſtri redemptionis noſtræ dicit oblatum. Secundum quod pro mortua Monica matre fuit oblatum,hæretici reſpuunt officia pro defunctis, imo nolunt aliquem orare pro mortuis. Tertium quod apud hoſtiam Tiberis mos erat,priuſquam cadauer mortuum deponeretur,ſacrificium defunctorum ſuper eo peragi,id quod hodie aliqui,ſed rarenter,ſibi fieri procurant. Porro in illo auguſtali libro de ciuitate dei,ubi libro decimo multa diſputaſſet de ſacrificijs, tandem in hanc perorat ſentẽtiam. Vnde uerus ille mediator, in quantum formam ſerui accipiens,mediator effectus eſt dei & hominum,homo Chriſtus Ieſus,cum in forma dei ſacrificiũ cum patre ſumat,cum quo & unus eſt deus,tamen in forma ſerui maluit ſacrificiũ eſſe quam ſumere,ne uel hac occaſione quiſquam exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ: per hoc ſacerdos eſt,ipſe offerens,ipſe & oblatio: Cuius rei ſacramentum,quotidianum uoluit eſſe ſacrificium,cũ ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus,tam ipſa per ipſum, quam ipſe per ipſam ſuetus offerri. Huius ueri ſacrificij, multipliciaq; ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur,tanquam uerbis multis res una diceretur, ut faſtidio multum cõmendaretur. Huic ſummo ueroque ſacrificio, cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt. Quis iam dubitare auſit de mente Auguſtini,quam adeo clare expoſuit,ut unus ſufficiat omnium hæreticorum retundere perfidiam. In eadẽ perſeuerat ſententia libro decimoſeptimo. Vbi pertractans Pſalmum.109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum,quibus uerbis immutabile futurum eſſe ſignificat,quod adiungitur. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec,ex eo quod iam nuſquam eſt ſacerdotium & ſacrificium ſecundum ordinẽ Aaron,& ubiq; offertur ſub ſacerdote Chriſto,quod protulit Melchiſedec quando benedixit Abrahã,& remittit ſe ad populares ſermones ſuos,quod & nos facimus ſcilicet ad commentarios eius in præfatum Pſalmũ & ſermone.234.de tpe.

Cap.18 Semper uerum uero conſonat,nam idipſum pluribus agit libro primo, contra aduerſarium legis & prophetarum, ubi poſtq̃ dixerat in eccleſia eſſe unum uerum & ſingulare ſacrificium multis antea ſignificatum ſacrificiorum figuris, ſubiungit. Verum ſicut nobis,non illi,utile eſt offerre ſacrificium deo,& quoniam ſingulari & ſolo uero ſacrificio pro nobis Chriſti ſanguis effuſus eſt, ideo primis

temporibus

temporibus ad hoc ſacrificium talibus ſignificationibus prophetandum, immacu latorum animalium ſacrificia deus ſibi iuſſit offerri, pro robore adducit Pſalmum 49. quem altius expendit, quã paruitas noſtra ſuperius fecerit: Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua: & iterum in fine Pſalmi eiuſdem, ſacrificium, inquit, laudis honorificabit me: & ibi uia qua oſtendam illi ſalutare dei; Iã de hoc ſalutari dei, quod ipſum ſit Chriſtus, ſupra monſtraui: Illud ſalutare dei, etiam explicuit libro unico contra Iudæos, quid eſt ſalutare dei, inquit, niſi filius dei, ſaluator mundi, dies filius ex die patre, lumen de lumine: & in eodem libro deducit pulchre & acute pro acumine ingenij ſui uaticinium Malachiæ: nolo amplius eſſe moleſtus lectori, ne plus æquo eum onerem, nam percurrenti Auguſtinũ, ubiq; erit obuium, quoniam peculiariter ſolet ſanctus pater Euchariſtiam appellare ſacrificium: Ideo quoſcunq; iuniores, hoc eſt ſequentes patres, Leonem, Gregorium, Fulgentium, Paulinum, Anshelmum, Bedam, Cyrillum, Bernhardum, Haymonem, Rabanum, & alios maximæ eruditionis & ſanctitatis uiros: q nec hæretici negare auſint illorum hanc fuiſſe ſententiam. Cap. 6 Cap. 9

Euchariſtiæ ſacrificium ex Ambroſio probatur, & miſſandi formula tempore apoſtolorum confertur cum noſtra. Cap. VIII.

ET ut aliquando concludamus hanc materiam, audiamus beatum patrem Ambroſium, non quidem percurrendo opera eius, ſed ſolum ea annotando quæ libro de ſacramentis, adeo clare teſtatur de ſacrificio miſſæ, ut non uereatur etiam uerbis miſſæ ſua dicta roborare: nam poſtquam narraſſet altitudinem huius ſacramenti & Chriſti ſacerdotium ſecundum ordinem Merchiſedec, & quod hoc ſacramentum uerbis Chriſti conficiatur: ſubdit. Vis ſcire, quia uerbis cœleſtibus conſecratur? accipe quæ ſunt uerba: dicit ſacerdos, fac nobis (inquit) hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem: quod eſt figura corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pridie quã pateret, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cœlũ, ad te ſancte pater omnipotens æternæ deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumq; apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit dicens, accipite & edite ex hoc oẽs, Hoc eſt enim corpus meũ, quod pro multis confringetur: Similiter & calicẽ poſtq̃ cœnatum eſt, pridie quã pateretur, accepit, reſpexit ad cœlũ, ad te ſancte pater oĩpotẽs æterne deus, gratias agẽs, benedixit, apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit dicens. Accipite & bibite ex hoc oẽs, hic eſt em̃ ſanguis meus: & infra. Deinde quantũ ſit ſacramentum, cognoſce uide quid dicat. Quotieſcunq; hoc feceritis, toties cõmemorationẽ mei facietis, donec iterum ueniã: Et ſacerdos dicit, Ergo memores glorioſiſſimæ eius paſſionis, & ab inferis reſurrectionis, & in cœlũ aſcenſionis, offerimus tibi hanc immaculatã hoſtiam, rationabilẽ hoſtiam, incruentam hoſtiã, hunc panem ſanctũ & calicem uitæ æternæ: & petim9 & precamur, ut hanc oblationẽ ſuſcipias in ſublimi altari tuo per manus angelorũ tuorũ, ſicut ſuſcipere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificiũ patriarchæ noſtri Abrahæ, & q̃d tibi obtulit ſummus ſacerdos Melchiſedec: Ergo quotieſcũq; accipis, quid tibi dicit Apoſtolus? Quotieſcũq; accipimus, mortem dñi annunciamus: ſi mortem dñi annunciamus, annunciamus remiſſionẽ peccatorũ. Si quotieſcunq; effundit̃ ſanguis, in remiſſionem peccatorũ funditur: debeo illum ſemper accipere, ut ſemper mihi peccata dimittant̃: qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinã. Hic uideat hæreticus, non pridẽ nata eſſe uerba canonis, quæ S. Ambroſius robur & confirmationẽ dictorum ſuorũ, ante M C. annos fidelibus propoſuit, quæ uerba tunc fidẽ faciebant Neophytis nouitijs fidei noſtræ, & modo ſtabilita fide & propagata, hæreticus oritur poſt annos,

qui uerba illa ſanctiſſima ab apoſtolis ad nos uſq; deriuata, hęreſis accuſare audet, O tempora, o hoĩes, o fides Germanoꝝ: per te uideas, quæ ſuper Paulo de pœnitentia, de fide ad Gratianum: & in epiſtolis de hoc ſacrificio meminit: Solum nectamus locum Ambroſij ab inuictiſſimo Angliæ rege productum in libro ſuo de aſſertione ſacramentorum. Quanta, inquit, cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis caſtitate atq; animi puritate, iſtud diuinum myſterium eſt celebrandum domine deus: ubi caro tua in ueritate ſumitur, ubi ſanguis tuus in ueritate bibitur, ubi ſummis ima, humanis diuina iunguntur: Vbi adeſt ſanctorum præſentia & angelorum, ubi tu es ſacerdos & ſacrificium, mirabiliter & ineffabiliter: quis digne hoc poteſt celebrare myſterium, niſi tu deus omnipotens offerentem feceris dignum? Hic beatiſſimus pater, & oblationem appellat miſſam, & in eadem Chriſtum ipſum dicit, & ſacerdotem eſſe & ſacrificium, quemadmodum fuit in cruce. Hæc ſanctorum patrum teſtimonia ſufficiant in præſentia.

At cum hæretici nudiuſtertius orti contra Eccleſiam, contra ſanctos, contra ſancta concilia, propria temeritate, nouam miſſandi formulam excogitarint ſecundum adinuentionem capitum ſuorum, ut Luther, Zuuinglius, Pomeranus & alij cerdones & piſtores: Nos miſſam eccleſiæ, ſicut eam apoſtoli tradiderunt, obſeruemus: uti iam a M & D ferme annis fuit obſeruata: adijcientes ea pro laude dei & celebritate ſacrificij, non quod quiſq; apoſtata aut nebulo duxerit adijciendum, ſed quod Eccleſia, quod ſacra concilia, quod ſummi pontifices uniuerſalis Eccleſiæ præſides conſtituerunt addendum: Et ut miſſandi formulam apoſtolorum cognoſcamus, audiamus beatum Dionyſium Areopagitam, eum qui diſcipulus fuit apoſtolorum & eorum familiaris, qui interfuit, dum uirgo Maria ex hoc ſeculo migrauit ad dominum: is ſolennitatem huius ſacrificij deſcribit, ſicut primi religionis noſtræ duces & ſanctiſſimi principes tradiderunt, recitemus ad uerbum ſingula.

Formula miſſandi ex ritu Apoſtolorum

Itaq; pontifex quidem ubi orationem ſanctam ſupra diuinum altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans, omnem phani ambitum circuit: Demum ad ſanctũ altare iterum rediens, pſalmoꝝ incipit melos, cõcinentibus ſecum ſacra carmina omnibus eccleſiaſtici ordinis gradibus: Dein miniſtroꝝ officio, ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur. Poſt hæc extra delubrum catechumini fiunt: & cum ipſis energumini, & hi quoq; qui in pœnitentia ſunt. Manent aũt intus ſoli qui diuina ſpectare merentur atq; percipere. Porro miniſtroꝝ alij pro clauſis templi foribus aſtant: alij proprij aliquid muneris agunt. Qui uero ipſius ordinis præcipui ſunt, una cũ ſacerdotibus ſanctum panem, & benedictionis calicem, ſacroſanctis altaribus imponũt. Cũ ante proceſſerit ab omni clero uniuerſalis laus atq; cõfeſſio. Ad hæc uenerandus antiſtes orationẽ ſanctiſſimam peragens, pacem ſanctam oĩbus nunciat: & cum ſe mutuo oẽs ſalutauerint, myſtica ſanctoꝝ recitatio fit. Vbi uero manus tũ antiſtes, tum ſacerdotes, aqua lauerunt, pontifex ad medium diuini aſſiſtit altaris: Circunſtant aũt ſoli cum ſacerdotibus electi quiq;, ex miniſtroꝝ numero: At uero pontifex cum diuina munera laude perſecutus fuerit, ſacroſancta & auguſtiſſima myſteria cõficit, & quæ ante laudauerat ueneradis operta atq; abdita ſignis, in cõſpectu agit, diuinaq; munera reuerẽter oſtendẽs, ad ſacram illoꝝ cõmunionem, & ipſe conuertit, & reliquos ut cõmunicent hortatur: Sumpta deniq; atq; oĩbus tradita cõmunione diuina, gratias referens, finẽ myſterijs imponit, ac multi quidem ſola in ſigna diuina proſpiciunt: Ipſe aũt ſemper diuino ſpiritu ad excelſa ſignorum initia, fœlicibus & intelligibilibus intuenda luminibus, pontificia dignitate ac merito, mũdiciaq; ſingulari, diuini capacioriſq; ſenſus attollitur. Quæ in ſimilem ferme formam digeſſit Stapulenſis.

Apoſto-

	APOSTOLICVS mos.	ECCLESIAE mos hodie.
1	Pontifex orat ſupra altare	ſeruat
2	Adolet incenſum	ſeruat
3	Circuit	ſeruat
4	Pſalmos canit cum Eccleſiaſticis	In acceſſu, poſtea ſucceſit introitus & uerſus.
5	Leguntur ſacræ ſcripturæ	Epiſtola & Euangelium
6	Catechumini emittuntur	Non eget
7	Miniſtri aliqui foribus aſtant	ordinem ſeruat
8	Præcipui miniſtri panem & calicem imponunt altari	ſeruat
9	Confeſſio & laus omnium	ſeruat in ſymbolo.
10	Pontifex orat	Secretam ſeruat
11	Pontifex pacem nunciat	Obſeruat, ſed poſt conſecrationem
12	Oſculo ſe ſalutant	
13	Sancti recitantur	Memoria fit ſanctorum, uiuorũ & mortuorũ
14	Lauant manus	ſeruat
15	Pontifex ad medium altaris regreditur	ſeruat
16	Circunſtant miniſtri	ſeruat
17	Conficit Pontifex	ſeruat
18	Leuat ad uidendum	ſeruat
19	Communicat ipſe	ſeruat
20	Alios communicat	ſeruat ſuo tempore
21	Gratias agit	ſeruat in complenda.

Cum ergo ſancta eccleſia dei in hunc diem ſe conformat Apoſtolicę traditioni in miſſandi formula, confundantur & erubeſcant ualde uelociter degeneres filij, qui contempta eccleſia, nouum altare cum Dathan Chore & Abia extra eccleſiam erigunt. Fiat bone Chriſte ad honorem nominis tui & ſanctæ ſponſæ tuæ: In ſecula ſeculorum electæ, Amen.

Sancti pontifices martyres miſſam ſacrificium aſtruxere: Inſeruntur pleraq; de præparatione euchariſtiæ. Cap. IX.

ET ſi Luther cum ſuæ farinæ hominibus temerarijs & amentibus floccifaciat Romanorum pontificum decreta, ſacrorum conciliorum canones; at pro ſolatio & confortatione fideluim ſaltem martyrum ſanctorum conſtituta in hanc ſententiã adferemus, & uetuſtiſſimorum conciliorum monita: Et primo diſcipulus apoſtolorum prodeat, Clemens martyr & pontifex, qui Canone 13. ſic conſtituit. Tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant, quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, ſed cum tremore & timore, clericorumq; diligentia conſumantur. Hic papa & martyr ſanctus, ſacrificium euchariſtiæ nomine holocauſti expreſſit.

Et quia hæretici nullam reuerentiam faciunt ſacramento in cõmunione, audiant quæ apud Papam & martyrem illum ſequunt̃. Qui aũt reſidua corporis cñi, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad cõmunes cibos accipiendos conueniant, ne putent ſanctæ portioni cõmiſcere cibum, qui per aqualiculos digeſtus, fundatur. Hic explicat de quo holocauſto prius fuerit locutus, quia de corpore Chriſti, ne pateret hæreticis locus torquendi uerba martyris: dein qua reuerentia abſtinere debeant communicantes a cibis cõmunibus: Hic hæretici aduerſantur trifariam; nam primo negant in eccleſia offerri corpus Chriſti in ſa-

crificium & holocauſtum; ſecundo poſt communionem, ſi quid reſtat corporis dominici aut ſanguinis, non conſumunt, ſed deponunt inter cõmunes cibos, exiſtimantes deſinere ibi eſſe corpus domini & ſanguinem, quando in uſum communionis amplius non deſtinetur. Tertio ſine reuerentia accedunt ſuſq; deq; ferentes ſiue ieiuni ſint, aut prius probe poti: adeo nihil curant, ſi corpus domini communibus eſcis miſceatur, ut etiam inter ipſas, inter conuiuia eucharistiam ſuſcipiant: Huiuſmodi hæreticorum diſciplina, quantum ab apoſtolicis uiris & hoc ſancto martyre Clemente euariat? Peccant enim hæretici etiam in ſequentem eiuſdem Canonem, Præcipimus etiam, ne unquam extero ex clericis ſiue laycis, de fragmentis oblationum domini ad menſam ponatur: Vnde ſcis tu qui paſſim ſacrarij panes indignis impendis, unde noſti ſi a mulieribus mundi ſint &c. Hæretici negant oblationes externas, nec faciunt aut exigunt aliam præparationem quam fidem, minime penſantes, an communionem ſumentes, mundi ſint a mulieribus aut minus.

Sed quæ fuerit apoſtolica traditio ex eodem Clemente audiamus. Ad dominica autem miniſteria tales eligantur, qui ante ordinationem coniuges ſuas nouerint, quod ſi poſt ordinationem miniſtro contigerit propriũ inuadere cubile uxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, ſed aquam tantũ ſacerdotũ manibus porrigat, oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia. Veterem refert morem ubi coniugatis licebat ſacerdotari, at contra hæretici noſtri ſacerdotes etiam ducunt uxores, quod nunquã in eccleſia factum eſt, neq; apud Græcos, Aſiaticos, Indos, aut Aphros, quod ſi contingat coniugatum ſacerdotem uxori miſceri, a ſacris, a cõmunione, ab oblatione arcetur, noſtri uero hæretici adhuc ab eorum meretricibus madidi, uix lotis manibus (cærimonias enim eccleſiæ reſpuunt) ſacris altaribus ſe ingerunt, expaueſcendum aucharistiæ ſacramentum temere tractantes. Et nedum ſacrificij meminit Clemens, ſed & Canone uigeſimoprimo, nominatim miſſam exprimit cum uniuerſis ſcripſit. Cunctis fidelibus & ſummopere omnibus presbyteris & diaconis & reliquis clericis attendendum eſt, ut nihil abſque epiſcopi proprij licentia agant, non utiq; miſſas ſine eius iuſſu quiſq; presbyterorum in ſua parochia agat &c. concordat hic Canon his quæ ab Ignatio martyre ad Smyrneñ. ſcripta ſunt: Hic principio S. Papa & martyr tres ſacros ordines ponit, Epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum: porro miſſæ officium presbyteris tribuit, ſed de epiſcopi licentia. Itaq; uides Candide lector, non eſſe recens myſſæ uocabulum, quo Gregorius, quo Ignatius, quo Clemens, quo ipſe quoq; Moyſes uſus ſit pro ſacrificio: Et ne ſemel, ſed iterum miſſæ meminit Clemens, cum inter alia ſubdit: Quoniam in alijs locis ſacrificare & miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus epiſcopus iuſſerit. Huic conſtituto minus obtemperant hæretici noſtri temporis, qui conſecrant in omnibus compitis, & hortis, & ſub omni ligno frondoſo, caueant ne deus ad illos dicat hoc Ezechielis: Et complebo indignationem meam in eis, & ſcietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti ueſtri in medio idolorum ueſtrorum, in circuitu ararum ueſtrarum, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus montiũ, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus uniuerſam quercum frondoſam, locum ubi accenderunt thura redolentia uniuerſis idolis ſuis.

Gratianus tranſ. de conſe. diſ. 1. hic ergo

Ezech. 6

Gratianus tranſ. de conſe. diſ. 1. Epiſcopus

Addamus poſtremo ſanctum Anacletum papam & martyrem omnibus epiſcopis mandantem Canone III. Epiſcopus deo ſacrificans teſtes ſecum habeat, & plures quã alius ſacerdos, ſicut eñ maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget: In ſolennioribus quippe diebus aut IIII. aut. V. aut VI. diaconos, qui eius oculi dicuntur, & ſubdiaconos, atque aliquos miniſtros

ſecum

ſecum habeat, qui ſacris induti ueſtimentis, a fronte & a tergo, & presbyteri e regione dextra, leuaq; contrito & humiliato ſpiritu, ac prono ſtent uultu, cuſtodientes eum a malis hominibus, & conſenſum præbeant, eius ſacrificio. In omnibus aduerſantur hæretici, nam negant illos tres ordines ſacros, & ex quolibet parocho epiſcopum faciunt, negant epiſcopum ſacrificare, quia nullum ſit externum ſacrificium: Superbiæ tribuunt & faſtui hanc miniſtrantium multitudinem: Veſtes ſacras quibus in diuinis utimur, ut cærimonioſas irridet, & adeo non conſenſum præbet ſacrificio epiſcopi, ut ſacrificium omne prorſus abijciat. Similem ferme conſtitutionem repetijt Lucius papa & martyr uigeſimuſſecundus a beato Petro: Et de presbytero ordinauit Soter papa & martyr duodecimus a beato Petro, ut non niſi duobus aſtantibus miſſarum ſolennia celebraret, tranſcripſit Gratianus de conſe. diſ. 1. c. Iubemus &c. hoc quoq;.

Aliorum pontificum martyrum teſtimonia ad idem conferuntur. Cap. X.

SEriem temporis ſanctorum martyrum proſequentes, ad Alexandrum papam & martyrem ſeptimum a Petro ueniamus: Is Canone quarto ſic inquit: Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt quam corpus & ſanguis Chriſti, nec ulla oblatio potior eſt, ſed omnes hæc præcellit, quæ pura conſcientia domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atq; ab omnibus ueneranda, & ſicut potior eſt cæteris ita potius excoli debet & uenerari, attende quam conſtanter pronunciet ſanctus martyr, euchariſtiam eſſe oblationem: Et Canone tertio præcedēti inquit: Non debet (ut a patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in calice domini, aut uinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrunq; permixtū, quia utrunq; ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legit: expende uerbum offerri: Et quod is ſacrificandi ritus, etiam tunc miſſa appellaretur liquet ex alio canone. Sufficit ſacerdoti unam miſſam die una celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt &c. tranſcripſit ſancti martyris uerba Gratia. de conſe. diſ. 1. ſufficit, & diſ. 2. c. 1. & c. nihil, Teleſphorus quoq; papa & martyr octauus a Petro ſacrificandi ritum miſſam appellauit, dum canone quarto inquit: Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ: Vnde in hunc diem deum timentes ſacerdotes non celebrant, niſi ex horiscanonicis matutinam, primā & tertiam compleuerint. Miſſæ quoq; meminit S. Higinius papa & martyr nonus a beato Petro, cum conſtituit oēs baſilicas cum miſſa conſecrari. Stephanus quoq; papa ſanctus & martyr miſſas celebrabat per criptas martyrum, & ante martyrij coronam in cœmiterio Lucinę obtulit ſacrificiū pro fidelibus, ubi a militibus tentus & decollatus eſt: Is pulcherrimum canonē ędidit de ueſtibus ſacris in quibus deo offerimus, hunc placet recenſere. Veſtimenta inquit eccleſiæ, quibus domino miniſtratur, & ſacrata debēt eſſe & honeſta, quæ alijs uſibus non debent aptari, quā eccleſiaſticis & deo dignis officijs, quæ nec ab alijs debent contingi aut ferri, niſi a ſacratis hominibus, ne ultio quæ Baltaſar regem percuſſit ſuper tranſgredientes ueniat, & corruere eos faciat ad ima. Corruent itaq; Lutherani omnes, qui ueſtes ſacras contemnunt & irrident. Fœlix quoq; papa & martyr uigeſimuſſextus a ſancto Petro idem ſanxit. Sicut non alij quam ſacrati deo ſacerdotes debent miſſas celebrare, nec ſacrificia ſuper altare offerre: Sic non alijs quā in domino conſecratis locis, hoc eſt, in tabernaculis diuinis precibus a pontificibus delibutis miſſas cantare aut ſacrificia offerre licet, niſi ſumma coegerit neceſſitas. Expende perpetuum fuiſſe ſacrificandi ritum in eccleſia catholica, & quam impie hæretici rideant loca ſacra. Cōſentit prioribus conſtitutio ſancti Euſebij papæ & martyris 31. a beato Petro, ubi inter alia ſic ſanxit. Conſilio omnium ſtatuimus ut ſacrificium altaris, non in ſerico panno aut

tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo ab epiſcopo conſecrato, ex terreno lino procreato atq; contexto, ſicut corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in ſyndone lintea munda ſepultum fuit, pondera diligentiam ſanctorum martyrum, quibus curæ fuit ordinatiſſime iſta myſteria perfici: loquitur autem de palla quā uulgo Corporale ſolemus nuncupare, licet Græci tribus utantur in miſſa, nos duabus ſumus contenti, una maiuſcula, altera parua, ad tegendū calicem. Gręci duas paruas habent in miſſa, quas καλήματα uocant, & unam maiuſculā, quam ἀέρωρ dicunt: Quibus omnibus liquet Euchariſtiam fuiſſe ſacrificium in primitiua Eccleſia martyrum, ſanctiſſimorum uirorum teſtimonijs, quos cum D.O.M. frequēter reuelationibus, miraculis, & inſpirationibus uiſitauerit: non eſt ueriſimile, nec bonitati eius credibile, quod in re tanti momenti permiſiſſet eos errare, quin potius affirmandum, recte feciſſe & recte ſenſiſſe uiros illos diuinos, & miſſandi formula ab apoſtolis tradita fideliter uſos fuiſſe, ſicut & hodie utitur Eccleſia catholica per orbem terrarum diſperſa.

Sanctiſſimorum conciliorum authoritate probatur miſſam eſſe ſacrificium. Cap. XI.

QVamuis Hæretici adeo ſint obſtinati, ſuperbi, temerarij, proterui, tumidi & cæci, ut conciliorum authoritatem contemnant & aſpernentur, attamen fidelibus melior mens eſt & ſanior, qui præpoſitos eccleſiæ honorant, reuerentur, ideo pro ſolatio eorum recenſebimus concilia, quæ miſſæ ſacrificium aſtruunt, eo ordine, quo in Codice canonum ſunt digeſta: Et primo nobis occurrit Canon III. apoſtolorum. Si quis Epiſcopus uel presbyter, præter ordinationem domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel aut lac, aut pro uino ſiceram & confecta quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra conſtitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur. Volunt apoſtoli nihil aliud in ſacrificio offerri, quam quod Chriſtus obtulit: & profecto de nullo ſacrificio loquuntur quam altaris: Et ne ſcrupulum nobis feceris, audi Canonem IX. apertum & patentem quo cauetur, ut celebrans cōmunicet. Si quis Epiſcopus aut presbyter aut diaconus, aut quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione nō cōmunicauerit, aut cauſam dicat, ut ſi rationabilis fuerit, ueniā conſequat̃, aut ſi non dixerit, cōmunione priuet̃, tanq̃ qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauit, quod recte non obtulerit, nihil apertius hac apoſtolica traditione: hæretici uero noſtri temporis adeo nō curant hunc canonem, ut non modo negent oblationem & ſacrificium miſſæ, ſed liberum relinquunt celebranti communicet ne, an minus. Porro concilium omnium ſacerrimum in Nicęa conſtitutum ſanxit, moriturum uiatico neceſſario prouidendum, ut oblationis particeps fiat: Et cuilibet poſcenti ex oblatione dandū, Canon eſt in ordine XIII. Ex qua autem oblatione uiaticum dabimus infirmo, niſi ex ſacrificio miſſæ, uenerabile corpus Chriſti? quare conſtat ſanctos patres ibi congregatos, miſſam appellaſſe oblationem. Canon item XVIII. ſic habet. Peruenit ad ſanctum magnumq; concilium, quod in quibuſdam locis & ciuitatibus, presbyteris gratiam ſacrę cōmunionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec cōſuetudo tradidit, ut ab his qui poteſtatē non habent offerendi, illi qui offerunt corpus Chriſti accipiant: Intelligis ſacerdotes habere poteſtatem offerendi, nō diaconos, & quæ eſt oblatio quā offerunt ſacerdotes, & non diaconi, niſi ſacrificiū miſſę? Quod ſi iuuat audire antiquius concilium, uideamus primū canonem cōcilij Ancyrani. Presbyteros immolantes & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex ueritate fecerunt, nec ante parentes nec affectantes, ut iterum teneri uiderentur & tormentis ſubijci, quo facinus pati uiderentur inuiti:

inuiti: Hos placuit quidem honorem propriæ ſedis retinere, offerre autem illis & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs fungi nō licet. Hic tempore martyrum habes, quomodo ſuſpenſus ab officio, non priuabatur beneficio: habes ꝙ offerre ſacerdotale ſit officium, quod hæretici nunc etiam laycis aſcribunt. Similis huic canoni eſt ſecundus: meminit oblationis & ſextus & ſeptimus, ſed ad alia properemus. Vltimo canone ſic decreuit concilium Neocæſarienſe. Presbyteri ruris in eccleſia ciuitatis Epiſcopo p̄ſente uel presbyteris urbis ipſiꝰ, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemq; porrigere. In concilio quoq; Laodicen̄. cano XIX. quando conſtituit tres orationes fieri pro fidelibus, quarum una ſecrete fiat, aliæ duæ cum exclamationibus (Sic hodie opinor fieri in miſſa, ubi tres ſemper leguntur orationes, quarum prima collecta, ſecunda ſecreta, tertia complenda dicitur) poſtea ſubditur. Tunc layci pacem ſibi tribuent, & ita ſancta celebrabitur oblatio: apud Lutherum autem cum nullum ſit in Eccleſia ſacrificium, nulla celebrabitur oblatio, cuius oppoſitum prædixerunt prophetæ, imperauit Chriſtus, tradiderunt apoſtoli, tota obſeruauit Eccleſia, cuius ſponſus dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit ſe manſurum cum ea uſq; ad conſummationem ſeculi, cui ſit laus & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

LIBER III. CONFVTATORIVS RAtionum ab hæreticis inductarum.

PAVLVM IN EPISTOLA AD HEBRAEOS non improbare ſacrificium miſſæ. Cap. I.

PRODERIT RECTO ORDINE IAM RAtiones hæreticorum diluere, quibus & ueritatem catholicam impugnant, & falſitatem hæreticam ſuffulciunt. Et primo quidem loco ualidius hæretici ex Epiſtola ad Hebræos intonant: quam etſi ſuperioribus annis minus probatam iudicarint ob incertitudinem authoris: plauſibiliter enim ſuſceperunt Eraſmi Roterodami coniecturas ſuper ea re: & ſentenciam Hieronymi torſerere, ac Clementis aut alicuius alterius ſcriptoris fuiſſe Epiſtolam affirmarunt: At cum arbitrentur in ea ſe inueniſſe Epiſtola, qua catholicos impugnarent, mox eam reuerenter ſuſcipiunt, Canonicam fatentur, ex ſacræ ſcripturæ numero: quæ illius inueniuntur certiſſime Paulo ſine ambiguitate tribuunt: ſed demus hanc inſtabilitatem hæreticis, quia firmitate Petri exciderunt, & diſpiciamus quomodo ſacras literas lacerent, Chriſtus inquiunt ſemel tantum oblatus eſt, & una ſuiipſius oblatione uniuerſum genus humanum redemit, quare non poterit rurſus quotidie offerri in miſſa? Semel autem dumtaxat eum oblatum, ex Pauli uerbis manifeſtiſſimū eſſe contendunt Hebræ. 10. Vna. n. oblatione conſummauit in æternū ſanctificatos. Q; ſi quis eis dixerit. Vnus quidem Chriſtus eſt, ſed idem ſæpe offertur: ipſe ſe ſemel obtulit, nos eundem ſæpe offerimus. Reclamant hanc reſponſionem a Paulo fuiſſe excluſam ad Hebræos. 7. ubi hunc ſacerdotem noſtrum, cui uni hoc propriū eſt, ꝙ ipſe & ſacerdos eſt & hoſtia, ſacerdotibus Moſeos opponit, q̄d eos plures eſſe oportuerit, eo ꝙ mors uetaret perpetuo eſſe ſacerdotes: hic autem quum ſempiternus deus ſit, ſempiternus q̄q; ſacerdos eſt: Iſti pecudes offerebāt ac ſanguinē alienū, capite nono: hic noſter propria corpus & ſanguinē obtulit. Iſti ꝓpter hoſtiarum impotentiā eas iterare cogebantur, capite decimo. Hic, quod perfecto nihil deeſſe poteſt, tam abeſt ut iterari poſſit, ut non alia poſſit in eū maior con-

tumelia dici, unde capite ſeptimo ſic inquit. Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum ſacerdotes primum pro delictis ſuis hoſtias offerre, dein pro populi: Hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo. Et capite nono inquit, Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęterna redemptione inuenta. Item ibidem. Nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit. Et capite decimo. In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Voluntarie enim peccantibus nobis, poſt acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur hoſtia pro peccatis: his triumphaſſe ſe exiſtimant, miſſam non eſſe ſacrificium, nec Chriſtum in miſſa offerri, qui ſemel tantum oblatus ſit. In hac ratiõe mire ſibi cõfidit Zuuinglius, exultat Vrbanus Rieger, inſanit Billican.

Ad hęc obiecta catholici reſpondemus, Lutheranos uerba Pauli lacerare, & per ignorantiam æquiuoci in hunc inſanum errorem impelli; nam gemina eſt oblatio Chriſti. Vna eſt corporea & realis, qua Chriſtus in perſona propria moriendo ſe obtulit deo patri in redemptionem generis humani, ubi tanq̃ hoſtia pacifica, omnia per ſanguinem ſuum pacificauit, quæ in cœlo ſunt & in terra, ad Coloſſen. primo. Alia eſt oblatio Chriſti ſacramentalis in myſterio, qua Chriſtus offertur a ſua ſponſa Eccleſia deo patri, non per acerbitatem mortis, ſicut in cruce, nec ſolũ per deuotam & iugem meditationem, ſed & per repręſentationem ſolennem eiuſdem ueri corporis Chriſti, & ueri ſanguinis eius ſub uelo uenerabilis ſacramenti Euchariſtiæ. Rotunde primam oblationem poſſemus dicere oblationem uictimæ, ſecundam uero ſacrificij: Nunc dicimus, Vere Chriſtum ſemel duntaxat immolatum ut uictimam in ara crucis, nec unq̃ deinceps ab aliquo ſic immolandũ, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, amplius non moritur, mors illi ultra non dñabitur; q̃ enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, q̃ autẽ uiuit, uiuit deo, Roman. 6. Sic Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ad Hebræ. 9. ſic una oblatione conſummauit in ſempiternũ ſacrificatos, ad Heb. 10. Sic oblatus eſt, quia uoluit, Eſaiæ 53. Tamen illo non obſtante tanq̃ oblatio mũnda quotidie offertur deo a tota eccleſia ſub ſacramento, id quod a prophetis fuerat prædictum, & a Chriſto diſcipulis prædictum, ut libro primo monſtrauimus. Realiter ergo moriendo ſemel ſe obtulit in cruce, qui q̃tidie a nobis offerẽ ſub ſpeciebus panis & uini in myſterio: quatenus (ut Euſebius Emiſſenus inquit: Emſero noſtro contra Lutherum referente) iungeretur, coleretur per myſterium, quod ſemel offerebatur in precium: Et ſicut quotidiana & aſſidua currit pro omnium ſalute redemptio: ſic etiam perpetua eſſet redemptionis oblatio & perennis uictima illa uiueret in memoria, & ſemp pręſens eſſet in gratia, uere unica ac pfecta hoſtia: Nam ſic Chriſtus manet ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Oblatio aũt in cruce ſicut erat unica, ita etiam breui tempore conſummata, licet effectus eius maneat in æternum & in ſeculum ſeculi: falluntur ergo hæretici, dũm Paulũ loquentẽ de immolatione morientis in cruce, torquent cõtra immolationẽ myſticã in miſſa: Prima em̃ fuit in corpore uiſibili, mortali & paſſibili, Secunda in corpore inuiſibili, impaſſibili & immortali. Aliud quaſi ſimile argumentum formant hæretici, & præcipue Zuuinglius & poſt eum Oſiander, hæc tria æquipollent, Chriſti ſanguis ſemel tantũ fuſus eſt, Chriſtus ſemel mortuus eſt, & Chriſtus ſemel oblatus eſt: Ideo conſectarium eſt oẽs uolentes Chriſtũ offerre in miſſa, uelle eos Chriſtũ iterum mori ac crucifigere. Ita calũniatẽ Luther de priuata miſſa abrogãda catholicos, Vere ueſtrum reſacrificare, inquit, eſt impijſſimum recrucifigere, ſicut prædixit ad Hebræos. 6. Rurſum crucifigentes ſibimet filiũ dei, & oſtentui habentes. Quod autem idem ſit Chriſtum mori & offerri, probat Zuuinglius, quia non aliud moriendo, aliud offerendo actũ ſit. Nec aliq̃d mactari

poſſit

Heb. 9. 10.

Heb. 5. 7. 8.

poſſit deo, quod non ſimul offerat̃, nec aliqua ſit uictima oblata, quæ nõ mactet̃:
proq̃ inducit primo illud Chriſti Math. 26. Hic eſt ſanguis meus, ſanguis noui te
ſtamenti, qui pro multitudine effunditur in remiſſionẽ peccatoꝝ. Ablutio ergo
peccati oblatione facta eſt, & ſimul ſanguinis effuſiõe iuxta uerba Chriſti: quare
idẽ eſt Chriſtũ offerri & mori: at Chriſtus ſemel tm̃ mactatus eſt, ergo ſemel tm̃
oblatus. Secũdo probat ex eo quia Chriſtus cũ moreret̃, ſe obtulit iuxta illud Pau
li, ad Ephe. 5. Quemadmodũ Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro no-
bis oblationẽ & hoſtiam deo in ſuauẽ odorẽ: Tunc autẽ Chriſtus tradidit ſe in ob-
lationẽ & hoſtiam, qm̃ iuxta uerbũ Petri. 1. Pet. 2. Tradebat ſe iudicanti iuſte, hoc
eſt cũ patris uoluntati obtemperaret: Adigimur ergo fateri Chriſtũ tunc ſeipſũ
obtuliſſe cũ moreret̃: ergo ſi oblatus peccatum extinxit, & peccato mortuus idem
fecit: Idẽ quoq; erunt mori & offerri. Grãmaticus uerboſioribus ambagibus agit
rem, nos rem fideliter contraximus. Diluendo iſtud ſophiſma dicimus, rationem
corruere de oblatione prima immolationis uictimæ, non quod dicimus offerri eſ-
ſe mori, ſed quia moriendo ſeu morte obtulit ſe deo patri: potuiſſet em̃ Chriſtus
mori ſe non offerendo, licet ſecundũ ordinatiſſimã dei uoluntatẽ ſic placuerit pa-
tri, ut oporteret Chriſtum pati, & ſic intrare gloriam ſuam: quare ſemper dicimus
aliud eſſe abſolute mori q̃ offerri, cũ oblatio ſemꝑ promptã uoluntatẽ ſecum affe-
rat & includat, mors autẽ paſſionem, ſiue uoluntaria ſit ſiue inuita: At hæc hære
ticus rudis & imperitus non capit, ut qui bonas artes aſpernatur, nec in Theologi-
cis unquam fuit exercitatus, ſed mox a ſchola priſciani in arcem Paulinam temere
prorupit. Dicamus ei apertius. Quod ſi Chriſtum offerri in cruce ut uictimam
ſit mori (condonemus ei hanc improprietatem loquendi, & amice interpretemur
quod hoc offerri ſit mori per concomitantiam) tamen non probat omne offerri eſ
ſe mori, ſicut patet de ſimila & panibus Exodi uiceſimono. Num. ſeptimo, Leui
tici ſecundo & ſexto. Imo non probat omne offerri Chriſti eſſe mori: hoc debe-
ret probare diuerſarius, ſi obtinere uellet uictoriam, ſed nec unũ apicem pro hoc
attulit: non ſum auſus ei monſtrare, quomodo cauilli iſti captioſi ſecundum falla-
ciam accidentis committunt, nam hoc pueri dialectici facile indicabunt: Loqui-
mur ergo ei, ut intelligamur, nec omne mori eſt offerri, nec omne offerri eſt mo-
ri, nec omne offerri Chriſti eſt mori, quare in miſſa eum offerentes non rurſus eũ
crucifigunt: nam Chriſtum offerri etiam non moriendo libris ſuperioribus pate
fecimus: Sed quærit ſimplex catholicus: Quid rei eſt, ꝙ Paulus tantopere ingemi
nat apud Hebræos, oblationẽ illam uictimæ, cur non illius ſacramentalis quoque
aperte meminit? Huic nos impendio reſpondemus, omnem curam fuiſſe apoſto-
lis fundamenta iaciendi & principia fidei: Ideo omni conatu agit Paulus cum Iu-
dæis, ut credant Ieſum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, filiũ dei & ſaluatorẽ mũ-
di, qui legẽ antiquauerit, ſacerdotiũ, & ſacrificia legis: ad quã antiquationẽ probã
dam, neceſſariũ erat oſtendere innouationem legis, ad quod Hieremiam inducit:
innouationem ſacerdotij, ad quod Pſalmi teſtimonio utitur: Innouationẽ quoq; ſa-
crificij, legalibus & Dauidicis oſtendens hoc ſcriptis: Vnde quia oblatio myſtica
paꝝ cõmode ſuaſiſſet Iudæis, ab illa primaria ædificiũ incipit, nã oblatio myſtica
nullius eſſet momenti, ſicut nec alia quæ ſunt in eccleſia dei niſi efficaciã & uirtu-
tẽ haberet ab oblatione uictimæ in cruce: ideo non miꝝ, ꝙ eius præcipue memi-
nerit: Nam Chriſtus oblatione ſua in cruce nos redemit, & operatus eſt ſalutem
mundi: cũ in oblatiõe quotidiana effectus aliqui ſalutares merito oblationis primę
fidelibus cõmunicentur, liquet ergo q̃ puerili iactantia hæretici ſibi triumphum
contra uniuerſam eccleſiam ex uerbis Pauli male intellectis, polliciti ſunt.

Miſſam non eſſe teſtamentum, Capit. II.

IOHAN. ECKIVS.

LVther a principio non fundabat intentionem ſuam in uerbis Pauli, ſicut poſteriores his ſolis, ſed deprauatis utuntur, ſed meris nugis et ſophiſmatibus, ſimplicium animos irretiuit, et fixit in eo pedem, quod miſſa ſit teſtamentum Chriſti, quod moriens poſt ſe reliquit, ſuis fidelibus diſtribuendum, quia dicat Chriſtus: Hic calix nouum teſtamentum in meo ſanguine. Hoc primum & principale ſuum fundamentum: Sed teſtamentum ſit promiſſio morituri, qua nũcupat hæreditatem ſuam, & inſtituit hæredes: Inuoluit itaqꝫ teſtamentum primo mortem teſtatoris, ſecundo hęreditatis promiſſionem, & hæredis nũcupationem. Chriſtus autem mortem ſuam teſtatur, dum dicit, hoc eſt corpus meum, quod tradetur, Hic ſanguis meus qui effundetur. Hęreditatem nuncupat & deſignat, cum dicit in remiſſionem peccatorum. Hæredes inſtituit cũ dicit: pro uobis & pro multis, id eſt, qui credunt promiſſioni, fides enĩ hic hæredes facit. Infert ergo, miſſa eſt promiſſio remiſſionis peccatorum, a deo nobis facta, & talis ꝓmiſſio, quæ per mortem filij firmata ſit, nam promiſſio & teſtamentum non differunt alio, ꝗ quod teſtamentũ ſimul inuoluit mortem teſtatoris. Ex quibus omnib. concluditur ſi miſſa ſit teſtamentum & promiſſio Chriſti, iam nõ poſſit eſſe ſacrificium noſtrum. Hanc chimerinã, indoctam & erroneam fictionem ſequitur Vrbanus Rieger, & in eandem cecidit impietatis foueam, quam uere dixit Chriſtus de ædificante ſupra arenam, quia deſcendit pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam & cecidit, & fuit ruina eius magna.

Diluendo ergo hanc inertem rationem & totum eius fundamentum diruendo dicimus primo falſũ eſſe miſſam ſeu ſacrificiũ altaris eſſe teſtamentũ Chriſti in re, falſum etiã eſt ad hominẽ loquendo Lutherꝝ, nam cũ ſecundũ Lutherꝝ ſacramentũ panis & uini ſint ſigna adiecta promiſſioni, nõ poterit eſſe teſtamentũ ſecundũ eum, q̃d eſt promiſſio, nec miſſa eſſet teſtamentũ, cũ ſolũ eſſet rememoratio ꝓmiſſionis a Chr̃o factę, unde ſicut ipſe cũ aſſectatoribus cõtra nos argumentat̃, miſſã eſſe cõmemorationẽ ſacrificij, non ſacrificiũ (de q̊ plura infra) ita & fortius ei obijceremus, cõmemoratio teſtamenti nõ eſt teſtamentũ. Imo adhuc robuſtius ei opponeremus, teſtamentũ inuoluit mortẽ teſtatoris, ut ipſe aſſumit poſt Paulum, & teſtator nihil aliud eſt ꝗ moriturus promiſſor, ſi ergo reiteras teſtamentũ Chr̃i, iam facis eũ moriturꝝ, & rurſus crucifigis Chriſtũ. Sed ad ueritatẽ rei loquendo licet inſtitutio ſacramenti & ea quæ poſtea acta ſunt uſqꝫ ad mortẽ Chr̃i, poſſint ſymbolice adaptari ad rationẽ teſtamentariã, ſicut & ſacra ſcriptura ſymbolis eſt referttiſſima, ſed tunc ſymbola non probant, niſi præciſe in ea ratione quã ſunt ſymbola. Rem licet apertiſſimam indoctis hęreticis ante oculos ponã. Iohan. 15. dixit Chriſtus, Ego ſũ uitis uera, & pater meus agricola eſt: Ego ſum uitis, uos palmites etc. Chriſtus hic ſe dicit uitẽ, uitis ergo eſt ſymbolũ Chriſti, ꝙ ſi cõpares uitẽ ad agricolam, quõ agricola non ſolũ purgat palmites, ſed etiã uitem, iam in Arrium incides & filium dei creaturã facies purgationis indigum, Ita in præſentia dico. Et ſi teſtamenti ſymbolum aptari poſſit in certis conditionibus inſtitutioni euchariſtię & paſſioni Chriſti, tñ cũ ſymbola nihil probant niſi quatenus ſymbola ſint, miranda eſt Lutheri amens inſcitia, qui hic ex ſymbolico argumento uult euertere ſupremũ in Eccleſia dei ſacrificium contra ſanctorum patrum ſententias, miſſæ canonem, totam deniqꝫ totius Eccleſiæ conſuetudinem, tot ſæculorꝝ uſu, tot populorꝝ conſenſu corroboratam, quæ omnia ſibi obſtare ingenue fatetur Lutherus, & contra tanta robora arenoſum illud ſtruit fundamentum in re tam magna & ardua & ferme fidei noſtræ præcipua, ſic cæcus Luther cæcos permittitur ducere Lutheranos, ut qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Sed ſurgit Vrbanus Rieger, Oſiander aut aliud ſal infatuatũ reſpondẽs pro Luthero, quod miſſa proprie ſit teſtamentũ, & non ſolum ſymbolice; at cur hi gigantes noui Euãgelij nõ reſpondẽt

rationibus

rationibus catholicorum tanto tempore, habent in manu Cochlæi noſtri libros, ubi triũphauit miſſã non eſſe teſtamentũ, & omnia quæ hic Luther de teſtamẽto dicit, de promiſſionibus, de hæreditate &c. quæ pertractat ſumma eruditione in lingua uernacula ab articulo. 31. uſq; ad 41. articulũ, Lutherus. n. dicit in uulgari ſermone miſſam eſſe ſigillum teſtamenti, quomodo ergo in libro de Captiuitate Babylonica, de miſſa priuata abroganda, dicit eſſe teſtamentum, cum ſigillum non ſit teſtamentum? Item Luther dicit miſſam eſſe nouum teſtamentum, ergo fuit etiam teſtamentum uetus: & ubi inuoluit mortem teſtatoris, cum in ueteri teſtamento nec pater nec filius, nec ſpiritus ſanctus ſit mortuus: porro ſi miſſa ſit nouum teſtamẽtum, aut perfectiſſima miſſa fuit miſſa Chriſti in cœna (ſicut Butzerus, Zellius, Zuuinglius, Hiebmair, Carlſtadius & alij panearij modo miſſam appellant) ſed id dicere non poſſunt, cum teſtator nondum fuerit mortuus: Si miſſam aliam Lutheri, Melanchthonis, Carlſtadij, Zuuinglij, Capitonis Fabritij (cuius deus miſerat) Oecolãpadij, Hiebmairs, Billicani, Oſiandri, Langij, Culſemeri, Stoplerij Mochlerij, Eberlini, Riegers, Spalatini, Bugẽhagij, Lãberti Auenionẽn. Butzeri, Ionæ, Strauſſij, Kettenbachij, Spengleri Nerobergẽn. Briſmanni Vuagnerij, Egrani, Sperati, aut miſſam cuiuſcunq; ſimilis aſpidis aut colubri dicis perfectiorem: Iam derogas Chriſto: Quomodo item Luther faciet miſſam, id eſt, teſtamentum, quis eſt teſtator in illo teſtamento? non Chriſtus, qui mortuus ſemel, amplius non moritur, quomodo ergo faciet tot teſtamenta quotidie, maxime cũ non ſit promiſſor moriturus? Parce mi lector catholice, ſi prolixior ſim in materia teſtamenti, quia hic plures decepti ſunt & erroribus hæreticis implicati. Hoc unũ iam dixerim, cum Lutherani tam ſtudioſi ſint in libris ędendis, & ſæpius quam cuniculi pariant, cur nullus nunq; Cochlæo ſuper eo libro, ſicut & multis alijs reſponderit? ſed conſcientia ſceleris timent, quod uiderunt Cochleam illã tam ſpecioſos referre triumphos de minotauro & cucullato uitulo Vuittenbergenſi. *Lutheranorũ doctores et magiſtri.*

Schatzgerus ex familia S. Franciſci, ſub cõpendio efficaciter oſtendit Euchariſtiam non eſſe teſtamentum, placet optimi uiri meſſem huc transferre. Primo inquit, teſtamentum debet in ſe continere omnia bona, quæ hæredibus relinquit teſtator, ſed cõtenta ſub hoc ſacramento non continent omnia bona nobis a Chriſto relicta, quare non poteſt dici teſtamentum. Porro ſi Euangelij uerbis nititur, ſolus ſanguis erit nouum teſtamentum & non corpus domini, quia de calice dicitur quod ſit nouum teſtamentum. Tertio ſanguis hircorum & uitulorum (qui fuit figura ſanguinis Chriſti) non fuit uetus teſtamentum, ergo nec ſanguis Chriſti erit nouum teſtamentum. Quarto bona nobis relicta a Chriſto nõ ſunt ſola peccatorũ remiſſio, ſed & uiuentiũ terra & æterna beatitudo, quæ maiorẽ in modũ remiſſionẽ peccatorũ exuperant, ad eundẽ ſcopũ uadit quintus locus. Sexto ſaluator noſter nõ inſtituit ſanguinẽ ſuum ſumendum in remiſſionẽ peccatorũ: ideo remiſſio peccatorũ non eſt promiſſa in hoc ſacramento ſeu miſſa, ſed in cœna diſcipulis prędixit ſanguinem ſuum fundendum in remiſſionẽ peccatorũ, quod factũ fuit in cruce, non in miſſa. Septimo ſaluator inſtituendo ſacramentum. ſ. hoc facite in meam cõmemorationẽ, nullam teſtamenti fecit mentionẽ. Diceret hæreticus cur non liceret Luthero dicere miſſam teſtamentum, cum tamen Chriſtus calicẽ dixerit nouum teſtamentũ? Dico primo, cæcum omnino & obtuſum fuiſſe Lutherũ, quando credidit nouum teſtamentũ proprie eſſe miſſam: quid ergo erit uetus teſtamẽtum apud eum? Verius ergo hactenus tota eccleſia & omnes fideles in ea intellexerunt nouum teſtamentum, nouam legem Euangelij a Chriſto traditam, nemo unq; aliter ſenſit, ſcripſit, dixit, niſi hic nouus laruatus pſeudapoſtolus Lutherus cũ ſuis ſatyris: Teſtis eſt propheta Hieremias, per quem deus uaticinatus eſt de excellentia noui teſtamenti plus q; ueteris, dicit autem ſic, Ecce dies uenient dicit dñs,

Margin: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Lu. 22. 1. Cor. 11.*

& conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum no-
uum,non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua appre-
hendi manus eorum,ut educerem illos de terra Aegypti,quoniam ipſi non per-
manſerunt in teſtamento meo,& ego neglexi eos dicit dominus, q̄a hoc eſt teſta
mentum quod diſponam domui Iſrael poſt illos dies dicit dominus, dabo leges
meas in mente eorum,& in corda eorum ſuperſcribam eas,& ero eis in deum, &
ipſi erunt mihi in populum. Quid his uerbis expreſſius,pollicetur nouum teſta-
mentum,& ne impius hæreticus nos ſeduceret,ut per teſtamentum intelligere-
mus miſſam,dominus ſe explicat,quod ſit lex ſuperſcripta in corda eorum &c. &
hic ſomniator fingit iam ipſum ſacramentum eſſe teſtamentum, iam ipſam miſ-
ſam: Sed quod Hieremias loquatur de nouo teſtamento Chriſti, antiquante ue-
tus,teſtis eſt ille,qui raptus ad tertium cœlum,hæc Hebræis ſcripſit capite 8. No-
lo profundere uerba in re apertiſſima,quam etiam cæci uident.

Porro quod teſtimonia Lucæ & Pauli commemorat,ſi tam diligens fuiſſet ue
ritatis inquiſitor,q̃ ſtrenuus eſt ſcripturarum lacerator,uſus fuiſſet claue Theolo-
giæ,ſcilicet collatione ſcripturarum, iuxta Auguſtini inſtitutionem de doctrina
Chriſtiana,& inueniſſet Mathæum & Marcum ſcribẽtes Chriſtum dixiſſe. Hic
eſt ſanguis noui teſtamenti, non nouum teſtamentum: Quod ſi ut eſt hebetior,
nondum intelligit, cur dictus ſit ſanguis noui teſtamenti, cur non Paulum legit
(qui Paulinam ſibi arrogat Theologiam,homo ultra modum arrogans) ad He-
bræos nono. Vnde nec primum quidem(loquitur de ueteri teſtamento) ſine ſan-
guine dedicatum eſt,lecto enim omni mandato legis a Moyſe uniuerſo populo,
accipiens ſanguinem uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſo-
po,ipſum quoq; librum & omnem populum aſperſit dicens. Hic ſanguis teſta-
menti,quod mandauit ad uos deus: Etiam tabernaculum & omnia uaſa miniſte-
rij ſanguine ſimiliter aſperſit: Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mun-
dantur,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Audi Luthere, audite omnes
hæretici,quomodo ſanguis teſtamenti dicatur.ſ. quia eo confirmatur teſtamen-
tum,uelut ſigno confirmatiuo: & tu Luthere non audes illa improbare,qui in ſer
monibus tuis uulgaribus ſæpe aſſeris ſigna illa ſenſibilia panis & uini adiecta pro-
miſſioni diuinæ ut ſigilla: Tute ergo fateris ſanguinem non eſſe nouum teſtamen
tum,ſed ſigillum teſtamenti: ſigillum autem apponitur ad confirmationem nego
cij ſeu literarum: Ex ore igitur proprio iudicandus es ſerue nequam. Sanguinem
non eſſe teſtamentum,ſed teſtamenti ſcz confirmatiuum: Atq; ad hũc modum
accipere debebas Lucam & Paulum,qui dicunt calicem nouum teſtamentum,
non identice ut tu plus q̃ peſſime facis,ſed confirmatiue: quam intelligentiam ex
Mathæo,Marco,& Paulo ad Hebræos debebas hauſiſſe. Sed ut eſt durior ſilice,
qui omnia ſibi aduerſantia reijcit: negat Epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli, ut ſu-
pra meminimus,& Carlſtadius adhuc ſub ferula eius agens,eam fecit dubiam, po
terat ſacræ ſcripturæ deuorator uel Moyſen legiſſe in libro minime ambiguo in
Exod 24 Exodo dicentem. Aſſumenſq; librum fœderis,legit,audiente populo,qui dixerũt
omnia quæ locutus eſt dominus faciemus,& erimus obedientes: ille uero ſumptũ
ſanguinem reſperſit in populum,& ait. Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit do
minus uobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his,neq; offendaris aut offendi te patia
ris: ꝙ in Exodo dixit interpres ſanguis fœderis,& Chriſtus ſanguis teſtamenti: nã
LXX. in Exodo pro ברית dictione Hebræa,pactum,fœdus,teſtamentum, ſig-
nificante(de quo pulchra myſteria extant Hiere.34. inſinuata ſub uelo) repoſue-
runt διαθήκης,quod & in Mathæo poſtea repoſitum eſt (licet non ignorem, etiam
inuitis grammaticis,eum Hebraice ſcripſiſſe ſuum Euangelium)& in Marco,et
in Paulo ad Hebræos: & ne aliquid deſit ueritati, apud Hieremiam.31. per Pau-
lum cita-

lum citatum eædem dictiones reperiuntur: Ideo quod uarius fuit interpres latinus, noli ex hoc ſcrupulum erroris ſumere, ſed firmiter tene & nullatenus dubita nouum teſtamentum eſſe legem Euangelij a Chriſto traditam, cuius una particula ſit miſſæ officium: Calix autem benedictionis ad nouum attinens teſtamentũ, ſanguine Chriſti ipſum confirmauit & ſtabiliuit.

Pluribus confutatur fictio Lutheri miſſam eſſe teſtamentum. Cap .III

OPortet in hoc Lutheri luto, ut conculcetur, latius immorari: Et primo quidem aſſerimus, ſicut dictum Lutheri miſſam eſſe teſtamentum, eſt ſibijpſi repugnans & falſum: ita declaratio eius eſt falſa, & multis contrarietatibus inuoluta: nam explicaturus miſſam eſſe teſtamentum dicit: teſtamentum eſt promiſſio morituri, qua nuncupat hæreditatem & cætera. Quam fabre hic iactator oſtendit ſe iuriſtotheologum, ſicut de ſe promittit in inuolutionibus concluſionum ſuarum de indulgentijs: quis enim unquam iureconſultoꝝ ita locutus eſt: quis unquã dixit teſtamentum eſt promiſſio morituri? Si loqueris de teſtamento more ſcripturæ, & ut Theologus, fateor teſtamentum eſſe promiſſionem, pactum, fœdus &c. ut priori capite diximus, & Innocentius papa in c. cum Marthæ de celebratione miſſæ abunde nos inſtruxit: at ꝙ ſit ſola promiſſio morituri, hoc per omnia diſſentit a ſacris literis, cum ſic uetus teſtamentum non eſſet teſtamentum, nec circuncíſio, nec alia pacta & teſtamenta erecta inter deum & hominem, quippe ꝙ non erant promiſſio morituri, nec erat ſuprema uoluntas dei immortalis, qui uoluit euangelium ſuccedere ueteri teſtamento. Porro ſi Chamæleon noſter ueſtiuit ſe habitu iureconſulti, ut de teſtamento loquatur quomodo iura: tunc oſtendit ſe ridiculam ſimiam: ubi enim legit uel audiuit teſtamentũ eſſe promiſſionem in legibus?

Vlpianus dixit Teſtamentum eſſe noſtræ uoluntatis iuſtam ſententiam, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri uelit: quod qui exactius definitionem explent, addunt, cũ hæredis inſtitutione ut gloſ. l. 1. fi. ff. de teſt. & l. ff. de iure codic. & Inſtit. de fidei commiſ. hære. para. imprimis. Qui Vlpianum ſecuti ſunt in eadem perſtant ſentencia: quando dicunt teſtamentum eſſe ultimam uoluntatem, iuſtũ iudicium, diſpoſitionem uel conſtitutionem bonorum morituri, atteſtatione legitima firmata: nullus unquam ex eis dixit, teſtamentum eſſe promiſſionem: Et licet lex ipſa euangelij teſtamentum ſit, ut ſcriptura loquitur: Imo etiam aliquo modo iuridice loquendo, ſicut Paulus ad Hebræos commemorat: nam hoc ex humanis uſurpauit traditionibus: ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Sit ergo euangelium teſtamentum Chriſti, ſuprema eius uoluntas, in quo nobis reliquit & dari diſtribuit ſacramenta & dona ſua in uita præſenti & ueram hæreditatem beatitudinis in futura uita: hoc ſuæ uoluntatis iuſta ſententia, quid fieri uoluerit de bonis ſuis poſt mortem, tamen illa aptari uel miſſæ uel eucharíſtiæ nulla ratio admittit: nam miſſa non eſt iuſta ſententia uoluntatis Chriſti, nec eſt iuſtum iudicium aut ſuprema uoluntas Chriſti morituri, quid fieri uelit de bonis ſuis: & multo minus euchariſtia eſt huiuſmodi iuſta ſentencia, ſeu uoluntas Chriſti, ſed potius euchariſtia eſt unum de bonis ex teſtamento Chriſti nobis relictum in uita præſenti, ut facilius poſſimus adire hæreditatem æternam: Iam monophthalmum arbitror uidere, quam pueriliter in re tam ardua & præcipua fidei noſtræ ineptiat, ut dum ſatagit Iuriſtotheologus uideri, nec Theologus ſit, nec iuriſperitus: Quod ex ſequentibus adhuc plus eluceſcet.

Nam primo homo ingenioſus, inquit, teſtamentum eſt promiſſio morituri, qua nuncupat hæreditatem ſuam. An non uidetur tibi Luther doctus iuriſta, qui

uno uerbo indicat teſtamentum Chriſti fuiſſe nuncupatiuum: ſine enim ſcripturis cōfectū Chriſtus uiua uoce declarauit: hoc ꝑ nuncupat intellexit Luther: Sed dicat tunc mihi iuriſtotheologus, ſi teſtamentum Chriſti fuit nuncupatiuum, ſine ſcriptura & alijs ſolennitatibus L. hac conſultiſſima §. per nuncupationem C. de teſta. cur tunc homo feſtiuus alibi tam anxiæ quærit etiam ſigilla huius teſtamenti, ſigna ſcz adiecta panis & uini, cum ſigilla ſcriptura & teſtium ſubſcriptiones ad ſolennitatem teſtamenti non nuncupatiui pertineant dicta L. hac conſultiſſima. 1. & 2. reſponſis & L. cum antiquitas §. fi. & L. Iubemus autem C. eo. Porro ſiue ſit teſtamentum nuncupatiuum ſiue ſolenne, quis tamē unquam ita inepte & rancide locutus eſt, ut teſtator diceret hæreditatem ſuam: bene teſtator dicit bona ſua, quę hæredi ſuo relinquit: Et hęres dicit, hæc eſt hæreditas mea, ſed teſtator non dicit hæreditatem ſuam, niſi ab alio eam hæres acceperit: Vnde ſumma pateſcit Lutheri inſcitia: Adde prædictis quod teſtator teſtamentum nuncupatiuum declarat & nuncupat coram teſtibus: cum nulla alia probatio ſit in illo teſtamento p̄ter teſtes: dicat nobis Luther, qui fuerint teſtes (qui in omni teſtamēto ſunt neceſſarij) in teſtamento Chriſti? non poterit alios dare quā apoſtolos: cū nemo alius fuerit pręſens, ſed apoſtoli apud Lutherum ſunt hæredes nuncupati per Chriſtum, qui pro uobis & pro multis effundetur, ergo apoſtoli non poſſunt eſſe teſtes. En indoctū & imperitum iuriſtotheologū, qui ut uniuerſalis eccleſię ritū de ſacrificio miſſæ deleret, ad hanc peruenit inſaniā, ut eoſdem faceret teſtes & hæreditates teſtamenti cōtra L. oībus C. de teſtament. & inſtit. de teſtament. §. Sed neque hæres ſcriptus, neq; is qui in poteſtate eius eſt, neq; pater eius qui in poteſtate habet eū, neq; fratres qui in eius poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt. Iure ergo hęres, pater & fratres eius & filij prohibent̄ eſſe teſtes; & Luther teſtes teſtamenti facit hæredes in chimerina ſua fictione teſtandi

Diſpiciamus reliqua errata ueſani hominis: Chriſtus inquit mortem ſuam teſtatur. Quid hic ructat beſtia? ſi uult Chriſtum fuiſſe teſtem & prædicatorem mortis ſuæ, quod non ſemel fecit, uerum dicit cōſentientibus tot ſcripturis, ſed qd hęc mortis teſtificatio ad teſtandi rationē, ut in teſtamento eius meminerit? Si uero uult Chriſtum teſtari mortem ſuam, i. teſtamento relinquere, bella profecto hæreditas, cum Chriſtus mortuus fuerit, ut qui uiuunt, iam non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit, 2. Corinth. 5. Simile eſt quod inquit: Hæreditatem nuncupat & deſignat cum dicit. In remiſſionem peccatorum, quod tantum abeſt a ueritate, quantum Luther a recta fide: Nam primo omnium, Chriſtus non hic relinquit hæredibus remiſſionem peccatorum, nec promittit ſumentibus euchariſtiam remiſſionem peccatorum, ſicut Butzerus, Zuuinglius, Oſiander, & Hiebmaior omnes torquent ſcripta Lucæ & Pauli: Sed ſaluator noſter dando corpus & ſanguinem diſcipulis ſuis in nouiſſima cœna, prænunciauit id quod in ſua paſſione erat futurum ſcilicet corporis traditionem in cruce, & ſanguinis effuſionem. In cuius memoriam hoc ſacramentum nobis tradidit: fallitur ergo Luther cum ſint prænunciationes eorum quæ in proximo erant conſumanda, Luther ex eis facit promiſſiones & hæredum inſtitutiones: ſed inſpicite quæſo hæretici uerba Chriſti: Inſpicite quęſo, qd tradatis, inſpicite, dicit ne Chriſtus, hic eſt ſanguis meus qui ſumet̄ in remiſſionē peccatorum? non profecto, ſed qui effundetur: Hinc liquet quō ueſana multitudo plebis non confeſſa nec cōtrita ruit ad ſumptionem calicis, a malis ſcilicet magiſtris ſeducta, exiſtimat ſe participem fieri teſtamenti Chriſti, ſi ex calice uel uinum apud Carlſtadianos uel ſanguinem ſecundum Lutheranos, ſumpſerint: Ac ſi euchariſtia eſſet in medicinā contra peccata inſtituta, & non ipſum ſacramentum pœnitentiæ. Præterea expendamus & illam inſaniam magnæ inſcitię coniunctam, ꝙ remiſſionem pecca-

torum

torum dicit hæreditatem relictã ex hoc teſtamento: Nam oĩm credentium iudicio uita æterna eſt hæreditas noſtra quã expectamus a Chriſto, quod ex Paulo liquet ad Rom. 8. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei: Si aũt filij & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes aũt Chriſti, planum eſt ꝙ cohæredes ſumus Chriſti, non in remiſſionem peccatorum, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, 1. Pet. 2. Ideo Paulus ad Hebręos nono uocat hæreditatem æternã: Et expreſſius hoc petrus indicat, 1. Petri 3. ſaluos facit &c. per reſurrectionem Ieſu Chriſti a mortuis, qui eſt in dextera dei, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur. Et in capite primo. Affirmat Chriſtum nos regeneraſſe in ſpem uiuam per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatẽ incorruptibilem & incontaminatam & immarceſſibilẽ cõſeruatam in cœlis &c. Et multa alia teſtimonia hoc probant ex prophetis, Paulo, Iacobo & Iohanne, habemus ergo ex ſacris literis uitam æternã eſſe hæreditatem nobis a Chriſto relictã: doceat Luther uel uno uerbo ex ſcripturis remiſſionem peccatorum uocari hæreditatem: nos docuimus uitam æternam dici hæreditatẽ in ſcripturis: Vel ergo remiſſio peccatorum non eſt hæreditas nobis a Chriſto ex teſtamento relicta, ſed potius uia uel medium neceſſario prærequiſitum ad aditionem hæreditatis: nam non ſunt hic hæredes niſi filij per gratiã cum filio hærede per naturam: ſed filij dei non efficimur, niſi remiſſis prius peccatis gratiam ſpiritusſancti acceperimus: Quod ſi etiam remiſſio peccatorum eſſet portio hæreditatis, tamen quantulacunq; eſſet ad unctionem ſpiritusſancti, ad gaudia æternæ beatitudinis, ad benedictionem dei patris: Hoc ergo erit potius uerum teſtamentum, in quo bona omnia illa relinquuntur nobis in hæreditatem accipienda, quã facticium illud & Chimerinum Lutheri teſtamentum.

Non poterit aũt hæreticus melius quam ex proprio dogmate confutari: nam ubi Paulus ad Galatas 3. ubi Apoſtolus multa de teſtamento Abrahæ dato & hęreditate contra Iudæos, ubi Luther ſtatuit teſtatorem fuiſſe deum, hæredes Abraham & ſemen eius: teſtamentum ipſam promiſſionem, rem teſtatam ſeu hæreditatem eſſe gratiam & iuſticiam, benedictionem ſcilicet omnium gentium in ſemine Abrahæ, nolo attingere quam minime in eiſdem commentarijs ſenſum apoſtolicum ſit aſſecutus, ſolum aperiamus hominem minime ſibi conſtare: nam deum patrem promittentem facit teſtatorem: cuperem ex eo audire, an diceret teſtamentum eſſe promiſſionem morituri, tunc nullum fuiſſet hic teſtamentum, cũ pater non erat moriturus: Dein cur in teſtamento Chriſti, nullam facit nobis reliquam hæreditatem, niſi remiſſionem peccatorum, & tamen in teſtamento ubi Abraham inſtitutus eſt hæres, ponit hæreditatem eſſe gratiã, & iuſticiam & benedictionẽ in ſemine Abrahæ, quibus comprehendit uniuerſitas bonoꝝ relictorũ: Ideo Paulus non uult eſſe hæreditatem ex lege, ſed ex promiſſione ibi. & Rom. 4 ſi ex lege hæredes, abolita & promiſſio. Quin potius aliam inſcitiam & lapſum Lutheri uideas: dicit in cœna Chriſtum feciſſe teſtamentum in inſtitutione Eucharistiæ, & inter bona relicta pro hæreditate ſolum enumerat remiſſionem peccatorum: Quæ eſt apertiſſima contrarietas, nam dum Chriſtus multo plura & maiora ac meliora credentibus expectanda reliquerit, non poſſet illa diſpoſitio dici teſtamentum, quia in teſtamento debet fieri diſpoſitio de uniuerſitate bonoꝝ, nemo eñ poteſt pro parte teſtatus pro parte inteſtatus decedere, inſtit. de hære. inſtit. § non aũt, & in reg. ius noſtrum ff. de reg. iur. Et in hoc differt teſtamentũ, a codicillis, quia in parte bonoꝝ poſſunt fieri codicilli, non aũt teſtamentum, qđ ſit de uniuerſo patrimonio, quamuis nolim ingredi iam illam diſputationem, qñ in re certa inſtituitur hæres ualet ut ex uniuerſo, de quo in L. 1. §. ſi ex fundo ff. de hære. inſtit. & L. quoties C. eo. & glo. in. c. Rainutius de teſta. Vtcunq; mirũ eſſet

de diuina ſapientia,quod inſtituiſſet hæredes in tam paruo bono ,in comparatione ad alia magna bona quæ promiſit deus & præparauit his qui diligunt illum: At omnibus ſe ridendum præbet Luther , cum dicit fidem facere hic hęredes: Omnia iura clamant , quando hęres non uenit ab inteſtato , ex inſtitutione efficit̃ quis hęres,& hęredis inſtitutio eſt neceſſaria in teſtamento, quia eſt caput & fundamentum ipſius L.1. ff.de hęre.inſtit.reſponſo 1.inſtit.de legatis §. ante hęredis inſtitutionem:Et ſine hęredis inſtitutione non fit proprie teſtamentum L.fi.ff.de iur.codicil,& inſtit.de fidei commiſ.hære.§.in primis,aliter uult hic Luther hęredem non fieri ex inſtitutione teſtatoris,ſed fides faciat eum hæredem.Quod ſi ſubtiliter agere liceret cum illa beſtia ab ea peterem,nonne & fides eſt inter bona teſtatoris fidelibus relicta,& certe potentius donum dei quã eſſet ſimplex remiſſio peccatorum,cur ergo dicit fidem facere hæredem,& non potius dicit fidem eſſe hæreditatem? Cautior debuiſſet eſſe factus Luther ex Auguſtino,qui cum dixiſſet in expoſitione Epiſtolæ ad Romanos,Quod credimus,noſtrum eſt;quod au-
Cap.23 tem bonum operamur,illius eſt , qui credentibus dat ſpiritum ſanctum : Id retractat primo libro retractationum,profecto,inquit,non dicerem , ſi iam ſcirem etiã ipſam fidem inter dei munera reperiri,quæ dantur in eodẽ ſpiritu:citat dein Pau-
Ephe.6 lum ad Epheſios , Charitas cum fide a deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto, quare ſi bona uiæ inter hæreditaria ſupputat,quæ a Chriſto expectamus,certe nõ debebat dicere,fidem facere hęredem,ſed fidẽ eſſe in bonis relictis,in hęreditate.

Qua ratione catholici miſſam teſtamentum affirmare poſſint. Cap. IIII.

IMerget forſan quis Luthero doctior & catholicos fatigabit, Euchariſtiam eſſe teſtamentũ,authoritate ſcripturæ & patrum:nam Pſal,110.Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui,uirtutem operꝝ ſuorum annunciabit populo ſuo:& infra,Redemptionem miſit dñs populo ſuo,mandauit in æternum teſtamentum ſuum:ubi teſtamenti noĩe uenerabile ſacramentũ Euchariſtiæ intelligit̃,ut proſequitur Nicolaus de Lyra,& ideo Pſalmo iſto utitur Eccleſia Romana in officio ueſperarꝝ per octauas corporis Chriſti: quod etiam de Euchariſtia loquatur,præcedentia uerba indicant.Memoriã fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator dominus: quod aũt eſt maximum memoriale domini, niſi illud de quo dixit. Hoc facite in meã cõmemorationem? & quod mirabilius opus dei, niſiꝙ uerbũ dei caro factum in redemptionem generis humani,paſſum & mortuum eſt? Ideo illud memoriale non eſt quodcunq;,ſed illud memoriale paſſionis domini:Ideo ſubditur.Eſcam dedit timentibus ſe:Illud ſcilicet memoriale dedit eſcã timentibus & credẽtibus in Chriſtum: Ideo in Targo additur.Memoriam bonã fecit &c , quare non ita abſurde (fingamus aliquem ita opponentem) Luther fixit pedem in eo quod Euchariſtia eſſet teſtamentum, & ex illo fonte cætera elicuit. Ad hanc replicam reſpondemus.Primo Pſalten diuinum hic ſecundum ſenſum literarium & genuinum non loqui de teſtamento Euchariſtiæ, ſed de teſtamento & pacto inito cum genere humano, ueteri ſcilicet & nouo:ut Apud Auguſtinum , Caſſiodorum , ambos Brunones & Hugonem facile eſt uidere , & acutius quidem mihi uidentur dicere,qui uerſiculum priorem ad uetus teſtamentum,in quo rerum temporalium & terram fluentẽ melle & lacte:unde mira opera fecit in Aegypto & terra Chanaan,ut daret illis hæreditatem gentium,ſed quãdo miſit redemptionẽ populo ſuo,Ieſum ſcilicet qui mittendus erat Meſſias,tunc mandauit in æternum teſtamentum ſuum, ſcilicet nouum Euangelij, & bene de primo dicitur quod memor erat eius in ſeculum, quia legalia erant ceſſatura , ſed

ſed nouum teſtamentum durabit in finem mundi,& nullum aliud teſtamentum ſuccedet ei:Ideo dicitur manere in æternum, quamuis & uetus teſtamentum dicatur æternum non in ſe, ſed in ſuo perfectore,id eſt,in nouo teſtamento: quia nō uenit Chriſtus legem ſoluere,ſed adimplere, Matthæi quinto. Quod ſi patribus ſic intelligentibus non credis,credas Dauidi,qui eodem ſpiritu cecinit, Pſal.104. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, uerbi quod mandauit in mille generationes:Quod diſpoſuit ad Abraham,& iuramenti ſui ad Iſaac: Et ſtatuit illud Iacob in præceptum,& Iſrael in teſtamentum æternum, dicens, tibi dabo terram Chanaan,funiculum hæreditatis ueſtræ. Vis alium teſtem, audi collimicium noui teſtamenti, Zachariam patrem iohannis Baptiſtæ deum benedicentem. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris,memorari teſtamēti ſui ſancti, Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum,daturum ſe nobis: unde liquet teſtamentum hic uſurpari,ſicut ſcriptura ſolet pro pacto, uel fœdere quod deus cum homine pepigit;ideo Hebraice idem uerbum, cuius ſuperius meminimus, ponitur ברית Sed adhuc uociferatur pertinax hæreticus,Lutherum damnas impietatis inſcitiæ & hæreſis,quia dixit miſſam ſeu euchariſtiam teſtamentum:& Lyranus a tot Theologis tot annis uiſus & lectus,nunquā fuit damnatus, qui hoc dixit quod Luther,ſcilicet Euchariſtiam eſſe teſtamentum:Reſpondeo huic inſultationi,primo quod & ſi Lyra hic Euchariſtiā dixerit teſtamentum, eum tamē ut catholicum recepimus,& Lutherum hæreticum anathematiſamus,quoniam diſpari intentione & ſenſu loquitur Lyra, nam poteſt aliquando teſtamentum dici non modo ultima uoluntas morituri cum deſignatione hæredis,ſed etiam ipſa bona relicta ex teſtamento ſortiuntur appellationem teſtamenti:Ita dicunt aliquando in ſermonibus catholici,Pacem eſſe teſtamentum Chriſti, quia reliquit eam diſcipulis, Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, Iohannis 14. ſic dicitur Chriſtus aliquando dediſſe teſtamento,latroni paradiſum,Iohanni matrem,patri ſpiritum:ſic uſus eſſe uidetur Mathatias in oratione ad filios dicens, Phinees pater noſter zelando zelum dei,accepit teſtamentum ſacerdotij æterni: hic teſtamentum non pro diſpoſitione uel ultima uoluntate, ſed pro re relicta uoluntate domini,quod expreſſius liquet Numeri uigeſimoquinto, unde Mathatias hunc ſermonem retulit:ſic enim de Phinees loquitur dominus Moyſi. Loquere ad eum. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quā ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum,quia zelatus eſt pro deo ſuo &c.quod enim hic interpres uertit fœderis mei,eadem eſt uocula,quam alibi tam ſæpe teſtamentum uertit,ideo Græce utrobiq; recte ponitur διαθήκης pro Hebræo ברית quod ſi Matthæum Hebræum haberemus,appareret patentiſſime Chriſtum eadem dictione uſum,cum diceret calicem noui teſtamenti: nam quomodo ueritas aliter loqueretur, quā eadem inſpirante locuti ſunt prophetæ, uelut Zacharias inquit. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Zach. 9 Proinde ea ratione Euchariſtiam teſtamentum dici cum Nicolao de Lyra non abnuimus, uerum nihil tunc deperit de ſacrificio,nihil enim obſtat nobis a deo datum & donatum & relictum eidem rurſus offerre,quoniam & gratius erit deo agnoſcenti dona & munera ſua & ſacrificia illibata,de quo mox plura. Hoc tamen addiderim,hanc Lyrę interpretationem de teſtamento in illo Pſalmo 110, remotiorem eſſe a litera, tamē longe alienum ab hæreſi Lutheri: Et ſic eſſe teſtamentum nō repugnat ſacrificio, de quo plura poſterius.

Deuelatur Lutheri malicia, qui negat miſſam bonum opus eſſe & ſacrificium. Cap V.

CAptiuus Lutherus in libro ſuo de Captiuitate Babylonica poſtquam longa arenga declarauit miſſam eſſe teſtamentum, rem ſerio aggredit, rationibus acturus miſſam neq; bonum opus eſſe neq; ſacrificium: hanc impietatem ſic molitur aſtruere. Audiſti inquit miſſam aliud non eſſe quã promiſſionem diuinam ſeu teſtamentum Chriſti, ſacramento corporis ac ſanguinis ſui cõmendatum: Sequitur miſſam non poſſe eſſe opus bonum ullo modo, nec quicquã in ipſa fieri, nec alio ſtudio a quoquam tractari, niſi ſola fide: fides aũt non eſt opus, ſed magiſtra & uita operum. Roborat primo, quia nullus promiſſionẽ acceptam aut teſtamentum donatum, uocat opus bonum, quod ſuo teſtatori faciat accipiens: Nec hæres patri ſuo teſtatori benefacit, cum inſtrumenta teſtamẽti cum hæreditate teſtata accipit. Fit itaq; dum de acceptis grati eſſe deberemus, uenimus ſuperbi daturi accipienda. Confirmat ſecundo, quia nullus dicit baptiſmum eſſe opus bonum, nec baptiſandus credit ſe facere opus bonum quod pro ſe & alijs deo offerat & communicet: Si ergo in uno aliquo ſacramento & teſtamento nullum eſt opus bonum communicabile alijs, nec in miſſa erit, cum & ipſa non ſit niſi teſtamentum & ſacramentum. In ſumma collige hæc Lutheri. Miſſa eſt promiſſio, ergo non eſt opus bonum. Miſſa eſt donum dei, ergo non ſacrificium noſtrum. Baptiſmus non eſt opus bonum, ergo nec miſſa: Baptiſmus non prodeſt alijs quam baptiſato, ergo miſſa non proderit alteri quam celebranti.

Rex Anlgiæ

Has nugas in unum redegimus faſcẽ, quod Sereniſſimus Angliæ rex doctiſſime illas confutauerit ac eneruauerit: Vnde duntaxat Regis ſolutiones obiter renarrabimus. Vnde primam illationem negat rex, & aſſignat cauſam huius, quia miſſa non eſt uerius promiſſio, quam conſecratio & actio Chriſti in cœna, ſed nõ obſtante promiſſione, adhuc Chriſtus fecit opus bonum: Hoc probat, quia opus facit qui imaginem ex ligno facit, ergo fortius Chriſtus fecit opus, cum fecerit carnem ſuam ex pane. Secundo roborat, quia mulier quæ caput eius unguento perfudit, fecit bonum opus, quanto magis Chriſtus proprium corpus exhibendo hominibus? Tertio quia quod Chriſtus incepit in cœna, perfecit in cruce, & fecit bonum opus in cœna & in cruce, cur negare quis auſit ſacerdotem in miſſa facere bonum opus? cum tamen Chriſtus præceperit eiut faceret. Hoc inquit facite in meam commemorationem. Quarto Rex multo euidentius docet promiſſionem & ſacrificium non repugnare, cum tam multa ſacrificia legis, quanquam eſſent figuræ futurarum rerum, & ita promiſſiones futurarum rerum, tamen etiam promittebant multa præſentia, ut liberationes, expiationes, purgationes populi tunc præſentis &c. *Pro rege Angliæ* De fide quod adiungit optime declarat rex fidem, cuiuſq; eſſe neceſſariam, qui uelit miſſam ſibi fore utilem, tamẽ hoc quoq; addam Lutherum hic duo dicere contra ſcripturam, primo negat fidem eſſe opus: Secundo aſſerit fidem eſſe uitam operum. Nam fidem eſſe opus quod operari debemus Chriſtus teſtatur Iohannis ſexto dicens ad Iudæos, operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam. Dixerunt ergo ad eum, quid faciemus ut operemur opera dei: Reſpondit Ieſus & dixit eis. Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum quẽ miſit ille. Similiter quod dicit Luther fidem eſſe uitam operum, contradicit ſcripturæ, nam charitas eſt uita, non ſolum operum, ſed etiam fidei, quod ex Paulo *1. Cor. 13* liquet: Enumerante plura opera, charitatem autem non habuero &c. & ne quiſpiam dubitaret de fide, ipſam nominatim perſtringit: Si habuero, inquit, omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et profecto Caput illud ad Corinthios conterit Caput Zuuinglij negantis fidem di- *Zuuinglius* ſtingui a Charitate, & ita non ponit tres uirtutes Theologicas: Confundit etiam *Oſiander* Oſiandrum negantem fidem eſſe ſine charitate.

Pari

Pari oſcitantia labitur in ſecunda illatione: eſt donum dei, ergo nõ ſacrificium. Non uidet cæcus in eandẽ rem cõpetere donum & ſacrificium, nam niſi omnino ethnicũ ἄθεος induerit, fateatur neceſſe eſt ſacrificia ueteris legis fuiſſe quidẽ ſacrificia, & tamen fuiſſe dona dei hominibus data ex diuinæ bonitatis largitate: Siue em̃ greges aut armẽta aut fructus terrę inſpexeris, oĩa illa ſunt dona dei, q̃a dñi eſt *Pſal. 23.* terra & plenitudo eius, & orbis terrarꝝ & uniuerſi qui habitant in eo: Quare Luthere, niſi dederis dona dei poſſe eſſe ſacrificia, in uniuerſum ſacrificia & ueteris & noui teſtamenti, ſuſtuliſti: namque tu ac ſectarij tui ponunt ſacrificia noui teſtamenti, ſi mortificationem carnis, ſpiritum contritum & humiliatum, confeſſionem laudis & ſimilia: & illa eſſe dona dei oportet te fateri, cũ neges cũ tuis nouis Manichæis liberꝝ arbitriũ agere aliquid in bono opere, ſed illud totũ & totaliter fieri a deo ut Stentor tuus Carlſtadius uociferatur: Vnde illa ſacrificia interna ſpiritalia (quę nec nos negamus) ſunt dona dei, & tñ fateris illa eſſe ſacrificia: Et ꝙ oẽs ſacrificauerint deo, quæ ipſius fuerunt, apertiſſime oſtendit deus per Dauid Pſal. 49. Qm̃ meæ ſunt oẽs feræ ſyluarꝝ, iumenta in montibus & boues: Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ eſt: Si eſuriero nõ dicã tibi, meus .n. eſt orbis terrę & plenitudo eius: Eſt ergo ſophiſma meraciſſimũ Lutheri, exiſtimans more humano, deo deberemus ſacrificare nr̃a, nõ ſua dona: quã hypotheſim nõ aſſereret, ſi tam diligenter ſacrã ſcripturã legeret, q̃ iactanter illã ſibi arrogat: Reperiſſet .n. in ſermonib. dierꝝ, Dauid dño dicentẽ: Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria, tu dominaris omniũ, in manu tua uirtus & potẽtia, in manu tua magnitudo & *1. Paralip. 29.* imperium omniũ, in manu tua uirtus & potẽtia, quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Quid iam obſtrepis hæretice? uides dona dei a deo accepta deo offerri.

Porro magnum errorem imponit Luther eccleſiæ, cum ſacrificium eius non intelligit: Non enim eccleſia offerendo euchariſtiam, exiſtimat ſe offerre quippiã de ſuo, ſicut mentitur Luther, cum profiteatur in canone patentiſſime oppoſitum. Offerimus, inquit, præclare maieſtati tuæ, de tuis donis ac datis, hoſtiam purã, hoſtiam ſanctã, hoſtiam immaculatam, panẽ ſanctum uitæ æternę ac calicem ſalutis perpetuæ, hic plane eccleſia agnoſcit eſſe ſacrificia dona dei: & Luther eã calumniat, ꝙ illud ſacrificium offerat tanq̃ de ſuo: Imaginatur ac ſi eccleſia exiſtimet oblationẽ eſſe proprie opus noſtrũ, ꝙ ſit meritũ noſtrũ, quo mereamur nobis & alijs: ꝙ illã offeramus tanq̃ deo aliquid daturi ex noſtris. Nam euchariſtiam a Chriſto eccleſiæ relictam, nos iterum ei offerimus non in uictimã, ſicut in cruce oblatus fuit, ſed in memoriam ſuæ paſſionis & oblationis in cruce pro nobis factę, licet nõ modo ſit memoria, qua nos recordemur huius mortis ſanctiſſimæ (quod maxime debemus) ſed qua uiuide quaſi præſentamus & repræſentamus ſolenniter ex inſtitutione & præcepto Chriſti deo patri omnipotenti oblationem Chriſti in cruce pro nobis factam, ueluti libro ſecundo declarauimus, & inferius in quadam obiectione clarius aperiemus. Alias duas illationes, docte confutauit rex, nam primo *Rex Angliæ* Luther male comparat Euchariſtiam cum baptiſmo & coniugio, cum coniu- *potentiß.* gium in toto ſuſtulerit ex numero ſacramentorum, & recte etiam baptiſmum. Præterea eſto admittat illa eſſe ſacramenta: tamen illatio eſt friuola non poteſt baptizari aut ducere uxorẽ ꝓ alio: ergo nõ poteſt celebrare ꝓ alio, cũ conſtet euchariſtiã ſingulari prærogatiua præcellere alia ſacramenta. Nam ſi ita contendis oĩa ſacramenta eſſe æqualia: ergo ſacerdos nõ poſſet ſe cõmunicare, ſicut non poteſt ſe ſacramento pœnitentiæ abſoluere, aut ſeipſum baptizare: Vnde cum ſpiritus ſanctus uariam operetur per ſacramenta, nõ poteſt illatio fieri de uno ad aliud: nec unquam dabimus Luthero, etiam ſi rũpatur, baptizantem non facere bonũ opus Quibus ſatis ſuperq; liquet impotentia Lutheri fulmina fore contuſa: tamen in fu- *Replica Luth.* rioſa ſua inuectione in Sereniſſimum regẽ nititur eneruare regis robora: nã cũ rex

pientiſſimus probat miſſam eſſe opus bonum, homo uerſipellis diſtinguit de miſ
ſa: nam pro conſecratione & prolatiõe uerborꝝ ſumpta ſit opus, ſed miſſa ſumpta
pro uerbo promiſſionis cum ſigno adiecto panis & uini, non eſt opus noſtrum ſed
dei, nam ſi cætera omnia deſint, & credideris his uerbis Chriſti, hoc eſt corpus
meum, quod pro uobis datur, uere miſſam integram habes: deinde ſi acceperis ſi-
gnum eadem fide, uſum & fructum miſſæ accepiſti: Præterea contendit ſacrifi-
cium non poſſe eſſe promiſſionem, quia promiſſio ſit uerbum, & ſacrificium res:
quare ſacrificium non ſit promiſſio, nec ſacrificia ueteris legis promittebant futu-
ra, niſi per promittere intelligatur ſignificare.

Has indoctas nugas ante ſeſquiannum in apologia pro inuictiſſimo rege ſcripta
confutaui: Ideo ero hic breuior: nam cum primo diſtinguit de miſſa impudenter
truncat ſentenciam catholicorum, qui per miſſam intelligunt orationem, conſecra-
tionem, oblationem cõmunionem euchariſtiæ, & gratiarum actionem: & ſic de
miſſa ſenſit & locuta eſt eccleſia a tempore apoſtolorum uſqꝫ in hunc diem: & ſic
ſolide perſtat quod catholici de opere operante & opere operato in miſſa aſſe-
runt: Sed quod Luther miſſam (ex ſuo cerebro) dicit eſſe uerba promiſſionis, qui
bus ſi credatur, iam integra habeatur miſſa, o ſtolidum caput, ſi ſola fide iſtius pro
miſſionis habetur integra miſſa, cur ergo homines uani, inſtabiles & impij, tot uigi
lijs formulas miſſæ inquiritis, qui iam nouies miſſandi formam Vuittẽbergæ mu-
taſtis; & Nerobergẽn, ueſtræ impietatis æmulos eadem inconſtantia ornaſtis: ꝙ ſi
Billicani, Butzers, Vuanners, Bugenhagij, ac Carlſtadij formulas conflaueris, Ho
ratianũ monſtrũ facies & pluſqꝫ Chimerã: Si integra miſſa uerborꝝ iſtorꝝ tam bre
ui orbe perſtringitur, quid opus fuit tot uerborꝝ ampullis miſſandi formulã Huſ-
mãno præſcribere: unde iacula Emſeri uiri iuxta catholici ac eruditi nõ ſenſiſſes:
quæ (diſpeream) nec tu, nec uniuerſus cœtus impietatis, cum tot uotifragis mona-
chis, ſacerdotibus ac monialibus, repellere poteſtis: Audi obſtinatiſſime, ſi hęc in-
tegra miſſa eſt credere: promiſſioni horꝝ uerborũ, hoc eſt corpus meum, quod ꝓ
uobis datur: quid opus eſt miniſtro ſacerdote: cur in eccleſia conuentum facient,
cum quiſquis domi, etiã profundo ſomno ſtertens id credere poſſit: Nullus ergo
ſacerdos huic uel huic dicit miſſam: nec ille uel ille audit miſſam, quia miſſam nõ
facit niſi fides horꝝ uerborũ, hoc eſt corpus meum &c. Itaqꝫ tot miſſas quilibet in
die facit, quoties fidẽ horũ uerborũ exercet. In iſta confuſionis & erroris deuia &
inexplicabiles labyrinthos ſe proijcit & adhærentes ſuos, ut in barathrum inferi ſi
mul perducantur: Quomodo ergo miſelli ſectarij tui te ſequuntur, qui menſas in
ſtruunt, panes frangunt, uinum in pocula fundunt in medio Eccleſiæ, ut ſic ueriſ-
ſimam (ſic decipiunt) faciant miſſam. O monſtra, o portenta, o blaſphemias, uæ uę
& iterũ uæ miſeræ Germaniæ, quã cũ perfidi iſti hæretici priſtinæ uolũt reſtitue-
re libertati, eam infinitis erroribus, calamitatibus ac ſedicionibus faciunt ſeruientẽ.
Et timendum ne infelix patria noſtra hoc audiat. Nondum ſtatim finis.

Sed uide Chriſtiane lector Lutheri peruerſam impietatem. Hic ubi ſibi com-
modum eſt, eum accipere fructũ & uſum miſſæ, qui ſignum panis ſcilicet & uini,
eadẽ fide acceperit. Qui tam ſæpe & ualide clamauit ſidẽ ſufficere, torquens illud
Auguſtini, crede & manducaſti, quid uentrem & dentes paras &c. hic iam tũ fru
ctum miſſæ accipi fatetur, dum ſignũ quis acceperit: Cur ergo improbat ſæpius
cõmunicantes, ſicut iam in multis locis aſſolent Lutherani & Carlſtatini: ſi com-
municare eſt fructum miſſæ percipere, cur tunc alibi poſtulat, ne layci communi
care cogantur in paſchate: neue ullum eis ſumendæ Euchariſtiæ tempus indica-
tur, ſed liber quiſqꝫ ſuo relinquatur arbitrio: Imo uero, ut ne ſæpius in tota uita
quiſqꝫ ſumat ꝙ̃ ſemel, idqꝫ non ante extremum uitæ diem: ꝙ ſi illa præſentibus cõ-
iunxeris, intelliges quid poſtulet Luther, Chriſtianum per totam uitã ſemel dun-

taxat

taxat fructum miſſę accipere: tam Heroicos Chriſtianos educat & optat Luther.

Sic alius cauillus de promiſſione & ſacrificio facile refellitur, quoniam & uerbis & rebus contrahuntur promiſſiones, quare non pugnant promiſſio & ſacrificium, ut in Apologia. Porro negamus miſſam eſſe promiſſionem, licet non fiat ſine promiſſione, licet mirus ſit Chamæleon Luther, qui ad omnem uentū circūfertur: Iam enim dicit promiſſionem eſſe miſſam: Iam fidem promiſſionis dicit eſſe miſſam: & in inuectione ſua contra regem aſſerit, uerba quibus panis & uinum, fiunt ſignum & ſacramentum, ſint miſſa. Ecce tria diuerſiſſima, Promiſſionem, fidem, uerba conſecrationis eſſe miſſam.

Ex facto Chriſti non improbari, miſſam eſſe ſacrificium. Cap. VI.

HAereſim ſuam adhuc firmare nititur Luther, miſſa Euangelica eſt illa quæ proxime accedit ad inſtitutum Chriſti: quoniam exemplum, inquit, dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, & uos faciatis: Sed Chriſtus nec uerbo nec facto ſacrificauit in cœna: non enim obtulit deo panem & uinum, ſed diſcipulis porrexit ad manducandum: nam ſedens in menſa, ſingulis idem teſtamentum propoſuit, & ſignum exhibuit: Non eleuauit panem, non in templo ſuper altare poſuit, non ſacrificauit: Similiter nullo uerbo ſacrificij uſus eſt in inſtitutione ſacramenti, Similiter uerba ipſius miſſæ quibus uſus eſt Chriſtus, ſunt uerba promiſſionis, quod tradetur, quod effundetur: non meminit ſacrificij, non dixit offerre, ſed comedite, bibite &c.

Sed fragilia ſunt illa & impotentia ad ueritatem euangelicam euertendam: Et primo quidem propter ingreſſum rationis, aliqui hæretici Lutherani exemplum Chriſti uolentes imitari, cœnam inſtruunt in numero apoſtolorum: nam nec Iudã excludunt, quē Chriſtus non repulerit. Et dapibus menſas onerant, & pocula ponūt, Crateras magnos ſtatuunt & uina coronãt: at Auguſtiſſimus rex Anglię dudum euicit, non ſic exemplū Chriſti in miſſa imitandum, ut per omnia in circumſtantijs & ritibus eum ſequamur: nam ſic non niſi duodecim præſentibus, liceret dicere miſſam, nec niſi ueſperi, & poſt cœnam, aut inter cœnandū & præuio agno paſchali, & conſecrans ipſe non ſumeret Euchariſtiam, ſicut Chriſtus non legitur in Euangelio communicaſſe: quæ omnia ſunt abſurda, & formula miſſandi hæreticorum etiam ſe his ritibus non conformat: Vnde nec uerba Chriſti de imitatione exempli ſui, ſonant de ſacrificio miſſæ uel inſtitutione Euchariſtiæ, ſed de pedū lotione, ubi humilitatē eos docuit: Nam imitatio Chriſti non cōſiſtit in operib. miraculis, neq; in ritibus & externis ſignis principaliter, ſed in operibus perfectionis, de quo alias; ſufficiat nobis miſſam eſſe ſacrificium ex inſtitutione Chriſti, ut libro primo oſtendimus: & hoc ſatis eſt miſſam referre inſtitutum Chriſti, licet ritus & ornatus miſſę ſpiritus ſancti magiſterio per apoſtolos & eccleſiã aucti ſint: Sicut enim admonet B. Auguſtinus, Chriſtus uſus eſt modo cōuenienti ſuo tempori in inſtitutione ſacramenti, qui modo non eſſet cōueniens, nam primo perfecit paſcha legale, & dein incepit Euangelicū, quod nullo pacto nunc conuenit.

Sed ad rem ipſam, aſſumit Luther & Lutherani oēs, Chriſtus non obtulit in cęna: Quid ſi dicerē cū Emſero noſtro poſt ſanctos patres Chriſtū ter ſe obtuliſſe: Primo in agno paſchali figuraliter, ubi finē imponens tam ſacerdotio q̃ ſacrificio umbratili: primum aufert, ut ſequens ſtatuat ad Hebræos decimo. Secūdo in pane & uino ſacramentaliter, ubi hoc nouū ſacrificiū & ſacerdotiū inſtituit; negare em̃ (ait Luther) non poſſum miſſam ac cōmunionē ritū eſſe a Chriſto inſtitutum: Ritus aūt iſte fuit ſecundum ordinem Melchiſedec in pane & uino. Tertio obtulit ſe in cruce uere ac realiter in ſua ſancta paſſione & ſalutari morte, quæ fuſius proſequitur Emſer. Nam quod conſecrauit, oculos in cœlum leuauit, benedixit,

gratias egit, quæ omnia uidentur oblationis indicia, nam ſic ſacerdos pro ſacrifi•
cio eleuabat faſciculum ſpicaꝝ coram domino, ut acceptabile ſit pro nobis; ſimi•
lia habes Exodi.29.& Leuitici octauo dicitur de ſacerdotibus, qui poſtquam le•
uauerunt ea coram domino: & infra. Tulitq; pectuſculum, eleuans illud coram do
mino de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei dominus. Nu.6
Suſceptaq; rurſum ab eo (Nazaræo, ſacerdos) eleuabit in conſpectu dñi, & ſancti
ficata ſacerdotis erunt; Sic Leuitici decimo, pectuſculum quoq; quod oblatum
eſt, pro quo Hebræi legunt. Pectuſculum quoq; eleuationis. Vide quæ diximus
ſupra libro primo, ſuper illud Pſal.71. Erit ſacrificium panis in uertice montium,
id eſt, ſacerdotum, quando eleuant Euchariſtiam in miſſa: Diceret hæreticus, Lu
ther nõ negat tibi eleuationẽ, ſed oblationẽ, ſiue Chriſtus leuauerit uel minus, ſed
Carlſtat negat eleuationẽ euchariſtiæ in miſſa: Dicimus Carlſtadiũ male facere
prohibẽdo eleuationẽ euchariſtię in miſſa, quod a temporibus apoſtoloꝝ religio•
ſe obſeruauit Eccleſia: Ideo merito Luther in hoc ei aduerſatur: Tamen etiã Lu
ther malefacit, negando eleuata deo in altari a ſacerdote offerri, ut ex prædictis
liquet, & clarius patet ex capitulo ſeptimo Leuit. iuxta Hebraicam ueritatem &
LXX. Vbi loquitur de uictima pacificorum, quomodo debet offerre adipem
cum pectuſculo: ſubdit להניף את התנופה לפני יהוה ad eleuandum ea eleuationẽ
coram domino: noſtra tranſlatio ſententiam ſecuta dicit. Cumq; ambo oblata do•
mino conſecrauerit, tradet ſacerdoti, qui adolebit adipem ſuper altare, pectuſculũ
autem erit Aaron & filiorum eius: & Luther in translatione ſua uulgari Germa
nica interpretatus eſt pro Vuebopfer, ſicut Theruma pro hebopfer, quod inter•
pres noſter plerunq; uertit primicias: licet ut obiter hoc attingam, multum errauit
hic Luther in nominis explicatione: nam Exodi trigeſimoquinto, exponit Hebo
pfer theruma quia domino eleuet, ſed Vuebopfer tenupha dicatur, quia hinc in•
de moueatur ad quatuor plagas mundi, orientem, occidentem, meridiem & ſe•
ptentrionem. Hic inquam deprauauit ſcripturam Luther, ſicut totum teſtamen•
tum ſua translatione ſubuertit: nam primo utræq; dictiones ſignificant oblationẽ
eleuatam, quorum ſchoreſs ſunt נוף & רום. Secundo non theruma ſed tenupha ſi•
gnat iſto modo agitare aliquid & mouere: quoniam thema ſuum נוף nõ ſignificat
ſimpliciter eleuare, ſed in modum crucis ſecundum Hebreos. Tertio obtrudit no
bis dolum Iudaicum pro catholica ueritate, nam cum Iudæi eleuauerint per mo•
dum crucis oblationes ſuas coram domino, uelut Petrus Alphonſus Hiſpanus, al
legat Iohannem conuerſum de concordia legum, titulo quarto, capit.5. in mag•
num teſtimoniũ fidei noſtræ, quod omnia ſacrificia etiam in ueteri teſtamẽto, pla•
cita fuerunt deo in forma crucis, qua Chriſtus oblatus eſt pro ſalute mundi: Iudęi
noſtri uolentes fugere illud myſterium, fugiunt ad illud mendaciũ, quod Luther
modo protulit, ſcilicet moueri & agitari hoſtiam ad quatuor plagas mundi, in ſig•
num quod offeratur deo domino totius mundi ab ortu ſolis uſq; ad occaſum: At
hoc eſſe falſũ, & confictum, non. n. faciunt crucẽ cũ hoſtia ante & retro, ſed primo
mouebant a dextra in ſiniſtram, & rurſus a ſiniſtra ad dextram, deinde ſurſum ac
depoſt deorſum. Dicat ergo mihi Luther hæreticus aut Samuel Iudæus, ad quã
plagã terræ mõſtrat mouendo ſurſũ & deorſũ: & ne ſit ulla dubitatio reliqua, no•
mina motionũ indicãt crucẽ erectã, nomina aũt huiuſmodi motionũ uix extorſi
ex Helia Iudæo Alemãno dum Romæ Leuiticum mihi prælegeret (ſolent. n. hu
iuſmodi myſteria occulere) ſunt autẽ iſta, tenupha ſit molich, mein, maele, & mo•
rid: referebat attamẽ aliquos facere molich ante ſe porrigendo, mein ad ſe mouẽ•
do, + tñ hoc non multũ refert: Ex his perſpicuum ſit, hoſtiã leuari eſſe eam offer
ri, licet non omne leuare ſit offerre, quod etiam Thargum Chaldeum indicat, q
Leuit.7. legit, ut eleuetur pectuſculum eleuatiõe corã domino. In hæc parerga pla

cuit ex•

cuit excurrere,quoniam &ſi Chriſtus non legitur leuaſſe Euchariſtiam in cœna,
tamen plurimũ uidebatur conducere propoſito noſtro,&,hęretici modo eleuatio
nem hoſtiæ multum controuertunt ut habeant catholici remotiora & antiquiſſi-
ma,quæ hæreticis obijciant.

Iam ad inſtitutum unde digreſſi ſumus,reuertamur. Cum̃ hæretici aſſumunt
Chriſtum non obtuliſſe in cœna. Diximus nõ uideri abſurdum Chriſtum ſeipſũ
obtuliſſe ſacramentaliter in cœna,quod cuiquam ſuaſibile ſit ex eo quod eccleſia
canit:Sacerdos in ęternum Chriſtus dominus ſecundum ordinem Melchiſedec,
panem & uinum obtulit,at nuſquam Chriſtus panem & uinũ obtulit hic in mor-
tali corpore niſi in cœna: Viſum eſt etiam aliquibus in exordio naſcentis eccleſiæ
miſſam ſolummodo fuiſſe ex uerbis conſecrationis contextam,abſq; uerbis obla
tionem conteſtantibus,nam ſacrificij oblatio uidetur potius in rerum exhibitione
quam in uerborum elocutione aut expreſſione conſiſtere.

Quod ſi etiam detur Luthero id aſſumpti, Chriſtum non obtuliſſe in cœna,ni-
hil tamen obtinebit contra eccleſiam,quoniam cum euchariſtia ſit memoriale, ut
dominus teſtatur,ſuæ paſſionis,& miſſa eſt repræſentatiua oblationis in cruce fa
ctæ,ante conſummatam paſſionem & mortem non præcedebat ipſius oblatio, ne
prior eſſet oblatio eius repræſentatiua,q̃ oblatio realis,figura em̃ debet pręcedere
ueritatem,ſed repræſentatio ſubſequi,unde ſi uolumus miſſam Chriſti integrare,
complicanda eſt cœna in qua cõſecrauit,& crux in qua immolauit,& illa fuit per
fectiſſima miſſa,quia oblatio realis,cum in alijs miſſis idem corpus ſolum offera-
tur in myſterijs,ſine noua ſanguinis effuſione : Et Chriſtum immolaſſe neceſſa-
rio fatebitur Luther in ſua miſſa,quia miſſa ſit teſtamentum Chriſti,& teſtamen-
tum inuoluit mortem teſtatoris,itaq; teſtamentum Chriſti inuoluit mortem eius
in cruce,ubi obtulit corpus ſuum pro ſalute mundi.

Quod autem ad exemplum Chriſti nos limitat, diximus ab initio, quæ ſint in
Chriſto imitanda,nam nec ipſum Lutherum arbitror ita obtuſum, ut nos ad om-
nimodam actionem Chriſti redigat,ea potius ſeruemus,quæ ſeruanda mandauit:
Si quæ inſtituit,ea obſeruemus,quæ colũnæ eccleſiæ & ipſa eccleſia obſeruanda
tradidit,nam inſtitutũ a Chriſto in ſe eſt ſeruandum: Ritus tamẽ & modus utendi
poteſt ſucceſſu temporis augeri & mutari: Quod uerbis Chriſtus nõ indicaue-
rit oblationem,nõ contendimus,nã Euangeliſtæ cœnã dominicam deſcribentes,
rem geſtam & hiſtoriam curauerunt ſcribere, non huius uel alterius ſacramenti
formam: Et ad apoſtolos dicens: Accipite & manducate &c. non hortabat̃ eos ad
oblationẽ,ſed ad cõmunionem: Sed cum ſubderet: Hoc facite in meam comme-
morationem,plus indicat oblationis imitationem, licet utrunq; fiat in memoriam
Chriſti & communio & oblatio: Nec dabimus Luthero illa eſſe uerba promiſſio
nis,Quod pro uobis tradetur,qui pro uobis effundetur,nam priori capite oſtendi
mus illa fuiſſe uerba enunciatiua rei futuræ, non promiſſiua : Quod ſi etiam iſta
uerba eſſent promiſſoria,adhuc nihil obtineret Luther,quia adſunt & alia uerba,
quæ ad frequentationem huius ſacramenti & oblationem pertinent ſcz, hoc faci-
te in meam commemorationem,de quo ſuperius plura.

Stulta impudentia Lutheranorum reijcitur, qua negant idem poſſe recipi & offerri. Cap. VII.

ALia hæreticorum ratio eſt iſta. Idem ſimul recipi & offerri non poteſt,
nec ab eodem ſimul dari & accipi: Quomodo autem ſacerdos poteſt di-
ci offerre Euchariſtiam,quam ipſe totam ſumit: Eſt etenim natura ſacri
ficij,ut totũ deo offeratur, & nihil hominibus relinquat̃ : Cur ergo ſacerdotes pa-

nem & uinum totum comedunt, nihil relinquẽtes deo? nam hoc potius eſt auferre deo, & nobis dare, quam offerre deo. Eſt ergo repugnantia inter miſſam & ſacrificium, quia ſacrificium offertur, miſſa ſumitur.

Sereniſſim. rex Angliæ. Hanc rationem diluit Sereniſſimus rex Angliæ, quia in meraciſſimo ſe firmeſophiſmate, non enim repugnant offerre & ſumere, quod in ſacrificijs ueteris legis liquet, nam quod offerebatur comedebant ſacerdotes offerentes, non autem deus, ſicut ait per prophetam. Nunquid ego manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo Pſal. 24. Porro ſi Chriſtus & ſacerdos fuit & ſacrificium, cur non potuit inſtituere, ut ſacerdos hoſtiam offerret & ſumeret, adfert pro teſtibus Ambroſium, Gregorium, & Auguſtinum.

Certiſſimæ & ſolidæ huic ſolutioni obſtrepit Luther in ſua inuectione acerba in regem, & primo quidem de holocauſto Pſal. 50. de quo nihil ſumebat offerens, ſed totum cremabatur: Et fortius obijcit regi, ubi ſit in lege ullum ſacrificiũ, quod recipiebatur, & non totum penitus cremabatur, irridet poſtea regem, quia ea quæ ex agris afferebantur, exiſtimet offerri, ac ſi idem eſſet afferre & offerre.

Ad has ineptias reſpondi in Apologia pro rege, quia neſcit aliud ſacrificium quam holocauſtum, quod totum cremabatur, quid tunc de ſacrificijs pacificorũ, pro peccato, pro delicto? ſicut patet Leuitici ſecundo, tertio, quarto, quinto & ſexto capitulis, ut latius in Apologia, quia catholicus legens textum non poterit dubitare de uarietate ſacrificiorum, & quod non omnia ſacrificia fuerunt holocauſta. Et ut appareat omnibus quanta inſcitia ſacrarum literarum laboret Luther, cum negat ſacrificium ab offerente ſumi, adduco ei hiſtoriam, primi Regum ſecundo, ubi filij Heli, filij Belial, neſcientes dominum, neq; officium ſacerdotum, in hoc peccabant, quia antequam adolerent adipem, ueniebat puer ſacerdotis & dicebat immolanti, da mihi carnem ut coquam ſacerdoti, dicebatq; illi immolans, Incendatur primum iuxta morem hodie adeps & tolle tibi quantumcunq; deſyderat anima tua. infra: Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino, quia detrahebant homines ſacrificio domini, & uir dei dixit ad Heli. Dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael, quare calce abieciſtis uictimam meam & munera mea quæ præcepi, ut offerrentur in templo, & magis honoraſtis filios quã me, ut comederetis primicias omnis ſacrificij Iſrael populi mei, expende ſingula, deus fatetur ſe dediſſe omnia de ſacrificijs domui Aaron: indignatur ꝙ ſumerent ante oblationem: Contra Luther indignatur ꝙ ſumant oblata: Imo negat poſſe ſumi oblata. Quod ſi quibuſuis cauillis huic textui illuderet: addo, præter partem ſacrificiorum ſacerdotibus debitam ex ſacrificijs, ut præalligatis capitibus Leuitici liquet, textus apertiſſimos, quibus non poterit calumniam ſtruere, Leuitici ſeptimo, ubi deſcribit legem ſacrificij pro delicto, & ſubiungit: omnis maſculus de ſacerdotali genere in loco ſancto ueſcetur his carnibus, quia ſanctum ſanctorum eſt: Euadet Luther, qui maſculus comedet de carnibus non oblatis. Euaſio iſta nullum habet fucum, quia fruſtra præciperet eis ueſci in loco ſancto, niſi eſſent oblatæ, nec adderet, quia ſanctum ſanctorum, præterea loqui textum de oblatis, patet ex eo quod ſubditur. Ad ſacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit, ſacerdos qui offert holocauſti uictimam, habebit pellem eius. Dicat mihi Luther, quid habebit ſacerdos de ſacrificio pro peccato & pro delicto, an fumum & cineres tantũ? Cogitur fateri, idem primo oblatum deo, poſtea ſumi a ſacerdote offerente: quare mendacijs nititur Lutherus, communionem & oblationem repugnare inter ſe. Et ut iugulemus eum, adferatur alius locus eiuſdem cap. Omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula uel in ſartagine præparatur eius erit ſacerdotis a quo offertur, ſiue oleo conſperſa ſiue arida fuerit. Audis ne impie audis? ſacrificium ſimilæ eſt totum offerentis ſacerdotis, non pars; quid faciet ſa-

ciet ſacerdos, nõne ſumet & comedet? Et ne hiſcere queat aduerſarius, audiat ſecundum locũ ſequentem. Si uoto uel ſponte quiſpiã obtulerit hoſtiam, eadẽ edetur die: ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit, ueſci licitum eſt: quicquid aũt tertius inuenerit dies, ignis abſumet: Si quis de carnibus uictimę pacificorꝝ die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti. Cõtra nos apertiſſimos textus clamat Lutherus. Idem ſimul recipi & offerri non poteſt: ſacerdos non poteſt offerre, quod comedit. Quod ſi Lutherus pertinacius inſtet: Et ſi aliqua genera ſacrificiorum in uſum humanum uenerint ac cibum, non tamen holocauſtum, quod fuit perfectiſſimum ſacrificij genus: Ideo nec perfectiſſimum noſtrꝝ ſacrificium, quod refert figurã holocauſti, uenire debet in uſum cibi humanũ: Hęc iacula nos impendio repellimus, & primo dicimus. Quod holocauſtum nõ uenit in cibum hoĩs, non fuit, quia ratio ſacrificij cibo repugnet (nam ſic omni ſacrificio repugnaret) nam idem prius poterit eſſe ſacrificium & poſtea cibus ut diximus: ſed quia holocauſtum ex modo ſuæ oblationis, cum totum cremabatur, fiebat ineptũ uſui humano, niſi quis cineribus pateretur ſe repleri. Secundo dicimus uere quidem holocauſtum figurale fuiſſe materiali igne abſumptum: at hoc de holocauſto uere ſentire Iudaicam exuperaret impietatem: Quam gratus eſt Luther Chriſto & morti eius, qui non contentus flagris, cruce, ſpinis, clauis & lancea, niſi & igne admoto corpus Chriſti exureret, id quod Iudæi non ſemel cum euchariſtia facere conati ſunt: at nos authoritatem ſcripturæ & eccleſiæ ſequentes dicimus, holocauſtum noſtrum torrere nõ rogo, non ſtrue lignorꝝ, ſed igne Charitatis in ara crucis totum flagrauit, maiorem hanc dilectionẽ nemo habet, quã ut animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis: Sicut Hieremias aſſimilat ſermonem dñi: Hiere. 20. Et factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq; in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens: quanto plus excellentiſſima charitas Chriſti facta fuit ut ignis exæſtuans, cum ira ardenter ſitiret ſalutẽ generis humani: Ipſe eñ quaſi ignis conflans, Malach. 3. Sic ergo erit ſpiritale holocauſtum, ſpiritali etiã igne cremabatur, nec eſt qui abſcondat ſe a calore eius Pſal. 18. De tali igne loquebatur S. Iohãnes. Ille uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Hoc ergo noſtrꝝ eſt holocauſtũ, hoc iuge noſtrꝝ ſacrificium, hoc pacificorꝝ hoſtia, hoc ſacrificium, pro peccato & delicto noſtro: fateatur ergo Luther idem primo eſſe ſacrificium & deinde cibũ noſtrum, ut agnus paſchalis, Exo. 12. panes propoſitionis, Leuit. 24.

Quod uero clamat Luther, Id quod detur a deo, non offerri deo, diximus in alia dilutione: Quod uero negat primicias frugũ ex agris offerri, ſed afferri tantũ, confutauimus: cũ Nume. 5. oblationem teſtetur textus, ſic enim ibi legĩt. Omnes quoq; primiciæ, quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinent: & quicquid in ſanctuarium offertur a ſingulis & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit: & ne cauilleris eſſe uiciũ ſcriptoris, offertur pro affertur, Hebraica ueritas te repellit, quæ utitur hoc uerbo יקריבו ſimiliter & LXX. in æditione Græca legunt προσφέρωσ; quare in re tam ſeria contra ſumma fidei noſtrę myſteria nihil niſi inanes cauillos, leuiſq; nugas ſcabra affert mendacia, & ſophiſmata captioſiſſima.

Miſſa & ſi ſit memoria ſacrificij, poteſt tamen eſſe ſacrificium, contra Lutherum, Zuuinglium, & Vrbanum. Cap. VIII.

INſolentius aũt & hanc quoq; paſſim iactant rationem hæretici. Memoria rei non eſt res: ſed miſſa omnium ſentencia eſt ſolum memoria ſacrificij Chriſti: Itaq; nõ erit ſacrificium, ſemel eñ oblatus eſt Chriſtus, noluit deinceps rurſus offerri, ſed memoriã oblationis ſuæ uoluit a credẽtib. fieri. Zuuinglius ſic reſpondet ad ſanctos patres. Nõ quidẽ eos uoluiſſe miſſam eſſe ſacrificiũ,

Homil. 17

ſed memoriã ſacrificij:citat Chryſoſtomum qui ſuper epiſtola ad Hebrę, ſic inq̄t.
Nõne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidẽ,ſed recordationem facientes
mortis eius,& una eſt hęc hoſtia,nõ multę. Quõ una eſt,& non multę? Et quia ſe
mel oblata eſt illa,oblata eſt in ſancta ſanctoꝝ. Hoc aũt ſacrificium exemplar eſt il
lius,idipſum ſemper offerimus,nec nunc quidẽ alium agnum,craſtina alium, ſed
ſemper idipſum. Proinde unum eſt hoc ſacrificium: alioquin hac ratione, quoniã
in multis locis offerẽ,multi ſunt Chriſti? Nequaq̃,ſed unus ubiqꝫ eſt Chriſtus, &
hic plenus exiſtens,& illic plenus,unũ corpus:ſicut em̃ qui ubiqꝫ offerẽ unũ cor-
pus eſt,nõ multa corpora,ita etiã & unũ ſacrificiũ. Pontifex aũt noſter ille eſt,qui
hoſtiã mundantẽ nos,obtulit:ipſã offerimus & nunc quę tunc oblata quidẽ,cõſu
mi nõ põt. Hoc aũt q̄d nos facimus, in cõmemorationẽ quidẽ fit eius qđ factũ eſt:
hoc em̃ facite,inq̄t,in meã cõmemorationem:non aliud ſacrificium ſicut pontifex,
ſed idipſum ſemper facimus, magis aũt recordationẽ ſacrificij operamur. Iuuare
3 poſſem eoꝝ impietatem,q̃m ipſi etiam ſcholaſtici doctores,& eoꝝ anteſignanus
Thomas de Aquino,hoc fatenẽ. Nã in tercia parte ſũ.q.83.declaraturus celebrati
onẽ Euchariſtiæ eſſe immolationem Chriſti inquit. Sicut dicit Aug. ad Simplici-
um, Solent imagines eaꝝ rerum noĩbus appellari,quaꝝ ſunt imagines: ſicut cum
intuentes tabulam aut parietẽ pictum,dicimus,ille Cicero eſt,ille Saluſtius. Cele-
bratio autẽ huius ſacramenti imago quædã eſt repræſentatiua paſſionis Chriſti,
quæ eſt uera immolatio:ideo & celebratio huius ſacramenti dicitẽ immolatio Chri
ſti. Ex quo ſic ratiocinamur. Pictus homo non eſt homo,nec pictus Cicero eſt Ci
cero. Itaqꝫ miſſa non eſt oblatio,quia ſimiliter ſolum eſt imago immolationis iuxta
4 dictã declarationem. Confirmat Zuuinglius etiã ex eo quia quod ueteres miſſã
dixerunt oblationẽ, hoc nõ alia ratione factũ eſt,q̃ ſicut hodie celebramus Natalẽ
aut reſurrectionẽ Chriſti:ſed iſta celebratione non facimus Chriſtum denuo na-
ſci,neqꝫ denuo reſurgere: ergo & cõmemoratione oblationis a Chriſto factæ, nõ
5 iterum eum offerimus. Præterea cum Euchariſtia ſolum ſit ſignum adiectum pro
confirmatione diuinę promiſſionis nobis factæ de remiſſione peccatoꝝ noſtroꝝ:
non uidetẽ quomodo poſſit eſſe ſacrificium & ſimul ſignum promiſſionis: Simile
6 eſt huic, quod ſcholaſtici & ſermocinarij dicunt Euchariſtiã eſſe arram & quaſi
pignus futuræ beatitudinis,iuxta quod ſolent canere in feſto eius, eodẽ Thoma
Aquinate authore. O ſacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitẽ,recolitur memo
ria paſſionis eius,mens impletur gratia, & futuræ nobis gloriæ pignus datur. Si
ergo eſt pignus,quomodo poterit eſſe ſacrificium?

Ad illa oĩa per ordinẽ reſpondemus:primo aperiendo falſam intelligentiã hęre
ticoꝝ,unde eos labi contingat,nam in foribus mox delinquunt, qñ miſſam uolũt
eſſe repręſentationem cœnæ dominicæ,quod eſt falſiſſimum:nõ enim res magna
foret,ut Chriſtus ſui cõuiuij nobis memoriale relinqueret,ſed miſſa memoria eſt
paſſionis & mortis Chriſti,& in huius amoris memoriã nobis reliquit:Ideo in Eu
chariſtiæ inſtitutione meminit traditionis & ſanguinis effuſionis, id qđ ſuperius
quoqꝫ docuimus:Vnde apparet quã ſtulte faciant,qui reiecto nomine miſſæ offici
um illud celebre cœnam dñi appellant. Secundo iuxta priora intelligere oportet,
miſſam non eſſe nudã memoriam,paſſionis & oblationis Chriſti: quia ſic pictura
eſt eius repręſentatiua, aut deuota meditatio, aut actio ſimilis ſicut in die paraſce-
ues:ſed ultra memoriale eſt ſolennis repræſentatio, & noua oblatio hoſtiæ obla-
tæ in cruce. Tertio id quoqꝫ menti inſideat, licet eadem hoſtia quæ offertur in
miſſa & in cruce,ſed non idem modus offerendi:quare alia ratione eſt ueritas, alia
ratione eſt memoria: Veritas eſt in hoſtia,in ſacrificio; ſed modi offerendi memo
ria eſt & repræſentatio, quibus ſic præmiſſis diluamus obiecta. Primo cum aſſu-
mit miſſa eſt memoria oblationis, ergo non eſt oblatio. Dicimus, licet miſſa ſit
memo-

memoria,non tñ eſt tantum memoria,ſed etiã ueritas: Ideo illatio nõ ualet: Porro miſſa eſt memoria q̃ ad modum offerendi, & ſic certe nõ eſt illa oblatio, ſed eius memoria,q̃a quaſi in infinitũ differunt in acceptatione diuina modus offerendi in cruce,& modus offerendi in miſſa;ideo cum miſſæ oblatio ſit finiti ualoris,& plures miſſæ ſimul fiunt,etiã in eodem templo,etiã pro eadẽ perſona:ubi unica oblatio in cruce pro oĩbus ſatisfaciebat,de quo plura in alia ratione,quis ſit effectus oblationis in miſſa: Iã ergo liquet non eſſe abſurdũ,ex memoria prioris ſacrificij Chriſti fieri ſacrificium ſecundũ ritum Melchiſedec,tp̃e poſterius: Ad Chryſo.dicim9 quod proculdubio ipſe ſenſit miſſam eſſe ſacrificium,quod liquet ex formula ſua miſſandi,qua in hunc diẽ Græci familiarius utunt̃,ex homil.51.ſuper Matt.& homil.83.ibidẽ ex homil.2.ſuper 2.ad Timoth.& homil.60.ad populum Antiochenum,& homil.69.Quod aũt hic citant Chryſo. ſuper Epiſt.ad Hebræ. maxime ſuſcipimus uerba eius, quoniã nullibi alias & expreſſius & ſæpius affirmat nos in miſſa offerre quã hic.Sed ad hoc non aſpicit Zuuinglius,ſed ſolũ unde lædat:oſſendit̃ ergo quod Chryſo. dicit eſſe memoriam ſacrificij Chriſti & recordationẽ: at nos adeo ueneramur hæc uerba, ut negemus eum catholicũ eſſe qui illa negare auſit:Et recte quidem dicit nos magis recordationẽ ſacrificij operari,q̃m & ſi in miſſa fiat oblatio Euchariſtiæ,quæ ſuos habet effectus: tñ nullius ualoris eſſet oblatio,niſi in uirtute oblationis in cruce factæ,cuius eſt memoria,a deo acceptaret̃, de quo infra.Sed hoc decipit Zuuinglium, quia ſeductus a Luthero certis regulis lacerat ſcripturas ac dicta patrũ:Sicuti & iſte mos eſt Lutheri,cum locũ aliquẽ habet ſcripturæ,ſine excluſione prolatũ,mox eum in anguſtias contrahit & coarctat,adiecto excludendi ſigno:Vt nõ fruſtra eum irrideat Cochlæus noſter & ſolarium theologum nuncupet:ſcriptura enim dicente fides iuſtificat,Corruptor ſacrarum literarum ſtatim deprauauit,eliciẽs hanc.Sola fides iuſtificat: hũc deprauandi modũ imitatus Zuuinglius, dũ Chriſoſt. legeret dicere miſſam eſſe memoriã & recordationem oblationis Chriſti:cõfeſtim intulit,miſſam eſſe ſolã recordationẽ, quã illationem deſtruximus in pambulis,non ergo cogat uel Luther uel Zuuinglius ſcripturas & dicta patrum in hos angulos excluſionis.

Cochlæus

Zuuinglius

At iterum de S.Thoma,dicimus hæreticos nondum ꝓtuliſſe iſtũ locum in medium,quẽ ſi habuiſſent,Stentoris uoce ꝓ uictoria inſonuiſſent:at nos eos ꝑuenimus hæreticos,& intelligentia uerborum Thomæ liquet ex tertio pambulo, nã duplicẽ modũ ponit Thomas,quo miſſa poſſit eſſe ſacrificiũ, primus per ſolã repræſentationẽ oblationis factæ in cruce,ſic uerum eſt miſſam non eſſe oblationẽ,ſed memoriã eius,ſicut nec pictus homo eſt homo, Secundus eſt quantũ ad effectum paſſionis dñicæ cuius efficimur participes hoc officio,& ſic eſt ueritas & uera oblatio in ſe, & tunc illatio non procedit, pro utroq; modo citat quandã orationem Eccleſiæ in ſecreta dñicæ.Quoties huius hoſtiæ cõmemoratio celebrat̃, opus noſtræ redemptionis exercet̃.Habes ergo unde oblatio miſſæ imagini, unde ueritati reſpondeat.Et quod hæc & non alia ſit S.Thomæ mens,liquet ex eo, quod ad primum modum affirmat Chriſtum dici immolari,non ſolũ in miſſa , ſed etiam in figuris ueteris teſtamenti,citat ad hoc illud Apoc.14. Quorum nomina non ſunt ſcripta in libro uitæ & agni,qui occiſus eſt ab origine mundi.

Ad quartum reſpondemus annuã nos agere cõmemorationẽ in die paraſceues mortis Chriſti,ſicut natiuitatis,reſurrectionis & aſcenſionis, & de illo rememorationis die argumentũ currit paribus pedibus,unde in die reſurrectionis nõ facim9 Chriſtũ denuo reſurgere,ſic neq; in die paraſceues facimus eum denuo mori,ſed religioſa pietate gratias agimus deo de tot & tantis redemptionis nr̃æ ſacramentis. At cũ ſophiſtice ſe cõuertit a die paraſceues ad officium miſſæ:nugatur impie, nã aliter fit memoria paſſionis & mortis Chriſti in die paraſceues,aliter in miſſa:In die

paraſceues meditanda proponit Eccleſia fidelibus geſta eiuſdē diei, ſicut quoli-
bet alio die feſto, ſed in miſſa ita fit memoria oblationis Chriſti, ut ipſe iterum offe
ratur deo patri, licet alio modo, quā in cruce fuerit oblatus: Ideo ſuperuacue uere
tur Luther cum ſuis ſectarijs, ne Chriſtus iterum crucifigat̃. Seponant hunc timo
rem myſterioꝝ imperiti, nec crucem, nec clauos, nec lanceam ſentit Chriſtus in
oblatione, ſed iuge deſyderium Eccleſiæ anhelantis ingredi poſt ſponſum ad ſan-
cta ſanctoꝝ. In forma argumenti ſuſtine uſq; ad ultimā illationem. Ergo & cōme-
moratione oblationis Chriſti eum non iteꝝ offerimus, dicas eo modo quo prius
uere oblatus fuit in cruce: Sic aſſentimur: Si uero ad myſticā oblationem reſpicias,
ſic negamus, qm̄ huius eſt ueritas, alterius eſt repręſentatio in hoc officio.

Id quod de ſigno aſſumit eſt nugaciſſimum, nam adeo ſignū & ſacrificium nō
repugnant, ut omne ſacrificium ueteris legis ſimul etiā ſignum fuerit & ſacrificiū,
ut de agno paſchali, de holocauſto, pacificis, iugi ſacrificio & cætera. Porro ſic eu-
chariſtia eſt ſignum, quod etiam ſit res, nam & ſi ſpecies uiſibiles panis & uini ſigna
ſint tantum, tamen corpus & ſanguis ſunt res, & ideo cum alia ſacramenta ſigna
ſint ſolummodo gratiæ, euchariſtia non ſolum ſignificat, ſed etiam continet grati-
am, unde plures effectus promanant & fructus uberrimi, de quo alias plura, nec
debet Luther impie extollere uerba promiſſionis ultra ſigna euchariſtiæ, nam
uerba promiſſionis, non ita continent (ſed ſolum ſignificant) gratuitum dei effe-
ctum, ſicut ſigna ipſum continent: Tantum enim promouit inſania in Luthero,
1 ut in has prorumperet impietatis uoces. In hoc ſacramento magis attendenda
2 ſunt uerba promiſſionis, quam corpus & ſanguis Chriſti. Attendentes magis ſa-
3 cramentum quam uerba promiſſionis perdunt fidem. Conſyderatio per fidem
quare Chriſtus ibi eſt, obliuiſci facit tam adorationis huius ſacramenti, quam re-
4 uerentiæ exhibitionis. Habeat fidelis ſacramentum pro ſigno promiſſionis, & ſo
5 lum attendat uerba promiſſionis & occupetur circa promiſſa: & non curet an ſit
ibi anima uel diuinitas, nec cogitet de reuerentia exhibenda ſacramento. Hæc
portenta Taulerina attulit nobis Ludder cum ſuis uerbis promiſſionis; Nam &
ſi conſecratio euchariſtiæ non fiat ſine uerborum forma, tamen efferre uerba te-
ſtatoris (ut more Lutheri loquar) ultra ipſum teſtatorem, quanta hæc dementia?
adde quod nos negauimus formam uerborum huius Sacramenti eſſe promiſſo-
riam, ſed enunciatiuam: Sed hoc omne ſuperat delyrum, quod uult fidelem occu-
pari duntaxat circa uerba promiſſionis, & non circa corpus & ſanguinem Chri-
ſti, cum tota intentio Chriſti contrarium doceat, noluit enim in hoc nos eſſe nomi
nales, ſed ad res geſtas remiſit, ut mens intenta eſſet circa paſſionē Chriſti & mor-
tem. Hoc inquit facite in meam commemorationem: Et Paulus inquit: Quo-
tieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annun-
ciabitis, donec ueniat, hic te magiſter, hic te Apoſtolus docet in quo debeas occu
pari, quare nullus fidelis aurem præbeat Luddero, qui docet illa negligere, & no
ua proponit curanda & attendenda, nam ſi Luthero credideris, libros continen-
tes uerba promiſſionis adorabis, & uenerabile ſacramentum euchariſtiæ negli-
ges, ſicut a multis Lutheranis, proh pudor Euchariſtia deſpectius quā a Thurca
tractatur, nam ſi anima fidelis hæc meditat̃, quæ dominus præcepit & Apoſto-
lus docuit, quō non ædificaret̃, conſyderans Chriſtum tam bonum, ſuauē, miſeri-
cordem & liberalem, ut cum in forma dei eſſet, ut nos redimeret, exinaniuit ſeipſū
formā ſerui accipiens, factus obediēs uſq; ad mortē: Quis pro tanto amore Chriſti
non accēderet̃ ad redamandum eum, ad ſperandum in eo, ad dulciter inhærendū
ei: Si em̄ ita Chriſto adhæſerimus & eum ſuper oīa pure dilexerimus, nulla certe
aut minima nobis cura adhibenda eſt promiſſionū: Seruoꝝ eſt propter promiſſio
nes ſeruire domino, liberoꝝ eſt propter ſuauem charitatem obedire dn̄is: Vnde

ſi Luthe-

ſi Lutheri praua monita ſectabimur,& ſacramentum & rem ſacramenti una cum
promiſſionibus diuinis amittemus,qui enim reſpicit ad promiſſiones mercenari
us eſt,ſed qui obtuitu amoris in omnibus morẽ gerit,hic filius eſt & hæres.Quod
poſtremo de pignore affert,nullius eſt momenti, nam & ſi euchariſtia pignus ſit
nobis a deo datum uitæ æternæ,tamen quando reddimus deo in miſſa eſt ſacrifi-
cium.Itaqꝫ eadem res eſt pignus & ſacrificium:pignus quando datur,ſacrificium
quando redditur.

Oſtenditur illa non eſſe connexa,oblationem Euchari-ſtiæ & communionem. Cap. IX.

COrradunt hæretici ubi poſſunt,quæ fucis illita eoꝝ errorem rudibus ap
parentem faciant:Vnde etiam has afferunt ineptias: Layci & ſimiliter in-
firmi ſumentes euchariſtiã non dicunt ſacrificare, ſed ſolum cõmunio-
nem ſumere,& nihil plus uidet facere ſacerdos celebrans ultra conſecrationẽ,qua-
re nec ille cenſebitur ſacrificare:Corroboratur ex eo quod apoſtoli perdurantes
unanimiter in templo,& frangentes circa domos panem,ſumebant cibum cũ ex-
ultatione,quod ſi ſacrificium fuiſſet euchariſtia, ſicut perſeuerabant in templo o-
rantes,ita & in templo ſacrificaſſent, & non in domo priuata & prophana: Hoc
idem factum Chriſti indicat,qui non in templo(ubi ſacrificia ſolent offerri) ſacra-
mentum inſtituit,ſed in cœna ſuper menſam in conuiuio. Confirmãt etiam ex eo
quia tam acceptum ſacrificium obtulit Chriſtus & tam perfectum, ut non fuerit
neceſſe aliud ſacrificium uel per apoſtolos uel per eccleſiam offerri,eo quod deus
omnino placatus ſit nobis morte filij ſui, nullo alio ſacrificio placandus. Addunt
quod nitentes ſacrificare,faciunt iniuriam Chriſto, quaſi ipſe nos non ſufficienter
redemerit, aut ſuum ſacrificium non fuerit ſufficiens, ſed primum expleatur &
ſuppleatur per ſacrificium noſtrum,quod omnino eſt abſurdum & perfectiſſime
redemptori noſtro iniurioſum.

Ad iſta reſpondemus,& primo quidẽ fatemur,per ſumptionem nõ offerri Eu
chariſtiam,quia eſus ſacrificij eſt poſterior oblatione: Ideo nõ ſolum layci,ſed nec
ſacerdotes in miſſa uel extra miſſam ſumendo offerunt,ſed oblatio euchariſtiæ eſt
poſterior conſecratione & prior cõmunione,quando miniſter celebrans in perſo-
na eccleſiæ dicit.Vnde & memores domine nos ſerui tui &c.offerimus præclaræ
maieſtati tuæ de tuis donis ac datis &c.Supra quæ propicio ac ſereno uultu reſpi
cere digneris & accepta habere,infra.Supplices te rogamus omnipotens deus,iu-
be hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu
diuinæ maieſtatis tuæ &c.Quod ex ueteri teſtamento etiam fit perſpicuum, cum
prius fiebat oblatio,& dein oblata comedebantur,aliqua a ſolis ſacerdotibus,aliqua
etiam ab ipſis laycis,licet nõ habeamus ex ſcripturis, an ſacerdotes certa uerboꝝ
forma ſacrificauerint,aut ſolo incenſo aut eleuatione in loco ſancto, & ita ipſa ex-
hibitione rei,facta fuerit oblatio,quare mirum eſt Lutherum non rubere de tam
infantili cauillo. Layci dum ſumunt euchariſtiam,non ſacrificant, ergo nec ſacer-
dotes in miſſa,quaſi ſacerdos nõ aliud ageret,quã ſumere ſacramentũ in miſſa.

Per idẽ reſpondetur ad illud ex Actis apoſtoloꝝ: fractio enim illa panis circa
domos in exordio naſcentis eccleſiæ erat exhibitio ſeu traditio euchariſtiæ ſumen-
dæ,nam hoc ſignificat frangere panem in ſcripturis,iuxta illud, frange eſurienti pa
nem tuum Eſaię quinquageſimo octauo:Hoc eſt diſtribue,impartire,unde riden
da eſt Hiebmaiers & aliquoꝝ aliorum hæreticorum inſcitia, qui cum legant de
euchariſtia in ſcripturis, quod exprimat per fractionẽ panis, exiſtimauerunt non
per multas hoſtias conſecrandam euchariſtiam,ſed integro pane conſecrato,fran
gatur poſtea per partes uolentibus ſumere, adeo procliues ſunt hæretici ad obſer

uantiam eccleſię deſtruendā, etiam ſi neſciant quid uerba apud grāmaticos in ſcripturis ſignificent: fatemur ergo apoſtolos circa domos fregiſſe panem, id eſt, diſtribuiſſe eucharistiam, quia ſumptio non eſt ſacrificium, ſed quod apoſtoli prius nō obtulerint eucharistiam, poſt eius conſecrationē, hoc oſtendere nequit hæreticus. Et licet circa domos fregerint apoſtoli panem, tamen ex hoc non probauit hæreticus nullas habitationes in illis domibus fuiſſe conſecratas: Veriſimilius eſt apoſtolos conſecraſſe & obtuliſſe in locis ſacris & dedicatis iuxta ſpiritusſancti inſtructionem, nam antequam Chriſtiani permitterentur habere publica templa, & apoſtoli & ſancti pontifices ſolebant domos priuatas in eccleſias conſecrare, aut aliquā habitationem domus, ut de S. Cæcilia, S. Hylaria, S. Lucina & alijs conſtat, nihil ergo ex hoc probabis.

Porro nihil prouincit aduerſarius ex facto Chriſti, quia nec templū eſt neceſſarium ad oblationem, cum alioquin maximū ſacrificium mundi, etiā hæreticis fatētibus, nō fuiſſet ſacrificium, oblatio ſcilicet Chriſti in ara crucis, non eñ in templo Chriſtus crucifixus eſt & mortuus, ſed in monte caluariæ in Golgatha: Porro qđ Chriſtus admirabile illud ſacramentū in cœnaculo inſtituit, non in templo: ratio congruitatis eſt obuia, quia uolens finē oſtendere ueteris legis, ceſſationem legalis ſacrificij, ſe uerū eſſe agnum paſchalem qui tolleret peccata mundi, quodq; nouum iam inſtitueret teſtamentum, hæc fecerunt, ut poſt cœnam agni paſchalis, mox ſaluberrimum hoc inſtitueret ſacramentum.

Confirmatio aūt rationis ultro ſe prodit, nam ipſi non negamus, tam perfectū fuiſſe ſacrificium Chriſti, ut non ſit neceſſe aliud offerri per eccleſiam, non enim aliud, ſed illud idem ſacrificium offert ſacerdos in miſſa, quod Chriſtus, licet non eodem modo, ut in ſuperioribus diximus: Vnicum aūt eſt hodie & iuge ſacrificiū in eccleſia externum, pro tot & uarijs ueteris legis ſacrificijs: Sed quod ex duobus in contrarium pugnat, ſcilicet, quia deus ſit nobis placatus: Et quia ſacrificium illud fuit ſufficientiſſimū, ideo addere huic oblationi ſit iniuriari Chriſto. Reſpondeo hoc argumentum æque militat contra baptiſmum, pœnitentiam, fidem, præcepta & omnia: Nam dicet quis more hæreticorū. Deus eſt nobis placatus morte filij ſui, & ſacrificium ſuum fuit ſufficientiſſimum: Ideo iniuriam facio, exiſtimando baptiſmum neceſſarium, aut pœnitentiam, aut fidem &c. quia quod deeſt ſarcrificio CHRISTI, ſupplet fides, baptiſmus, pœnitentia &c. Et quomodocunq; diluet hæreticus hoc obiectum de fide & baptiſmo, ſimiliter nos diluemus de miſſa. Si dixerit, ſacrificium Chriſti eſſe in ſe ſufficientiſſimum, tamen fides ſit neceſſaria ad hoc quod fiat particeps huius ſufficientiæ, ſimiliter baptiſmus, pęnitentia &c. Nihil moramur, quoniam & nos dicimus ſacrificium Chriſti in ſe eſſe ſufficientiſſimum, tamen huius fontalis plenitudinis efficiuntur participes catholici per ſacramenta, per fidem, per obſeruantiam mandatorum dei: nam per iſta quaſi per cannales applicantur merita paſſionis Chriſti fidelibus, ſcilicet per ſacramenta, per miſſas, per orationes, per bona opera.

Et cū inquis, Deus eſt placatus per paſſionem filij, hoc poſſet referri ad peccatum primi parentis, unde totū genus humanū erat excluſum a regno cœlorum, ſed ꝓpter peccata particularia, quæ quotidie cōmittimus, deum iterū facimus nobis iratū: Sed eſto in uniuerſum accipiatꝰ, ſicut credo debere accipi, quia nemo potuit ſatisfacere ꝓ peccato niſi Chriſtus: Itaq; deū fecit nobis placatū, uerꝫ eſt nobis qui curamus nos effici participes huius paſſionis per ſacramenta, fidem &c. nam ethnico non credenti, non placatus eſt deus ſuper peccato originali uel actuali, quia nō reddit ſe participem illius paſſionis: Non eñ ſufficit eſſe bonā medicinā, niſi applicetꝰ debite infirmo, ut medicina operetꝰ ſanitatē: Sic non prodeſt medici noſtri Chriſti ſufficientia, niſi applicetur, q̃d fit modis prædictis, & hoc rotunde

dixerunt

dixerunt Theologi noſtri. Chriſtus pro omnibus paſſus eſt, & omnibus meruit ſufficienter, ſed non omnibus efficaciter: Vbi autem paſſio Chriſti habuerit efficaciam, docet ipſe apud Iohannem. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, ꝙ ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Ergo pro amicis eſt efficax paſſio Chriſti, & q ſint amici, ſubdit. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis, ergo: obſeruantes pręcepta dei, participes fiunt meritorum Chriſti: Ideo liquet ꝙ impie ſeducant hæretici ſimplicẽ plebeculã prædicando, Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt, pro nobis ſatiſfecit, pro nobis ſacrificauit, quare non eſt opus nos ſatiſfacere, nos offerre: Nam Chriſtus & pro Iudæo, pro Thurca, pro Iuda, pro damnatis Chriſtianis eadem fecit, & tamen miſſi ſunt in ignem æternum: Dicunt iſti non crediderunt, ego credo: & dæmones credunt & contremiſcunt: Oſtendas ſolam fidem ſufficere: Contrarium docuit me apoſtolus Paulus: Si fidem exiſtimas neceſſariam ultra paſſionem Chriſti: cur & alia in ſcripturis præcepta, etiam non agnoſcis pari ratione neceſſaria.

Sic cauillus de ſufficientia & iniuria ſponte ruit: ſicut enim per baptiſmum nihil derogatur ſufficientiæ, & ſacrificio Chriſti nulla fit iniuria, quia & baptiſmus omnem ſuam efficaciam habet a merito paſſionis Chriſti: unde omnis perfectio baptiſmi in laudẽ & meritum paſſionis referatur neceſſe eſt: Sic & de ſacrificio altaris dico. Nam quod Chriſtus meruit in paſſione ſua Eccleſiæ in plenitudine: Hoc quaſi per partes diſtribuit per ſacramenta, per fidem, per orationes, per bona opera, per clauium poteſtatem &c. Ergo ſine iniuria perfectiſſimi ſacrificij in cruce, idem Chriſtus offertur in miſſa: & quod in cruce offerendo meruit in quadam plenitudine: hoc idem per partes finite applicatur per ſacrificium miſſæ: Vnde etiam ſacrificium miſſæ omnem efficaciam & uirtutem habet merito ſacrificij in cruce facti, quare omnis laus miſſę redundat in honorem & laudem paſſionis Chriſti: Ideo fruſtra ſe fatigant hæretici his captiunculis decipientes populum, ac ſi ſacrificium miſſæ cederet in contumeliam ſacrificij crucis: Et licet aduerſarij ita argumententur, quaſi non eſſet alius effectus huius ſacrificij, ꝙ placare deum offenſum, tamen multi etiam alij ſunt effectus huius ſacramenti & ſacrificij, quia ſacrificio iſto ſatisfacimus pro peccatorum pœnis tam pro uiuis ꝙ mortuis: proderit ſacrificium miſſæ ad ampliorem donorum diuinorum conſecutionem, confert ad liberationem imminentium periculorũ, ſcilicet a peſte, bello, fame, tempeſtate etc. offerimus in miſſa pro ſalute corporis & animę. Gratias agimus deo pro acceptis beneficijs: In præſenti uita digne offerenti confertur gratia, & in futuro adipiſcitur gloriam æternam. Cõfert ad præſeruationem a futuris peccatis: ſed quorſum rapti ſumus, non eſt inſtituti noſtri explicare fructus ſacrificij miſſæ, ſed aſſerere ipſum ſacrificium: Si quis tamen cupiat plene ſcire effectus ſacrificij miſſę, uideat Henricum Gorcheim in tractatu de effectibus Euchariſtię, & Gabrielem Biel ſuper Canone miſſæ lection. 26. & 36. Iacula ergo illa hæreticorum ſunt inania, & ſacrificium miſſę omnino nihil lędentia.

Sacrificia noui teſtamenti non ſolum ſunt interna contra hæreticos. Cap. X.

INdurati corde hęretici pertinaciter adhuc inſtant, ut expugnent caſtra dei uiuentis: & licet armis exuti ſint, tela eorꝫ fracta: tamen uel mordicus dẽtibus laniant: Vnde ſuperioribus hanc quoq; adijciunt rationẽ: quia ſicut adorare ſolum oportet deum in ſpiritu & ueritate, in nouo teſtamẽto, ſicut dixit Chriſtus Chananeę. Venit hora & nunc eſt quando ueri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu & ueritate: Ita contendit hęreticus ſacrificia noui teſta. ſolum eſſe Iohan. 4.

interna & ſpiritalia: Et pro hoc confirmando inducũt ſcripturas: nam Apoſtolus
Roma.12. ad Ro.12. inquit: Obſecro itaqꝫ uos fratres per miſericordiã dei, ut exhibeatis cor-
pora ueſtra hoſtiam uiuẽtem, ſanctam, deo placentẽ, rationabile obſequiũ ueſtrũ.
Additio. Eſt ergo ſacrificiũ noui teſtamenti corpus cuiuſqꝫ fidelis, exhibitum deo in hoſtiã
Sic ille Nero- uiuentẽ: unde non eſt neceſſe catholicũ quærere ſacrificium extra ſe: Cõfirmant
bergen. Oſian hoc uerba Petri.1.Pet.2. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ uiuũ, ab hominib. quidẽ repro-
der torquet lo batũ, a deo autẽ electũ & honorificatum: & ipſi tanq̃ lapides uiui ſuperædificami-
cum. ni domos ſpiritales in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales hoſtias acceptabi
Malach.1. les deo per Ieſum Chriſtũ. Hic Petrum nõ loqui de ſacrificio miſſæ ex eo liquet,
q̊d inquit, ſpiritales hoſtias: una enim eſt hoſtia oĩm miſſaꝝ: ſed quilibet fidelis
ſuas oblationes peculiares & plures offert deo: quaꝝ meminit Paulus ad Heb.13.
Per ipſum (Ieſum) ergo offeramus hoſtiam laudis deo ſemper, hoc eſt, fructum la
bioꝝ confitentium nomini eius: Beneficentiæ aũt & cõmunionis nolite obliuiſci,
talibus.n. hoſtijs promeref deus. Hic tres ſpecies hoſtiaꝝ explicat Apoſtolus.ſ. cõ
feſſionẽ laudis: Beneficenciã, & cõmunionẽ: Et ꝙ iſta ſint ſacrificia no. teſta. patet
Pſal.49. Vbi poſtq̃ prædixit ceſſationem legaliũ. Non in ſacrificijs tuis arguã te:
Non accipiam de domo tua uitulos &c. ſubdit de ſacrificio nouæ legis. Immola
deo ſacrificiũ laudis, & redde altiſſimo uota tua: & inuoca me in die tribulatio-
nis &c. liquet iam cõfeſſionem laudis & orationes ad deũ, eſſe ſacrificia euangeli-
ca. Ita dicebat Pſal.4. Sacrificate ſacrificium iuſticiæ, & ſperate in dño, & Pſal.50
Qm̃ ſi uoluiſſes ſacrificiũ, dediſſem utiqꝫ holocauſtis nõ delectaberis: Quod in ſpi-
ritu Dauid dixit, nõ pro lege tunc currente, quia ſic uolebat ſacrificia, quia præce-
pit: modo præceptum eſt ſignum uoluntatis diuinæ: quare iſta uerba referenda
ſunt ad legem euangelij: de cuius ſacrificio ſequif: Sacrificium deo, ſpũs contribu-
latus, cor contritum & humiliatum non deſpicies: Nulla autem fit mentio in nouo
Oſee.6. teſtamen. quam de illis ſpiritalibus hoſtijs, quod & Oſeas præuidit. Miſericordiã
uolo & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus quam holocauſta. Ad quæ uerba in
telligenda, Chriſtus (in quo ſacrificia ueteris legis finiebantur) adhortatur. Euntes
Math.9. diſcite, quid eſt, miſericordiam uolo: Et illud ſacrificium internum ſpiritale eſſe
deo acceptiſſimum, patet ex allegato Pſal.49. Dicit Dauid in perſona dei, ſacrifi-
cium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

Ad hæc quæ paulo ornatius & robuſtius adduximus, q̃a hæretici faciant, facile
reſpondemus: Initioqꝫ fatemur uera eſſe quæ adducta ſunt, illaqꝫ ſacrificia eſſe ſpi
ritalia minime negamus, ſed per hoc inferre deſtructionem ſacrificij miſſæ, peni-
tus cõtradicimus, & magnam oſcitantiam indicat hæreticoꝝ nõ intellectæ ſcriptu
ræ, nam iſta ſacrificia ſpiritalia noui teſtamenti admittimus, ſed nõ peculiaria huic
ſed communia tam lege naturæ q̃ ſcriptæ & euangelicæ, nam ſicut eadem fuit ec
cleſia noui & uet. teſta. in ſpũ, quæ incepit ab Abel iuſto, & durabit uſqꝫ ad ultimũ
Auguſtinus. iuſtum morituꝝ, ait Auguſtinus: Nam illa eſt eccleſia quã dilexit Chriſtus & tra-
Ephe.5 didit ſemetipſum ꝓ ea, ait Apoſtolus: ſic eadem habuit ſacrificia ſpiritalia in utroqꝫ
& idem etiã ſacerdotium ſpiritale internum: Veteres em̃ patres etiam tenebantur
mortificare corpora ſua, deo offerre ſacrificium laudis & iuſticię, ſpiritum humilia
tũ & cor contritũ, & ſimilia, quia & uicia fuerunt eis prohibita, & laus diuina præ
cepta: Ad huiuſmodi autem ſacrificioꝝ ſpiritalium obſeruantiam externis quoqꝫ
oblationibus exercebanf: Nam & ſi aliqua ſacrificia Chriſti duntaxat paſſionem,
ipſiuſqꝫ pro hominum peccatis immolationem ſignificabant, ſicut primogeniti
ouium agni, & agnus paſchalis, tamen pleraqꝫ uiciorum pœnitentiã, ac uirtutum
quædam obſeruantiã ſignificabant: In hirco enim & capra uniuſcuiuſqꝫ peccato-
ris fœtens ac luxurioſa, plenaqꝫ uerbis impudicis petulantia ſignificabatur, ac ſimi
liter in tauro ſuperbia, in uitulo laſciuia, in hœdo & paſſere clamor & inconſtan-
tia: quę

tia: quæ quidem uicia cum in confeſſione per pœnitentiam mactantur atq; deſtruuntur, ſacrificia ſunt ipſi deo acceptabilia & gratiſſima: Sacrificia autem quę bonos mores & uirtutes præfigurabant, erant ouis, agnus, bos, aries, turtur, pullus colūbæ, & cætera id genus: In oue em̄ ſimplicitas & manſuetudo, in agno innocētia, in boue fructuoſa prædicatio, in ariete utilis ac manſueta prælatio ſignificabatur, in turture uero, quæ amiſſo coniuge, nulli poſtea copulatur, caſtitas, in columbis quæ felle carent, & gregatim uolant, charitas pręfigurabatur. Et hoc nō latuit ſapientes in lege, qui p̄tulerunt ſacrificia illa ſpiritalia externis & carneis ſacrificijs: Sed iam conſtat illa ſpiritalia ſacrificia non eſſe peculiaria nouo teſtamento, quę in oī lege fuerunt: licet plus debeant eſſe in euangelio, ubi a litera uenimus ad ſpiritū: & deum adorare debemus nō in hircis & bobus, ſed ſpiritu & ueritate, de cuius intelligentia diximus in libro de non tollendis imaginibus ſanctorum. *Iohan. 4.*

At quid hæc contra ſacrificium miſſæ? profecto nihil: ſed more ſolito Luther cum ſectarijs ſuis ſcripturam ſimpliciter loquentem de ſacrificijs ſpiritalibus, ipſe uiolentat cum excludendi particula, quod illa ſola ſint ſacrificia & nullum aliud: Ita lacerare ſolet, & in anguſtias carceris trudedere ſcripturam ſolarius Theologus: Sed impie eum facere ex eo liquet, quod pleraq; teſtimonia adducta ſunt ue. leg. ut pſalmorum & Oſee, quibus pro illo tempore excluſio iſta addi non poterat, cum obſeruantia eorum currere uſq; ad mortem Chriſti: unde & pro Chriſto nato hoſtia data eſt ſecundum legem dn̄i, ſicut Lucas ait: Et ut darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege dn̄i, par turturum aut duos pullos columbarū: et agnum paſchalem comedit cum diſcipulis: quare non poteſt intelligere ſic aſſertionem ſpiritalis ſacrificij, ut neget ſacrificium externū: Eadem ratione negamus ei hanc excludendi audaciam in nouo teſtamento, niſi id ſcripturis oſtenderit: Oſtendat ergo ex ſacris literis monſtruoſam illam conſequentiam. In euangelica lege ſunt ſacrificia ſpiritalia interna: ergo nullum eſt ſacrificium externum in ea. *Luc. 2*

Quin contra nos potius ſuadebimus, præter inducta libro primo, præter illud ſacrificium internum & ſacerdotium internum, eſſe etiam aliquod ſacrificiū externum, a ſacerdote miniſtro peculiariter offerendum: Nam tam in lege naturę q̄ in lege Moſaica, præter ſacrificia illa interna, fuit aliquod ſacrificiū externum ſenſibile, diuinitus a deo monſtratum: quare & legi perfectiſſimæ euangelicæ ſuum eſt aſſignandum ſacrificium, & determinata ad diuini cultus obſequium oblatio: Nā lex perfectior exigit ſacrificiū ſibi coæuum: Ita quod durante lege, duret & ſacrificiū illi peculiare: ſed huiuſmodi non eſt ſacrificiū internū, quod fuit commune omni legi, nec ſacrificatio Chriſti in cruce, cuius effectus & ſi ſemper duret in ſacramentis, tamē ipſa ſacrificatio morte finita fuit. Quod ſi ſoli effectui inniti uolueris in quo ſemper duret, hoc erit commune etiam operibus & ſacramentis ueteris legis, quoniam & illa uirtutem habuerunt a paſſione Chriſti præuiſa, ſicut ſacramenta Euangelij efficaciam habent a paſſione Chriſti exhibita: Idem eſt de miniſteriali ſacerdote: Nam illa tria uidentur eſſe cōdepēdentia, lex, ſacerdotiū, ſacrificiū. Sacerdos legis naturæ fuit primogenitus, paterfamilias: Legis ſcriptæ Aaron cum filijs, Euangelij Chriſtus, cui deus iurauit & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec: habebit ergo ſacerdotiū iſtud peculiare ſacrificium, cuius oblatio duret lege durante, ubi excluditur ſacrificatio in cruce, quæ Euangelio oriente facta eſt & ſemel, nunq̄ poſtea futura: alia ergo ſacrificatio frequenter toto tempore Euangelij, quæ eſt oblatio in officio miſſæ quotidiæ, ubi uerus ſacerdos & uera hoſtia, ut Ambroſius ait, Chriſtus eſt, ſacerdote miniſtro in perſona Eccleſię ſimul offerente.

Nec hic ualet Zuuinglij dicacis & arrogantis hæretici latibulum, quo confugit ad ueritatem catholicā illudendā. Manere ſcilicet Chriſtū in ętернū ſacerdotē

& ubiq; offerri, quia ſcilicet in Hieruſalem crucifixus, eius paſſionis efficacia æterna ſit, omnibuſq; proficua, etiam procul a Hieruſalem exiſtentibus in oriente & occidente, quoniam nulla eſt diſceptatio ſuper fructu ſacrificij & permanentia fructus, ſed ſuper permanentia ſacrificationis, quæ durante lege, durare debet. Quod ſi mecum congredi & diſputatione experiri auderet corā inuictis & fortiſſimis Heluetijs, denudatis ſquamis & operculis, hæreticum patenter & manifeſte proferrē: Nolo ſtringere aduerſarium, in eo quod Dauid inquit Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedec, ubi in ratione ſacerdotij Chriſtus non Aaroni, ſed Melchiſedec aſſimilatur, qui obtulit panem & uinum (nam dic hæretice rationē quis ordo ſacerdotij fuerit Melchiſedec) ita & Chriſtus obtulit panē & uinum, ſed non in cruce, quia tunc ſanguinem & corpus ſine uelamento in nuda forma obtulit: Itaq; & alius locus quærendus eſt, ubi panem & uinum obtulerit, & non occurret niſi in cœna aut ſancto miſſæ officio.

Additio. Eckio offerente ſe ad diſputādum cū Zuuinglio corā Heluetijs, hanc Eckij oblationem acceptantibus. Zuuinglius timens lucem, diſputare recuſauit in nouembri 1524.

Bugenhagius etſi fateatur Chriſtum ſecundum ordinem Melchiſedec protuliſſe panem & uinum, negat tamen & Chriſtum & Melchiſedec obtuliſſe panem & uinū: Et Zuuinglius plurimū hic latrat contra eccleſiā, quia Melchiſedec non obtulerit panē & uinum, ſed protulerit Abrahæ, ſicut mos fuerit uenientibus de bello uictualia offerre. Et pro ſeſtatim dicit Hebraicam ueritatē, quę non dicat eū obtuliſſe, ſed protuliſſe, quare negat idonee hunc textum a catholicis pro ſacrificio miſſæ afferri. Sed has uentoſitates hæreticorum nō pertimeſcamus, nam nō opus erat iactatores illos, triliteros Hebræos (diſperеam. n. ſi Zuuinglius duas primas lineas Bibliæ nouerit ſecundum idioma linguę Hebræę, quam ita tumide oſtētat) ſecundum Hebraicā ueritatem legi in Geneſi q protulerit uinum & panē: Nam & Bibliæ noſtræ latinę oēs ſic habent. At uero Melchiſedec rex ſalem proferens panē & uinum, erat enim ſacerdos dei altiſſimi &c. & non ignoramus חוציא Hiſfil eſſe a יצא quod exire ſignificat, egredi, educere, producere, ſeparare: Sed quid hoc monſtri eſt, protulit panem & uinum; Itaq; non obtulit, quaſi non potuiſſet profferre panē & uinum ad offerendum, quaſi prolatio & oblatio panis & uini pugnarent. Imo ideo protulit ut offerret: Non eñ protulit illa ut uictualia daret bellatoribus, qui tam opimis ſpolijs e pręlio reuertebantur, omnem ſubſtantiam captam reducentes: Vnde iſtud mendacium, quod Melchiſedec protulerit panē & uinum, non in ſacrificium deo, ſed ad reficiendum Abraham, nō hoc primū nunc Satan adinuenit per miniſtros impietatis Bugenhagium, Zuuinglium, Baldaſarem Hiebmair: ſed iam pridem per aduerſarios fidei Chriſtianę Iudęos hoc ſubornauit, ut Lyra refert & improbat ſup Geneſim, quia quatuor reges aſportauerant de Sodomis uniuerſa quę ad cibum pertinebant, nec poterant adhuc oīa conſumpſiſſe, ideo Abraham & ſui uſi ſunt illis uictualibus, ſicut Abraham teſtatur aperte ad regē Sodomę dicens, Non accipiam ex omnibus quę tua ſunt, exceptis his quę comederunt iuuenes. Porro quid opus fuiſſet meminiſſe ipſum fuiſſe ſacerdotem, ſi non in ſacrificium proferebat panē, & uinum, nam proferre uictualia magis eſt laycorum, q ſacerdotum. Hęc Lyra contra Iudęos, & nos contra hęreticos his utamur. Et ut confundantur hęretici, affirmo nullum catholicū ſiue Gręcum ſiue Latinū, nec ex ueteribus Iudęū negaſſe, quin Melchiſedec uinum & panem prolata obtulerit deo, licet huiuſcemodi oblata (ut uериſimile eſt) poſtea ſimul comederint: Teſtis nobis accedat primo Hieronymus, qui etiam ſi rumpatur Zuuinglius, & Hebraicę & Gręcę linguę doctiſs. fuit, is ad Euagrium ſcribit ſe perlegiſſe Hypolitum, Hirenęum, Euſebium Cęſarieñ. & Emiſſenum, Apollinariū quoq; & Euſtachiū Antiochenum. Horū omnium opiniones ad unū compitum deprehendit perueniſſe, & infra: Sic & Melchiſedec, in typum pręceſſiſſe ſacerdotis filij dei, de quo dicitur Pſalmo. 109. Tu es ſacerdos in ęternum

Additio. Simile arrogātia & impietate utitur Nerobergen. Oſiander.

Additio. Et Oſiandrū.

Vt Hiero. dicit

ſecundum

ſecundum ordinem Melchiſedec: Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod ſolus & rex fuerit & ſacerdos &c. Infra: neq; carnis & ſanguinis uictimas immolauerit, & brutorum ſanguinē, eorum animalium exta, id eſt, quicquid ſuper eſcā eſt, ſuſceperit: ſed pane & uino ſimplici puroq; ſacrificio Chriſti dedicauerit ſacramentū. Hæc Hieronymus ex tot illuſtrium patrum & martyrum ſententia. Ambroſius itē lib. 4. de ſacramentis, oſtendit euchariſtię figurā pręceſſiſſe Iudęorum ſacramenta, ait aūt: Tunc uictor uenit, occurrit illi Melchiſedec ſacerdos, & obtulit ei panē & uinum, quis habuit panem & uinū? Melchiſedec, ipſe ergo author ſacramentorum: & infra: Obtulit ergo Melchiſedec panem & uinum &c. Vult ergo Ambroſius ſacramenta Chriſtianorum eſſe anteriora, quàm ſint Moyſi ſacramenta, quod non poterit eſſe niſi propter ſacrificium panis & uini. Aſtipulat̄ B. Auguſt. lib. 5. de doctrina Chriſtiana. Item in ſacerdote Melchiſedec dominicum ſacramentum præfiguratum uidemus, ſecundum quod ſcriptura diuina teſtatur & dicit: Et Melchiſedec rex ſalem protulit panem & uinum &c. ſed ut ſunt maligni hæretici obijcient iſta uerba non eſſe Auguſtini, ſed ſolū narret pro exemplo ſubmiſſi generis dicendi. Adeo non refragor huic tuæ fugæ, ut etiā plurimas gratias tibi agam, nam & fortiora fient tela noſtra plurimorū patrum ſententijs firmata: Verba ſunt Cypriani magni illius doctoris & martyris, nec ab Auguſtino improbata: recurramus ergo ad terciam epiſtolam libri. 2. & reperiemus eum fortius noſtra corroborantem, quàm Auguſtinus renarrarit, poſt enim Pſal. citatum ſubdit: Qui ordo utiq; eſt de illo ſacrificio ueniens & inde deſcendens, quòd Melchiſedec ſacerdos dei ſummi fuit, quod panem & uinum obtulit, quod Abraham benedixit: nam qui magis ſacerdos dei ſummi, quàm dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium deo patri obtulit. Et obtulit hoc idem quod Melchiſedec obtulerat, id eſt, panē & uinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem: infra. Vt ergo in Geneſi per Melchiſedec ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſit rite celebrari, præcedit ante imago ſacrificij in pane & uino ſcilicet conſtituta: Quam rem perficiens & implens dn̄s, panem & calicem mixtum uino obtulit, & qui eſt plenitudo, ueritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit: Sed & per Salomonem ſpiritusſanctus typum dominici ſacrificij præmonſtrat, immolatæ hoſtiæ & panis & uini, ſed et altaris & apoſtolorum faciens mentionem, Sapientia inquit, ędificauit ſibi domum, & ſubdit *Prouer. 9* columnas ſeptem, mactauit hoſtias, miſcuit in cratere uinum, & parauit menſam *Antiqua tralatio.* ſuam, et miſit ſeruos ſuos cōuocans excelſa prædicatione ad craterem dicens: Qui eſt inſipiens declinet a me, et indigentibus ſenſu dixit, uenite et edite de panibus meis, et bibite uinum quod miſcui uobis. Hæc fuſius ex ſancto et antiquiſſimo patre recenſuimus ad hęreticorum gratiam, quibus S. martyr mire eſt cōmendatus, non ob ſanctitatem uitæ, ſpiritusſancti gratiā, et martyrij lauream, ſed quia cōmunionem ſub utraq; ſpecie inueniunt apud eum in eccleſia Carthaginēſi laycis fuiſſe exhibitam, ſuſcipiant ergo reuerenter eum etiam in hoc loco, et ab infanda ceſſent impietate, qua negant Melchiſedec panem et uinum obtuliſſe.

Sufficiant illa ſanctorum patrum teſtimonia: Sed et Rabinos ueteres ſic intellexiſſe, Porchetus de Saluaticis refert Rabi Samuelem Barnabam dicentem, de Melchiſedec. Sentencias ſacerdotij tradidit ei, et erat ipſe ſacrificans panem et uinum, deo ſancto et benedicto ſicut dictum eſt, et ipſe erat ſacerdos deo altiſſimo, et poſt uarias expoſitiones magiſtrorum, nam et hanc refert. Melchiſedec produxit panē, hic eſt panis propoſitionis et uinum, id eſt, libamina (hæc autem ſunt ſacrificia) Et hanc quoq; magiſtrorum refert dicētium, quod legem reuelauit ei, qui dixit. Venite et comedite panem meum, et bibite uinum quod miſcui. Poſtremo illam refert traditionem, Melchiſedec, hoc eſt, ac ſi dixerit ſcriptura, quod dictum eſt Pſal. 109. Iurauit dn̄s et non pœnitebit eū, tu es ſacerdos ſecundū uel ſupra ordinē

Melchiſedec: Et quis eſt iſte? Iſte eſt rex iuſtus & ſaluator rex Meſſias, ſicut dictum eſt Zachariæ nono: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: Et quid docet dicendo protulit panem & uinum? quaſi dicat: Erit placenta tritici in terra, Et quod eſt ſcriptum Gene. 14. Et ipſe erat ſacerdos deo altiſſimo, hęc ex Rabi Moſe Hardaſan, Galatinus adducit etiam Rabi Pinhas filium Iair dicentem. Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, & ſacrificium panis & uini nunquam ceſſabit: Sicut dictum eſt Gene. 14. Et Melchiſedec rex Salem excepit panem & uinum, & quod ſeparabit ſacrificium panis & uini a ceſſatione ſacrificiorum, probat illud Pſalmiſtæ, Tu es ſacerdos in æternum &c. Et bene pondera hunc Rabinum exponentem הוציא non per protulit uel obtulit, ſed per excepit uel ſeparauit, quoniam offerenda deo excipiuntur, ſeparantur ac ſegregantur a communibus uſibus: Cum ergo & ſancti patres omnes, & tota Eccleſia in canone miſſæ, ac uetuſtiſſimi ſapientes Hebræorum ſic intellexerant uerba Moyſi in Geneſi, & Dauid in Pſalmis: quid contra perfidi hæretici audent mutire, ex lingua Hebræa ſibi patrocinium quærentes: ubi nullum reperiunt, ſed ab ipſis Iudæis quoque cōfunduntur: Recte ergo eccleſia de uenerabilis eucharistiæ feſto canit. Sacerdos in æternum Chriſtus dominus ſecundum ordinem Melchiſedec, panem & uinum obtulit. Plura proferre poſſem in hac re. ſ. præter ſacrificia ſpiritalia oportere eſſe aliud ſacrificium externum in lege Euangelica, ut de iugi ſacrificio Exod. 29. & ſimilibus: ſed fuimus prolixiores quam inſtitueramus: Hoc ſolum moneamus, locos Pſalmi adductos ſecundum Pſal. 4. & 49. a ſanctis patribus & etiam pluribus Iudæis, intellectos de ſacrificio Euchariſtiæ: id quod libro primo obiter attigimus.

Vnus reſtat, Oſeas, a ſaluatore bis in Euangelio Mathæi repetitus, Miſericordiam uolo & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus quam holocauſta: quoniam nihil oppugnat ſacrificio miſſæ: Senſus enim uerborum prophetæ eſt, Hieronymo expoſitore, quod quia deus quotidie eos qui extra Eccleſiam ſunt, & qui peccant in Eccleſia commorantes prouocat ad pœnitentiam, & dicit eis, Miſericordiam uolo & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus quam holocauſta: Illi uero offerunt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari uidentur humilitatem: quæ ego, ſi uere fiant, holocauſta interpretor: cum autem ſcientiam dei reliquerint, fruſtra a trūcato capite fidei, cætera membra ſe habere iactant: præuaricati enim ſunt pactum dei in Eccleſia, & antea dixerat Hierony. Neque enim in ſacrificijs delector & uictimis & holocauſtorum multitudine: Victime meæ & holocauſta, ſalus credentiū & conuerſio peccatorum eſt. Quod ſi acute inductio Chriſti penſetur, obuium erit deum loqui de miſericordia ſua, non de operibus miſericordiæ noſtræ, ut ſolent torquere Lutherani hunc textū, ut ſit ſenſus, miſericordiam uolo, id eſt uolo ueſtri miſereri, uolo uos donis & beneficijs miſericordiæ meæ aptos eſſe, ut gratiā & remiſſionem peccatorum conſequamini: modo habeatis ſcientiā dei: non enim poſtulo ſacrificium aut holocauſta, niſi miſericordiæ meæ ſitis participes: Ideo cū publicanis comedebat, quia eorum miſereri deſyderabat: ideo citat uerbum dei per Oſeam dictum, Miſericordiam uolo & non ſacrificium: tacite etiā hic ſubindicans ſe etiam eſſe deum, qui peccatorum miſereri uelit. Et ideo propheta uult infidelium ſacrificia, aut etiam credentium nulla eſſe in acceptatione diuina, ipſis in peccatis perſeuerantibus, ſed miſericordiam dei oportet eſſe præuenientem, ut acceptabilia fiant ſacrificia & ſeruicia ueſtra deo.

Non tamen deſunt, qui de miſericordia noſtra intelligunt, & comparatiue accipiunt: quod opera charitatis ſint meliora, quam opera alia externa uel ſine fide uel ſine charitate: Inducūt illud 1. Timoth. 4. exercitatio corporalis ad modicum utilis eſt, pietas autem ad omnia ualet, promiſſionem habens uitæ, quæ nunc eſt & futuræ: Et ſic capiunt etiam illud Prouer. 21. facere miſericordiam et iudicium, magis placet deo

cet deo

cet deo, quam ſtultorum uictimæ. Eo etiam contendunt, quæ Eſaias dixit: Ne of- Eſaiæ 1
feratis ultra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi, Neomeniam & ſab batum & alias feſtiuitates ueſtras non feram, iniqui ſunt cœtus ueſtri &c. quæ tamen altiorem requirunt indaginem. Mihi autem placet prior ſententia, quæ uidetur eſſe magis genuina literæ, & quod Oſeas ſubinde cap. 8. reprobationem ſacrificiorum narrat propter iniquitatem offerentium: ait enim, ſcribam ei multiplices leges meas, quæ uelut alienæ ſunt computatæ, hoſtias offerent, immolabunt carnes & comedent, & dominus non ſuſcipiet eas: Sed quid ad hæc contra ſacrificium miſſæ, cum & mali illud offerentes & indigne ſumentes, iudicium ſibi manducant, non diiudicantes corpus domini: nam tunc deus maledicit benedictionibus eorum, ut per Malach. inquit, hoc eſt, ipſos benedicentes & offerentes: Ex his omnibus arbitror ſatisfactum pio Chriſtiano, ut nullis uerborum portentis, aut allegationum ampullis hæreticorum moueatur a catholica ueritate: Neq; timeat ſicut hæretici malicioſe ſuggerunt, Chriſtum denuo crucifigendum, ſi denuo in myſterijs offeratur, ſicut nec mortuus fuit, quando in figuris ueteris legis ſacrificabatur: Expendat miſſam non teſtamentum eſſe, ſed partem teſtamenti, licet ſanguis ibi oblatus noui teſtamenti fuerit confirmatiuus, quare inualida ſunt omnia, quæ ex teſtamenti ratione deſumpta miſſæ ſacrificium impugnant: Pari infœlicitate adducunt contra miſſam, quæ de promiſſione, de factis & uerbis Chriſti & ſimilibus nugantur hæretici, quoniam ſacras literas torquent & lacerant, ſophiſmatibus ſe implicant, cauillis captioſis ſe & alios decipiunt: Firma, fixa, & ſtabilis eſt eccleſiæ catholicæ ſententia (quæ eſt columna ueritatis, & regimine ac magiſterio ſpiritusſancti tuta in ueritate permanet) Euchariſtiam in miſſa conſecrari, conſecratam deo offerri, non ſolum per nudam recordationem ſeu memoriam, ſed etiam per actionem cuiuſdam repræſentationis, oblationis factę in cruce, unde membra Eccleſiæ (in cuius fide, ſacerrima iſta hoſtia deo patri offertur) uberrimos diuinæ bonitatis & clementiæ fructus conſequuntur: unde & uiuis & mortuis in uarijs neceſſitatibus ſubuenitur. D. O. M. faciat nos iſtius ſanctiſſimi ſacrificij oblatione, in uera catholica ac ſibi placenti fide ſemper immobiles in hoc naufragoſo ſeculo perſiſtere, & omnium bonorum author & humani generis redemptor Ieſus Chriſtus, per ſacri corporis & benedicti ſanguinis ſui oblationem, faciat nos hilares ſacris intereſſe myſterijs, & ab omnibus malis liberatos in æternæ beatitudinis tranquilla collocet gaudia, fiat bone Ieſu, fiat Ieſu dulciſſime. Tibi ſoli gloria.

Inſtitueramus IIII. librum adijcere Candide lector, quo miſſandi formulam communem ſacræ ſcripturæ adaptaremus: Verum admoniti Tho. Vualdeñ. id egregie præſtitiſſe, ſubſtitimus: ad quem hæreticorum malleum te delegamus. Vale lector optime, & ueritati catholicæ ac Eccleſiæ fortiter adhære. Menſe Auguſto.

DE PVRGATORIO

THEOLOGO VERE CHRISTIANO D. THEODORICO Hezio S. D. N. Adriani VI. a ſecretis Ioh. Eckius Theologorum minimus.

S. P. D.

Ambroſius APudomnes pie ſencientes Theodorice doctiſſime, ſemper bene audiuit miſericordia: ut florentiſſimus epipſcopus Ambroſius diceret. Nihil tam commendat Chriſtianum, quam miſeratio charitatis: nam hæc imprimis uirum deo gratum, & hominibus acceptum reddit: hinc in iuſtiſſimo dei iudicio Chriſtus, nihil ęque
Mat. 15 ac opera miſericordiæ iuſtorum probabit, & miſericordiam in-
Chryſoſt. quit uolo non ſacrificium: Et per coronidem Ioh. Chryſoſtomus laudes miſericordiæ ſuper Matthæo contraxit dicens. Miſericordia eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propiciatio peccatorum. Hæc eſt quæ iuſtos probat, ſanctos roborat: dei cultores oſtentat, Et adeo amica uirtus naturæ eſt miſericordia, ut etiam apud
Tulius ethnicos, M. Tulio teſte uiros graues & magnos redderet ac omni laude digniſſimos: Quod ſi dum mortalibus, quibus cum uiuimus, miſericordiam impartimur, Chriſtiani commendamur, quanto magis, ſi miſeris animabus, in ergaſculo purga-
Ioan. 9 torij conſtitutis, miſeremur, Chriſtianiſſimi appellabimur, cum eis nox uenerit in qua, iuxta ueritatis definitionem, nemo operari poterit, licet hic meruerint, ut ſ. ui-
Auguſt. uorum ſuffragijs adiuuentur, ut pulchre Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda, explicat. Hinc eccleſia in defunctos eſt officioſiſſima, quæ in altaris ſa-
Eccleſia. crificio, mortuorum memoriam fieri inſtituit: & uita functorum commemorationem primo, ſeptimo, triceſimo ac annuo die, utilem eſſe docuit: quorum rationē
Ambroſius Ambroſius in oratione funebri ex ſacrarum literarum promptuario reddit: At omnibus tyrannis truculentior Ludder, poſtquam omnia temerauit quæ fidei,
Ludder tyrannus. quæ religionis, quæ eccleſiæ ſunt: manum tandem in purgatorium extendit, & nouis ac inauditis torturis miſeras animas, beatorum conſortio iungendas, affecit: Et uel Phalaride aut Dionyſio immitior, nullam patitur a uiuētibus eis impartiri miſericordiam. Negans uel miſſæ ſacrum officium, aut alia Viuentinm opera, de functis ſuffragari. Pietate ergo motus in animas in Chriſto quieſcentes, & fide erga eccleſiam catholicam addictiſſima, aggreſſus ſum ante ſeſqui annum, impietates, hæreſes, ac tyrannides Ludderi (hominis quem eccleſia eiecit) comprimere
Hezius & iugulare. Hunc ſub tua cenſura in publicum prodire opto: quod & tuam eruditionem non uulgarem, uirtutes raras, humanitatem placidiſſimam, plurimum demirer: Studiorum enim ſimilitudo, nos arctiſſime primo conciliat: & rariſſima iam auis eſt inter principum officiales, Theologum reperire, cum tu apud pon-
Adrianus papa tificem Adrianum θεωλογοτατορ, non infimum obtinens locum, & re ipſa & literis pulchre Theologiam tractes: & cæteris quoq; optimarum artiū ſtudijs ac linguarum peritia polleas: omnemq; ætatem uel in bonarum literarum cultura, aut alijs negotijs Adriani pontificis in Germania, Hiſpanijs & nunc in urbe, honeſte ac ſumma integritate contriueris. Hæc me tibi deuincunt, & mancipant:

Tu rurſus Eckij tui ſis memor. Vale & ſalue in Chriſto, Rhomę tertio Idus Martias, Anno reſtauratæ ſalutis milleſimo, quingenteſimo uiceſimotertio.

DE PVRGATORIO CONTRA Ludderũ libri IIII. Quorum primus ex ſacris literis probat purga-torium eſſe.

Proloquium totius operis. Cap. I.

QVONIAM Pater cœleſtis agricola eſt, & Chriſtus uitis Iohan.15
uera, facile intelligimus, uineam eſſe ſanctam & catholicam ec-
cleſiam, Vinea grandis, quæ totam terram impleuit, Vinea quã Pſal.29
de ægypto tranſtulit & eiecit gentes, & plantauit eam, Vineam Hiere.2
electam, In terra bona ſuper aquas multas gratiarum plantata Ezech.
eſt manu domini, ait. S. Bernhardus redempta ſanguine Chri- Vinea
ſti, rigata uerbo eius, ꝓpagata gratia fœcundata ſpiritu. At uinea iſta ab initio uſq; Bernh.
in hunc diem ſemper uulpes paſſa eſt, eam demolientes, nam dum primi iſti pal-
mites Apoſtoli inſerti eſſent: mox uulpes demoliebantur uineam, Hebion Che-
rintus, Symon magus, Nicolaus diaconus: ut ueriſſime dixerit uas electiõis, Opor 1.Cor.2
tet hæreſes eſſe ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in uobis. Hortatur ergo in
canticis. s s. Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas, nam uinea no Can.2
ſtra floruit. ¶ Sic noſtro tempore, cũ floreret uinea domini dei Sabaoth cum do
ctiſſimi eſſent per totum orbem Chriſtianum cœleſtis agricolæ operarij, qui con Matt.20
ducti, & in uineam miſſi, portauerunt pondus diei & ęſtus, ſacram ſcripturam ex
planando & interprætando: æditi quoq; ſunt in lucem, calcographorum diligen-
tia, & ueterum ſanctiſſimorum interpretum libri ut omnium iudicio florentiſſi-
mum ſit in omnium diſciplinarum genere, & præcipue in ſtudio Theologico, ſe-
culum noſtrum. At non paſſus tantum eccleſiæ florem, antiquus humani gene
ris hoſtis: ſed uulpem ſubmiſit Ludderum, callidum, uerſutum, procacem, ua- Ludder depin-
frum, illuſorem, aſtutum, & ad omnia mala impigrum & audacem: qui uineam, gitur.
palmites, botros, uuas, fructus, flores, odores, uinum & omnia demoliri conuellere
& conſpurcare tentauit. Quod ut manifeſtarium faciam unum in præſentia lo-
cum delegi, in quo oſtenderem dolos & uafricias huius uulpis, nam cum omnia ſa
cramenta, omnes eccleſiæ ordines, omnes cærimonias fœdaſſet, extendit manum
ſuam etiam ſubtus terram ad purgatorium: quod primo ridendum expoſuit gen
tilibus & hæreticis negans illud cum ſchyſmaticis Græcis & Hæreticis Pighar-
dis, ex ſacris literis probari poſſe. Et ex purgatorio pluſquam infernum faciens,
animas iudicat incertas de earum ſalute, & quaſi deſperantes ſine intermiſſione
peccantes, quam diu quærunt requiem, & horrent pœnas. In quas tamen ut rur-
ſus mitis uideatur ſtatum merendi & augendæ charitatis tribuit. Recidit tamẽ
in ſæuiciam, cum noxiam, per ſuffragia uiuentium, conſtituit animarum liberatio
nem. Quæ dogmata Chriſtianæ ueritati, eccleſiæ ſanctæ traditioni, patrum do
ctrinæ, manifeſtiſſime aduerſantia, a fidelibus extirpanda ſunt, delenda & con-
temnenda. Deo ergo adiutore, contra has renaſcentes hæreſes bellum inſtrua-
mus, & educto in campum exercitu, cum hoſtibus fidei manus conſeramus. In
nomine tuo dulcis Ieſu. Amen.

Purgatorium probari ex diuo Paulo 1. ad Corinth. tertio. Cap. II.

INitio ergo oppugnemus diuerſarij caſtra in eo quod negat ex ſacris li-
teris probari purgatorium. Immo in diſputatione Lipſica Anno gratiæ
M. D. XIX. die VIII. Iulij in hanc temeritatis uocem prorupit, diuina

ſcriptura tota prorſus nihil habet de purgatorio. Ideo iuxta philoſophorum inſtitutum (quod tamen irridet Ludder aſophus) abſoluatur ante omnia quæſtio ſi eſt quo fundamentum ruinoſum errorum ſuorum euellatur, & ea quæ ſuperædificauit in aſſertionibus in præcipicium cadant. Cum magna impietate pronunciauit. Suo quiſq; periculo hic credat uel non credat: non eſt hæreticus, ſi purgatorium non credit, nec ideo Chriſtianus, ſi credit. ¶ Contra has iniquitatis uoces, prodeat in aciem Euangelicæ doctrinæ pugil ſtrenuiſſimus, cuius euangelium non eſt ſecundũ hominem, neq; enim ab homine accepit illud, neq; didicit, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti: Is magnus Euangelij pręco ad Corinthios ſcribit epiſtola prima. Secundum gratiam dei, quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat: unuſquiſq; autem uideat, quomodo ſuperædificet. fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt qui eſt Chriſtus Ieſus: ſi quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides præcioſos, ligna, fœnum ſtipulam, uniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: dies enim domini declarabit qui in igne reuelabitur, & uniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Hæc Apoſtoli uerba, apertiſſime purgatorium comprobare, liquidum fideli non ceruicoſo, exiſtimamus lectori, ſed id luce clarius adhuc explicemus. ¶ Primo etenim dei ſeruus, & Chriſti Apoſtolus, oſtendit ſe ſecundum gratiam illuminationis & inſpirationis diuinæ, uelut principem ſpiritualis & eccleſiaſtici ædificij fundamentum poſuiſſe per ueram inſtructionem & prædicationem rectæ fidei. Nam illa eſt ſperandarum rerum ſubſtantia ac fundamentum: ſed quia fides ſine operibus mortua eſt, ait ſanctus Iacobus: ideo iacto fidei fundamento, alius opera ſuperædificat: At quia magna eſt operum differentia, & gradus uarij, ideo uideat unuſquiſq; quomodo ſuperædificat: nam de fundamento nulla eſt uacillacio quia aliud nemo poteſt ponere, niſi Ieſum Chriſtum huius enim ſacra fides immitabilis & neceſſaria eſt quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo: fundamentum ergo illud fidei in Chriſtum ſit iactũ. Proſpiciat tamem quid ſuperædificet ſuper hoc fundamentum, an aurum, argentum, lapides præcioſos quæ ſunt opera laudabilia, bona, meliora, & optima, ſecundum diuerſos gradus fidelium: Aut ligna, fœnum aut ſtipulam ſuperædificet quæ ſunt opera mala & cremabilia. Non enim ita occultum erit alicuius opus, nec ſic ſubitarium, quin uniuſcuiuſq; opus manifeſtum fiet, & quomodo fiet manifeſtum. Dies enim domini (non nox in qua plæraq; latent occultantur, ac uiſum ſubterfugiunt) ſed dies domini quæ eſt in morte hominis ubi omnia aperta & manifeſta fiunt quæ fecimus in præſenti uita, declarabit opus. Et quomodo declarabit? Sicut aurarius aut argentarius probat bonitatem auri uel argenti per ignem: ita deus probat opera hominum per ſententiam iudicij. Et ille ignis probationis iudicij reuelabit opus, & uniuſcuiuſq; opus probabit. Si cuius opus manſerit per approbationem iudicij, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet æternę beatitudinis: quia qui bona egerunt ibunt in uitam æternam. Si autem cuius opus reprobabitur detrimentum patietur, dilationis glorię: finaliter tamen non priuabitur uita ęterna ſed ſaluus erit per ignem non infernalem ſed erit quaſi ignis inferni, in acerbitate iudicij. In quo ſcoria purgabitur, & ligna, fœnum, & ſtipula cremabuntur. Hunc ignem eccleſia purgatorium appellat. ¶ Habemus hic ſenſum germanum & literalem, licet ſymbolis intertextum quia intentio literę, primarie eſt per ſymbola. Hoc ea ratione pręfabor, ne aſtutus aduerſarius mox mihi opponat, a figuris non deduci argumentum ſecundum Auguſtinum, de quo alias. Ad inſtitutum reuertamur, fundamentum poſitum a ſancto Paulo in Corinthijs

Gal. 1 — *1. Corinth. 3* — *Hebræ. 11* — *Iaco. 2* — *Heb. 11* — *Ponderantur uerba Pauli* — *Auguſt. li. 4 de pœnitentia.*

thijs fuit uera fides, & ipſi ſuperædificauerunt opera quorum aliqua erant bona
quę faciunt ad augmentum gratiæ & gloriæ: Ideo cum uenerint ad ignem iudi-
cij remunerantur: Alia autem mala ſunt, ut peccata uenialia, aut mortalia contri-
ta quæ non damnant finaliter ſed ea habens detrimentum patitur: quia prius in
purgatorio illa concremantur & diluuntur, & ſic per ignem ſaluus fit. Et quam-
uis illa non placeant deo: tamẽ quia uenialia deum non mortaliter offendunt; ideo
fundamento non contrariantur ſed dicuntur ſuper fundamento ædificata quem
admodum Dauid inquit. Super flumina Babylonis, ibi ſedimus & fleuimus dum *Pſal. 135*
recordaremur tui Sion: non enim in flumine erant ſed iuxta flumen, quando fle-
bant, ita hic uenialia non euertunt ædificium ſed iuxta poſita ſimul ſtant cum illo.
¶ Eſt ergo fides fundamentum in Chriſto, ſuperædificatio, operatio, aurum, ar-
gentum, & lapides præcioſi, bona opera & laudabilia ligna, fœnum, & ſtipula, o-
pera deficientia. Dies domini tempus eſt in quo deus ingreditur iudicium cum
homine. Ignis reuelans eſt examinatio iudicij ſecundum conſuetudinem ſcriptu *Hierony.*
rarum, ait Beatus Hieronymus. Sed ignis in quo arſerit opus, & per quem ſaluus *Purgatoriũ*
erit, ignis eſt purgatorij. Vnde uocula quaſi diminutionem dicere poterit, ut me-
minimus reſpectu inferni qui eſt ignis æternus. Licet uerius appareat, hic non di- *Quaſi*
cere ſimilitudinem, parabolam aut diminutionem ſed potius ſit ueritatis expreſſi-
ua: & ita non ſignificaret imitationem ſed definitionem certiſſimam, ut in ſimili ad
notauit Iohannes Chryſoſtomus ſuper illud Iohannis primo, Et uidimus gloriam *Chryſoſt.*
eius, gloriam quaſi unigeniti a patre. Ea de re Laurentius Valla, & poſt eum E- *Eraſ.*
raſmus Roterodamus, ut ſignificantius & plenius redderent hanc græcam uocu-
lam ὡσ, in utroq; loco poſitam, interprætati ſunt per uelut & tanquam. Hunc ergo
apertiſſimum & ſolidiſſimum ſacræ ſcripturæ locum (Nam non negat Ludder
hanc epiſtolam eſſe de canone) obijcio omnibus hæreticis & ſchiſmaticis, purga-
torium non probari ex ſacris literis impie contendentibus.

Veram eſſe intelligentiam ex Paulo adductam, Ambroſij & Hieronymi teſtimonijs oſtenditur. Cap. III.

ET quia ſanctus Clemens nos monuit diligenter obſeruare ut lex dei cũ *Clemens*
legatur, non ſecundum propriam ingenij uirtutem uel intelligentiam le
gatur uel doceatur: ſunt enim multa uerba inquit in ſcripturis diuinis
quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſq; ſponte præſumpſerit, ſed
non oportet: & ideo oportet ſcientiam ſcripturarum ab eo diſcere qui eam a ma-
ioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam ſeruat: ut & ipſe poſſit eam, quam re-
cte ſuſceperit, competenter aſſerere. Ideo S. martyris & papæ iuſſa ſequens, oſten
dam hunc uerborum apoſtoli Pauli ſenſum, & intelligentiam priori capite expli-
catam, maioribus noſtris & ſanctis patribus conuenire: ut concordi plurimorum
eorundem ſanctorum ſentencia, inuicta & inexpugnabilis maneat ſanctæ eccle-
ſiæ catholicæ ueritas & doctrina: nam antiquioribus nolle credere ait Boetius, *Boet.*
ſtulticia eſt. ¶ Hunc ergo locum ſancti Pauli ad Corinthios de purgatorio in- *Ambroſi.*
tellexit S. Ambroſius florentiſſimus antiſtes qui licet ſuperædificationem ad bo-
nam quoq; & falſam referat doctrinam eo quod doctores eccleſiæ docent ſub no-
mine Chriſti, quem fundamentum habent, & lapidem angularem ſanę doctrinę:
ſimiliter & hæretici non docent niſi ſub nomine Chriſti. Nam ut ſtrenue quoq;
id facit Ludder, aliter commenta errorum inquit Ambroſius commendare non
poſſunt, niſi interpoſito ſaluatoris nomine prædicent, ut res contrarias & abſur-
das, nominis dignitas faciat acceptabiles, nam allegatione ſacræ ſcripturæ tument

Ludder arrogat ſibi Chriſtũ hæretici & ſimplices decipiuntur: Vti & Ludder inſolenter iactitat & torquet ſuũ Paulum, ſuũ Euangelium, & ualide ubiq; inclamat Chriſtus meus uiuit, Chriſtus
Ephe. 1 meus regnat quaſi ſolus eſſet ſuus: cum tamen uocati ſimus in una ſpe uocationis & unus ſit dominus, una fides, unum baptiſma, unus deus & pater omnium qui ſu per omnes, & per omnia & in omnibus nobis. Quanquam ergo diuus præſul de uaria doctrina ſuperædificationem exponat, ultima tamē uerba de igne purgatorij interprætatur, uerba eius ſunt iſta. Sed cum dicit Apoſtolus. Sic tamen quaſi per ignem, oſtendit ſaluum quidem illum futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, ut per ignem purgatus fiat ſaluus, & non ſicut perfidi, æterno igne imperpetuum torqueatur, hæc luculentiſſima optimi expoſitoris & ſpiritu ſancto pleni uerba, nobis ſenſum apoſtolicum aperiunt: & claram eius afferunt intelligentiam quia ſaluus erit ille, non æterno igne cruciandus, uelut damnati: nec tamen confeſtim beatorum choris aſſociabitur, ſed tantiſper eius ſalus & beatitudo differtur quo pœnas ignis patiatur & per ignem purgatus, ſaluus fiat. Ecce habes ignem pur-
Hiero. gatorij, quod uolebamus. ¶ Magnus ille Hieronymus, licet & ipſe ad doctrinã, hanc referat ſuperædificationem: tamen ſatis indicat Apoſtolum de igne purgatorij locutum, cum in cōmentarijs ſuper eundem ſic ait. Quod ſi ille non niſi per ignem ſaluus erit, qui iuſtus ex proprio eſt, quia negligenter ædificauit diſcipulos: quid de illis fiet, qui & ſermone non ædificant, & inſuper ſcandalizant exemplo?
Hiero. Cenſet ſanctus pater, negligentiam docendi igne purgandam. At clarius id ex uerbis ſuis libro ſecundo contra Iouinianum intelligitur, ubi uerba Apoſtoli ad longum recenſens ita ſubdit. Si is cuius opus arſit, & perijt, & damnum ſuſtinuit laboris ſui, perdet quidem laboris prꝫmium, ſed ipſe ſaluabitur: non tamen abſq; probatione ignis: ergo is cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, ſine ignis probatione ſaluabitur: & inter ſaluationem & ſaluationem utiq; erit diuerſitas aliqua,
Iouinianus damnat eo loco Hieronymus Iouiniani impietatem, qui Baſilidis reſuſcitans hæreſim: par omnibus uoluit eſſe præmium baptiſma recte ſeruantibus: ex Apoſtolo Paulo oſtendit eſſe diuerſitatem inter ſaluationem & ſaluationem, & uide quomodo loquatur de igne purgatorij, quia ſine ignis probatione ſaluabitur, cuius opus manſerit, ſine igne intelligas purgatorij, cum rariſſimus ſit qui ignem tribulationis præſentis effugiat tam iuſtus, qui aurum ſolum, argentum & lapides præcioſos ſuperædificet: quoniam ſecus intelligendo Hieronymum, faceres eum Apoſtolo aduerſari, qui liquido oſtendit in igne reuelari uniuſcuiuſq; opus & uniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Itaq; ignis iudicij omnia opera probat, tam bo-
Prouer. 17 na, quam mala: quemadmodum a ſapiente dicitur. Sicut igne probatur argentū & aurum camino: ita corda probat dominus: & hoc loco iterum ſatis conuincitur ex Hieronymo, diuum Paulum loqui de duplici igne, ſicut ſuperiori capite adnotauimus: quare ſi creator altiſſimus, ignem quo purgantur metalla creauit, cum incomparabiliter ſit ei maior cura de purgatione animarum humanarum: quomodo non creaſſet & ignem, quo animæ purgarentur.

Veram eſſe intelligentiam ex Paulo adductam. Auguſtini teſtimonio probatur. Cap. III.

Auguſti. ACcedat prædictis S. Auguſtinus, magnum eccleſiæ lumen, pertractans Apoſtoli uerba: in illo auguſtali opere de ciuitate dei libro uigeſimopri-
Capit. 25 mo. Vbi poſt multa ſic inquit. Si cuius autem opus arſerit, damnum patietur, profecto non eſt ignis ille æternus: in illum enim ſolum ſiniſtri de nouiſſima & perpetua damnatione, mittentur: iſte autem dextros probat, ſed alios eorum

ſic

ſic probat,ut ædificium quod ſupra Chriſtum fundatum,ab eis inuenerit eſſe cõſtructum,non exurat atq; conſumat,alios autem aliter,id eſt,ut quod ſuperædificauerunt ardeat,damnumq; inde patiantur,ſalui fiant autem: quoniam Chriſtum in fundamentum ſtabiliter poſitum, præcellenti charitate tenuerunt: & infra,poſt iſtius ſane corporis mortem,donec ad illum ueniatur, qui poſt reſurrectionẽ corporum,futurus eſt & damnationis & remunerationis ultimus dies; ſi hoc temporis interuallo,ſpiritus defunctorum eiuſmodi ignem dicuntur perpeti: quem non ſentiant illi,qui non habuerunt tales mores & amores in huius corporis uita ut eorum ligna & fœnum et ſtipula conſummatur, alij uero ſentiant, qui eiuſmodi ſecum ædificia portauerunt(ſiue ibi tantum,ſiue hic & ibi,ſiue ideo hic, ut non ibi) ſæcularia,quamuis a damnatione uenialia concremantem ignem, tranſitoriæ tribulationis inueniant. Non redarguo,quia forte uerum eſt. ¶ Aperte hic Auguſtinus præter ignem æternum;qui damnatos in inferno cruciabit,alium ignem tranſitoriæ tribulationis aſtruit poſt hanc uitam,quem ſentiant hi,qui,ligna, ſtipulam,& fœnum ſecum portauerunt,poſt iſtius corporis mortem & ante ultimum iudicij diem:& clarius de pœnitentia ſero ad deum conuerſi,hoc inquit. Sed magnum eſt, *Auguſt.* cui tunc deus inſpirat(ſi quis eſt)ueram pœnitentiam, ſed ſi etiam ſic cõuerſus uita uiuat & non moriatur, non promittimus quod euadat omnem pœnam, nam prius purgandus eſt, igne purgationis, qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis, hic ignis &ſi non ſit æternus, miro tamen modo grauis eſt. Vides purgandum igne, qui conuerſus per pœnitentiam circa mortem, diſtulit fructus conuerſionis,quibus male commiſſa diluerat.

¶ At inſurget hic Ludder, ut eſt ad ſubuertendas ſcripturas alacer & promptus *Euaſio Ludde.* Auguſtinum dubitatiue & ambigendo hæc dixiſſe,quia forte uerum eſt:potiſſimum cum aliter uerba Apoſtoli intellexerit in eodem loco citato de tribulatione præſentis temporis, aut de morte carnis, aut perſecutionibus eccleſiæ, & in Enchiridio *Enchiridio cap.68.71* ſenſit uerba Apoſtoli accipienda. Non de igne purgatorij, ſed præſentis tribulationis,ligna quippe & fœnum& ſtipula inquit,nõ abſurde accipi poſſunt, rerum ſecularium,quamuis licite conceſſarum,tales cupiditates, ut amitti ſine animi dolore non poſſint:cum autem iſte dolor urit,ſi Chriſtus in corde fundamẽti, *Ignis* locum habet,id eſt,ut ei nihil anteponatur,&malit homo,qui tali dolore uritur, rebus quas ita diligit,carere,quam Chriſto per ignem ſaluus ſit, & infra. Eſt quidem ignis,tentatio tribulationis,de quo aperte ſcriptum eſt alio loco. Vaſa figuli probat fornax,& homines iuſtos tentatio tribulationis,& proſequitur toto capitulo. *Eccleſ.27* Quare alicui infirma uideri poſſet, uerborum Apoſtoli Pauli inductio per Auguſtinum, qui libenter patiatur de alio igne quam purgatorij, Apoſtolum intelligi. ¶ At iſta ſicut nobis non obſunt, ita aduerſarijs nihil poſſunt prodeſſe: nam cum primo aſſumit Auguſtinum hæſitaſſe circa illam de igne purgatorio expoſitionem. Reſpondeo diuum patrem nullatenus de igne purgatorij dubitaſſe, quem tot locis aſtruit, ut eo conuulſo omnia corruerent, quæ de ſuffragijs uiuentium pro animabus defunctorum in ſcriptis reliquit, & uiuus perfecit: quæ libro confeſſionum legimus, libro de cura pro mortuis agenda, libro de.8. dulcicij quæſtionibus,& alijs pluribus ſcriptis eius. *Auguſt:* Sed ea fuit ſanctorum patrum in exponendis ſacris literis humilitas, ea animi ſubiectio, *Patrum modeſtia.* ut etiam ſi bene & diuinæ ſacra myſteria interprætarentur: non tamen præſumebant, neque temere diffiniebant (quod hæreticorum ſuperbiæ peculiare eſt) hunc eſſe intellectum diuini eloquij: ab authore, ſpiritusancto inſpirato, intentum. Nam hæreticorum impia præſumptio hoc ſibi arrogare non ueretur. Et audacior eſt in hac inſigni temeritate Ludder: ut ſua peruerſa dogmata legentibus, ubilibet obuiam ſit: nam hoc & ſanctus Iacobus prohibet. Nolite inquit, plures *Iaco.3*

magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis: ſic ergo S. Aſimili. Auguſtinus, cum attuliſſet expoſitionem ſuam de igne tribulationis præſentis ſeculi, & aliam de igne purgatorij, nolebat pro ſua humilitate & modeſtia diffinire, hunc eſſe ſenſum a ſpiritu ſancto intentum, quod ita facile aſtruitur, quoniam & Grego. B. Gregorius iiij. Dialogorum, ita ambiguo, & dubio modo loquendi utitur de purgatorio: quem tamen conſtat affirmatiſſime, ita catholicam conceſſiſſe ſententiam, Auguſt. purgatorium eſſe: quare diuerſarium non ſubleuat, quod Auguſtinus uſus eſt uocabulo dubitatiuo: cum & expreſſe teſtetur ſe non redarguere hanc expoſitionem de igne purgatorij: poſſem eundem euocare ex Homilia: ubi narrat errorem eorum, qui falſo arbitrabantur crimina etiam capitalia exurenda per ignē, per quem ſalui fierent: ubi ſubdit, Intellectus iſte fratres chariſſimi corrigendus eſt: quia ipſi ſe ſeducunt qui ſibi ſic blandiuntur: illo enim tranſitorio igne, de quo dicit Apoſtolus, ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, non capitalia, ſed minuta peccata purgantur: ubi minime heſitat: uenialia tranſitorio igne, illic poſt mortem purgari non capitalia.

Augu. ¶ Porro intuere & priorem Auguſtini expoſitionem: an non et ipſa, in hanc ſecundam aliquo tempore recidat: nam eum qui uxorem diligit carnaliter, & ſecundum hoc ſeculum: modo uxorem uoluptatemq́, quam ex ea accepit, non præponat deo: hunc affirmat ſuperædificare ligna, fœnum & ſtipulam: ſed has delicias & uoluptates, tribulationis ignis exuret: ad quem ignem pertinent & orbita. Augu. tes, & quæcunq́ calamitates quæ auferunt hæc: nam ut in Enchiridio ad Laurentium inquit, ſine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt: ſed quoniā alterutra conditiōe ꝓpoſita, eis potius carere malit, quam Chriſto: nec timore amittendi talia deſerit Chriſtum: quamuis doleat, dum ammittit: ſaluus eſt quidem: ſic tamen quaſi per ignem: quia urit eum rerum dolor, quas dilexerat, amiſſarum: Nunc facile eſt uidere quem ignem tribulationis & doloris innuat nobis Beatus Auguſtinus: At illud tunc moueamus: ſi huiuſmodi res amatæ ab aliquo citra peccatum mortale, ut ipſe quoq́ admittit, non amittantur ab eo, quo crucietur & igne tribulationis ſaluetur: ſed potius res amatæ & delicioſę amittant eum: puta quia talis tener & delicatus amator coniugis, ictu Bombardæ rapitur, aut fulmine corripitur, ſeu alias ſubitanea morte obruitur: ubi in hoc ſeculo, harum rerū amiſſione non cruciatur, nec uritur: aut ſi genere mortis non uulgari intereat: ut Vale. Maxi. ſi quem dolor non extinguat, Læticia tamen conſumat: uelut Vale. Max. de morte non uulgari uarios caſus renarrat: hic taliter in læticia oppetiens igne tribulationis præſentis non purgatur: Per quem alium ignem, dic quæſo, ſaluus erit: niſi per ignem purgatorij: cum iſta ſuper fundamentum ædificata, non deijciant in gehennam: ſed per ignem cremata, auctorem ſaluari permittant: Et hoc eſt quod Augu. Auguſtinus uoluit, ſiue ibi tantum illa purgari, ſiue hic & ibi, cum per tribulationem hic inceptam, non totum reatum expurgauerit: ſiue ideo hic ut non ibi, Vt qui eorum delicta ſufficienter per ignem tribulationis diluerunt: eos denuo per ignem ire non ſit neceſſe.

Augu. Cap.69 ¶ Et ita in Enchiridio quoq́ non excludere Auguſtinum ignem purgatorij, indicat capitulum ſequens: ubi ſic legitur, Tale etiam aliquid poſt hanc uitam fieri, incredibile non eſt: & utrum ita ſit, quæri poteſt: & aut inueniri aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minuſue bona pereuntia dilexerunt: tanto tardius, citiuſq́ ſaluari: non tamen tales, de quibus dictum 1. Cor. 15. eſt, quod regnum dei non poſſidebunt niſi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Habes quod dixi Auguſtinum ſentire, & præſenti igne aliquando, & aliquando futuro ſaluos fieri & purgari, eos qui ſuperædificant ligna, fœnum, & ſtipulam.

Præterea

¶ Præterea & hoc addendum: ſi S. Auguſtinus etiam diuerſe a nobis hunc lo- cum Apoſtoli expoſuiſſet: quam diu tamen noſtram non improbaſſet, non debere hunc adduci, uelut nobis repugnantem: alioquin nullum dabis locum firmum in ſacra ſcriptura: quod ſemper reperti ſint uiri ſancti, uarias afferentes, pro ſpiritusſancti fœcunditate, ſuper ſacris literis ſentencias: Accedit quod aliquando ſacræ ſcripturæ uerba tractarunt pro commoditate materiæ, in qua laborabãt: etiam ſi præter intentionem authoris inſpirati hoc facerent: Do exempli gratia locum in præſenti materia: dum Eſaias ait. Ve qui coniũgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, uſq; ad terminum loci: inquit Hieronymus. Hæretici dogmata dogmatibus coniungunt: & qui ſupra fundamentum debuerunt ædificare aurum, argentum, & lapides præcioſos: econtra ædificant ligna, fœnum, & ſtipulam: modo quis eſt qui neſciat hæreticos, ita errores erroribus accumulantes, non talia agere, quæ per ignem cremata ſaluentur, ſed peccata mortifera, & quæ ſemper igne urantur, agere: Et ita licet una ſcriptura pluribus modis poſſit exponi per adaptationem: Vnus tamen eſt principalis ſenſus literalis ac primarius: licet ſpiritusſanctus, ex propoſito aliquando ędiderit ſcripturam ſacram obſcuriorem: quo ſuam fœcunditatem, ut diuus Auguſtinus ait, cum multiplici ſenſu oſtenderet. Quis enim aduerſarium feret, negantem hunc ſcripturæ locum efficacem fore ad probandum: ſi quando interprætes uariauerint: Nam ſic in ſignis ille nouus magiſter, totam ferme ſacram ſcripturam reddet, inutilem nobis, inanem & inefficacem: Abſit autem a nobss, tanta impietas & blaſphemia: Stat ergo ſentencia, hoc loco per ignem, ignem purgatorij, etiam Auguſtini teſtimonio intelligi: licet & præſens tribulatio purgatorium eſſe poſſit: ad quod forte aſpexit gloſſa interlinearis, cũ inquit. Vniuſcuiuſq; opus, quale ſit ignis probabit gloſ. præſentis uel futuri iudicij.

Varia expoſitio. | Eſa.5 | Hiero. | Hæretici. | Auguſt.

Veram eſſe intelligentiam ex paulo adductam Gregorij, Altuini & gloſ. ordi. teſtimonijs comprobatur: Cap. V.

Magnus re & cognomento Gregorius noſtræ ſuffragat̃ ſentenciæ: ita concors patrum ſanctorum ſentencia, Vehementer quæ aſſerimus, comprobet: Nam libro. iiij. dialogorum, cum more achademico, in utramq; partem de igne purgatorij diſputet: tandem pro uera & catholica concludens ſentencia, S. Pauli uerba, quæ modo tractamus, adfert pro ſuo ſenſu confirmando: poſt quæ ſubdit. Quamuis hoc de igne tribulationis, in hac nobis uita, adhibito, poſſit intelligi: tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat: penſandũ ſolicite eſt, quia illum per ignem dixit poſſe ſaluari: Non qui ſuper hoc fundamentum ferrum, æs, uel plumbum ædificat, id eſt peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam inſolubilia: ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt peccata minuta, atq; leuiſſima, quæ ignis facile conſumit: Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis, nihil quiſquam purgationis obtinebit: niſi bonis hoc actibus in hac adhuc uita poſitus, ut illic obtineat, promereatur: plana ſunt hæc uerba, & nullis inuolucris obnoxia. ¶ Poſt magnum illum pontificem, magni Imperatoris Caroli audiamus præceptorem Altuinum libro tertio, de trinitate dicentem. De igne diei iudicij Apoſtolus ait. uniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis declarabit, de igne purgatorij eum dixiſſe, non eſt dubitandum: quem ignem aliter ſancti, aliter impij ſenſuri ſunt, impij ſiquidem de illius ignis cruciatu, ad perpetuas ignium flãmas detrudentur: ſancti uero qui ſine omni peccatorum macula: in corporibus ſuis reſurgent: qui ſupra fundamentum, quod eſt Chriſtus, aurum, argentũ, & la-

Grego. | Capit. 39. | Altuinus

pides præcioſos ædificauerunt tanta uelocitate ignem illum peruolabunt, quanta integritate fidei & dilectionis, in hac uita cuſtodierunt præcepta: poſtea proſequitur ad longum de igne iuſtorum: qui nondum ſancti contemplatione eſſentiæ diuinæ exiſtunt; attamen in charitate dei decedentes, minuta peccata exurunt in igne per quem ſalui fiunt: At in præſentia ſufficiat, quod teſtetur non dubitandum quin, S. Paulus loquatur de igne purgatorij.

Albert. mag. ¶ Albrechtus & ipſe magnus Sueuus Græcum citat interpretem anomium, dicentem ſuper illis uerbis Apoſtoli. Hunc ignem credimus eſſe καθαρισμόν id eſt, mundificationem: in quo defunctorum animæ probantur, tanquam aurum in fornace a ſcoria purgatur: Recentiores & Neotericos non adfero: & ſi illuſtres Theologos, Petrum Longobardum, Guilhelmum Parrhiſieñ. Nicolaum de Lyra. Gerſonem & ſimiles: quod aduerſarius gradiens in mirabilibus ſuper ſe: hos contemnit & floccifacit: uelut ſcholaſticos & ſpinoſos ſophiſtas, qui ſpiritusſancti intelligentiam non ſint aſſecuti: quemadmodum ipſe cœlo demiſſus ab alto, deorum Mercurius, Veritatem, quæ. CCCC. annis ſub ſcamno latuerit, in lucem afferat. ¶ Attamen gloſſam ordina. ſaltem audiamus ſuper eo loco. Duos ignes inquit futuros legimus, Vnum æternum, quo æternaliter puniuntur reprobi, qui ſequetur iudicium: alterum qui præcedet, quo exuretur facies huius mundi: qui emundabit eos, qui ſuperædificauerunt lignum, fœnum, & ſtipulam: qui autem ſuperædificauerunt aurum, argentum, & lapides præcioſos, de utroq; igne ſecuri ſunt. Expende hunc gloſſatorem huius fuiſſe ſententiæ: Eum ignem, qui modo purgat animas, in die conflagrationis, purgaturum faciē totius mundi, de quo inferius plura.

In Arrogantiā Lutheri

Gloſſa ordina.

Euaſio Lutheri ad pæfatum S. Pauli locum, & euaſionis repulſa. Capit. VI.

HOc apertiſſimum diui Pauli teſtimonium!, luculentiſſimas ſanctorum patrum interprætationes, eludere nititur Luther: & pro temeritatis ſuæ arrogantia, nouum adfert relictis patribus, uerborum Pauli intellectum: ut ſuæ ſatiſfaciat uanitati &, cui tam immodice ſtudet, ſingularitati. Omnibus enim una intentio hæreticis ait Bernhardus, ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ: unde prolato ſibi illo Apoſtoli loco, fatetur ſe neſcire Germanũ Pauli ſenſum: ita etiam lupus rapax, in ueſtimento ouium incedit: ſubdidit in diſputatione noſtra Lipſica: cum apertiſſime Apoſtolus dicat. Opus uniuſcuiuſq; per ignem probari: in quo igne dicit reuelanda die domini, quæ declaret uniuſcuiuſq; opus: meo tenui iudicio uidetur loqui de igne conflagrationis & extremi iudicij. Hac ergo euaſione ſe credens tutum, negat hoc loco probari purgatorium eſſe.

Bernar. ſuper Cant.
Mat. 7
Lutheri expoſitio.

¶ At fortiter repellamus hunc fucum: primo enim ſi uult ad ultimum diem iudicij, & ad ignem conflagrationis apoſtolica uerba referri: uideat quid fecerit: Cum nihil coinquinatum intrabit in cœleſtem Hieruſalem: conſectarium erit animas illorum, qui ſuperædificauerunt, ligna, fœnum, & ſtipulam, non antea ingredi regna cœlorum, quam purgatæ fuerint & arſerint illa cremabilia. Quod ſi tamdiu eis differendum eſt, quo uniuſcuiuſq; opus, ignis probabit (nam & de bonis & malis, ut recte Auguſtinus inducit, operibus probandis loquitur Apoſtolus) tunc alia Græcorum hæreſis redibit, & antiqua ueſania, neminem ante ultimum iudicium ingredi regna cœlorum, contra quam apertiſſima habemus CHRISTI uerba ad latronem. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: & Chryſoſtomus ſuper eo loco, improbat hunc errorem ſequentes, ait enim. Quidam dicunt latronem nondum aſſecutum eſſe paradiſum: ſed paradiſum quidem

Apoc. 21
Improbatio.
Auguſt.
Græcorum hæreſis.
Luc. 23
Chryſoſto.

quidem, latro poſſedit. Non enim poteſt mentiri qui dixit, hodie mecum eris in paradiſo.

¶ Porro per hanc euanidam & nouiciam interpretationem, non euadit aduerſarius, quin hoc loco aſſerat Apoſtolus, purgatorium: niſi quod deteriori modo, & peiori forma illud admitteret. Nam quia concedit Apoſtolum loqui de igne conflagrationis: & in illo ardebit opus eius, qui ligna, fœnum, & ſtipulam ſuperædificauit, qui detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignem: & ita aduerſarius negādo uerba Apoſtoli loqui de purgatorio: ſtatim ſibi ipſi cōtrarius: ignē conflagrationis ponit eſſe purgatoriū: licet tunc difficile ſit oſtendere: quale detrimentum paterentur, & quid interuallo temporis, cum animabus illis ageretur, unde cuiq; prudenti liquet: non acceptandam diuerſarij euaſionem: nec eum aſſecutum ſenſum primarium literalem huius loci.

¶ Poſtea ex duobus apertiſſimis, ut ait, uerbis, in hanc tractus eſt abſurditatem: ut exiſtimet Apoſtolum huius fuiſſe intentionis. Primo quod ita uniuerſaliter teſtatur Apoſtolus, Et uniuſcuiuſq; opus, quale ſit, ignis probabit, ut exiſtimet ſolū ignem conflagrationis, uniuſcuiuſq; opus probabit; at qui in ueſtibulo aberrat, accidit ut ueram portam, non facile ingrediatur: cum per ignem primo loco poſitū nullus materialis ignis intelligatur: ſed iudicium, quod in morte cuiuſq; fertur, ut ſupra ex Auguſtino & gloſſ. interlineari oſtendimus, copioſius illud libro ſecundo facturi. Alioquin ſi de igne materiali conflagrationis uelit intelligi: Iam omnes ſanctorū animæ, non dū probatę ſunt, expectantes diem domini, ut probetur opus uniuſcuiuſq;: cum tamen S. Iohannes uiderit beatitudinem earum per reuelationem: quia datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis, ut requieſcerent tempus adhuc modicum. Apo.7

¶ Alterum quod ei prębuit occaſionem erroris eſt: quia in illo igne dicit reuelandam diem domini quæ declaret uniuſcuiuſq; opus: licet nō arbitrer Apoſtoli fore mentem, diem domini reuelandam in igne, ut Ludder torquet uiolente literam apoſtolicam: ſed opus uniuſcuiuſq; reuelari in igne: & dies domini declarabit. Tamen hic fallitur aduerſarius, quod non exiſtimat diem domini dici, niſi extremi iudicij: quaſi non quælibet dies mortis hominis: dicatur dies domini: de qua die & hora nemo ſcit ait Chriſtus ad apoſtolos: Sic alij loci quibus Apoſtolus loquit̄ de die domini, & ſi etiam de aduentu domini in extremo iudicio intelligi queant: tamen & de aduentu Chriſti in morte uniuſcuiuſq; cōmodiſſime accipiuntur: ut ad Theſſalonicen. ait, Dies dñi ſicut fur in nocte ita ueniet: ſic Auguſt. ad Eſicium inquit, In quo enim quemq; inuenerit ſuus nouiſſimus dies: unus eſt locus apud ſanctum Petrum: ubi ita pro nouiſſimo die mundi accipitur, quod ad nouiſſimum diem hominis ſenſu literæ non poteſt adaptari. Sed quod dies domini dicatur dies mortis hominis, gloſſ. ordinaria clare nobis hic indicat dicens. Hic dies eſt hominis, pro nutu ſuo agentis: ſed in iudicio uel morte, cuiuſq; dies eſt domini, ſecundum merita iudicantis: unde ex eo quod Apoſtolus meminit diei domini, non debebat propterea interpraetari, uerba eius de die conflagrationis & extremi iudicij: fateor tamen quod non deſunt, qui opinentur eundem ignem, in quo iam animæ purgantur, uelut e catharactis erupturum, & purgaturum elementarem machinam: ſicut ait ſanctus Petrus. Adueniet autem dies domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſient: elementa uero calore ſoluentur: terra autem & omnia, quæ in pſa ſunt, exurentur. Vnde & in ſacris literis ſæpe dominus in igne uenturus prænunciatur: ut apud Eſaiam. Ecce dominus in igne ueniet: & Dauid. Ignis ante ipſum præcedet: & Daniel. Tronus eius flamma ignis: rotæ eius ignis accenſus: & Matthæ. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret uſque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis, unde & B. Gregorius

Margin: Math.24. — Dies domini — 1.Theſſa.5 — Auguſt. — 2.Pet.3. — Gloſſa.ordina. — 2.Pet.3. — Eſa.ult. — Pſal.99. — Dan.7 — Math.24 — Greg.

Eſa.5 quaſi hæſitando idem proponit, Aſſumens illud Eſaiæ, dilatauit infernus aním am ſuam. Videtur inquit, infernus dilatare animam ſuam per ignem Siciliȩ qui mul tum terræ occupauit, uel de terra in die iudicij, totum occupabit: ille autem ignis Gloſſ. eſt ignis purgatorij: huius ſentenciæ aſtipulatrix uidetur gloſſ. ordina. priori capi te renarrata: & illic obiter annotauimus. Stat ergo ſentencia noſtra uera ac inuicta ſanctis patribus Auguſtino, Ambroſio, Hieronymo, Gregorio ac Alcuino con formis, hoc loco apoſtolum ignem ſignificaſſe; quo opera uenialia purgentur: per lignum, fœnum & ſtipulam ſignificata.

Ex uerbis Chriſti apud Mathæum probatnr pur gatorium. Cap. VII.

AVdiuimus miniſtrum nobis purgatorij locum monſtrantem: audiamus iam dominum: placuit nobis ſentencia diſcipuli, placitura eſt & magi ſtri. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus ad diſcipulos ſuos, Mathæo Math.5 referente, ait. Eſto conſenciens aduerſario tuo cito, dum es in uia cū eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici: & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris: amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem: ſic apud Luc.12 Lucam ait, dum uadis cum aduerſario tuo ad principem: in uia da operam libera ri ab illo, ne forte trahat te ad iudicem: & iudex tradat te exactori, & exactor mit tat te in carcerem: dico tibi, non exies inde, donec nouiſſimum minutum reddas: hunc locum ita adducimus, ut fidelem, qui in captiuitatem redigere omnem intel lectum debet in obſequiū Chriſti, facile conuincere debeat, ad aſſentiendum pur gatorium eſſe. Nam cum corrupta ſit noſtra natura; & uetus in nobis regnet Adam: & ſenſus & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia Gene.8 ſua: quomodo non aduerſantur nobis (iuxta Hierony. Ambroſ. & Gloſſ. ordina. Hierony. traditionem) prophetica & Euangelica mandata: quæ appetitus noſtros & offen Gloſſ. ſibilitates cohercent: illis ergo conſentire debemus, dum ſumus in hac uia, qua ad patriam tendimus: quod ſi non fecerimus, ecce præcepta & mandata dei accuſa bunt, non conſencientem corā iudice Chriſto, dum ex uia euocatur, iuxta illud Io Iohan.5 hannis. Eſt qui accuſat uos Moyſes: & iudex tradat eum miniſtro, ut in carcerē mittatur purgatorij: a quo non exibit, donec ſatisfaciat patiendo: & ſic omni debi to, etiam nouiſſimo & minutiſſimo ſoluto, uitam æternam ingrediatur: aut per ad uerſarium proximum capere poſſumus: cum quo pro humana fragilitate aliqua diſſenſio eſt: uelut & in præcedentibus & ſubſequentibus huius meminit: & Hierony. Hieronymus explicat. ¶ Et quamuis S. Auguſtinus de carcere infernali, uide Auguſti. tur hunc locum intelligere: & Chryſoſtomus de carcere huius mundi: tamen ua Chryſoſt. rietatem interpretum non impedire, quin textus ſit efficax ad probandum, capi te. iiij. docuimus. Ita autem accipienda eſſe uerba Euangelica, ſicut iam monſtra Ambroſi. uimus docet B. Ambroſius ſuper Luc. qui in fine quaſi inquit. Et uidetur uſua lis rei nomine expreſſum, intellectus ſpiritalis arcanum. Nam ſicut qui pecuniā ſoluunt debitum reddunt, nec prius euacuatur fœnoris nomen, ꝙ totius ſortis ad numum uſqꝫ, quocunqꝫ ſolutionis genere, quantitas uniuerſa ſoluatur: ſic com penſatione charitatis, actuumqꝫ reliquorum, uel ſatisfactione quacunqꝫ peccati pœ na diſſoluitur, aut precio charitatis redimitur iniuria, aut iniuriæ æſtimatione pœ na laxatur, & infra uniuſcuiuſqꝫ ſupraſcriptæ genere conditionis eluitur, cum tam diu exercetur noxijs pœnis & commiſſi ſupplicia erroris expendat. Quis non ui det S. patrem inter uaria ſatisfactionum genera, & purgatorium cōnumerare: nā carcerem talem ponit in quo ſatisfactione peccati pœna eluitur: at hoc in inferno non contingit: cum uniuerſa quantitas ibi nunꝙ ſoluatur: nunquam deuenitur ad minutū

minutum ubi ſemper maxima, quia æterna reſtat pœna: in inferno enim dum
ſemper ſoluerint ſemper plus reſtat ſoluendum quod æternus eſt ille carcer: con-
ſtat ergo S. patrem de purgatorio hunc locum interpretari. Et ita Gloſ. ord. intel- *Gloſſa ordina.*
ligit per nouiſſimum quadrantem, peccata minuta, quæ ſunt purgabilia, ſicut pec
cata mortalia, damnabilia. Et hunc ſenſum ac uerborum intelligentiam, pleriq;
ex Neotericis tenent ac ſequuntur, ſicut & præceptor meus Gregorius Reiſthi- *G. Reihſiius*
us Chartuſianus poſt alios facit.

Euaſio fucata Ludderi ad uerba Chriſti, & alia item Melanchthonis Grammatici, refellitur. Cap. VIII.

EX hac noſtra inductione, nitit̃ aduerſarius collum ſubducere: quoniam *Auguſt.*
ſanctus Auguſtinus de carcere inferni intelligat, a quo nunquam ſit e-
greſſurus: & authoritate Hieronymi aduerſus Heluidium, ſatis manife- *Hiero.*
ſtum ſit, hanc dictionem donec, non cogi ſignificare, quod Ambroſius hic ponit:
nam & ſic Mathæi 1. ſcribitur de Ioſeph & Maria. Nec cognouit eam donec pe *Math. 1*
perit filium ſuum, & tamen inualida eſt illatio, quod poſt partum eam cognoue-
rit. Ita hic uult non ſequi, quod ſit exiturus poſt ſolutionem: ſed ſoluet & non exi
bit. Addit Philipp9 Melanchthon Grammaticus Ludderi ſectator: uelut Creſto *Melanchthon*
nius grammaticus Pelagij, non eſſe eundem locum in Luca & apud Mathæum:
dein cum Ambroſius aduerſarium faciat diabolum, reluctari huic ſententiæ Hie
ronymum: Et eum commiſeret populum fidelem ſic doceri: & pleraq; alia contu
melioſe affert Grammaticus ille in hanc ſentenciam. ¶ At illa non ſuffragant̃ *Cap. 4*
diuerſario: nam ſupra deplanauimus. Non propterea locum ſacræ ſcripturæ red
di inualidum, eo quod apud S. patrem reperitur diuerſus ſenſus aſſertus: nam ſic
omnia eſſent, dubia, incerta, & ambigua cum ferme nullus ſit locus, qui non, ob
ſui fœcunditatem & uigilantiſſimum ſanctorum patrum laborem, pertinaciſſimũ
ſtudium, inueniatur uarie tractatus: ſufficere enim debet ſanctum doctorem aſſe
qui ſenſum literalẽ uerum, nec ab alio loco ſacræ ſcripturæ diſſonũ, nec ab alijs ſan
ctis patribus improbatum: Nam ſi S. patres ſunt diuerſi, non mox conſectarium
eſt, ſcripturam reddi dubiam. At ſi aduerſas & improbantes adferrent expoſitio-
nes: iam tibi cederem, & euaſioni aſſentirer, locum reddi ambiguum. Porro qđ
arguatur de uocula donec, ex Hieronymo contra Heluidium, neminem hoc præ *Donec*
terit, donec explicari per nunquã, quod Gloſſa interlinearis hic facit ad ſancti Au *Gene. 8*
guſtini mentem. Et in Geneſi. Coruus quem emiſit Noe, non reuertebatur, do-
nec ſiccarentur aquæ ſuper terram, & tamen nunquam poſtea reuerſus eſt: ita in
loco citato Mathæi: & in Pſalmo. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris me *Pſal. 109*
is. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Et iterum. Oculi no- *Pſal. 122.*
ſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſereatur noſtri: quare libenter patior,
ut uocula illa donec, aliquando infinitum ſignificet, quod ex circunſtanti mate-
ria: aut alijs locis ſcripturæ, depræhenditur: ſed cum uſitatior ſit eius ſignificantia:
ut conſumationis terminum exprimat, ab iſta non eſt temere recedendum: & pro
pior uidetur eſſe iſte ſenſus literalis quia docet hic Chriſtus pœnitentiam, & non *Ambroſius*
omnis delicti emendationem: ait Ambroſius præſertim quia hic ſit mentio de red
ditione & ſolutione debiti finiti: at exiſtentes in inferno: non reddunt debitum:
ideoq; potius uidetur adaptanda hæc litera exiſtentibus in purgatorio, quam in
inferno qui nihil ſoluunt, ſed luunt perpetuo pœnas. Et miror quod Grammati- *Ludder. theol.*
cus Theologus in præſentia hunc ſenſum non ſequitur, qui Dialecticam Phiſi- *Grammaticus*
cam, ac Ethicam damnans, Grammaticam his & alijs omnibus adminiculatiuis
ſcientijs præponit ut quæ Theologiæ præ omnibus maxime opituletur.

Melanchthon Ambroſ. defenditur.

¶ Quæ Philippus Melanchthon aſſumit ſutor ultra crepidam per ſe friuola ſunt
& futilia: Nam B. Ambroſius acutius uidit, in quo locus ille Mathæi a loco Lucę
differat: hoc inquit etiam Mathæus poſuit: ſed ille ſpecialiter iſte generaliter: ille
enim de reconcilianda pace diſſidentium fratrum dicendum putauit (uides quo-
modo & Hieronymi & Chryſoſtomi ſentenciam ſit aſſecutus) hic de pœnitentia,
& omnis emundatione delicti: uide quam non latuit S. patrem, quomodo & idē,
& quatenus diuerſus ſit locus Mathæi & Lucæ: Quod adiecit de aduerſario, relu-
ctari Hieronymum Ambroſio Andabatarum more pugnat: cum prorſus cōſen-
Hiero. non reluctatur Ambr. tiant: Nam Hieronymus ſuper Mathæo inquit. Ex præcedentibus autem & con
ſequentibus, manifeſtus eſt ſenſus: quod nos dominus ac ſaluator noſter: dum in
iſtius ſeculi uia currimus: ad pacem & concordiam cohortet̄: iuxta Apoſtolum
dicentem. Si fieri poteſt, quantum ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem
Rom. 12 habentes &c. Itaq; aduerſarius noſter eſt ſecundum Hieronymum. homo cū quo
ſimultatem habemus & inimiciciam gerimus: at hunc ſenſum & B. Ambroſius
non reſpuit, ſed amplectitur. Ait enim. Et iuxta Mathæum quidem, aduerſari-
us eſt: cum quo minime tibi in hac uita conueniſſe uideatur: qui apud iudicem
futurum, uiuorum atq; mortuorum, manente ſimultatis crimine perſequatur: ui-
de quam pulchre in eandem coeunt circa Mathæum ſentenciam: hinc ambo me-
minerunt, pro eo quod nos legimus in latinis codicibus. Eſto conſentiens aduer-
ſario tuo, ſcriptum eſſe Græce, ἐυνοῶν, quod interpretatur benignus. Quod uero
Ambroſius B. Ambroſius iuxta Lucam intelligit dyabolum, diui Petri authoritate: hoc Hie-
ronymus nullibi refellit, quid per aduerſarium apud Lucam intelligatur: quam-
uis nolit dyabolum iuxta Mathæum intelligi: quod nec in Luca reperitur. Diſcat
ergo Melanchthon, alia ratione Theologiam fore tractandam quam Grammati
Laus Ambroſ. cam, alia ſtultiora ſunt, quam quod ad ea reſpondeat̄: nam Ambroſium recte do-
cuiſſe populum: ęditi teſtantur ſermones, & magni Auguſtini conuerſio.

Ex alijs uerbis Chriſti apud Mathęum probatur purgatorium. Cap. IX.

QVod ſi aduerſarius pergat Taurino acpite eſſe pertinax neq; caquieſce-
re uelit illi loco Mathæi iam citato, patentiorem alium ex eodem addu-
camus: ubi ſaluator noſter Iudæis dixit. Omne peccatum & blaſphe-
Mat. 12 mia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur, & qui-
cunque dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit
uerbum contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in
futuro. Omnis quiſpirat intelligit hic ſaluatorem, grauitatem blaſphemiæ ex-
aggerare quod neq; hic, neq; in futuro ſeculo remittatur: non quod negetur remiſ
ſio: ſi blaſphemus pœniteret: ſed quia occludat uiam ſpiritui ſancto & gratiæ de-
Exo. 10. & 14. meritis ſuis eū excæcantibus, non peruenit ad pœnitentiam: ſed induratur, ſicut in
Iohan. 12 duratum fuit cor Pharaonis & Aegyptiorum. Et ſicut Iohannes e quibuſdam
Eſa. 7. blaſphemiæ ſuæ merito excæcatis inquit, propterea non poterant credere, citans
Eſaiam, excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis
& non intelligant corde, & conuertentur, & ſanem eos. Porro ſicut aperuit diuer-
ſitatem peccatorum, ita & geminam oſtendit remiſſionem, quo aliqua in præſen-
ti ſeculo, aliqua in futuro remittuntur. Modo ſi in futuro ſeculo remittuntur, hoc
Apoc. 21 non fit in cœlo, quia nihil coinquinatum intrat in ipſum, ait Iohannes. Nec in inſer
no, quia ibi nulla eſt redemptio. Non attinet in præſentia pugnam Theologorū
diſcutere, an peccata uenialia perpetuo in inferno puniantur. Itaq; conſectariū eſt
hanc remiſſionem fieri in purgatorio, & ſic ex uerbis Chriſti, purgatiorum eſt pro
batum. ¶ Et quod intelligentia illa ſit uera, recte ex litera primario ſenſu tra-
cta,

cta,liquet ſanctorum patrum teſtimonijs. Nam Gregorius magnus hunc pertra- *Grego.*
ctans locum ait,qualis hinc quiſq; egreditur, talis in iudicio apparebit, uel repræ-
ſentabitur: ſed tamen de quibuſdam culpis eſſe ante iudicium purgandis, ignis
credendus eſt: pro eo quod ueritas dicit: quia ſi quis in ſpiritum ſanctum blaſphe-
mias dixerit,neq; in hoc ſeculo remittet̃ ei, neq; in futuro: in qua ſententia dat̃ in-
telligi,quaſdam culpas in hoc ſeculo,quaſdam in futuro poſſe relaxari: & probat
hanc intelligentiam B. Gregorius:nam quod de uno negatur,conſequens intelle-
ctus patet,quia de quibuſdam conceditur. Vide quam docte colligit,ueram lite-
ræ intelligentiam B. Gregorius oſtendens ex uerbis Chriſti ſaluatoris noſtri, pur
gatorium probari. ¶ Aſtipulatur beatus ille & mellifluus Bernhardus ſuper *Bernhardus*
Canticis,ubi repræhendens hæreticos,purgatorium negantes poſt mortem, in-
quit. Quærant ergo ab eo,qui dixit,quoddam peccatum eſſe in hoc ſeculo, neq;
in futuro remittendum:cur hoc dixit, ſi nulla manet in futuro remiſſio, purgatio-
ne peccati. ¶ Habet hoc gemina gloſſa ordinaria circa literam. Vna inquit, *Gloſſa ordina.*
Quædam enim culpæ in hoc ſeculo laxantur,quædam uero paruæ ſcilicet: etiam
in futuro quæ quidem poſt mortem grauant: ſed & dimittuntur, ſi homo bonis
actibus in uita,ut ibi dimittantur,promeruit. Alia gloſ. ait, quia ſunt quædam le- *Gloſſ.*
uia,quæ ſi in hac uita nondum ſunt remiſſa,poſt mortem grauant:ſed & remittun
tur ſi digni ſunt:quæ uerba,cum ſint luce meridiana clariora, non opus eſt exten-
dere:neq; quicquam dicit aduerſarius ad iſta:immo non poteſt, quicquam contra
dicere uel cogitare:niſi quod in diſputatione Lipſica, pro ſolita ſua proteruia ait,
Rationem Gregorij conſentiente Bernhardo eſſe ualidam,apud fideles ſed inuali
dam apud reſiſtentes:& tamen nec unum apicem adducit:cur infirma ſit, ex uer
bis Chriſti:ratio per B. Bernhardum inducta: forte credens ſe alterum Pythago
ram,ut eius authoritate contenti ſufficiat in probatione afferre. Ipſe dixit. Quam- *Ipſe dixit*
uis mihi ſufficiat,rationem Gregorij eſſe ualidam apud fideles: quia noui contra
infideles nec Euangelium ualere,qui ſacram ſcripturam negent.

Machabæi facto,purgatorium probatur: & librum Mach. eſſe in Canone,euincitur. Cap. X.

SVpereſt ut alium locum adferamus,ex Machabeorum libris,tam paten
tem & manifeſtarium,tam dilucidum ac apertum: ut cauillari aut tor-
queri non poſſit,etiam per ipſum aduerſarium, quamuis inſigniter pro-
teruum. Niſi quod extremum quærens impietatis refugium,nobis. Immo ſanctę
eccleſiæ dei,eripere conatur hunc librum uelut ſimili impietate, in reſolutionibus
diſputationis Lipſicæ,Canonicam S. Iacobi Apoſtoli epiſtolam, impudentiſſime *Impietas Luderana.*
affirmat,huius ſtylum,longe eſſe infra apoſtolicam maieſtatem, nec cũ Paulino ul
lo modo comparandum:ſed cornua beſtiæ huius confringantur. Prodeat ergo ſa *2.Mach. 12*
cra ſcriptura:& quid Iudas Machabeus fecerit nobis enarret. Cede ſuorum facta,
ſequitur. At uir fortiſſimus Iudas hortabatur populum conſeruare ſe ſine peccato,
ſub oculis uidentes,quæ facta ſunt, pro peccatis eorum,qui proſtrati ſunt. Et facta
collatione duodecim millia drachmas argenti, miſit Hieroſolymam, offerri pro
peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans: niſi
enim eos qui ceciderant,reſurrecturos ſperaret: ſuperfluum uideretur & uanum
orare pro mortuis:& quia conſyderabat,quod hi qui cum pietate, dormitionem
acceperant,optimam haberent repoſitam gratiam: Sancta ergo & ſalubris eſt co-
gitatio,pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur. ¶ Hic locus apertiſſimus
(a quo fugit aduerſarius,uelut a facie colubri) non ſolum teſtatur locupletiſſime
purgatorium eſſe nudis uerbis,ſed & pluribus id agit, quid Iudam Machabæ-

um mouerit, ad faciendum ſuffragia pro mortuis, quod ſacrificium pro peccatis
eorum oblatum: Quod hi adhuc optimam haberent repoſitam gratiam; ideo ſo-
lum pro electis orare intendebat, attamen onere peccatorum grauatis, ut a pecca
Picus tis, hoc eſt a reatu peccatoꝝ ſoluerentur, ut pulchre inter recentiores doctiſſimus
comes Mirandulanus interpraetatur. Vbi hoc animaduerſione dignum, quod hi
qui ceciderant in bello, peccauerunt peccato mortali, nam uti ſacra teſtatur hy-
ſtoria, ſequenti die uenit Iudas cum ſuis: ut corpora proſtratorum tolleret, & cum
parentibus poneret in ſepulchris paternis: inuenerunt autem ſub tunicis interfe-
ctorum, de donariꝭs idolorum, quæ apud Iamnitam fuerunt a quibus lex prohi-
bet Iudæos: omnibus ergo manifeſtum factum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe:
omnes itaqꝫ benedixerunt iuſtum iudicium domini: quæ occulta fecerat manife-
ſta. Intelligis candide lector, quomodo crimine fuerunt obnoxiꝭ, contra legem do
Deut. 7 naria idolorum appropriantes, quod in Deuteronomio prohibuit dominus, inqui
ens ad populum per Moyſen: ſculptilia eorum igne combures; non concupiſces
argentum & aurum, de quibus facta ſunt, neqꝫ aſſumes ex eis quicquam ne offen
das, propterea quod abominatio eſt domini dei tui, nec inferes quicquam ex ido
lo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Hoc perpende, nam ſi in
hoc peccato impœnitentes fuiſſent mortui, iam fuiſſent anathema & damnati, &
in caſſum fuiſſet pro eis uel orare uel ſacrificium offerre; at quia præſumendum
eſt ſemper de meliori: ideo Iudas ſperabat illos in extremis pœnituiſſe: ut ſoluta
culpa mortali, adhuc pœnæ eſſent duntaxat obnoxiꝭ, ſicque precibus & ſacrifi-
ciꝭs, peccata eorum ſoluerentur, id eſt reatus peccatorum, hoc eſt obligatio ad pœ
nam ¶ Cum aduerſarius ad torquendum alioquin ſacras literas promptiſſimus,
nihil habeat quod poſſit cauillis ſuis conſpurcare: neqꝫ argutiꝭs ſuis & technis uale
at obuelare, aut obtortis uariare ac corrumpere gloſſis in eam ductus eſt ueſaniã
ut neget hunc librum poſſe in contentione conſiſtere: quod & ampulloſis uerbis,
Melanchthon ſuus obgannit Grammaticus Philippus Melanchthon. Et pro falſitate eorum fir-
manda B. Hieronymũ inducũt: quia ad uetus teſtamentum pertineant libri Ma-
chabęorum, ſed B. Hierony. in galeato prologo canonem hebræum conſcripſit,
& eos ſolos, libros in Canone contentos, in cõtentione ualere decernit, eſtqꝫ in hac
ſentencia ait Ludder, receptus Hieronymus. Verba ſancti patris ſubſcribam: qui-
bus fidit aduerſarius: Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principium, om
nibus libris, quos de hebræo uertimus in latinum conuenire poteſt, ut ſcire ualea-
mus, quicquid extra hos eſt, inter apocripha eſſe ponendum. Igitur ſapientię, qui
uulgo Salomonis inſcribitur & Ieſu filiꝭ Sirach liber, & Iudith, & Thobias & pa-
De libris Machabæorum ſtor non ſunt in canone, Machabęoꝝ primum librum hebraicum reperi: ſecun-
dus eſt Græcus: quod ex ipſa quidem phraſi, probari poteſt. Addidit in diſputa-
tione Lipſica: ſcire ſe, eccleſiam recipere hunc librum: ſed non poteſt eccleſia plus
tribuere authoritatis aut firmitatis libro, quam per ſeipſum habeat: ſi aũt liber Ma
chabęoꝝ dicatur eſſe in canone, hoc ſit per æquiuocationem uoculæ canonis.
¶ Hic uelut pica neſcit quid loquať aut faciat: ſed reuocemus ad examen, huius
uafricias, primo authoritate B. Hieronymi negas libros Machabeoꝝ eſſe in cano-
ne. Sed dic primo, habet ne B. Hiero. authoritatem cõdendi canonis, & decernen
di, quos libros uelit, eſſe canonicos, aut minus: An more tuo & hic tibi ualide cõ-
In Ludderum tradicis, & Ludderus Ludderũ impugnat: quoties negas papam conciliũ: eccleſi
am poſſe nouos articulos fidei condere: & hic iam uni doctori hoc tribuis: quem
tamen alias fateris aliquando humana paſſum & erraſſe, cum aliꝭs ſanctis: unde iã
ei defers hanc reuerentiam: quod infallibile dederit de libris canonicis iudicium,
inerrabilem canonem: quod toti eccleſiæ poſtea datum negas. ¶ Sed omnino
pro Ludderano arbitrio habuerit Hieronym. authoritatem condendi canonis:

ſintq; hi ſoli libri canonici, quos ipſe in galeato prologo canonicos recenſet. Itaq; euangelium non erit canonica ſcriptura, quia illius eo loco non meminit: ſed ut es uerſutus & doloſus dices Hieronymum ibi ſolum poſuiſſe canonem pro libris ueteris teſtamenti. Sed cur minorem curam habuit de libris canonicis noui teſtamenti: cur non & de illis: quod erat magis neceſſarium canonem ędidit: cum condendi canonis habuerit authoritatem. Ideo rectius dixeris & uerius B. Hieronymum non condidiſſe canonem ſacrarum ſcripturarum: ſed canonem Iudæorum recenſuiſſe, in quo libros canonicos ſecreuerint ab alijs: atq; in illo canone libros Machabæorum non fuiſſe contentos, ideo & contra Iudæos in contentione non ualent. At licet non ſint in canone apud Iudæos, tamen ſunt de canone apud eccleſiam, quæ eos pro canonicis habet ſcripturis: & ita ualent in contentione aduerſus eos qui ſunt de eccleſia. ¶ Et quod hoc ſit uerum, liquet primo ex prologo illorum librorum: in hoc ſic continetur. Machabęorum libri, licet non habeantur in canone hebræorum (hoc enim probat Hieronymus & non plus) tamen ab eccleſia inter diuinorum uoluminum annotantur hyſtorias. Vis ne alium teſtem, libros Machabęorum eſſe in canone apud eccleſiam: lege diuum Auguſtinum decimooctauo libro de ciuitate dei. Ab hoc inquit tempore apud Iudęos reſtituto templo, non reges ſed principes fuerunt uſq; ad Ariſtobolum: quorum temporum ſupputatio, non in ſcripturis ſanctis, quæ appellantur canonicæ, ſed in alijs inuenitur, in quibus ſunt & Machabæorum libri: quos non Iudęi: ſed eccleſia pro canonicis habet: propter quorundam martyrum paſſiones uehementes atq; mirabiles: qui ante quam Chriſtus ueniſſet in carnem uſq; ad mortem pro lege dei certauerunt, & mala grauiſſima atq; horribilia pertulerunt. Adhuc non porrigis herbam? quid differs? adhuc negas libros Machabęorum eſſe canonicos apud eccleſiam. Nam de Iudæis nihil moror: filijs eccleſiæ loquor, qui matrem debent audire, & uocem eius agnoſcere: niſi forte deſperatus, nolis eſſe eccleſiæ filius. Nulla hic te fallere poteſt æquiuocatiõis uarietas quod & particula aduerſatiua indicat, quos non Iudæi, ſed eccleſia pro canonicis habet. ¶ Et ut obſtruatur os loquentium iniqua: ita circumuallemus, ut non poſſit non agnoſcere ſe uictum: niſi uoluerit cum antiquis philoſophis primum principium ore negare, & ore confiteri: Nam principio caput diſputationis noſtræ eſt, an libri Machabęorum ſint canonici in eccleſia: ſic quod alijs libris ab eccleſia in canone connumerentur: itaq; oportet ad fontem huius rei recurrere: & ibi in limpidiſſimis aquis, omni dubietate remota, ueritatem contemplari: quomodo enim ſine canone eccleſiæ, quis uel micam ueritatis de libris canonicis iudicando pręſtare poteſt: Sicut Andreas Carlſtadius, hæreſis Ludderanæ ſocius, libellum ſine capite de canonicis ędidit ſcripturis: qui nunquam canonem ſcripturarum uidit eccleſiæ: Ergo recurrendo ad canonem eccleſiæ ſuper ſacris ſcripturis: Reperio canonem concilij Chartaginenſis, a ſummo pontifice Romano, cum alijs actis eiuſdem concilij approbatum & receptum: reperio in Codice canonum (de cuius libri authoritate de primatu Petri plura adduxi) canonem S. Innocentij primi: S. Iuo in ſua panormia hunc nobis refert canonem parte 2. quemlibet referre. ¶ Nihil aliud in eccleſia legatur aut cantetur, niſi quæ authoritatis diuinæ ſunt, & patrum orthodoxorũ ſanxit authoritas: nec falſa angelorum nomina colantur: ſed ea tantum quæ prophetica & euangelica docet ſcriptura Michael, Gabriel, Raphael. ¶ Adducamus quoq; ſacri Africani concilij canonem ſuper eo negocio: & eſt in ordine 24. huiuſmodi ſili. Item præter ſcripturas catholicas uel canonicas nihil in eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarũ: Sunt aũt canonicæ ſcripturæ, Geneſis, Exodus,

Machabęorum libri in canone

Augu.

Aſtipulatur idem S. pater li. 2. de doctrina Chriſtiana. c. 8.

In Charlſtadiũ

Iuo.

Canon concilij Africani

Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium, Salomonis libri quinq;, libri 12. Prophetarum minorum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Thobias, Iudith, Heſter, Eſdræ lib. 2. Machabeorum libri 2: Noui teſtamenti libri Euangeliorum 4. Actuum apoſtolorum lib. 1. Epiſtolæ Pauli 14. Petri apoſtoli 2. Iohannis apoſtoli 3. Iacobi apoſtoli 1. Iudæ apoſtoli 1. Apocalypſis Iohannis liber 1. Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro ſancto Bonifacio urbis Romæ Epiſcopo, uel alijs earum partium epiſcopis, pro confirmando iſto canone, innoteſcat, quia & a patribus accepimus in eccleſia ita legendum: hæc uerba concilij clare indicant nobis, quæ ſint canonicæ ſcripturæ in eccleſia: ubi libri Machabeorum dinumerantur: Adhæreamus itaq; eccleſiæ & hæreticorū ſectas a dęmone malorum ſatas, reijciamus. ¶ Quæ addidit de eccleſia, quæ non poſſit libro maiorem firmitatem dare, quam per ſe habeat: Miror quod hoc iam denegat eccleſiæ quod prius tribuit uni membro S. Hieronymo: deinde quia Synagoga habuit ſuum canonem librorum ſacrorum: cur eccleſia ſponſa Christi non haberet ſimilem aut maiorem autoritatem: Præterea non dico eccleſiam aliquid facere de ſcriptura, quod non ſit: ſed fecit ſcripturam eſſe de canone, quæ prius non fuit: quia ſancta eccleſia dei regitur a ſpiritu ſancto: qui non fallit eam in iudicio ſcripturarum canonicarum: ſic eccleſia non poteſt facere Euangelia: fecit tamen ut relictis Nicodemi, Bartholomęi, Thomæ, & aliorū Euangelijs: Vtamur Mathæo, Marco, Luca & Iohanne: ubi iudicio eccleſiæ ſtandum eſt in euangeliorum acceptatione: ita & in alijs ſcripturis, in ſcripturarum intelligentia, & expoſitione. Euicimus ergo libros Machabeorum eſſe in canone eccleſiæ, quibus purgatorium eſſe apertiſſime probatur: nam niſi iudicium ſequatur eccleſiæ, nullum habebit pœnitus Euangelium.

Canonica ſcriptura

Euangelia aliqua reiecta

Adhuc duobus locis ſcripturæ probatur purgatorium. Cap. XI.

QVamuis tam certos ueritas Chriſtiana de aduerſario tulerit triumphos: ut qui ſe Chriſtianum fateatur, non poſſit non aſſentiri purgatorium eſſe: at paucula quædam uelut coronidem adijciamus: non talia: quæ pertinacem, obſtinatum ac frontoſum, ab incepto impietatis itinere dimoueant, ſed quę fidelibus Chriſti ſeruis, eccleſiæ filijs, deo deuotis fomentum fidei præbeant, & pietatis. Nam perfidi & obſtinati aurem non præbentes patribus & ſenioribus: quantumcunq; clariſſimis ſcripturæ locis: nolebant tamen fateri ſe uictos: ſed illud unū fuit omnium hæreticorum latibulum: ut fumoſis expoſitionibus nuper confictis, ſacram ſcripturam deprauarent: quod ſi admitteret: hodie extaret Arrij, Sabellij, Eunomij, Nouatij, Macedonij, Euticis, Neſtorij, Mantis, Apollinaris, & ſimilium monſtrorum impietas: nam ſancti patres hoc ſæpe conqueſti ſunt de hæreticis Auguſtinus, Hieronymus, Cyprianus, Ambroſius: Hoc dixerim, quia aduerſarius ſemper figit pedem in eo: quod ſcriptura ſacra adducta, poſſit a pertinaci in aliū ſenſum trahi & exponi: & ex hoc: licet perperam, infert eam in contentione non ualere, nam hoc ut dixi, omnium hæreticorum fuit latibulum: ſed pergamus ad inſtitutum. ¶ Dauid regius Pſaltes ait. Tranſiuimus per ignem & aquam & eduxiſti nos in refrigerium: Animæ in purgatorio uarijs iactatæ pœnis: diuerſis afflictæ ſupplicijs: dum finem fecerint laborum: quia tranſitorius eſt iſte ignis & temporaria ceſſat functione: ideo reddunt gloriam deo, qui emit eos de pœnis purgatorij: ſicut prolixe adaptat Anthoninus Florentiæ olim Archiepiſcopus, uitæ ſanctimonia, & eruditione ſpectabilis. Aſſumit Ludder hic prophetam loqui de perſecutionibus ſanctorum, ſicut in multis locis, pſalmo 16, igne me examinaſti pſal. 25. Vre renes meos & cor meum, & 1. Pet. 1. Modicum ſi nunc oportet contri.

In pertinaces.

Pſal. 65

Anthonius

Euaſio Ludde.

Pſal. 16

Pſal. 15.

Pſal. 1

ſtari in uarijs tētationibus ut probatio fidei ueſtræ multo ſit pręcioſior auro, quod
per ignem probatur: & breuiter tropus eſt uulgatiſſimus ſcripturæ, per ignem &
aquam intelligi tribulationes. Et in aſſertionibus indignatur, ſophiſtas in hac re ri-
dicule nugari: nam ſi uerba iſta ad purgatorium referantur, omnes martyres &
tota eccleſia in purgatorium iuerint, quia in perſona martyrum & afflictorum hęc
dicantur. ¶ At dicat mihi aduerſarius. Vnde ualide doceat, hæc eſt uox mar-
tyrum: itaq; non pertinet ad afflictos in purgatorio, ſcio Auguſtinum de afflictis *Auguſt.*
interpręctari: ſcio Hieronymum dicere: Martyrum hic oſtendit uictorias, quas in *Hierony.*
diuerſis paſſionibus meruerunt, & ad unum ductos refrigerium Chriſtum, ſed
putas ne ob id non etiam ad alios pertinere quam ad martyres? nam ſi ita perges: *Vnus locus plu*
futurum eſt, ut nec ad ipſos martyres pertineat: nā primarius ſenſus literæ, ut cui *ribus aptatur*
libet eſt obuium, deſeruit gratiarum actioni pro liberatione populi iudaici ab Ae-
gyptijs: nam ibi conuertit Mare rubrum in aridam: & in flumine Iordanis pertran
ſibat pede: quare ſi ſic ad unum pertinent uerba pſalmi, quod non ad alium: a Iu-
dæis transferre non poterit ad Martyres. Præterea ut titulus indicat pſalmi, eſt
pſalmus reſurrectionis: quia ad reſurrectionem Chriſti pertinet, etiam Hierony- *Hiero.*
mi ſentencia: ergo argutabor per Ludderanam dialecticam, nō pertinere ad mar
tyres: quæ cum omnia abſurda ſint, neceſſe eſt admittere uerba ſacræ ſcripturæ,
fœcunditate ſpiritusſancti, ad uaria poſſe referri, quod in præſentia ex adductis li
quet: & uerba aduerſarij teſtantur, pſalmum loqui de tribulationibus ſanctorum:
modo ipſo iudice omnes in purgatorio ſunt ſancti: & patiuntur tribulationes qua
re conſectarium eſt, etiam aduerſario iudice hæc uerba eſſe de purgatorio. Nam
tanto melius ignis purgatorij, ignis & aqua dicitur, quanto tribulatio purgatorij
pœnas martyrum excedit: de qua Auguſtinus ait. Superat omnem pœnam, quā *Auguſt:*
unquam paſſus eſt aliquis in hac uita. ¶ Adducerem diuerſario ſi non eſſet tā
pertinax: id quod ſanctus Petrus in Actis apoſtolicis de Chriſto dixit. Quem de *Actuum 2*
us ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab
eo: ubi ſi exacte perpendamus: dominus non ſoluit pœnas & dolores damnatorū
in inferno, ubi nulla eſt uel redemptio, uel remiſſio, uel ſolutio: ſed ſoluit dolores
lymbi & purgatorij: quos locos ambos, cōmuni Theologorum ſentencia euacua
uit de plenitudine miſericordiæ ſuę, ſicut nouus rex in ingreſſu ſuo, paſſim iubet
carceres aperiri & uincula laxari, iuxta illud Zachariæ. Tu quoq; in ſanguine te- *Zach. 9*
ſtamenti tui, emiſiſti uinctos tuos in loco in quo non eſt aqua: nam in lymbo, uide-
batur ſatis eſſe aqua cōſolationis: ubi nō erant pœnæ ſenſibiles ſicut in purgatorio.

Concluditur hæreticum eſſe: negare purgatorium, & hoc ex multis, tum etiam ex aduerſario. Cap. XII.

SVaderem & rationibus & patrū authoritatib, purgatorium eſſe: at quia
aduerſarius non negat eſſe purgatorium, quinimo palam proclamat ſe
ſcire purgatoriū eſſe: licet a me interpellatus in diſputatione Lipſica, q̄
pacto ſciret, rationem ſcientiæ ſuæ dicere noluit: eſt forte unum de ſecretis ſuis ca
baliſticis: ideo nolo eſſe prolixior. Ob hanc aūt cauſam, diutius in hoc ſcopo uer-
ſatus ſum: quod negauit ex ſacris literis purgatorium probari. Et quia hoc eſt hę
reticorum præſidium qui credere nolunt, niſi ex ſacris literis aſſertum, & cū Lud-
dero negant ex ſcriptura probari purgatorium: ideo purgatorium negant: ideo of
ficij fuerat Theologici, non probandam improbare ſentenciam, quo liqueat im-
pie ab aduerſario aſſertum, non eſſe hæreticum, ſi neget purgatorium. ¶ Nam
a pluribus ſeculis Græci etiam propter hunc articulum, habiti ſunt hæretici, ut S. *Græci*
Thomas Aquinas libro de erroribus Græcorum meminit, & libro 4. contra gen *S. Thomas*

tiles. Græci tñ in concilio Florentiæ celebrato ſub Eugenio quarto præſentibus eorum, patriarcha, ac eorum Imperatore Iohanne Paleologo & alijs principibus, luculentiſſimis rationibus & ſcripturæ teſtimonijs, a noſtris conuicti ceſſerunt, & depoſito errore, ſynceram ueritatem in hoc & alijs articulis ſunt amplexi. In cuius rei perpetuam memoriam in æde ſacra maiori maiuſculis literis ad murum hæc ſcriptio exarata eſt.

Concilium Florentinum.

Generali concilio Florentiæ celebrato, poſt longas diſputationes unio Grecorũ facta eſt, in hac ipſa eccleſia die ſexto Iulij M. CCCC XXXVIII. præſidente eidem concilio Eugenio Papa quarto cum Cardinalibus, Epiſcopis & prælatis, & Imperatore Conſtantinopolitano cum epiſcopis & prælatis & proceribus Græcorum in copioſo numero: ſublatiſq; erroribus in unũ eandemq; rectam fidem: quam Romana tenet eccleſia conſenſerunt. At Ludder tanta malignitate corruptus, odio Romanæ eccleſiæ excæcatus, non ueretur eos laudare, ubi malefecerint: quod autem bene ab eis factum eſt, ſilentio præterit: nam in aſſertionibus articulorum damnatorum inquit. Græca enim eccleſia, nõ credit purgatorium, manens catholica: nec ei nocet, quod a papiſtica eccleſia, omnium ſchyſmaticiſſima, criminatur & inſimulatur ſchyſmatis.

In Ludderum Græciſantem.

O hominis ſingularem impudentiam & crudelitatem in ſanctam matrem eccleſiam: quale monſtrũ, quæ belua, quis degener & nohtus filius in latina eccleſia natus, matrem diffamat & lacerat. Proles ſerpentina, genimen uiperę, matrem diſcerpit. Attendite & auſcultate omnes fideles latini, quomodo ſerpentem in ſinu alitis: hic Ludder latinus, transfuga factus, ad caſtra Græca ſe proripuit: & proditor patriæ factus: Græcę patrocinatur perfidiæ, dignus quem omnes latini per orbem terrarum, ut hoſtem patriæ acerrimum, infamiam gentis, perſequantur & exterminent.

Cyrillus.

¶ Negantes purgatorium fuiſſe hæreticos ex beato quoque Cyrillo liquet de tranſitu beati Hieronymi ad ſanctum Auguſtinum: ubi teſtatur, ortam nequiſſimæ ſectæ hæreſim, nullum fore purgatorij locum in quo animæ, quæ nondum de ſuis peccatis plenam egiſſent pœnitentiam, purgarentur.

In Ludderum

Rumpatur hic Ludder inſaniat Pighardus ante Mille & centum annos, hæreſis nequiſſimę ſectæ habita eſt: negare purgatorium: Et audet Ludder recens ortus & natus dicere eos non eſſe hæreticos, qui purgatorium negant.

Bernh. ſermone 4

Sanctus quoq; Bernhardus ſuper Canticis refert, quoſdam nouos hæreticos, & impijſſimas uulpeculas ſuo tempore fuiſſe, quorũ impios errores recenſens, & hunc quoq; cõmiſcet. Non credunt autem ignem purgatorij reſtare poſt mortem: ſed ſtatim animam ſolutam a corpore, uel ad requiem tranſire, uel ad damnationem. Vide ſanctum Patrem pro hęreſi illis imputare: quod ignem purgatoriũ non credunt: & tam temere diffinit Ludder. Suo quiſq; periculo hic credat, uel non credat, non eſt hæreticus: ſi purgatorium non credit.

Bernhardus

¶ Sed uere in Ludderũ conueniunt, quæ S. Bernhardus de hæreticis purgatorium negantibus, priori loco exagerauit. Multa quidem & alia inquit, huic ſtulto populo & inſipienti, a ſpiritibus erroris, in hypochriſi mendacium loquentibus, mala perſuaſa ſunt: ſed non eſt reſpondere ad omnia, quis enim omnia nouit?

Mos hæreticorum

Deinde labor infinitus eſſet, & minime neceſſarius: nam quantum ad iſtos attinet, nec rationibus conuincuntur quia non intelligunt: nec authoritatibus corriguntur quia non recipiunt: nec flectuntur ſuaſionibus quia ſubuerſi ſunt: probatum eſt, mori magis eligunt, quam conuerti: horum finis interitus, horum nouiſſima incendium manet.

In Ludderum

An non hic Bernhardus nobis ſuis coloribus depinxit Ludderum? Legat & expendat, quis illius acta coram ſed. ap. Legato. Reuerendiſſimo Cardinale D. Thoma de Vio Caietano: legat & triumet acta Ludderi coram ſacra Cæſarea Maieſtate & principibus Imperij Romani: legat quæ de indulgentijs ad S. D. N. Leonem P. M. ſcripſerit de meritis ſanctorum: legat aſſertiones eius blaſphemia & odio, iniurijs & maledictis plenas: quiſquis illa legerit,

gerit,facile ſentiet illa impietatis ſigna quę Bernhard .hic & alibi Grego.ac Au-
guſt.de hęreticis commemorãt,in Ludderum conuenire.

¶ Nam hoc loco omnes experimur, quam audacter & impie pronunciet aduer- *In Ludderum.*
ſus Concilia,aduerſus ſcripturas,aduerſus patres: & hæreticis plauſum affert ac
gaudium parit,cum audiunt,inter nos eſſe,doctorem profeſſione,officio ſacerdo-
tem,religione cucullatum,qui doceat & ſcribat,non credere purgatoriũ. Quod *Iam apoſtata*
etiam Ethnicos & gentiles inuenio credidiſſe:quos obiter hic renarrabo,non qđ
quicquam authoritatis eccleſiæ dei per hoc accedat, ut de ſybillinis & gentilium li
bris,monet Auguſtinus, ſed ut confundatur aduerſarius cum uiderit ueritatem *Auguſt.*
gentilibus cognitam,quam ipſe patitur Chriſtianis eſſe abſconditam: Plato mag *Plato*
nus ille philoſophiæ antiſtes affirmat,uirtutes animæ ſeparatæ eſſe rationes animi
purgati : nec poſſint induci in medio,ſed in campo elyſio purgentur: quem imita
tus Vergilius Maro,poſteaquam animas in corporibus, quatuor affici paſſioni- *Vergil.*
bus commemorat,ſcilicet metu,cupiditate,gaudio,& triſticia, annectit quantum
in alio ſeculo paſſuræ ſint,ſi immundę exierint.

Quin & ſupremo cum limine,uita relinquit,
Non tamen omne malum miſeris,nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes,penituſq; neceſſe eſt,
Multa diu concreta modis,molleſcere miris
Ergo exercentur pœnis,ueterumq; malorum
Supplicia expendunt:aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad uentos:alijs ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus,aut exuritur igni.

Et ubi ſuppliciorum genera diu deſcripſit Claudianus ſubdit *Claudianus*

Quos ubi per uarios amnes,per mille figuras
Egit letheo purgatos flumine: tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ

Sic Algazel Arabs purgatorium aſſerit in ſua philoſoph.li.2.tractu.5.cap.5. *Algazel.*

¶ Sed omiſſis ethnicis ad Ludderum reuertamur.Vetus eſt uerbũ: oportet men-
dacem eſſe memorem:id quod minime obſeruauit Aduerſarius, tot locis ſibi con
tradicens,& ſecum pugnans: Videamus in præſentia, in reſolutionibus ſuis de
uirtute indulgentiarum, dum in mentionem purgatorij incidit, Pighardos illud
negantes,uelut hæreticos inſectatur: Ait enim ſic. Mihi certiſſimum eſt purga-
torium eſſe: nec multum me mouet,quid placterent hæretici: quando iam mille
& plus centum anni ſunt, quod beatus Auguſtinus in ſuarum confeſſionum li- *Auguſt.*
bro nono,pro matre & patre ſuo orat,& orandum petit: & eadem S. mater eius *Monica*
moriens,ut ibi ſcribit,memoriam ſui optauerit ad altare domini:ſed & a B. Am- *Ambroſius*
broſio id factum narrat:Quod ſi etiam tempore apoſtolorum,non fuiſſet purgatori-
um (ut ſuperbit faſtidioſus Pighardus) nunquid ideo credendum eſt hæretico,
Vix quinquaginta annos nato:& fidem tot ſeculorum,falſam fuiſſe contendendum?
Maxime cum ipſe nihil aliud faciat,quam quod dicit, Non credo: & ſic probauit
omnia ſua:& improbauit oĩa noſtra:quaſi non lignũ & lapis non credant,hęc anno *In Ludderum ſibi contradicē.*
ſalutis. M.D.XVIII ſcripſit,hæreticis Pighardis adhuc inſenſus:contra quos tot *Pighardus*
ſeculorum fidem exiſtimat ualere: qui iam nihil aliud agit: nihil molitur, ni-
hil ſomniat: niſi quod a mille & pluribus annis recepta, damnet & reprobet: ut
in libro de Captiuitate Babylonica copioſiſſime inuenimus: Hæreticos hic ap-
pellat Pighardos,quod contra iam receptam eccleſiæ fidem, blacterent purga-
torium non eſſe: Et iam anno M.D.XX. proterue negat ad fidem perti- *In Ludderum*
nere,an credat purgatorium,uel minus: Ecce Ianum bifrontem, In uno culpat
hæreticos, in alio excuſat: ex eodem ore dulcia ſpirat, & amara: in diſputatio-

ne Lipſica,rationem B. Gregorij ex uerbis Chriſti Matthæi 12.ſumptam,affirma
bat eſſe ualidam apud fideles: modo fidelem cenſet, ſi quis huic rationi Gregorij
reluctetur,& purgatorium neget. Ecce Ianum bifrontem, aientem, negantemq;
omnia. At in hoc contradictionis barathrum truſus eſt ille ſingularitatis amator,
Ludder inuidia odio Romanæ eccleſiæ excæcatus,qui inuidia turgens,totus exulceratus, ſynce-
excæcatus ritati fidei repugnat: iam ei hæreſis placet, quæ antequam ueniret in profundum
malorum,diſplicuit. Modo probat hæreſim,quam antequam traderetur in ſen-
ſum reprobum,damnarat: ſed hoc iuſtum eſt iudicium dei, ut oculos habens non
uideat,habens aures non audiat: ſed uagus,inconſtans,cæcus,ueſanus, & ſibi mi-
Inuidia nime conſtans effectus,iam affirmet: iam idem neget, & rurſus affirmet ſi ſuo pro
Iſidorus poſito congruere credat. Nimirum recte ab Iſydoro Tinea animæ dicitur inui
dia,quæ ſenſum commedit,pectus urit,mentem affligit, cor hominis quaſi quæ-
Heſiodus dam peſtis depaſcit. Recte ab Heſiodo, oculos commedere dicitur: recte de in-
Ouidius uidia ab ingenioſo poeta dicitur: Nuſquam recta acies.
Num tibi uidet,o ſyncere lector abyſſus abyſſum inuocare: de Iuda tradunt ſan
cti patres,quod auaricia irretitus, in murmur cæciderit contra bonum opus pro-
ximi: a quo in uenditionem Chriſti correptus dominum prodidit: in deſperationē
adactus: ſibi mortem conſciuit: Ludderus uanæ gloriæ auidus,præceps in ſingu-
laritatem cecidit quam irreuerenter, ut aurem captaret popularem in Summum
præſulem exercuit: excuſſo autem obedientiæ iugo, non potuit niſi in hæreſes &
blaſphemias cadere. ¶ Concludamus ergo hunc librum,affirmantes impium eſ
ſe errorem in fide: ſi quis neget purgatoriū eſſe: quia illud ex ſacris ſcripturis pro-
Leo papa x. bari poteſt: ideo poſt ſanctos patres,poſt ſacrum concilium Florentinum S.D.N.
Leo.X.Pont.Max.æquiſſimo & Chriſtiano iure damnauit, hunc Ludderi arti-
culum, Purgatorium non poteſt probari,ex ſacra ſcriptura,quæ ſit in Canone: iu
ſte damnauit alma Parrhiſien. ſtudij Theologica facultas(cuius iudicio ſe Lud-
Parrhiſ. der in diſputatione Lipſica,coram illuſtriſſimi Principis D. Georgij Saxoniæ Du
cis &c.& almi ſtudij Lipſeñ.Senatoribus ſubmiſerat) hunc articulum ex diſputa-
tione Lipſica excerptum: hanc enim Ludderi propoſitionem, Scriptura diuina
tota prorſus nihil habet de purgatorio, iudicauit falſam. Vualdenſium errorē ma
xime fouentem,ac ſanctorum patrum ſententiæ repugnantem. Cum ſancto igit̄
Bonauent. Euſtachio Bonauentura finem faciamus: ſicut dicit ſcriptura, & authoritates ſan-
ctorum Reuelationes plures & rationes concordant,& eccleſia uniuerſalis confir
mat,abſq; dubio credere oportet: poſt hanc uitam eſſe pœnam purgatorij,quo ani
mæ cremabilia exurentes,uitam adipiſcantur ſempiternam.

Laus deo,pax ſanctæ eccleſiæ eius.

DE PVRGATORIO CONTRA Ludderum Iohan. Eckij lib. II.

Animas purgandas certas eſſe de ſalute ſua,ex S. Iohanne probatur. Cap. I.

ORDO iam & ſeries rei expoſtulat,antequam Ludderi errata,
de pœna purgatorij refellamus: ut & illud attingamus,quod ne-
gat animas in purgatorio, eſſe certas de earum ſalute: nam ſic
Conclu.19 ſcripſit in reſolutionibus ſuis, de uirtute indulgentiarum. Nec
probatum uidetur, quod animæ in purgatorio ſint de ſua beati
tudine certę & ſecuræ ſaltem omnes,licet nos ſimus certiſſimi.
Subiungit tamen in reſolutione. Quanquam non nimis impugno, ſi quis aſſerat
eas eſſe certas. Ego non omnes dico eſſe certas. Pertinacius hunc errorem tutaba
tur

tur Lipſię:ſed uiri ſpurij iſtius,incircunciſi labijs,qui proceſſit de caſtris Philiſtino 1. Reg. 17
rum:& exprobrauit aciem dei uiuentis, iam conteramus arma; & inuadamus ca
ſtra aduerſariorum fidei ac ſanctæ eccleſiæ catholicæ: ergo cum eadem ſancta ec-
cleſia credamus & confiteamur, Omnes animas in purgatorio, licet magnis pœ-
nis affectas:tamen certas eſſe de earum ſalute: licet illa certitudo, ſit infra certitudi
nem & ſecuritatem beatorum qui habent certitudinem tentionis,euacuantē timo
rem & expectationem. Nam etſi deus,eis iratus uideatur,quia in carcerem pœna
rum eas mittit: attamen in ira ſua,non continet miſerationes ſuas dominus:& cum
iratus eſt miſericordiæ ſuæ recordatur: ideo uehementer afflictas certas ſpe & fu Pſal. 76
turæ beatitudinis expectatione refocillat. ¶ Pro hac catholica ſententia prode
at diuinarum reuelationum conſcius S. Iohan. in Apocalypſi: & oſtendat nobis, Apoc. 5
quid de illis animabus ſentiendum: ait enim ſic. Et uidi angelum fortem, prædi-
cantem uoce magna: quis eſt dignus aperire librum atq; reſpicere illum: & infra.
Et omnem creaturam quæ in cœlo eſt,& ſuper terram,& ſubtus terram,& ma-
re & quæ in eo ſunt: omnes audiui dicētes. Benedictio ſedenti in throno & agno:
benedictio & honor,& gloria,& poteſtas in ſecula ſeculorum. Hic ſatis obuium
eſt intelligenti,quod triplicem ordinem inſtruit benedicentium & laudantium ſe-
dentem in throno: primo in cœlo beatos, ſecundo in terra iuſtos, tertio animas in
purgatorio:nam ad damnatos non poteſt torqueri iſte textus: cum nulla dignitas
aperiendi librum in inferno quęri debebat: de quo conſtabat, quod exiſtentes in
eo ſunt indigniſſimi:itaq; inter ſanctas animas purgatorij quærebatur,an digna eſ-
ſet aliqua aperire librum & ſoluere ſignacula eius: Ita etiam altera pars nequit de
damnatis intelligi:cum illi ſubtus terram:dent benedictionem,honorem & gloriā
ſedenti in throno: ſed damnati prorumpant in continuam blaſphemiam creato-
ris:quia ſuperbia eorum qui te oderunt,ait Dauid,aſcendit ſemper. Ideo qui ſem- Pſal. 73.
per odiunt deum:quomodo deum benedicerēt: in quorum perſona ait Eſaias. Et Eſa. 8
maledicet regi ſuo,& deo ſuo:& ſuſpiciet ſurſum & ad terram intuebitur:& ecce
tribulatio & tenebræ,& diſſolutio, & anguſtia,& caligo perſequens: & non pote
rit auolare de anguſtia ſua. Maledicunt enim deum patrem qui eos creauit; male-
dicunt deum filium:qui eos redemit: maledicunt ſpiritum ſanctum, cuius gratia
effuſa eſt ſuper ſanctos:in quorum perſona ait S. Iohan. Et dicunt montibus & pe Apoc. 6
tris,cadite ſupra nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronū,& ab ira ag-
ni. Nihil enim non malum eſt apud illos in inferno:ideo ait ſapiens: quia nec opus Eccle. 9
nec ratio,nec ſcientia eſt apud inferos:& neminē exiſtimo adeo deſipere,qui dam-
natis attribuat,ut benedicant eum: quare reſtat ineuitabiliter, intelligi hunc locū
de animabus in purgatorio,unde etiam primo puncto deſeruit,quia purgatorium
eſſe probat,licet nos de induſtria,in hunc librum ſecundum reſeruauerimus.

Quia animæ in pœnis benedicunt dominum: ideo in pur-gatorio eſſe conuincuntur. Cap. II.

SI itaq; animæ mortuorum benedicunt ac honorant ſedentem in throno,
& agnum: profecto erunt certiſſimæ de earum ſalute:nam ſi benedicunt
& honorant deum,ſciunt ſe benedicere & honorare deum;quia impoſſi
bile eſt nos habere nobiliſſimos actus & latere,ait Ariſtoteles:ſed ſuperbus & ar- Ariſtotel.
rogans Ludder:faſtidit Ariſtotelem,audiat uel S. Auguſtinum 15. libro de trini- Auguſt.
tate dicentem. Fidem ſuam unuſquiſq; uidet in corde ſuo,ſi credit,uel non eſſe: ſi
non credit:& infra. Si inquit eſt fides in corde noſtro:eam eſſe nō ambigimus ſed
eam tenemus certiſſima ſcientia: hoc totum ideo eſt quod actus noſtri non latent
nos;hoc ergo nouit anima in purgatorio,quod deum benedicit: quod deum non
odit,quod non blaſphemat. Quare nouit ſe certam, de ſalute ac beatitudine, ſicut

nos ait eſſe certiſſimos quod omnes in purgatorio ſaluabuntur. Anima enim exi-
ſtens in purgatorio, quia nondum tenet ac poſſidet, nō deſpoliatur ſpe: Et quia nō
dum uidet, non deſpoliatur fide: certa ergo fide cognoſcit blaſphemias damnato-
rum certa fide nouit eos deſperare & odire deum: certa fide nouit quod uermis eo
rum non extinguetur & quod animæ in inferno non efficiuntur meliores: quorꝫ
omnium contrarium uidet in ſe ex deliberatione quia indies experitur pœnas mi
tigari: & de his non poteſt anima purganda dubitare: alioquin caderet a fide, & fie
ret infidelis: ſed poterit cadere in infidelitatem: alioquin a purgatorio tranſiret ad
infernum: & ſic caderet probatio Ludderana, quod nos ſimus certiſſimi omnes a-
nimas in purgatorio ſaluari ¶ Nec ualeret inanis fictio, quam quiſpiam pro Lud
dero facere poſſet: quod animæ eſſent ita abſorptæ a pœnis ut præ acerbitate pœ-
narum ignorent illa iudicare & cognoſcere: illud inquā fruſtra fingit contra eui-
dentem ueritatem: quia & ſi grauiſſima ſit purgatorij pœna: non tamen abſorbet
uſum rationis & cognitionis, cum pœna inferni multo grauior & acerbior, con-
iuncta deſperationi, blaſphemiæ, & grauiſſimo odio, non impediat animam infe-
Luc. 16 ris mancipatam: ſicut luculentiſſime ex hyſtoria quā Chriſtus apud Lucā refert
de diuite, ubi diues ſepultus in inferno, uidit Abraham & Lazarum nouit in ſinu
eius: petebat mitti Lazarum ad refrigerium: meminit domus patris ſui, memi-
nit quinqꝫ fratrum: meminit quomodo fratres per miſſum a mortuis hanc damna
tionem præcauerent: & ut in Homilia quadam deſuper dicitur. Damnati ſupra ſe
electos conſyderant, uſqꝫ in diem iudicij: quare ſi inimici dei, deſperati uerme con-
ſcientiæ & culpa grauati ac odio grauiſſimo infecti: non abſorbentur uſu rationis
propter grauitatem pœnarum, fruſtra timeret Ludder, ubi non eſt timendum: ne
purgandi qui ſunt in Charitate, & amici dei, in multa minori pœna abſorberentur,
ne cognoſcerent actus ſuos: actus fidei, ſpei & patientiæ. ¶ Et quia negare non
poterit, etiam ſi rumpatur Ludder qūin omnes exiſtentes in purgatorio, ſint in
charitate dei, ſicut in diſputatione Lipſica fatebatur, ſanctos eſſe in purgatorio:
Immo nullū eſſe in purgatorio niſi ſanctū, & quia charitas non poteſt eſſe inanis,
uacua & ocioſa, quia ſemper operatᷓ magna ſi magna eſt. Ideo iterum fatetᷓ in re-
Ludder ſibi cō trarius. ſponſione ad Sylueſtrum Prieratem S. P. M. Vide quomodo ament pœnas, & eli
gunt: quas ſentiunt deum eis infligere: hæc enim eſt uoluntas dei, quam ſuper oīa
diligunt: aut certe diligere laborant: quod ſi hoc uerum eſt quomodo poſſunt eſſe
dubiæ de ſua ſalute: cum certiſſima fide cognoſcant, iſtiuſmodi eſſe alieniſſima a
1. Cor. 13 damnatis: ex Apoſtolo autem didicerunt, quia charitas omnia ſuffert, omnia cre-
dit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Vides candide lector, gladium de uagina Goliæ
eductum, quo caput eius ſit præciſum: Cæcior enim cæco eſt & leberide ſtultior:
qui non uidet ad prædicta eſſe conſectarium, animas eſſe certas de earum ſalute in
ſtatu purgatorij, & hoc eo certius ſciunt, quo anima a corpore ſeparata, quod ag-
grauat animam, eſt abſolutior, & ad intelligendum paratior ac promptior: tuti er
Gerſon go bona conſcientia, nulla ambiguitate capiuntur: Recte ergo Iohannes Gerſon,
quem Ludder illuſtrem uocat Theologum, in centilogio de canticis & ſolatio in-
quit. Exiſtentes in purgatorio ex certa ſpe beatitudinis, habere ſolatium cum affli
F. Maronis ctione: quia in eis charitas congaudet ueritati correctionis: Franciſcum Maronis
illi non adfero, qui erudite tradit, quomodo animæ in purgatorio, ob certitudinem
futuræ beatitudinis, inſignem charitatem, & angelorum conſolationem, in tantis
pœnis, magnam habeant leticiam, ſicut uir fortis pro patria occumbens, delectatᷓ
actu uirtutis ſuæ: at quia ſurdo fabulam narramus: claudamus riuos pueri, & ad
alia feſtinemus.

Animas in purgatorio eſſe certas de ſalute ſua ex ſacro canone miſſæ deducitur. Cap. III.

Et ſi

Etſi inexpugnabili ratione ſit euictum priori capite, animas ſcilicet in purgatorio eſſe certas de ſua ſalute: inuictam tamen illam ueritatem, ad plus confundendam aduerſarij inſaniam, adhuc pluribus roboremus ut ſic pulcherrima ueritas fidei triumphet. Nam in ſacro canone miſſæ, ubi pro defunctis in purgatorio ſupplicatur: Ita dicimus. Memento domine famulorum tuorum, qui nos præceſſerunt, cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis & omnibus in Chriſto quieſcentibus &c. Arrige aures Luddere, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis: expende, quas præces deo porrexerit: cum ſacroſanctum euchariſtiæ ſacramentum pro redemptione animarum, quę optimam habebāt repoſitam gratiam obtulerit, quomodo teſtatus es per ſacrum canonem, eas dormire in ſomno pacis, & quieſcere in Chriſto: ſi ſunt in horrore, turbatione, tremore, & quadam quaſi deſperatione cum nihil minus pacem habeat, quam conſcientia ſic lęſa, quia res eſt omnium inquietiſſima, conſcientia in tali perturbatione mentis conſtituta: cui cœlum eſt ferreum, & terra ænea: quæ etenim pax poſſet eſſe animæ quæ quies: ſi præ confuſione, ut tu peſſime affirmas, neſciunt quo ſtatu ſint, ſaluatæ an damnatæ? Immo omni pace deſtituunt, ſi uidentur ſibi (ut tu plus quam peſſime blacteras) iam ire in damnationem: & deſcendere in lacum: omninoque iam eſſe in portis inferi. Attende o lector quā turbulentum & confuſionis plenum ſit purgatorium Ludderanū: in quo fere nihil differunt, ut ipſe inquit, a damnatis: cum contra ſacer canon, eas aſſerat dormire in ſomno pacis ac quieſcere in Chriſto. *Ad Ludderum* *Leuit. 26* *Ludderanum Purgatorium*

¶ Et hic denuo innoteſcit uerum ſemper uero conſonare: falſum autē & uero & falſo inconſtans eſt, & diſſonum: ponam rem ante oculos lector: Luddero cæco non oportet hæc proponi, oculos enim habet, ſed non uidet. Affirmat primo in reſolutorio de ueritate indulgentiarum, animas in purgatorio non eſſe certas de ſua beatitudine, ſaltem omnes: declaraturus illud in ſuis inuolutionibus, de eis inquit. Solum id reliquū ſcientiæ habent: quod deus poſſit eas redimere ſed nolle illis uidetur: obſerua hoc, quod tribuit eis hanc ſcientiam: ſed effugere non poterit, quantumcunque uerſipellis & doloſus quin fateatur eas ſcire, in inferno nullam eſſe redēptionem quin ſciant, euntem cum culpa mortali, nunquam ſalutis gratiam aſſecuturum: quomodo ergo tam nobiles animæ, mole corporis exoneratæ, nō poſſent ex his inferre, ſe non damnandas: quæ ſciunt ſe poſſe redimi. Hæc ratio inuicta, ex uerbis Ludderi deſumpta, cōfringit eius caput: ſicut clauus Iahel cerebrū Siſare. *Pſal. 113* *Iudic. 5*

¶ Quamuis non clam me ſit, quod eodē penitus libro ſibi ex omni parte contradicit: concluſ. 15. ubi de hac conturbatione animæ purgandæ loquitur, & quā ſentiunt aliquæ in hac uita: & ſubdit. In hoc momento, mirabile dictu, non poteſt anima credere, ſeſe poſſe unquā redimi: niſi quod ſentit nondum completā pœnam. Vide o candide lector, quā belle Ludderus ſecum pugnet: concluſione 19. aſſerit. Animas ſcrire, quod poſſit eas redimere: & concluſ. 15. negat animam poſſe credere, ſeſe poſſe unquā redimi. Non eſt hoc hōis inſenſati, & mente capti, tam inſigniter delyrare: ita aperte ſibi cōtradicere in uno & eodē libro, quem tn̄ ſummo Pontifici dedicauit, totius eccleſiæ prę̄ſidi: & reſolutiones auſus fuit prætitulare: in quo tot inuolutiones contradictionū & errorum continent. Stat ergo ueritas catholica fixa & immobilis, animas in purgatorio eſſe in charitate, & iam iudicatas: & ideo certæ de earum ſalute, expectant ſecuræ, terminum ſuæ purgationis: & hæc certitudo facit eas dormire in pace, & quieſcere in Chriſto, non ſicut Ludder nititur eas reddere inquietiſſimas: qui tamen inſtabilis, nutat de una ſentencia in aliam: ſed quomodo aliter faceret miniſter iniquitatis, niſi quod ſtultus ut luna mutatur. *In Ludderum ſibi contradicē.* *Eccle. 27*

¶ At cum aduerſarius uideat ſe nudum & exarmatum illis rationibus, tamen conſuit folia ficus: & facit ſibi perizomata: ut uerenda ſua tegat, errores palliet, iniquitates operiat: & canonē Miſſæ ad eum torquet ſenſum: ut mor- *Gene. 4*

tui dicantur requieſcere in pace, quo ad corpus: dormire enim in ſacris literis in pace, ſignificet quieſcere in ſepulchro. At uel parum erudito eſt manifeſtarium: quam abſurda interpretatio, quam ineptiſſima gloſſa, quam diſtorta a genuina uerborum ſentencia, expoſitio. Et cum ipſe Theologos recentiores ſæpe diuexet cum eorum interpretationibus & diſtinctionibus: immemor ſui præcepti, cum abſurdiſſima ſua expoſitione noua & excogitata, ſtatim audiat: Turpe eſt doctori &c. Nam primo omnium ex ſanctis patribus didici, Dormire in ſacris literis tria ſignificare, ſcilicet, In ſomno eſſe, mori & coire, nec primo nec tertio ſignificato hic uſurpatur, ideo reſtat ſecundum, quo pluſquam 20. locis utitur ſcriptura: ſed uide o lector, nam uideri uult interpres ille nouus Daniel, glorioſus Traſo: uide bellam expoſitionē. Canon dicit. In Chriſto quieſcentibus, nouus ille ſcriba & legiſperitus dicit. In ſepulchro quieſcentibus. Porro pondere tū prudens, quam nihil ponderis habeat inflata illa expoſitio: quid enim refert ad animam, corpus habere pacem aut minus ſiue terra iactetur ſiue mari, ut Auguſt. de cura pro mortuis agenda docet: & ethnicus dixit. Facilis iactura ſepulchri. Et alius

Augu. *Vergil.* *Lucanus*

Libera fortuna mors eſt, capit omnia tellus
Quæ genuit: cœlo tegitur, qui non habet urnam.

Iam intende animo lector, quam inania attulerit Ludder. Dormire in ſomno pacis interpratatur pro quieſcere corpus in ſepulchro. Ergo non oramus pro ſubmerſis, pro ſuſpenſis: in prælio occiſis, & ſub dio iacentibus, pro comeſtis a feris, aut combuſtis. Etenim corpora illorum (loquor de cōmuniter accidentibus) nō requieſcunt in ſepulchro: cum uerius dixerit os aureum. Vbicunq; ſepeliamur: domini eſt terra, & plenitudo eius. Adde & illud, quomodo corpus exanime poteſt ab homine ſenſato dici habere pacem & requiem: cum hæc propria ſint uiuentium, non inanimatorum: nam propter extraria quędam, Corporea iſta quieta dicuntur: ſic dum placidum ſtaret mare. Irrequieta tellus. Turbulentus aer: at Ludderus, ſic adhuc habet ſcintillam rationis quod non eſt totus erroribus ſuffocatus, non huc refert uel talem tranquillitatem, uel turbulentiam. Vide & hoc conſectarium, quiſquis es, qui hæc noſtra leges ſi iſto pacto liqueat torquere literam ſacri canonis; iam præsbyter orabit pro damnatis omnibus, quorum corpora in ſepulchris requieſcunt. Iam intelligimus quod Boethius ait, quanta ſtulticia ſit: nolle antiquioribus credere, ſed nouas confingere gloſſas, noua ſtatuere dogmata, ſingularitati ac uanitati ſtudere.

Chryſoſt. *Boethius*

Fuci Ludderani de quiete defunctorum euacuantur. Cap. IIII.

HVic tam manifeſtæ inſaniæ: tam impudenti ſtulticiæ, operimenta aſſuit, fucos adaptat, ut uel ſuæ farinæ hominibus, uictoriam ſuadeat: nam ad confirmandam prius datam expoſitionem aſſumit, Animas defunctorum eſſe irrequietas liquere ex duobus. Primo quia in canonæ miſſæ ſtatim ſequatur. Ipſis domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis & pacis indulge: ſecundo quia omnes oramus. Requiem æternam dona eis domine. Et iterum: Dona eis pacem: ſic plumbeis telis dimicat, hinc uoluit quieſcentes in ſepulchro, uere quieſcere in Chriſto. Hoc eſt ut in Apocalypſi, requieſcant a laboribus ſuis: quia anima ſeparata a corpore, iam non laborat in corpore uarijs huius mundi moleſtijs. Sed quis non intelligit: quam minime ſibi conſtet peruerſitas & error: nam ut tunc Lipſiæ ei obieci, quomodo euariet: ab initio retulit illam pacem ad corpus in ſepulchro. Iam in procurſu diſputationis refert ad animam ſolutam a moleſtijs corporeis. Deſtruit ergo iam priorem expoſitionem, & ſic Ludderus deſtruit Ludderum: & ſeipſum expugnat. Deinde attendamus corruptiſſimam

Apoc. 14

gloſſam:

gloſſam; ſi animam dicas dormire in pace quia ſoluta eſt a corporeis moleſtijs. Itaq; anima diuitis ſepulti in inferno, in pace dormiuit: quia corpore exuta, & paſſionibus quæ corpus ſequuntur. Porro quomodo hoc de anima purganda, te doctore, dici poteſt Ludder: quæ ſi exoneratur cruciatibus corporeis: oneratur grauiſſimis purgatorij incendijs, uelut diuus Auguſtinus ait, Hic ignis & ſi æternus non ſit &c. Aut te iudice & doctore, anima ſoluta corpore, grauatur horrore, tremore, conturbatione, pauore: & quaſi deſperatione. Quis iam recte mentatus, dicat hanc a laboribus quieſcere quia a minoribus curis ſoluta, maioribus obruitur moleſtijs. Si quieſcit a leuicula febri, & infeſtatur calculo uel peſte. Iam agnoſcimus eum, qui profitetur inſigni arrogantia ſe docturum, recte & candide, de ſcripturis ſentire, quam egregie corrumpat textum ſacræ ſcripturæ. Nam dum ſanctus Iohannes loquatur de ſanctis martyribus, qui in domino moriuntnr qui in æterna beatitudine ab omni moleſtia ſunt imunes & liberi, quare gloſſ. interlinearis exponit: A modo, id eſt a tempore reſurrectionis. Nouus autem noſter Daniel torquet, ad omnem animam, corpore ſulutam quod moleſtijs careat corporeis, ut facile intelligas hunc ſuum cauillum, primo ſibi aduerſari dein ſi etiam ſibi conſtans eſſet: inanem tamen eſſe & futilem ut ex prædictis liquet. ¶ Quod ergo inſigni peruerſitate torquet, & uim facit uerbis canonis miſſæ, non impendio euacuamus: nam prudens facile capit quomodo animæ purgandæ dormiant in ſomno pacis per certitudinem ſuæ beatitudinis: tamen oramus ut det eis requiem æternam & pacem, ueræ beatitudinis, quam expectant; ut ſicut iam quieſcunt per gratiam & charitatem a culpa in purgatorio: ita quieſcant per gloriam a miſeria pœnæ in cœlo. Non enim ueriſimile eſt, quod nouus dogmatiſta audet dicere, pœnas non facere inquietudinem: cum Iob dicat. Non concedit quieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus: quod utiq; de pœnis & plagis intelligit, non de horrore deſperationis. & infra. Si locutus fuero, non quieſcit dolor meus: Sunt ergo animæ irrequietæ in pœnis, quibus refrigerium lucis & pacis optamus; habent tamen pacem animæ purgandæ, quoniam habent charitatem, habent pacem & animę beatorum quarum pax tanto eſt melior, quanto ſunt fœliciores. Et hanc pacem & requiem a pœnis, præcamur animabus, & pro ea preces deo fundimus. Nec hoc eſt uiolentum genus interpretandi, uelut aduerſarius, ſine omni colore torquet & cruciat uerba canonis ad ſiniſtram interpretationem, pro peruerſitate animi ſui: ſemel tamen & olitor oportune locutus eſt: quod Ludderus hoc loco in diſputatione Lipſica, deo ſic uolente, illam ueritatem faſſus eſt. Mea inquit probare non poſſum. Cur ergo omnium impudentiſſime, contendis receptas ab eccleſia doctrinas, ſupprimere per noua dagmata (cum omnis nouitas potiſſimum in fide ſit ſuſpecta) quæ ingenue fateris, te probare non poſſe? Cur ergo uis, ut tibi credamus, contra ſanctos patres, ſancta concilia, totius eccleſiæ conſuetudinem, niſi quia tibi ipſi places: te honoras: & uis ſingularis uideri: ac alios contemnere: ſed time illud Bernhardi, quid regnat in inferno? ſingularitas. ¶ Elidatur eodem rigore, quando probat corpus defuncti quieſcere in ſepulchro; quia de Chriſto dicamus dormiam & requieſcam: & de ſancto Stephano quod obdormierit in domino. Nam ſi de Chriſti quiete, ad ſolum corpus retulerit; Vide quid fecerit quaſi non potius ad Chriſtum & beatiſſimam animam eius referendum ſit, quod ex pſalmo liquet, quem allegauit Ludder. Et caro mea requieſcet in ſpe: potes ne dicere omnium obſtinatiſſime, corpus in ſepulchro exanime, ſperare: num ſpes ad animam pertinet, quæ ſperat ſe in reſurrectione uniri & coniungi carni: ſic obuium eſt, quomodo nihil adiumenti conferat Luddero, quod citat illud Iohannis. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Stephanus obdormiuit in domino &c. Nam illę authoritates laudant eos, qui in confeſſione

Luc. 16
Auguſt.
In Ludderum
Apoc. 14
Gloſſ.
Iob 9
Iob 16
In Ludderum
Bernhardus
Pſal. 15.
Act. 8

ſidei,& charitate dei moriuntur:ſed nihil faciunt ad Rhombum, quod corpus dicatur dormire in ſomno pacis, ſicut ſomniat Ludder, quia ſolutum ſit a moleſtijs mundi,quod iuſtis & improbis commune eſt.

Ludder ſibi diſſidet: ideo doctrina ſua eſt ſuſpecta: & quo modò animæ ſuffragia petant. Cap. V.

In Ludderum ſibi contradicẽ.

SVſpectam ut diximus, reddit Ludder doctrinam ſuam quod ita uariat, uacillat, inconſtans eſt: & ſicut arundo ſolet moueri in aqua, ita nutat, mutatur, uertit, & nullibi non ſecum pugnat: adeo ut codex iuſtæ magnitudinis colligi poſſet, ex ſolis contradictionibus & repugnantijs ſuis: nã in inuolutionibus ſuis de uirtute indulgentiarum, ut audiuimus: admittit aliquas animas eſſe certas de earum ſalute licet non omnes: contra tamen in eiſdem, & in reſponſione ad Syluestrum Prieratem. M. S. P. decernit. Omnem animam deſcendentem in purgatorium eſſe imperfectæ charitatis quæ non expellat timorem: ideoq; purgandę habeant timorem æternæ damnationis: nunc candide lector nõ pigeat te conferre: quomodo concordent: Aliquas animas eſſe certas de earum ſalute: & tamen omnes deſcendere ad purgatorium cũ timore damnationis æternæ. Quomodo enim ſunt certæ, ſi timẽt? aut quomodo timent, ſi ſunt certæ? cum

Thob. 3

Sara filia Raguelis dicat apud Thobiam. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod uita eius, ſi in probatione fuit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur. Vnde mens humana non capit, cum certitudine poſſe ſtare timorem damnationis, ſicut nec dubium, cum ſcientia uel fide, quia certitudo uiæ quam habuit ſanctus Paulus, nullum huiuſmodi timorem admittat: ipſo ad Ro-

Rom. 8

manos dicente. Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos ſeparare a charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quare Ludder ut teſtis ſibi contrarius, merito reddit ſe ſuſpectum: ut ei fides ahhiberi non debeat, teſtis enim ſibi contrarius, ut uulgo dicitur, nihil probat. ¶ Et ut huius quoq; materiæ finem faciamus. Suffragatur

Grego.

concluſioni noſtræ aduerſus Ludderanam ſentenciam diuus Gregorius in dialogis: quomodo animæ purgandæ petant adiuuari ſuffragijs uiuentium: modo ſi petunt ſe liberari, ſciunt ſe liberandas. Scio quid ſtomachabitur hic Ludder: & ut præceps eſt ad iniurias & contumelias, dicet argumentum hoc eſt Syluestrium: & ibi quæras ſolutionem, reperi quid dicas: uerba tua Ludder ad Syluestrum

Euaſio Ludde,

ſunt iſta. Fuiſti ne tuipſe aliquando in periculo: uel mortis uel alterius neceſſitatis, in quo neſciebas, an tibi eſſet pereundum uel emergendum: ſi fuiſti recordare quæſo, quam anxie quæſieris auxilium & conſilium: eo maxime, quo ignarus fuiſti auxilij & conſilij, & ut ille ait, una ſalus tibi fuit, nullam ſperare ſalutem. Si non fuiſti, obſecro uelis credere his qui fuerunt: ubi eſt ergo argumentum tuum petunt ſuffragia; ergo ſciunt ſe ſaluandas: quid ſi contrarium uerius ſit, petunt ſuffragium, ergo ignorant ſe ſaluandas: Sic fieri poteſt, ut a facie iræ æternæ horrentes, timeant perire & in lacum ire ſempiternum: & ne intrent orare: & ſuffragium

Euaſio Ludde.

quærere. Hæc Ludder. ¶ Sed ſerue nequam de ore tuo te iudico. Scimus & hoc nouimus antequam Theognis naſceretur, non in uniuerſum tenere illationem aſſumptam: quia omnes experimur, quod petimus pro nobis ſuffragia fieri apud deum & homines: & tamen plerunq; ſumus incerti de eo obtinendo quod ſupplicamus. Itaq; non tenet illatio illa de neceſſitate huius ſeculi quod Ludderi exemplum commonſtrat: tamen ualidam eſſe de purgandis, ex hoc agnoſco: quod non ita deſipiunt defunctorum animæ credentes, quin adhuc nouerint alterum eorũ eſſe: aut quod in charitate & gratia diſceſſerint aut ſine ea; ſi ſine ea, nouerunt ſe ineuitabi-

ineuitabiliter damnatos:& inde non poſſe liberari: quia in inferno nulla eſt redẽptio. Si cum charitate deceſſerint, certa fide nouerunt ſe ſaluandas; hinc recte colligitur, petunt ſuffragia: ergo nouerunt ſe ſaluari: quoniam ſi timerent æternã damnationem; ſcirent orationes & ſuffragia non ſibi prodeſſe; duo ergo hic errata committit Ludder. Primum, quod neceſſitatem huius temporis & anguſtias, aſſimilat neceſſitatibus futuri ſeculi, cum alibi uel certus ſit ſe poſſe adiuuari, uel deſperatus de ſalute, orationes non curet. Alterum quod inquit eas timere damnari: & in lacum ire ſempiternum & ſic petere ſuffragia: quomodo hoc dicere potes aut cogitare? cum ſciant ſuffragia non prodeſſe, deſcendentibus in lacum: ideo ſi in numero deſcendentium ſunt: repulſam patientur uiuorum orationes: quare ſi ſuffragia poſtulant, ſciunt illa prodeſſe & ſuffragari. ¶ Vnde non legimus alicubi quod mortuorum animæ petierint ſuffragia a uiuentibus quatenus ab ęterna damnatione liberarentur, aut ne deſcenderent in damnationem & in lacum ſempiternum: ut Ludder magno delyrio autumat: ſed liberari a pœnis petierũt, ut ſic per pœnã purgati & ſatisfactione mundati ad cœleſtia euolarent regna: liquet hoc ex facto Centumcelleñ præsbyteri, quod B. Gregorius in Dialogis renarrat. Reperit enim in balneis uirum incognitum ad miniſterium ſuum præparatum, cui cum donaria offerre uellet: duas oblationũ coronas: ille recuſans inquit. Ego pro culpis meis huc deputatus ſum poſt mortem, ſi autem mihi præſtare uis: omnipotenti deo offer hunc panem: et tunc exauditum te eſſe agnoſce: cum huc ad lauandum ueneris, & me minime repereris: hic ſpiritus non ponebat in dubium ſe damnari: ſed quia pro culpis ſuis deputatus erat ad hunc purgationis locum: a quo liberandus erat per ſacrificium, ut certiſſime oſtenderet ſe non timere damnationem & lacum: terminum ei & ſignum liberationis ſuæ præsbytero præfixit. ¶ Simile eſt quod de ſancto Paſchaſio diacono Romano refert eodem libro quẽ poſt mortem S. Germanus Capuanorum Epiſcopus, in thermis aſtantem & obſequentem mirabatur: & eo uiſo uehementer exterritus: quid illic tantus uir faceret requiſiuit, cui reſpondit. Pro nulla alia cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum: niſi quia in parte Laurentij contra Simachum ſenſi: ſed quæſo te, pro me dominum deprecare: atq; in hoc agnoſces te exauditum: ſi huc reuerſus, me non inueneris. Liquet & hic ſanctum Paſchaſium non dubitaſſe de ſua ſalute: neq; timuiſſe damnationem: ſed deprecationem Germani expetijſſe, qua liberaretur: & huius liberationis ei ſignum dedit: quod quomodo dare potuiſſet, ſi non fuiſſet certus de expectatione æternæ ſalutis: cũ in purgatorio Ludderano, timeant ire in damnationem & lacum: quare in tali horrore & timore exiſtens, non potuiſſet ſignum præſtare, noueris te exauditum, ſi reuerſus me non inueneris: ſed timuiſſe ne deus iratus ab illo loco ad deteriorem lacum duceret: at quia illi impauidi, ſignum eorum liberationis dederunt: ideo conſectarium eſt eos fuiſſe certos de ſua ſalute. Vide o candide lector Ludderum tam non diluiſſe Sylueſtrinum argumentũ: quam & nouos adieciſſe prioribus errores.

In Ludderum errantem

Greg.

Grego.

Ex iudicio particulari in morte uniuſcuiuſq; lato probari animas purgandas eſſe certas. Cap. VI.

Robur addamus ſuperioribus, quod inſuperabilis maneat ueritas catholica: Communiter receptum eſt exeuntẽ de corpore iudicari a Chriſto iudicio particulari, & ita quatuor dominicis diebus, agitur quadruplex aduentus domini, in carnem per aſſumptionem, in animam per gratiam, in morte hominis per iudicium particulare, in fine mundi uniuerſali & communi iudicio: Iudicio ergo particulari in morte anima fit certa de ſtatu ſuo, an ſit ſaluan-

Quatuor aduentus Chriſti

da uel damnanda : quare ſequens eſt ſalſum eſſe Ludderanum dictum animas
purgandas eſſe incertas. ¶ Sed fuga ſalutem quærit Ludder ut timidi & trepi
dantes pugnatores: quia fieri poteſt, inquit: ut homo mortuus iudicetur, immo ac-
cuſetur, ſed tamen ſentencia differatur, nec ei reueletur : Sed & inſignes quidam
authores, ſcientia pluſquam ſama, audent dicere, quaſdam animas pro ſuæ tepidi
tate uitæ, per mortem rapi: & a deo ſic proijci: ut uſq; in finem mundi neſciant, an
ſint damnatæ uel ſaluandæ. Sed patere legem quam ipſæ tuleris : improbas ſcho-
laſticos doctores (ita recentiores appellas ut libidini iniuriandi ſatisfacias) quia ſi-
ne ſcripturis loquantur : proba & tu quæ dicis, minus audiam ſomniatores tuos,
quos nec nominare audes, quam tu celebres in eccleſia doctores Thomam, Bona-
uenturam, Anthoninũ, Alexandrum de Ales, Richardum, Gerſonem & ſimiles
uitæ integritate ac ſanctimonia, eruditione ac doctrina, per omnem eccleſiam fa-
Præceptores migeratiſſimos: ſuſpecti ſunt præceptores tui, quod nouitates in fide ſuſcitare uo
Ludderani lunt, ſuſpectiores, quod eos nominare non audes. Quæ enim monſtra nobis refe
res, quam Vuicklephum: Huſſum, Arnoldum, Vueſalieñ. Rockezanam, Iaco-
bellum, Taulerum, Fabrum Sangenhaſeñ. Addes aliquos ſchyſmaticos, locuple
tandæ rei gratia, Græcos, Armenos, Ruthenos, Vualdenſes, Pyghardos, Moſco
uos. Horum authoritate tutus, omnia tua probabis: ſed ubi iam tutus Paulus, ubi
Euangelium, ubi Prophetæ, ubi Apoſtoli, ubi concilia, ubi eccleſia: quam nudus
& inermis deſcendis ad prælium. Vis ne tibi credi ſoli: qui toti eccleſiæ non uis au
rem præbere, niſi ſchiſmaticæ: ut ſic ex tripode in te adagium iaciatur. Similes ha
bent labra lactucas. ¶ Sed uide doctores meos, munitos & inſtructiſſimos in-
Innocentius cedere contra uitiligatores tuos. Innocentium non euoco: a cuius ſentencia tu mo
Ioan. 5 do prouocaſti: quamuis doctor ſit ualens & eruditus: Legiſti ne apud Iohannem:
Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio, ut omnes ho-
Iudiciũ in morte. norificent filium, ſicut honorificant patrem. Arbitraris ſpiritum ſanctum ocioſe
addidiſſe. Omne, omne inquit iudicium. Exiſtimas æternam ſapientiam patris, ſi-
ne pondere hoc adiecisſe: niſi quia non unum tantum iudicium dedit filio: hic er-
go præter iudicium generale, aliud includit particulare. Non apparet tibi factũ
a dño iudiciũ particulare, qñ apud Math. iuſſit carentem ueſte nuptiali, mitti in te
Mat. 22 nebras exteriores? Non apparet tibi apoſtol. Paulũ oſtendiſſe, ſtatim poſt mortẽ
Hebræ. 8 ſequi iudicium Chriſti, cum ad Hebræos inquit. Statutum eſt hominibus ſemel
mori, poſt hoc autem iudicium. Noſti ne uetus illud, qualem te inuenit dominus
Cyprianus cum uocat: talem pariter & iudicat: ut apud Cyprianum ſanctum martyrem &
epiſcopum legis. Non te uocat dominus per mortem ex hoc ſeculo? quare & pa-
riter non iudicaret te exeuntem ex hac uita? ut late Innocentius proſequitur libro
Innocentius de uilitate conditionis humanæ: ſat ſit fundamenta digito monſtraſſe: ne exiſtimes
ſanctos doctores noſtros, quos ita contemnis, ſine ſcripturis, ſine rationibus, ſine iu
dicio loqui: Præſtolare iam Ludder, eis non deeſt ratio, quę frangat ſtoliditatem
cerebri tui: Certum eſt, ut ſuperius contra errorem Græcorum meminimus, ani-
mas quæ nihil cremabilis habent, iam eſſe beatas: & ut S. Iohannes *in* reuelationi
Apo. 6 bus ait, datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ: ſed quomodo dominus iuſtus & ſapientiſſi-
mus iudex mitteret aliquem in paſſionem uitæ æternæ, ſine decreto, ſine iudicio:
ideo conſectarium eſt, ratione id ſuadente, nullum cœleſti aſcribi curiæ, niſi iudi-
catum: quod ſi de uno concedis, quomodo ſine authore, ſine ſcriptura, immo con-
tra ſcripturam de alijs negabis. ¶ Hæc omnia intelligo ſecundum legem com
munem, cui deus uirtutem ſuam & potentiam non alligauit: ſcio quod poteſt
pro arbitrio uoluntatis ſuæ, cui nemo poteſt reſiſtere, differre uel ſuſpendere iu-
dicium : tamen hoc regulariter non facit, niſi magna utilitate ſanctæ eccleſiæ ſuæ
Cyrillus ſubexiſtente : Ita enim diſtulit iudicij ſentenciam in illis tribus, de quibus B. Cyril
lus

lus, de tranſitu B. Hieronymi ſcribit: ſed hoc fuit factum ad naſcentis hæreſis extirpationem, quæ purgatorium negabat. Magiſter Parrhiſieñ. triduano ſpacio per interualla accuſatus fuit, iudicatus & condemnatus: at hæc omnia breui tempore ſunt facta ex priuilegio, non trahenda in conſequentiam: Ex hac tamen Parrhiſieñ. facto, ſacer ille & illibatus (qui ſolus a primęua inſtitutione adhuc nunquã cecidit, in Germania ſaltem & Gallia) Chartuſienſium ordo initium ſumpſit: Habemus ergo iudicium particulare in morte cuiuſque ſatis eſſe firmatum: ex quo infallibiliter infertur animas eſſe certas de earum ſalute in purgatorio. *Carthuſ. origo*

¶ Et nihil nobis obeſt, quod ita baſilice negat: ſed differri illud & ſuſpendi opponit: ſed qua hoc dicis authoritate, rogo? Meminiſti, quod concluſione hanc præcedente decimaoctaua Gloriaris & Thraſonice quidem, hoc robuſtiſſimũ eſſe fundamentum tuum contra oppoſitam ſentenciam, quia ſine authoritate doceatur: Cum in præſentia ſcriptura nobis non deſit: ubi eſt robur tuum? ubi authoritatem inducis? ubi eſt mors uictoria tua? ubi eſt fortitudo tua? Iniquus es expoſtulator, qui exigis, quod ipſe non præſtas: S. Hiero. & Auguſt. noluerunt in ſacra doctrina aliquid affirmare, quod non ex ſacris literis, aut antiqua ſanctorum patrum traditione eſſet comprobatum: alioqui ea facilitate contempſerunt, qua alij aſſeruerunt: Itaq; ridendus es ab omnibus Ludder, quod & tu omnibus feciſti: Timendum eſt, quod authorų tuorum nomina ſupprimis: ne tales ſint, qui non habeant bonum odorem in eccleſia dei, uelut ab initio memini: ſic Iohan. Huſſ. Vuiclephicos adeptus libros, hauſto ueneno, nobile illud Bohemię regnum, Germanis effugatis, peſtilentiſſima doctrina infecit: hic eſt fructus, ſi quis exotica & peregrina ſectatur ſcripta, contra communiter receptam ſentenciam: quare apoſtolus Paulus prohibuit, ne uarijs & peregrinis ſeduceremur diſciplinis. *In Ludderum* *Iob 4* *Hierony.* *Auguſt.* *Huſſ.* *Heb. 13*

¶ Et ut manifeſtiſſime Ludderum mendacij arguam, cum recentioribus eccleſię doctoribus imponit, quod ſine authoritate loquantur: Cõferamus obiter ad hunc locum. Vnum ex Michea. Ego autem ad dominum aſpiciam: expectabo deum ſaluatorem meum: audiet me deus meus: ne lęteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam: cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt: iram domini portabo, quoniam peccaui ei: donec iudicet cauſam meam: & faciat iudicium meum: educat me in lucem. Quid poteſt hic aduerſarius uel muſſitare contra hunc apertiſſimum textum, quem unum Luddero, & omnibus Ludderanis obijcio: & ut etiam audax ſim, reſpondeat ſi poteſt: & diluat: cum ſederit anima fidelis in tenebris purgatorij, gloſſa exponit in captiuitate: dominus eſt lux mea, lux conſolationis: ideo ad dominum meum aſpexi, quia expecto ut ſaluet me, termino purgationis finito: ideo inimica mea, diabolica ciuitas, non lętetur ſuper me: quia cecidi gloſſ: pro peccatis punior: conſurgam, liber euadam ex hac pœna: quia lucem habeo dominum, etiam in tenebris purgatorij. Iram domini portabo patienter: ſine murmure & deſperatione, quia peccaui ei, ſcio me meruiſſe, quod patior ait gloſſa. Et tam diu portabo donec iudicet cauſam meam ſcilicet in iudicio: & faciat iudicium meum: educat me in lucem: ideo faciat iudicium abſolutionis: ſicut in morte iudicauit me ad pœnam purgationis, gloſſ. interlin. quia noui quod educet me in lucem, & uidebo iuſticiam eius. Quis iam auſit dicere animas eſſe incertas, quæ ad dominum aſpiciunt, expectant eius ſaluationem, ſperant ſe audiri a deo, & ſperant ſe ſurrecturas: deum habent lucem, iram domini portare uolunt, donec abſoluantur: & ſciunt quod poſt illam abſolutionem educendæ ſunt ut uideant lucem: & de illo non dubitant: ſed ſciunt: pondera gloſſ. noui: quod educet me in lucem, quod animabus afflictis faciat deus omnipotens miſericordiarum dominus. *Mich. 7* *Gloſſ.* *Gloſſ.*

Principale intentum concluditur, &:animas non minui beatitudine, ſi uiuentium ſuffragijs fuerint liberatæ oſtendit. Cap. VII.

Job 19 / Manus domini tetigit me.

ET ne hiſcere poſſit aduerſarius, & hunc ei morſellum, uelut cani animas electas in purgatorio allatranti, obijciamus. Non negabit ut opinor, hunc eſſe & animarum in purgatorio ad uiuos clamorem. Miſeremini mei, ſaltem uos amici mei: quia manus domini tetigit me. Sic enim ſancta mater eccleſia, & omnis eccleſiaſticus ordo, in officio pro animabus defunctis utitur, hoc loco uerborum Iob, ad exhortationem fidelium, quo paratiores reddantur & exercitentur ad ſubueniendum pijs animabus in purgatorio afflictis. expoſtulant igitur ſuffragia(quod ſuperius quoq; capite quinto tetigimus)expetunt ut eis miſericordiam & pietatem impartiremur:non quia manus ſathanæ eas tetigerit,quod damnatorum eſt; ſed quia manus domini tetigit eas. Damnati autem ſicut nullam ſperant miſericordiam,ita nullam petunt gratiam; ſed prorumpunt in continuam blaſphemiam creatoris. In purgatorio autem exiſtentes: certi de ſua ſalute, implorant gratiam & miſericordiam: quam non implorarent, ſi ſcirent ſe in mortali peccato diſceſſiſſe,etiam ſi Noe; Daniel & Iob,pro ipſis intercederent: quia hi ſoli in iuſticia ſua liberarent animas ſuas; terra autem terreni homines & damnati deſolarentur.

Error Ludderi

¶ Offert ſe hic aliud impijſſimum dogma Ludderanum in præſentia confutandum: quia prædictis reſiſtit, nam in reſponſione ſua ad primas annotationes meas ſcriptum reliquit. Animas ex purgatorio liberatas ſuffragijs uiuentium minus beari quam ſi per ſe ſatisfeciſſent. Vah impietas prodigioſa, & antiqui ſerpentis aſtutiſſimus dolus, qui odio inueterato in bono nititur per hunc Barđocucullum remorari tranſitum animarum ſanctarum ad æternam fœlicitatem. Quis enim fidelium neſcit, aut neſcire poteſt, unum beatitudinis gradum, minutam æternæ fœlicitatis portionem, eligibiliorem fore omnibus gaudijs mundi: & pro tantillo tempore electorum animæ (quis credat) uellent perdere tantæ gloriæ augmentum: quis non multo magis exiſtimabit: ita præcioſiſſimam rem fore beatitudinem: ut ſanctus Thomas mallet uſque indiem iudicij pœnam purgatorij ſufferre: quam uno gradu beatitudinis (qua in deo lætaretur) æternaliter carere. Vnde Ludderana ſentencia ſuffragia ammodo non eſſent ſuffragia, ſed fœlicitatis impedimenta, æternam hæreditatem minuentia, ac gloriæ & ſtolæ animarum detrahentia: Hæc myſteria ex noua Paulini Theologi haurimus doctrina: & præſtat habere talem præceptorem: ubi dediſcenda & execranda addiſcas.

Diaboli dolus

In Ludderum

¶ Sed age obſecro Ludder:ſiſte pedem: redde rationem dictorum tuorum, quæ tanto iubilo & triumpho nobis inculcas. Si animæ purgandæ minus beantur ſuffragijs uiuentium adiutæ: cur ergo inſenſatæ animæ,magno eorum incommodo, ſuffragia & orationes a uiuentibus, tanto animi deſyderio expetunt: ut uocem etiam ingeminent. Miſeremini mei, miſeremini mei,ſaltem uos amici mei. Non ſatis eſt:quod tantis eas obruis miſerijs niſi eas etiam imprudentes feceris & ſtultas, quæ aurum Tholoſanum, & equum Seianum optent. Dic quæſo cur Paſchaſius uir doctus, ſanctus & prudens tantillum laborem balnei non ſuſtinuit: quo auctiorem perpetuo reciperet fœlicitatis gloriam? Cur ſanctus Auguſtinus ſcientiſſimus eccleſiæ doctor librum ſcripſit de cura pro mortuis agenda: & ad idem toties hortatur beatus Gregorius, cũ alijs ſanctis:ſi detrimentoſa eſt & noxia, tam ſolicita uiuentium pro defunctis cura?

Pro ſuffragijs defunctorum

Auguſt: *Iohan.pp.* *Ambroſius* *Auguſt.* *Cabilionen. concilium.* *Damaſcenus* *Dionyſius* *Maximus*

cura? Cur ſancta Monica,diuinis afflatibus ſæpius in extaſim rapta tam anxie ſuffragium altaris poſt mortem, a filio petijt? Cur filius & eius pater ſpiritualis ſanctus Ambroſius tam diligenti ſtudio,ac uigilanti cura id perfecerunt:ſi ad gloriæ diminutionem ſuffragia proficiunt? Verba Monicæ referre placet: ait enim Auguſtinus libro 9. confeſſionum. Dum iam quinq; dies decubuiſſet in lecto febribus,filijs ſuis dixit. Ponite hoc corpus ubicunq;,nihil uos eius cura conturbet,tantum illud uos rogo, ut ad domini altare memineritis mei, ubi fueritis, quod Auguſtin. fieri curauit:& ut fiat:alios rogat. Quod ad eius precij noſtri ſacramentū, ancilla dei animam ſuam uinculo fidei ligauit? Cur tota ſancta eccleſia obſeruat defunctorum obſequia,in omnibus miſſæ ſacrificijs pro eis orare iubet. Animarum commemorationem uno peculiari die per totam peregit eccleſiam, ſicut Iohan.18 inſtituit & tota eccleſia acceptauit? Cur depoſitionis dies Primus, Septimus,triceſimus,& apud quoſdam etiam quadrageſimus(ut beatus Ambroſius de tranſitu Theodoſij teſtatur)mortuorum in eccleſia peragitur:ſi huiuſmodi ſuffragia eis beatitudinis gradum minuunt. Et hanc eccleſiæ conſuetudinem S. Auguſt. pro fundamento accipit: qui tamen uicinus fuit eccleſiæ martyrum, ait enim in fine de cura pro mortuis agenda. Sed & ſi nuſquam in ſcripturis ueteribus legitur:non parua hac conſuetudine claret authoritas:ubi in præcibus ſacerdotis,quæ domino deo ad eius altare funduntur:locum ſuum habet etiam cōmendatio mortuorum. Ecce quomodo ſacer antiſtes fundat ſe ſupra conſuetudinem eccleſiæ:unde facile eſt conijcere,non primum a Cabilionenſi inceptum eſſe concilio:quamuis ibi ſtatutum ſit: ut ſemper in officio miſſæ, defunctorum fiat memoria,ſed hunc pro defunctis orandi morem:& officiorum celebritatem,a ſanctis patribus traditum:atq; ita a ſanctiſſimis fidei noſtræ columnis:diuis apoſtolis, ut clare Iohan. Damaſcenus in quodā ſermone teſtatur. Omitto hic Dionyſium Areopagitam, Auguſtinum in Enchiridio, Gregorium, Maximum, in elegantiſſimo ſermone:qui cum alijs ſanctis locuplete teſtantur, ſuffragia uiuentium prodeſſe animabus purgandis:quod non fieret, ſi a ſtellæ claritate & luce beatitudinis aliquid ſubtraherent,uelut Ludderanum docet commentum. Nos autem catholicę eccleſiæ obſequentes filij credamus & aſſentiamur:quia ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare,ut a peccatis ſoluantur.

Ludderum ſibi contradicere,& iuſte ſentenciam eius eſſe damnatam Cap. VIII.

Contrarietates Ludderi

VNum tamen hic conſydera, iuſtiſſimum dei iudicium, qui dedit innixū propriæ prudentiæ,ut ſe poſſet aliquando agnoſcere: cum tam infantiliter deſiperet. Solito enim more,& hic ſibi incipit contradicere & repugnare:ut nec Ludderum cum ueritate,nec cum Luddero concordet: quod ita colligas. In ea reſponſione,quam dedit ad annotationes meas primas de anno gratiæ M. D. XVIII. in Martio, extenuare nititur uiuentium ſuffragia pro mortuis, atq; in hunc ipſum deſcendit errorem:quem in præſentia diſcutimus: Aſſumens & hoc, quod aliqui in purgatorio nolunt ſuffragijs uiuentium liberari: ideo non conſtare nobis,quando rem eis fecerimus gratam: aut minus: dum impenſe in illo uolumus eſſe benefici:hunc libellum Ludderus non ędidit:ſed ſyngrapha eius eſt in ſchediario noſtro. Huius impietatis oblitus Ludder in diſputatione Lipſica anno. M. D. XIX. die 10. Iulij per ſchedam reſpondit de animabus in purgatorio in hæc uerba. Mea concluſio id tantum uoluit,eſſe nec ſcripturis, nec rationibus probatum,animas certas eſſe,ſaltem omnes:de ſalute ſua,& gratiam in eis nō augeri,ſufficit quod ſciamus eas pati:& non debere eis ſuccurrere,cætera deo relinquenda ſoli: hæc Ludder, & antea die 8. Iulij dixerat, notarijs excipientibus.

Ego enim de purgatorio nihil noui, niſi animas ibi pati iuuandas operibus & ora tionibus noſtris. Conferantur modo illa cũ ſuperioribus: & manifeſtarium erit, quam pugnantia & toto cœlo diſſidentia, propoſuerit: nouit animas iuuandas ope ribus noſtris: & tamen ſic adiutæ minuuntur in gloria: Succurrere debemus ani= mabus: & tamen aliquæ nolunt, ut eis ſuffragemur: Gratiam eis impendere debe= mus: & tamen neſcimus, an rem gratam eis fecerimus, ſuffragijs noſtris: prius ma= re rubrum in Nilum ducturi ſumus, quam iſta concordemus. ¶ Sed ueritas men

Mat.12 tiri non poteſt. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur: & omnis ciuitas uel do= mus diuiſa contra ſe non ſtabit. Ideo hæreſis Ludderana nullibi ſibi conſtans: ſed tam ſibi, quam ueritati contraria, deſolabitur. Recte ergo, & iuſtiſſime pro paſto

Leo Papa. rali officio S.D.N. Leo 10. ad quem iudicium fidei, uelut Chriſti uicarium ſupre mum in terris pertinet: hunc Ludderi articulum damnauit. Animæ in purgato= rio non ſunt ſecuræ de earum ſalute, ſaltem omnes. Et iſtum. Animæ ex purgato rio liberatæ ſuffragijs uiuentium, minus beantur, quam ſi per ſe ſatisfeciſſent. Et

Parrhiſ. Athene Chriſtiani imperij, almum Parrhiſinum ſtudium, propoſitionem Ludde ri referens. Non uidetur probatum eſſe, quod ipſæ animæ in purgatorio ſint de ſua beatitudine certæ & ſecuræ, ſaltem omnes, tale addidit iudicium. Hæc propo ſitio eſt falſa, & pręſumptuoſe aſſerta, & in hoc quod prætendit animas purgato rij, non eſſe certas de ſua beatitudine, eſt traditioni eccleſiæ, & ſanctorum doctri= næ contraria. Habes Ludder iudicum per nos electorum iudicium de concluſio ne tua: illorum enim iudicio ſponte te ſubiecisti. Veritati ergo aſſentiamur, quæ ſub iuſto iudice uincit. Et animas in purgatorio certas credamus de ſua ſalute: nec cœleſtem gloriam eis imminui: ſi uiuentium ſuffragijs liberentur: quoniam ut ſa=

Sapi.8 piens ait. Spes illorum immortalitate plena eſt: ubi non meminit beatorum, qui ſpem non habent ſed fruuntur ſperandis: & quod ex parte eſt euacuabitur: neq; iuſtorum meminit huius uitę, quoniam de mortuis eo loco ait. Viſi ſunt oculis inſi pientium mori: itaq; conuenit in eos, qui in purgatorio morantur: quorum ſpes im mortalitate plena eſt: non quod ſpes eorum ſemper duret, ſed quia certiſſima ſpe expectant terminum ſuæ purgationis, recepturi indubiæ uitam æternam. Deus uenie largitor & miſerator animabus omnibus in purgatorio detentis, ſit propici= us, & requiem donet eis ſempiternam Amen.

DE PVRGATORIO IOHANNIS Eckij contra Ludderum liber III.

Præparantur tractanda & timorẽ mortis non arguere imper= fectam charitatem, quæ pœnã purgatorij gignat. Cap. I.

In Ludderum. DVM Ludderus frontem ita perfricuit, ut nihil penderet, quic= quid eſſet fidei, quod religionis, quod honeſtatis: ſemper a mi= nori errore, in maiorem lapſus eſt inſaniam. Non enim conten= tus, qđ animas a deo electas, & charitate plenas in purgatorio, expoliaret certitudine ſalutis earũ, & certæ expectationis æter= næ uitæ: quod ſuffragia (quæ tam anxie petunt) eis noxia face= ret & damnoſa. Multo peiora de his meditatus, adeo inſolentem & animabus iniu rioſam ędidit doctrinam tantam in eas exercens tyrannidem ut tolerabilior forte ſit infernus, quam purgatorium Ludderanum: tot comminiſcitur cruciatus, hor= rores, pauores, confuſiones, deſperationes, anxietates & anguſtias ſpiritus: quod ipſa lectione, ſpiritus angitur & torquetur, multo plus quam Ixionis rota, aut Ti= cij uiſcera, ſeu Tantali ſtagna, aut quæ alia genera pœnarũ, a poetis memorata, in ſtyge, phlegetonte, Cocyto, lethe, per Plutonem, cerberũ, thiſiphone, alecto &c.

At

At melius agit miſericors deus,cum electis animabus ſuis quam quod tantis ex-
cruciet deſperationibus,quæ dormiunt in ſomno pacis,& in Chriſto requieſcunt:
ideo iuxta ſanctæ eccleſiæ traditionem, exploſis erroribus ueritatem catholicam
explicemus:& quamuis error iſte, ſatis agnoſcatur eſſe reiectus ſuperiori libro:ſi
enim animæ ſunt certæ & ſecuræ de ſua beatitudine:non ſunt in tali timore, tre-
more,& horrore quaſi deſperationis quod timeant ſe damnari: tamen quia noua
adfert erronei dogmatis fundamenta: ideo illa quoqꝫ confutare operepreciũ eſt:
quamuis adeo confuſe & intricate ſcribat de hoc confuſo genere pœnæ Ludder:
ut facile quis non poſſit ſe euoluere:niſi Ludderum ſinat ſuis contrarietatibus in-
uolutum ¶ Principio ſummarie renarremus Ludderi errata, dein iugulemus *Ludderi ſniã*
illa:moriturum inquit habere imperfectam charitatem: cum reliquijs uetuſtatis
Adæ: & quia imperfecte diligit deum,diligit uitam ſuam,& timet mortem & pœ
nam. Decedens autem,ſicut hic timuit mortem:ita alibi timet pœnas propter im
perfectam charitatem:& concutitur maximo horrore:quia timet ſe damnari. Im
mo iam uidetur ſibi inire damnationem,quod proximus eſt deſperationi:& quã-
diu horret illas pœnas ſemper peccat:quando autem deus incipit ei augere grati-
am,tunc continue decreſcit horror,& gratia contra augetur,uſqꝫquo perficiatur:
& ſic omni timore expulſo,gratia perfecta,libere euolat ad cœleſtium ſedes: hæc
ſummatim ſufficiat delibaſſe: quia plura in proſecutione ſe offerent impugnanda,
¶ Perſpicuum eſt iam aduerſarium, totius erroris ſui fundum iacere in imperfe-
ctione charitatis: ait enim concluſione 14. ſuarum inuolutionum. Imperfecta ſani *Imperfecta cha*
tas ſeu charitas,neceſſario ſecum fert magnum timorem:tantoqꝫ maiorem, quan- *ritas nõ horret*
to minor ipſa fuerit: ideo totis uiribus laborandum eſt,ut hoc ruinoſum fundamẽ
tum conuellatur: ſic enim futurum eſt, ut totum ſceleratum corruat ædificium.
Hoc ergo primum uelut hæreticum deſtruamus,quod imperfectam charitatem
ex eo metitur (quæ timorem & horrorem purgatorij ſecum afferat) quando ti-
met mortem,timet pœnam:& inuite moritur, ſicut clare exprimit in inuolutioni-
bus ſuis concluſ. 14. & 17. talem enim reputat immundum nimio uitæ affectu,
quærentem quæ ſua ſunt. ¶ Iſta autem arguere imperfectam charitatem,eſt *Improbatur*
falſum & hæreticum:quod oſtendo in eo,qui eſt plenus gratiæ & ueritatis,domi
no ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto:cui non eſt datus ſpiritus ad menſuram: & de cu- *Iohan. 1*
ius plenitudine accepimus omnes. Iſtum ſcio quamuis perfricatiſſimæ frontis &
arrogantis ſit,non negabit mihi, fuiſſe perfectæ & conſumatiſſimæ charitatis: iſta
men habet quoddam nolle patiendi & moriendi: quare inuite mori, aut habere
quoddam nolle patiendi,non arguit imperfectionem charitatis. Facile eſt aſſerta
probare,tribus Euangeliſtis teſtimonium ferentibus,ut ſic in ore duorum uel tri-
um omne ſtet teſtimonium. Mathæus ait. Tunc ait illis (Ieſus) Triſtis eſt anima *Math. 26*
mea uſqꝫ ad mortem. Suſtinete hic, & uigilate mecum: & progreſſus puſillũ pro-
cidit in faciem ſuam orans & dicens. Pater mi. Si poſſibile eſt tranſeat a me calix
iſte. Veruntamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu uis. Marcus ait. Et aſſumpſit ſe- *Mar. 14*
cum Petrum & Iacobum & Iohannem:& cœpit pauere & tędere: & ait, Triſtis
eſt anima mea uſqꝫ ad mortem, ſuſtinete hic & uigilate. Et cum proceſſiſſet pau-
lulum procidit ſuper terram:& orabat ut ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora:& dixit.
Abba pater omnia tibi poſſibilia ſunt:transfer calicem hunc a me: ſed non quod
ego uolo,ſed quod tu. Lucas ita renarrat. Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum ia- *Luc. 22*
ctus eſt lapidis,& poſitis genibꝰ orabat dicens. Pater ſi uis transfer calicẽ iſtũ a me, *Timor mortis*
ueruntñ non mea uoluntas,ſed tua fiat. Apparuit aũt ei angelus de cœlo confor- *non imperficit.*
tãs eum:& factus in agonia,prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ
ſanguinis decurrentis in terrã. Hos ſacratiſſimos ſcribas prolixius recenſuimus: ut
confuſibilior appareat aduerſarij impietas. Hic ſalutis totius author & largitor, *Põderatur tex.*

ad mortem triſtatur:terretur,& quaſi horreſcit:patrem,cui omnia ſunt poſſibilia, orat ut transferat calicem,uide quam perfecta charitas etiã timeat pœnas & mortem:& hanc quidem ſuam uoluntatem eſſe ingenue fatetur:cum inquit,ꝗ ego uolo,Mea uoluntas &c.Tamen illud quod perfectæ charitatis eſt non omiſit:ſcilicet conformari diuinæ uoluntati.Ideo ait:Veruntamen non mea uoluntas,ſed tua fiat.Nõ quod ego uolo,ſed quod tu.Meditetur quilibet Chriſtianus,ſicut B.Bernhardus facit,quomodo dulciſſimum cor domini noſtri Ieſu Chriſti duobus malleis amoris & timoris,fuerit operatum:quod ſanguineus ſudor,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram,fuit expreſſus: Habemus iam perfectiſſimam charitatem,pœnas tamen mortis timentem,licet non ſuccumbentem ; Cadit ergo prorſus,inanis aduerſarij cauillus:ubi ex proprio ſenſu,in quo abundat, interpretatur imperfectam charitatem,& morbum animæ,ex eo quod timet mortẽ & pœnas.

Bernhardus

Auguſt. ¶ Pulchre nobis ſuffragatur B.Auguſtinus in Enchiridio dicens,Sic igitur Chriſtus hominem gerens,oſtendit priuatam quandam hominis uoluntatem ; in qua & ſuam & noſtram figurauit,qui caput noſtrum eſt cum dicit,Tranſeat a me. Hæc enim erat humana uoluntas, proprium aliquid,& tanquam priuatum uolens;ſed quia rectum uult eſſe hominem,& ad deum dirigi ſubdit.Veruntñ non ſicut ego uolo,ſed ſicut tu:ac ſi diceret.Videte in me,quia poteſtis aliquid propriũ uelle,& ſi deus aliud uelit,conceditur hoc humanæ fragilitati:hæc uox capitis,ſalus eſt totius corporis. Simile dicit idem S. Auguſtinus libro de orando Deum ad probam.Vnde ſi aliquid,contra quod oramus acciderit,patienter ferendo & in omnibus gratias agendo,hoc potius oportuiſſe quod dei,non quod noſtra uoluntas habuit, minime dubitare debemus ; Nam & exemplum huiuſmodi præbuit nobis ille mediator,cum dixiſſet.Pater ſi fieri poteſt,tranſeat a me calix iſte: humanam in ſe uoluntatem,ex hominis ſuſceptione transformans:continuo ſubiecit,nõ quod ego uolo,ſed quod tu uis pater.Hæc diui patris teſtimonia propterea adduximus : ut intelligat candidus lector, id quod Gregorius docuit. Omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio,ut etiam hoc loco membra ſaluatoris, citra peccatum, uoluntatem habere poſſint qua mortem paueant,priuatim quaſi aliquid diligant: modo ultimate uoluntatem ſuam deo ſubijciant : neq; exterreantur Magnificis Ludderi uerbis quod charitas inde minui debeat uel imperfecta eſſe.

Auguſti.

Grego.

Iuſtum uirum poſſe timere mortem:improbum autem plus diligere uitam quam deum. Cap. II.

SVfficienter oſtenſum puto,lapſum Ludderum in ueſtibulo, quomodo eum negat habere perfectam ſanitatem aut charitatem:qui timeat mortem uel inuite moriatur: Contra nos aſſerimus hoc nihil officere charitati: modo quis non præponat uoluntatem ſuam,uoluntati diuinæ,ſed ſubdat:quam ſentenciam pro fidelium ſolatio,adhuc pluribus muniamus teſtimonijs: Nam ſic de martyribus teſtatur Beda in hyſtoria contextus Euangelici,de oratione & ſudore domini.Hæc uoluntas inquit, non moriendi, glorioſos facit martyres : non enim uult ſenſus carnis, niſi quod delectat:ſi autem delectaret eos mori, non inde uiderentur mereri:ſed quia hanc non moriendi uoluntatẽ ſubijciunt deo:ideo merentur,habemus ergo meritum martyrum augeri, quod uincentes uoluntatem propriam non moriendi,glorioſa confeſſione pro Chriſti nomine occumbunt.

Beda

Nolle pati ¶ Ex quo liquidum eſt,proprium eſſe hominis etiam fidelis & iuſti:primum quidem nolle pati aliquid doloris perducentis ad mortem,quia homo carnalis eſt : Si autem deus uoluerit:quod tunc & ipſe uelit acquieſcere,quia fidelis:huius euidẽs indicium habemus in ſancto Petro,qui tanta pollebat charitate ; ut interrogatus a ſaluatore,an diligeret eum plus his:reſponderit,Domine tu ſcis,quia diligo te: is tamen

Iohan.ultimo

men mortem iam ſenio confectus, declinare uoluit, & a Roma aufugere: tanti-
ſper donec dominus ei appareret, & diceret, Vado Romam iterum crucifigi: Ni-
hil ergo obeſt charitati: quando uoluntas naturalis mori renititur: Si ratio ſuperi-
or, uoluntati dei ſe offerat: & ex animo dicat, fiat uoluntas tua. Ita B. Chryſoſt. te- Chryſoſt.
ſtatur: idcirco Chriſtũ mortem recuſaſſe, ut ueritatẽ naturæ humanæ monſtraret:
eſt ergo uere naturæ humanæ, quę a deo eſt, & bona eſt, timere mortem. Idem &
B. Ambroſius confirmat de Chriſto ſuper Lucam, quod quaſi homo, mortem Ambroſius
recuſarit: & quaſi deus ſentenciam ſuam ſeruarit. ¶ Graphice uidetur mihi
utriusq; uoluntatis luctam ſanctus Auguſtinus deſcripſiſſe: & quia noſtra fir- Auguſt.
mant: infirmant uero aduerſarij dicta: ideo Auguſtinum recenſebimus ſuper ca- tract. 10
nonica Iohannis. Sunt enim homines inquit, qui cum patientia moriuntur: ſunt
autem quidam perfecti, qui cum patientia uiuunt. Quid dixi? qui adhuc deſyde
rat iſtam uitam: quando illi uenerit dies mortis, patienter tolerat mortem: lucta-
tur aduerſum ſe, ut ſequatur uoluntatem dei: & hoc potius agit animo, quod ele
git deus non quod elegit uoluntas animo: & ex deſyderio uitæ præſentis fit lucta
cum morte: & adhibet patientiam & fortitudinem, ut æquo animo moriatur: iſte
patienter moritur. Vnde in libro de ciuitate dei prolixæ proſequitur. Cur uiri ſan Auguſt.
cti inuite moriātur: quare nec Apoſtolus pœnas mortis appetijt: ſed quid mitius, Phil. 1
ſcilicet diſſolui & eſſe cum Chriſto, quod proprie eſt perfectorum: qui & ſi dolo-
res mortis timeant: tamen patienter uiuunt: & ſuperato mortis metu, delectabili-
ter moriuntur. ¶ Vis experiri iſta eſſe uera: attende interdum minus iuſtum
paratiorem ad mortem, quam iuſtiorem: ut nihil uel parum faciat ad uoluntari-
um uel inuoluntarium mori: quare recte Beda concluſit. Multi adhuc contri- Beda.
ſtantur futura morte: ſed habeant rectum cor: uitent mortem, quam poſſint: ſed
ſi non poſſint: dicant id quod propter nos dominus dixit. ¶ Quod ſi aduer Euaſio Ludde.
ſarius Thracum more, terga uerteret: ſe non intellexiſſe de his qui timeant ſim-
pliciter mortem, & qui inuite moriantur: ſed ita timent mortem: quod plus dili-
gant uitam, quam deum: & ob id culpauerit eos, quaſi non diligentes deum ſu-
per omnia: At quoquouerſum reſpexeris captus es Luddere: nam talem, qualẽ Improbatur
nobis iam depinxiſti: non dicimus iuſtum, ſed impium: Non ei tribuimus imper-
fectam charitatem, ſed nullam: non exiſtimamus eum ex parte ſanum, ſed infir-
mum immo mortuum: quare qui ſic diligeret uitam ſuam, & in ea dilectione de-
cederet: non deſcenderet in purgatorium, ut tu falſiſſime autumas, ſed in lacum
inferiorem tartari: quoniam omnis humana peruerſio eſt, quod etiam uitium uo-
catur ait Auguſtinus, fruendis uti uelle, & frui utẽdis: unde talis ſuper fundamen Auguſt:
tum non ædificaret fœnum & ſtipulam, ſed lapides atq; metallum, ut Gregorius Grego.
ſentit: quomodo enim poteſt eſſe ciuis ſupernę Hieruſalem, qui plus diligit uitam
quam deum: Vade ad Auguſtinum libro de ciuitate dei & pſalmo. 64. & inſtru Auguſt.
et te, duos amores duas condidiſſe ciuitates: Amor ſui usq; ad contemptum dei, fa
cit ciuitatem diaboli: Amor dei usq; ad contemptum ſui, facit ciuitatem dei: inter-
roget ergo unusquisq; quod amet: & inueniet cuius ciuitatis ſit ciuis: ideo ait libro
confeſſionum. Minus domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te Auguſti.
non amat. Expende lector quantum a ueritate Ludder deuiauerit, quando pu-
tat eum uenialiter peccare, qui plus diligit uitam propriam, quam deum: ſed hoc
Paulini noui Theologi docent: Rectius dixit ſanctus Cyprianus, Mundi amor & Cyprianus
dei, pariter in uno corde habitare non poſſunt: quemadmodum oculi pariter cœ-
lum & terram nequaquam reſpiciunt.

Imperfectionem charitatis non metiendam ex reliquijs uetuſtatis peccati. Cap. III.

SAtis aduerſarij euicimus impietatem, non debere charitatem cenſeri
imperfectam ex timore mortis: refellamus iam alium modum quem de
pingit imperfectæ charitatis. Vbi eſt inquit perfecta charitas? quis eſt ſi-
Ludderi ſnia ne timore mortis, iudicij inferni? nam in homine quantumcunq; ſancto reliquiæ
ſunt uetuſtatis & peccati: & non poſſunt filij Iſrael in hoc tempore Iebuſæum,
Chananæum, & alias gentes penitus delere: manet ueſtigium prioris Adæ: hæc
autem uetuſtas eſt error, concupiſcentia, ira, timor, ſpes, deſperatio, mala conſcien
tia, mortis horror &c. hæc enim ſunt ueteris & carnalis hominis: minuuntur au-
tem in nouo homine ſed non extinguntur: donec & ipſe extinguatur per mortē:
hæc concluſ. 14. reſolutionum de uirtute indulgentiarum, & concluſ. 17. imperfe-
ctio fidei nihil aliud eſt, niſi imperfecta nouitas uitæ in ſpiritu: & adhuc reliquum
de uetuſtate carnis & Adæ: In reſponſione quod ad Syluestrum prieratem. S. P.
M. inquit. Video te eo laborare errore, quaſi poſſit eſſe filialis timor in uia tā pu-
rus: ut nullus cum eo mixtus ſit timor ſeruilis pœnarum: quod iuxta ſcripturam
& eccleſiaſticos patres non eſt poſſibile, cum nulla uirtus perficiatur, niſi in patria,
& hæc meæ poſitionis cauſa eſt, quod animæ ſunt imperfectæ charitatis, haben-
tes mixtum timorē pœnarum, id eſt ſeruilem: aut doce me, quomodo de pœna
Improbatur doleant, ſi non timent eam. ¶ Iam ſcimus unde ſuxerit errata ſua aduerſarius,
& facile intelligimus quam pure & caſte, ſicut ſe nouus Daniel iactitat, de ſcriptu
ris ſanctis ſentiat: & ante quam errores aſſumptos extirpemus, Operepreciũ fue
rit oſtendere: quam impia & in omnes ſanctos iniurioſa, ſequantur ad inſanam ſu
am poſitionem: nam imperfectionem fidei & charitatis affirmat in uiatoribus eſ-
ſe propter reliquias uetuſtatis Adæ: ergo conſectarium eſt omnes quantumcũq;
ſanctos habuiſſe imperfectam charitatem & ita neceſſario tuliſſe ſecum magnũ
timorem, ut inquit concluſ. 14. qui timor ſatis eſt ſe ſolo facere pœnam purgatorij:
Itaq; omnes ſancti martyres, Apoſtoli, uirgines, prophetæ deſcenderunt ad purga
torium propter perficiendam charitatem. Nam ſicut nos ponimus purgatorium
propter ſatisfactionem, & deletionem peccatorum uenialium: ita ipſe ponit pur-
gatorium ad perficiendam charitatem imperfectam. At reliquias uetuſtatis mane
Iud. 1 re in homine quantumcunq; iuſto: ipſe teſtatur, quia Iebuſæus & Chananæus hic
non poſſit deleri: & quia non extinguantur, niſi in morte. Et ad Sylueſtrum pure
confitetur, nullum eſſe timorem filialem tam purum in uia: quin illi ſit mixtus ti-
mor pœnarum: ergo nunquam eſt perfecta charitas in uiatore quantumcunq; iu-
ſto: quia concluſionem 14. probaturus aſſumit illud Iohan. Timor non eſt in cha-
1. Iohan. 4 ritate: perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor habet pœnam. Et eo eti
Rom. 7 am tacente, fatetur id ingenue S. Paulus ad Romanos. Ego autem carnalis ſum,
uenundatus ſub peccato: quod enim operor non intelligo: non enim quod uolo bo
num hoc ago: ſed quod odio malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud con-
ſentio legi, quoniam bonum eſt. Nunc autem iam non ego operor illud: ſed quod
habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea,
bonum: nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio: non enim
quod uolo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago: Si autem quod no
lo illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio
igitur legem uolenti mihi facere bonum: quoniam mihi malum adiacet: Condele-
ctor enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuantem me in lege pecca-
ti, quæ eſt in membris meis. Habemus uas electum, quomodo in ſe fatetur reli-
quias uetuſtatis Adæ; quia non habitet in carne ſua bonum, quod non perficit bo-
num, quod malum agit quod non uult: quod in eo habitat peccatũ: quod adiacet
ei peccatum quod habet legem aliam in membris ſuis: Credamus ne alicui ſan-
ctorum

ctorum defuiſſe,quod uas illum electum:& cui a domino dictum eſt: ſufficit tibi gratia mea:ita dolenter ingeminatis uicibus, conqueritur ſe paſſum fuiſſe in carne ſua. ¶ Si ergo omnes ſancti hanc legem carnis reliquias uetuſtatis Adæ: timorem pœnarum habuerunt quæ ſecundum aduerſarium faciunt imperfectã charitatem: & imperfecta charitas affert ſecum timorem, qui ſe ſolo ſufficit facere pœnam purgatorij, & purgatoriũ ſit illa(ut ita loquar)infirmaria,in qua reponuntur animæ imperfectæ charitatis,& ibi purgentur reliquiæ ueteris Adam, & perficiatur charitas: conſectarium eſt: omnes ſanctos Patriarchas & prophetas, ſanctiſſimos Apoſtolos,conſtantiſſimos martyres,glorioſos confeſſores, illuſtriſſimos doctores,uirgines caſtiſſimas,uiduas abſtinentes & continentes; omnes in purgatorium deſcendiſſe Ludderanum: & illic purgatis ſordibus ac perfecta charitate,tum demum ad cœlos euolaſſe. Ecce Paulinum Theologum, qui non ſolum ædificantes ſuper fundamentum ligna, ſtipulam & fœnum uult ſaluos fieri per ignem,ſed etiam ſuperædificantes aurum,argentum,& lapides præcioſos. Intuere quæſo iucundiſſime lector,Ludderum: qui toties ſuum aſſerit Chriſtum, an tibi mitiſſimi ſaluatoris uideatur miniſter,in illa pœnarum officina: aut non potius Lucij Syllæ Romani, aut Numuliſinthis Thracis, uel Ochi Artaxerxis,aut Phalaridis,uel Dyoniſij Perillum & crudelitatis executorem: ita inſontes, ſanctos & innocuos uiros,Chriſti amicos, in pœnas horrendas purgatorij trudere quod ſi hoc conſequens negabit:iam uidet corruiſſe,concluſionem 14.& 15.ſuper quibus reliquæ fundantur: iam totum purgatorium Ludderanum erit dirutum & confractum. ¶ Quid autem dicturi ſumus de latrone in cruce: Mentitus eſt ei Chriſtus,hodie mecum eris in paradiſo: Non dixit cum Luddero: hodie mecum eris in purgatorio: quid de ſancto Stephano,qui uidit cœlos apertos, & gloriam dei,& Ieſum ſtantem a dextris uirtutis dei,cum eum lapidabant Iudæi inuocantem & dicentem. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum: an non credemus dominum ſuſcepiſſe ſpiritum eius,aut potius purgatorium Ludderanum abſorpſerit obdormientem in domino: cur ſaluator dominus noſter promiſit diſcipulis, quæcunq; orantes petitis, creditis quia accipietis: quod toties eis pollicitus eſt apud Mathæum,apud Lucam, apud Iohannem: ſed ueritas mentiri non poteſt: ita q; latroni paradiſum dedit: & ſpiritum ſancti Stephani ſuſcepit, uerax eſt Deus in promiſſis, quod ſi uerus fuit deus, mendax eſt Ludderus, Deus enim uerax eſt: omnis autem homo mendax. ¶ Sed & hoc uide,quam ſecum pugnet Ludder: quam ſe deſtruat,ita mendacium mendacio ſubruitur dum imperfectã charitatem in omnibus ſtatuiſſet in hac uia,uti uerba eius citauimus ab initio: & quod fieret perfecta in patria quando iam eſſet ſanata a reliquijs uetuſtatis Adę, horum immemor concluſ.17. dat aliquas animas eſſe perfectas: nam triuariam illic ſeparat animarum genus: primum earum quæ ſunt fide omnino uacuæ, id eſt damnatæ. Secundum genus decedentium animarum, eſt earum quæ ſunt fide omnino plenæ atq; perfectæ, has neceſſe eſt in morte excipi ſumma ſecuritate & lætitia,iuxta illud. Iuſtus cum ceciderit,non collidetur: dominus enim ſupponit manum ſuam. Et iterum iuſtus. Si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit,& concluſ. 15. citat illud ſapientis: Impius fugit nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens,abſq; terrore erit. Hic uide Ludderum aduerſari Luddero: & qui prius negabat in hac uita poſſe nos delere Iebuſæum, & reliquias uetuſtatis peccati,quæ imperfectam faciunt charitatem,& quod non poſſit eſſe pura & perfecta charitas in hac uita: horum omnium obliuione captus animas aliquas decedentium ponit perfectas eſſe & charitate plenas:& iuſtas eſſe ſine timore: quam pulchre falſitas ſeipſam elidit,deſtruit, & corrumpit.

Impijßimus error Ludderi:

In Ludderum

Tyranni

Luc.23

Act.7

Mar.11

Rom.7

Pſal.36.

Pſal.115

Prouer.28

Duo errores Ludderi expunguntur, in quibus hic ſe fundat. Cap. IIII.

ANtequam hic digrediamur, non erit ſuperuacaneũ, duos errores Lud
deri expungere: quos hic in fundamentum hæreſis ſuæ iecit. Hoc au-
tem obiter facturi ſumus, quod in alijs libris deo fauente cõtra eum ſcri
Error Ludderi bendis, ex propoſito & intentione, id prolixius exequemur. Primus eſt, quod re-
liquias uetuſtatis Adæ reputat culpabiles fore, & ita imperficere charitatem, & re
morari ab ingreſſu regni cœleſtis: is inquam eſt noxius error. Nam ſolum pecca-
tum originale culpabile eſt ex uetuſtate Adæ, & concupiſcentia propter ipſum,
ante baptiſmum etiam peccatum dicitur. At regenerati per baptiſmum faciunt,
nullas uetuſtatis peccati reliquias eſſe culpabiles: nam ſi aliquæ reliquiæ poſt bap
tiſmum eſſent culpabiles quæ redderent imperfectam charitatem; potiſſimum
Auguſt.li.1 eſſet concupiſcentia: de qua B. Auguſtinus de nuptijs & concupiſcentia ad Vale
rium ait. Concupiſcentia dimittitur in baptiſmo, non ut non ſit: ſed ut in peccatũ
Auguſt.cap.15 non imputetur. Ita libro primo retractationum inquit: Concupiſcentię reatus in
baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet: & alijs pluribus locis idem teſtatur locu
pletius, in libro de quotidiana pœnitentia, & uicio boni operis deducenda.
¶ Nec releuat aduerſarium, quod apoſtolus Paulus, concupiſcentiam appellat
peccatum, uti priori capite eum citauimus quoniam longe diſpari ſenſu, & diuer
ſa ſignificantia apoſtolus uoculam peccati uſurpat, pro illo quod efficitur a pecca-
Peccatum to, quam Ludder: qui peccatum proprie uſurpat, pro eo quod eſt contra legem
dei, ſicut quodlibet aliud peccatum: hanc aũt Ludderi interpretationem eſſe fal-
Auguſt. cap.5 ſam & erroneam, & noſtram eſſe ueram, luculentiſſime S. Auguſtinus oſtendit
lib.6. contra Iulianum, authoritate Iacobi id confirmans, quæ omnia in libro præ
fato, deo adiutore elaborabimus: nam ſatis locupletem harum rerum fœturam
Author in fœtura habet plures libros cõtra Ludderum inſtruximus aduerſus Ludderanas & Carlſtadianas impietates: dum bello accin-
geremur Lipſico: ubi triumpho patriam reuerſi ſumus: ut Parrhiſinum indicat
iudicium: quod & futurum timebat Ludder in publicatione ſchedæ diſputato-
riæ, ne Miſnicus etiam fierem uictor. Et quia Apoſtoli meminimus: facile intelli-
gimus: quomodo nõ ſenſerit uelut Ludder, reliquias uetuſtatis peccati: igne pur
gatorio exurendas: ſed poſt quærelam, quam mouit ſuper lege carnis, ſubdidit. In
fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum
Error Ludde. Chriſtum dominum. ¶ Ex hoc atro fonte: hæreſim traxit Ludderus, quando
magna ignominia ſacri baptiſmi, aſſeruit in puero etiam poſt baptiſmum remane
re peccatum: & in tantam raptus temeritatem, aſſeruit negantem peccatum re-
manens in puero manere poſt baptiſmum, conculcare Chriſtum & Paulum: qui
articulus ueritati Chriſtianæ & catholicæ contrarius, ſacramenti baptiſmatis con
taminatiuus a S.D.N. cum Cardinalium cœtu, merito tanquã hæreticus condẽ-
Error Ludde. natus eſt. ¶ Perpende & alium Ludderi lapſum quod inter uetuſtates peccati,
enumerat, errorem, deſperationem, malam conſcientiam: cum illa non hæredita-
rio iure poſſideamus: alioquin omnes nati ex Adam deſperarent: cum ſolum per
ditiſſimi homines & in ſpiritum ſanctum blaſphemi deſperent: & ita grauiſſima
peccata mortalia actualia in originem & traducem uetuſtatis refert. Ignorantiã
ſemper a patribus audiui, peccati originalis ſequelam, non errorem: ſed forte non
diſcriminat errorem ab ignorantia, hic Anaxagoreus Theologus, qui in unum
Chaos confundit & commiſcet actuale & originale. Ea quæ ſunt pœnalia tantũ,
Error Ludde. culpabilibus. ¶ Secundus error præcipuus eſt, quod negat perfectam charita-
tem in uia cui non ſit admixtus timor ſeruilis: poſſem ſtatim opponere ad homi
nem. Luddere hic tibi iterum perpetuo contradicis & repugnas; negas hic eſſe

charitatē ſine timore,& tamē ſermone de pœnitentia eum ſolum aſſeris uere pœ
nitentē,q amore iuſticiæ non timore pœnæ pęnitet, quæ ſi ſimul coniunxeris: cū
omnis homo ſecundum te imperfectam habeat charitatem,cum timore ſeruili:cō
ſectarium eſt nullum eſſe uere pœnitentem. Ecce quantum proficimus ex lud-
derana noua Theologia ut totam maculemus eccleſiam. ¶ At directius ob
ijciamus tela aduerſario. Et ſi omnes nouerimus charitatem uiæ multum defice-
re a perfectione charitatis patriæ ubi auctior permanebit: tamen perfectā quoq;
charitatem eſſe uiæ pro ſuo modulo facile probabimus & hic quidem obiter,plu
ra in libro de inicio pœnitentiæ. Homo uiator habuit hic perfectam charitatem,
& plenitudinem charitatis, patet de uirgine Maria. Forte cum ſancto Auguſti- *Augu.*
no nullam uis eius habere mentionem:cum de peccatis agitur. Do ſanctum Ste
phanum,de quo in Actis apoſtolicis Lucas refert. Et elegerunt Stephanum uirū *Actu.6*
plenum fide & ſpiritu ſancto,& infra. Stephanus autem plenus gratia & fortitu-
dine: faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Quod de ſancto Stephano affir-
mat ſcriptura,quis negabit de S. Iohanne baptiſta, quo non ſurrexit maior inter
natos mulierum? quis de ſanctis apoſtolis? quis de alijs diſcipulis domini negare
auſit: cum Martyres,confeſſores,uirgines legamus ſæpe tanta animi alacritate,
mortem ſubijſſe & appetijſſe. In quibus omnibus perfecta fuit charitas: ut non
horrerent iudicium,infernum,malam conſcientiam: quamuis dolore mortis cru-
ciarentur,& cum Chriſto de morte triſtarentur: paſſim occurrūt exempla in ſan-
ctorum martyrum paſſionibus. Ecce quomodo euerſum eſt idolum Luddera- *In Ludderum*
num: qui ſicut electas animas expoliauit certitudine ſalutis: ita & ſanctos dei in
terra expoliare nititur plenitudine gratiæ: quomodo tunc detentio ſapientiæ erit *Eccleſ.24*
in plenitudine ſanctorum: quomodo iubet Apoſtolus, ut accedamus ad eum ue
ro corde,in plenitudine fidei. Cur Apoſtolus flectit genua ſua ad patrem domini
noſtri Ieſu Chriſti: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, pro *Ephe.3*
Epheſijs,ut impleantur in omnem plenitudinem dei. Si nulla eſt plenitudo homi-
num in uia: Sed falſi prophetæ,ſicut hic eſt falſus Daniel,uiſionem mendacem,& *Hiere.18.*
diuinationem fraudulentam,& ſeductionem cordis ſui prophetant nobis. Non er
go doctrinam ſpiritus hic nobis Ludder proponit, ſed cogitationes cordis
ſui,uanitates & mendacia. ¶ Porro quod de mixtione timorū affert Ludderus,
nouimus,trita & detrita ſunt nobis. Charitas enim non mox expellit omnem timo
rem: ſed per incrementa & auctiones ſuas, quod in præfato libro de inicio pœni-
tentiæ,ex Auguſtino & Bernhardo docebimus, ubi ultra ludderanam Theolo-
giam manifeſtum faciemus,plures in hac uita, tanta pollere charitate: ut omni ti-
more ſeruili liberati: tota mente in deum ferantur.
¶ Sed ſcio quid Paulinum Theologum in hunc errorem deuoluerit. Neſcit ad
huc,quod pueri noſtri elementarij nouerunt: alium eſſe timorem ſeruilem, alium
pœnarum. Nam pœnas timere,naturæ hominis eſt: harum conſyderatione etiam *Vnde Ludder*
Chriſtus expauit: in quem ſeruitus cadere non poterat: qui erat unigenitus dei pa *errauit*
tris: hæres bonorum æternorum: at timor ſeruilis, quid detrimenti ſecum affert,
& imperfectionis: qui aliquid omittit uel committit obtutu pœnarum. Si filius do
let de plagis,nūquid ideo non eſt filius: an eſſe filium, excludit pœnas,dolores,af-
flictiones: certe hoc in Theologia paulina non reperiſti. Et perpende lector ami-
ce hunc noui Danielis erratum: & uidebis quomodo ex tam paruo errore in ſen
tinam & colluuiem errorum deuenerit: ſat ſit in præſentia ſumumis digitis hos er
rores attigiſſe,& lectorē cōmonefeciſſe: ne in has ſyrtes & charybdes impingat.

Ex quantitate non metiri imperfectionem charitatis, quę faciat pœnam purgatorij. Cap. V.

DEtriumphatum ex hoſte, boni lectoris iudicio arbitror, imperfectionem
charitatis, quæ timorem & pœnam purgatorij pariat, non metiendam
ex eo quod quis timet pœnam, & inuite moritur neq; ex reliquijs uetu-
ſtatis Adæ: & quia adhuc unum reſtat membrum quo forte confugere poſſet
diuerſarius: ideo illud præoccupabimus ne latibulum illic quærat. Poſſet enim ad
Deut. 8 uerſarius dicere quia dei perfecta ſunt opera: & dominus ſaluator noſter apud
Math. 5 Mathæum præcipit. Eſtote perfecti, ſicut pater ueſter perfectus eſt. Quod exple
Coloſ. 1 turus Apoſtolus Coloſenſibus dixit. Docentes in omni ſapientia, ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu. Itaq; non mancam, non mutilam:
ſed perfectam eſſe charitatem: quam quia aliqui decedentes minutam habent,
opus eſt ut perficiatur in purgatorio: & ſic adepta debitam quantitatem reddat
habentem dignum ingreſſu uitæ æternæ. ¶ At nec hanc imperfectionem cha
ritatis gignere timorem, horrorem, & quaſi deſperationem pœnam purgatorij, fa
cile probatur, nam alioquin cum omnes pueri decedentes poſt baptiſmum, ha-
beant minorem charitatem: & ita hoc modo loquendi imperfectiorem quam qui-
uis adultus in gratia cõſtitutus: iam noua Paulina Theologia Ludderana, omnes
illi pueri innocentiſſimi, ueſte baptiſmali candidi ad purgatorium Ludderanum
traherentur. Illatio facilis eſt ad uidendum: nam dum puer gratiam recipit baptiſ-
malem: alieno id facit merito ſcilicet paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, mirabili
ter in ſacramentis operantis. At adulti, etiam ſi ueſtem baptiſmatis per peccatum
amiſerint: tamen redeuntes per pœnitentiam, amiſſa recuperant: & maiorẽ gra-
tiam tam per bona opera eorum, quam per alia ſacramenta, accipiunt: nam de
adultis dicere poſſumus, quod opa illoꝝ ſequuntur illos, & quod recipient ſecun-
Maior gratia dum quod in corpore geſſerunt, quod de paruulis dici non poteſt. Vnde iam ſci
adulti mus induſtriam Ludderanam, quæ adhuc dubitat, an poſt baptiſmum, uel adul-
ti iuſti habeant maiorem gratiam. Non eſt hæc dignitas Mathematica per ſe no-
ta. Qui habet hoc & amplius, habet plus. Adultus iuſtus habet gratiam baptiſma
lem, ſicut puer: Et cum hoc amplius. Itaq; habet maiorem gratiam puero.
¶ Adhuc dubitas Luddere de eo quod omnis homo nouit: ſed es incredulus &
pertinax, non credis ſine ſcripturis: quamuis nec his allatis: fidem tribuas ſed po-
Math. tius torqueas, Matheus ſcribit, Mulier habẽs drachmas. x. ſi perdiderit unã drach-
Luc. mam, nonne accendit lucernam, & euertit domum: & quærit diligenter donec in
ueniat eam. Sancti patres intelligunt decem choros cœleſtes, nouem enim ordini
bus angelorum, decimus chorus eſt additus hominum. Nunc perpende, cum ho-
mines iuſti ad choros angelorum aſſumantur: unde uenit decimus chorus: niſi
quia omnes angeli proprijs meritis adiutrice gratia, ad debitum eis ordinem cœle
ſtem peruenerunt. Animæ uero paruulorum, hunc ordinem aſſequi non poſſunt
cum nihil habeant ex proprijs meritis. Igitur imo ſubſellio, infra nouem angelorũ
choros, Decimum ordinem conſtituunt: homines. n. erũt in cœlo, ſicut angeli dei.
Math. 22. & certe probabile eſt, ob denarij numeri perfectionem, denariũ ordinem beatorũ
conſtitutum: quare non dubitandũ, pueꝝ habere minorẽ gratiã adulto & ita im-
perfectiorem: tñ non truduntur in purgatorium: conſtat ergo hanc charitatis im-
perfectionẽ nõ facere pœnam purgatorij. Non loquimur de paruulis priuilegia-
tis, qui ex gratia Chriſti ampliorem habent gratiã, quã cõmuniter in ſacramentis
Euaſio Ludde. conferatur. ¶ Sed tortuoſus coluber in uia, utcumq; conabitur ſe euoluere: & for
ſan fatebitur puerum cum minori charitate non incurrere horrorem quem tamẽ
incurrit adultus: qui maiori tentatione urgetur, ac uehementius turbatur timore
mortis ac iudicij, quam paruulus qui nihil ſentit, nec capax eſt: adulto autem addi-
ta ſcientia, additur dolor: ita reſpõdet in reſponſione ad annotatiões meas: Bene res
Ludder iacet ſe habet: iam dat manus: proſtratus iacet Ludder: Si puer cum in perfectiori gra
tia non

tiā,non incurrit timorem: & adultus incurrit propter ſcientiam: habeo,quod peto: imperfectam charitatem non eſſe cauſam huius timoris,ſed ſcientiam: quoniā ſi imperfecta charitas eſt cauſa,in quocunq; eſt,eundem producit effectum: liquet igitur inanem eſſe aduerſarij impoſturam,cum Cameleonte mutabilior,transfert ſe a charitate imperfecta,ad ſcientiam.

¶ Porro nec ſic conſultum eſt Luddero: quoniam loquitur uel de timore & horrore ante punctum mortis: tunc friuolum eſt dicere, illum facere purgatorium, quia ſic eſſet in purgatorio ante mortem: Aut intelligit de timore & horrore poſt mortem: tunc non poterit excutere,quin & puer habeat ſcientiam omnium rerū: poſteaquam corpus exuit,quod aggrauat animam:unde puer ſic corpore exutus & imperfectam habet charitatem,& ſcientiam: quare oportet,ut confiteatur,imperfectionem charitatis etiam cum ſcientia, non eſſe cauſam timoris & horroris, qui ſe ſolo ſufficiens ſit ad pœnam purgatorij. Stat ergo ſentencia,imperfectio charitatis,utcunq; ſumatur & colligatur imperfectio, non eſt cauſa timoris & horroris,qui ſe ſolo,ſufficiat & ſatis ſit facere pœnam purgatorij.

Rationes quibus Ludder nititur eſſe frigidas. & ieiunas. Capit. VI.

EXuamus hanc corniculam plumis ſuis,oſtendamus rationes, quibus nititur Ludder,eſſe inualidas ad probandum, quod euincere nititur. Aſſumit enim in hanc ſentenciam: præoccupatum morte neceſſario mori cum timore & horrore,ſi non ſit perfectæ charitatis: donec charitas perficiatur: nam conſcientia fide uel uacua uel imperfecta eſt formidoloſa. Torquet in hanc ſentenciam Apoſtolum,qui ait ſanguinem Chriſti liberare cōſcientias noſtras ab *Heb.9* operibus mortuis,Et iterum. Aſperſi corda a cōſcientia mala in plenitudine fidei. *Heb.10*

¶ Hæc ſunt robora,hi anteſignani milites,hoc præſidium. In quo Ludder adeo præſumit: ut Encomium ante uictoriam canat. Sed conteratur exercitus illius & *Dan.11* opprimatur: & cadant interfecti plurimi. Nutat enim exercitus eius: incepit a charitate,transfert ſe ad fidem: & dein a fide ad fiduciam. Cū enim primo congreſſu aſſumit hominē mori cum timore. Dico eſſe hominis de ſe humiliter ſentiētis,timere in exitu ſuo: & deum timentis, cuius occulta ſunt iudicia: credentis ſpiritu ſancto per ſcripturam ſanctam loquenti, Vix iuſtus ſaluabitur,impius autem ubi parebit. *1.Pet.4.* Et audeo dicere, hūc timorem tantum abeſſe a culpa,ut etiam mereatur graciam ampliorem: quod in tota ſcriptura ad illum timorem inuitemur. Locus iſte eſt communis: ut non ſit alicui operoſum,triginta locos,uno pede numerare. Sufficiat pulcherrima ſapientis adhortatio in eccleſiaſtico, Fili accedens ad ſeruitutē *Eccle.2* dei, ſta in iuſticia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Protritum eſt Gregorij uerbum, Piarum mentium eſt agnoſcere culpam,ubi non *Greg.* eſt culpa. Sit ergo,timeat moriturus: non confeſtim truditur ad purgatorium.

¶ Prætereo quod ſupra docuimus. Dabilem animā,quæ inuite moriatur, quæ ſit in carne educta reliquijs uetuſtatis peccati,quę tñ non trudat̄ in purgatoriū. Id cōſydera lector ueritatis catholicę amice,quā fœde labatur Ludder,quā totus ignorantia ſuffocetur: *In Ludderum* cū conſcientiam dicat fieri formidoloſam quia ſit uacua fide uel imperfecta: non exprobro impoſturam,quod dum principale aſſumpſit de charitate,Sophiſta uerſutus transfert ſe in deductione ad fidē. An male aūt faciat conſcientia edocta a ſancto Paulo: ſi deum timeat: ſi formidine rapiatur,quæ etſi nihil ſibi cōſcia ſit: nō tñ ex hoc iuſtificata eſt. Exiſtimo iure poſſe animā ſanctum Paulū ſequi: & Paulinū dimittere Theologū: cū roboret̄ in eo ꝙ dictū ꝑ ſapientē. Neſcit homo an odio uel amore dignus ſit. *Eccleſi.9* S. Monica timore mortis correpta fuit;

ſed tamen bonæ conſcientiæ permanſit. Et ut proſternam aduerſarium cum om
Timor dei bonus. ni armatura ſua: oppono ei illud. Timoratas conſcientias deo fore gratas & acce-
ptas; cõtra p̃ſumptuoſas cõſcientias quas Ludder creare intẽdit, eſſe deo odibiles:
prorſus ergo improbanda eſt ſentencia animam formidoloſam eſſe uacuam fide
uel imperfectam. Immo formido ipſa eſt argumentum & indicium fidei. Ideo ma
lus non timet deum: ſed impius ut ait ſacra ſcriptura: cum uenerit in profundum
malorum, contemnit.

Prouer. 18 ¶ At quia hæretici commendant nobis ſua dogmata ſub nomine Chriſti. Ideo
duos citauit: torſit potius locos Apoſtoli. Vnum, Sanguinem Chriſti liberare con
ſcientias noſtras, ſed bone deus, qua illatione, immo qua dialectica, concludit
ex hac nullam eſſe conſcientiam formidoloſam, niſi imperfectæ fidei: Quid enim
Heb. 9 Gadibus cum Hiperboreis. Nam is locus Apoſtoli eſt ad Hebræ. ubi nihil agit
de fide, ſed comparat tabernaculum & pontificium ueteris legis cum ſuis cęremo
Intelligẽtia uerborum Pauli nijs ad Chriſtum: & ponit illam, dominus & ſaluator noſter per paſſionem & ſan
guinis ſui effuſionem liberauit genus humanum: & format rationem a minori, ſi
ſanguis hircorum & thaurorum cinis uitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad
emundationem carnis quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum
immaculatum obtulit ſemetipſum ſacrificium deo, emundauit conſcientiam no-
ſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti. Intellige iam quomodo ad
uerſarius torquet, immo lacerat ſacras literas, cum Apoſtolus agit nos liberatos
a peccatis & diabolica captiuitate, ut ſeruiamus deo ipſe alio inflectit.

¶ Similiter & ſecundo loco corrupit Apoſtolum: & ut commodius falleret lecto
Heb. 10 rem: trũcate citauit Apoſtolum: ſic enim apud eum legimus capite ſequenti, Ha
bentes itaq; fratres fiduciam in introitu ſanctorum: in ſanguine Chriſti, quam ini-
ciauit nobis uiam nouam & uiuentem per uelamen, id eſt carnem ſuam, & ſacer-
dotem magnum ſuper domum dei: accedamus uero corde in plenitudine fidei
aſperſi corda a ſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ
confeſſionem indeclinabilem. Hæc Apoſtoli uerba: quæſo lector incorrupto ſen
ſu, quomodo poſſunt Ludderanæ coaptari ſentenciæ, cum oſtendat nos debere
accedere ad ſancta ſanctorum, habentes fidem, ſpem, & charitatem, & plenitudi-
nem fidei quam interpretatur gloſſa, quia nihil horum iam eſt uiſibile: ideo ple-
nam fidem habere oportet. Vnde uiuis præcepit Hebræis: ut emundarent con-
ſcientias: ut ſic ſine peccatis uiam nouam ingrederẽtur poſt Chriſtum, unde iam
liquet, conatu ſuo Ludderum eſſe fruſtratum.

Rationes Ludderi ex fiducia & diffidentia ſumptas eſſe inualidas. Cap. VII.

Rationes Lud. POſtea uero uictoriam ſibi pollicetur, ſi probare poſſit: quod cauſa horro
ris & timoris ſit diffidentia: rurſum cauſa ſecuritatis ſit fides: nam tũc pro
batum ſit ſimul quod moriens in fide imperfecta, neceſſario timet & hor
ret. Affert ergo teſtimonia, diffidentiã eſſe cauſam terroris, deſperatiõis & damna
tionis. Primo quando Petrus dnm̃ a ſe iuſſit exire: quia homo peccator ego ſum
inquit. Secundo quando cœpit mergi propter modicam ſuam fidem. Tertio quã
do diſcipuli præ turbatione uoluerunt clamare ubi Chriſtũ ambulantẽ ſup mare,
phantaſma putabant. Quarto, qñ turbati exiſtimabant ſe ſpũm uidere, cũ intraret
ad eos clauſis ianuis. In his omnib. oſtẽdit diffidẽtiã eſſe cauſã timoris & horroris.

Euacuantur ¶ Quod autem iſta non infirment noſtra, nec roborent aduerſa, arbitror perſpi-
cuum eſſe. Nam cum noſter protheus in uarias ſe tranſmutet formas, a charitate
ad fidem tranſlatus: modo ſe transfert a fide ad fiduciam, quod quam parum
docte faciat, hic inſignem uide aduerſarij inſcitiam. Nam a diffidentia orditur

quæ

quæ contrariat̃ fiduciæ, & fiducia ad ſpem pertinet: ſpei enim eſt fidere, & deſperationis diffidere. Et nouus hic Grammaticus Theologus, fidei aſſuit: quod ſi tam diligenter S. Auguſtinum legiſſet, uelut iactitat, nouiſſet fidentiam eſſe per quam in magnis & honeſtis rebus, multum ipſe animus in ſe fiduciæ ex certa ſpe collocauit: uelut libro 83. q. ſcriptum reliquit: ſed condonemus hunc errorem grammaticum, Grammatico Theologo quod fidem a fidendo, alluſione uoculæ deceptus, deductam autumat: cum a fiendo deducatur: fides enim eſt, cum id quod dicitur fit ait Cicero de Republica. Et quia quibus credimus, fidimus & ſpẽ in eis collocamus, recte a fide fit fido. ¶ Sed ad rem ipſam. Quod aſſumit diffidentiam operari timorem, facile admitto: non ſolum timorem, ſed etiam æternam damnationem: hi enim qui diffidunt deo: peccant in ſpiritum ſanctum. Sed non admitto purgandos habere diffidentiam: quod non fortius quam ex ipſo aduerſario probabimus: qui in diſputatione Lipſica aſſeruit, nullum niſi ſanctum eſſe in purgatorio, modo filij diffidentiæ non ſunt ſancti: ſed reprobi: quod ex Paulo Paulinus diſcat Theologus ad Epheſios. Et uos conuiuificauit cum eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris: in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius: ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Hanc gloſſa in obſtinationem inquam refert: & eſt Auguſtini. Et ad eoſdem ait. Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ, ubi gloſſa interlinearis exponit: ideſt diaboli. Vide quomodo aduerſarius filios damnationis uoluit referre in ordinem purgandorum: cum nullus electus in aliquo fidei debeat hæſitare aut ambigere, ſed iuxta ſancti Auguſtini doctrinam, firmiſſime credat & nullatenus dubitet.

Auguſt. · *Fides unde* · *Cicero* · *Diffidentia* · *Ephe. 2* · *Augu.* · *Augu.*

¶ Sed attende amiciſſime lector erroris magiſtrum: qui cum ſit iniquus in animas purgandas: iniurius eſt in ſanctum Petrum. Non modo, quod ei primatum totius eccleſiæ uoluit adimere, ſed quod & hic deſperatione & diffidentia grauiſſimis peccatis onerare nititur: cum ſtupor duntaxat fuerit: florentiſſimus præſul hoc clare indicat. Admirabatur Petrus ait dona diuina: & quo plus meruerat, hoc præſumebat minus: miratur enim Petrus, in capta piſcium multitudine, ideo ſtupor circundederat eum, & omnes qui erant cum eo, ait Lucas, qui hanc ſcripſit hyſtoriam. Iam uides lector, quomodo laceret ſcripturas ſacras, qui magno faſtu, arrogat ſibi, ut doceat candide de ſcripturis ſentire, nouus ille deorũ Mercurius. Euangeliſta plane teſtatur ſtupore tentum ſanctum Petrum, hic malignus interpres reijcit, ita diffidentiam. Et quod iſte ſit germanus ſenſus liquet, quia meruit per ſuam admirationem audire Ieſum dicentem. Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens, hoc enim meruit non diffidendo, quia bonum eſt confidere in domino. Et Dauid ait. In te confido non erubeſcam. Ex hoc etiam perſpicuũ fit, aduerſarium lacerare ſcripturas: quod Beatus Ambroſius iubet nos imitari Petrum, ut dicamus. Exi a me domine, quia homo peccator ſum: ut reſpondeat nobis dominus. Noli timere: Indulgenti domino peccatum fatere, noli timere etiam quæ tua ſunt, domino deferre: quia quæ ſua ſunt, nobis ille cõceſſit. Quis ita inſaniret: ut nos ad diffidentiam inuitaret.

In Ludderum · *S. Petrus* · *Ambroſi.* · *Luc. 5* · *Pſal. 117* · *Ambroſius*

¶ Secuudus & tertius locus apud Mathæum leguntur & Marcum, tantum abeſt ut Luddero ſuffragentur, ut quiduis aliud ex eis probes, quam hæreſim Ludderanam. Renarremus hyſtoriam ex Mathæo. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans ſupra mare: & uidentes eum ſupra mare ambulantem, turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimque Ieſus locutus eſt eis dicens, Habete fiduciam ego ſum: nolite timere.

Math. 14 · *Marc. 6*

Reſpondens Petrus dixit. Domine ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas, at ipſe ait. Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aqua, ut ueniret ad Ieſum: Videns uero uentum ualidum timuit. Et cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens. Domine ſaluum me fac. Et continuo extendens Ieſus manū, apprehendit eum: & ait illi. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Ex hoc loco diffidentiam conatur Ludder probare Petri, cum maximam probet Petri fidem & fiduci-
Chryſoſt. am: ut recte Chryſoſtomus expendit. Nam eo loco inquit Petrus feruorem fidei præ alijs oſtendit diſcipulis. Vide inquit, quantus feruor, quanta fides, & infra, non enim ſolum credidit quoniam poteſt Chriſtus ambulare ſuper mare, ſed quoniam poteſt & alios inducere, & concupiſcit uelociter eum adire. Hoc enim tam magnum quæſiuit propter amorem, non propter oſtentationem. Suffraga-
Hiero. tur B. Hieronymus. In omnibus locis inquit, ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus: & infra. Eodem igitur fidei ardore quo ſemper: nunc quoq; cæteris tacentibus, credit ſe poſſe facere per uoluntatem magiſtri, quod ille poterat per naturam. Iube me uenire ad te ſuper aquas: tu præcipe & illico ſolidabuntur aquæ: leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt. Diceret Ludderus. Non hic probo diffidentiam, quando præcipere dominum petijt: ſed cum mergi cœpit, at nec hoc ex diffiden
Hiero. tia factum, Hieronymus teſtatur, quia mari non ſe commiſiſſet diffidens: ſed ardebat animi fides: at humana fragilitas in profundum trahebat. Paululum ergo relinquitur tentationi, ut augeatur fides, & intelligat ſe non facilitate poſtulationis, ſed domini potentia conſeruatum. Ita gloſſ. ait paululum relinquitur tentationi,
Gloſſ. ut augeatur fides. Quare non debet imputari diffidentiæ, cum B. Hieronymus di
Hierony. cat. Nos huius modicæ fidei, ne minimam quidem habere portiunculam. Idem de Apoſtolis ſentiendum: qui tanto fuerunt a diffidentia alieni: quanto maiori fi
Beda ducia a fluctibus liberari petebant, quod Beda quoq; uoluit: ut ad horam inquit turbati, ſed continuo liberati, plus liberationis ſuę miraculum ſtuperent: & erepto
In Ludderum ri ſuo maiores gratias referrent. ¶ De quarto, mirus concinnator Ludderus.
Ioan. 20 Nam quod in Iohanne meminit eum foribus clauſis apparuiſſe, cōiungit ad illud
Luc. 24 Lucæ Conturbati & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum uidere: ſed habeat hanc licentiam Ludder omnia confundendi: & terram cœlo miſcendi: ſed quid facit hoc ad Rhombum? an ne diffidentia illic fuit fidei noſtræ columnis cauſa deſperationis & damnationis, uelut fœtulento & impuro ore aſſumis: fuiſſe quidem turbationem in mentibus eorum; & uerba Chriſti, & euangeliſtæ teſtantur: & ſanctorū patrum tradit authoritas: at non licet Luddero mox ex illa turbatione diffidenti-
Ambroſius am creare, quodlibet ex quolibet. Sed ſicut B. Ambroſius inquit. Etſi Petrus de
In Ludderum reſurrectione credidit: turbari tamen potuit, quod ſe dominus cum corpore ueſtibulis obſeratis, improuiſus infunderet. ¶ Sequitur manifeſtiſſimum & intolerabilem fore Ludderi erratum quod in ſuæ hæreſis defenſionem, magna im-
Turbatio probitate clamat. Venit ergo omnis turbatio ex diffidentia: non potuit obſtinatus ille animus, uel ſanctæ dei genitricis Mariæ meminiſſe, cum audiſſet turbata
Luc. 2 eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: hanc ipſam ſanctiſſimā
Augu. uirginem ſanctus Auguſtinus excuſat libro decimoſexto de ciuitate dei. Non eſt
Capit. 24 uirginis Mariæ diffidentia, quod ait. Quomodo fiet iſtud. Diffidebat ne alterius Mariæ ſoror, quod dominus ad eam dicebat Martha Martha ſolicita es, & turba-
Luc. 10 ris circa plurima? Diffidebat ne toties Dauid, quoties cōqueritur ſe cōturbatum? abſit hæc iniqua Ludderi interpretatio. Ex his omnibus ſpero me oſtendiſſe, Ludderum ædificaſſe ſuper arenam, ſuis futilibus rationibus.

Pœnam purgatorij non eſſe quaſi deſperationem uelut Ludder autumat. Cap. VIII.

Præclu-

PRæcluſimus aditum erroribus Ludderanis:nam diurnis fundamentis, *In Ludderum.*
non poterit ad alios errores peruenire: at quia incepimus ſemel hanc ro
tam uoluere, oſtendamus & alia quæ de purgatorio protulit omnia eſſe
huiuſmodi,quæ a uiro prudenti & chriſtiano,nō poterant ſcripta uideri:ſed inſen
ſato potius & impio. Et ordo exigit,ut pandamus quā pœnarum officinam, quā *Ludderi ſnia*
truculentum paret purgatorium. Primo omnium timorem ponit & horrorem in
anima,deſperationi proximum cui deus appareat horribiliter iratus, & cū eo pa-
riter uniuerſa creatura. Tum nulla fuga,nulla conſolatio, nec intus,nec foris: ſed
omnium accuſatio.(Non uidetur tibi o candide lector,ſtrennue ędificare infernū
Ludder)tunc plorat hunc uerſum, proiectus ſum a facie oculorum tuorum. In
hoc momento(mirabile dictu)non poteſt anima credere ſeſe poſſe unquam redi
mi, niſi quod ſentit nondum completam pœnam. Eſt tamen æterna, neq; poteſt
eam temporalem exiſtimare: ſolum relinquitur nudum deſyderium auxilij,
& horrendus gemitus:ſed neſcit unde petat auxilium: nec ullus eſt angulus in ea:
non repletus amaritudine amariſſima, horrore, pauore,triſticia: ſed omnibus ijs
non niſi æternis. ¶ Concludit ergo Infernum, Purgatorium, & Cœlum dif-
ferre,ſicut deſperationem,prope deſperationem,& ſecuritatem:purgatorium eſt
propius inferno,quam cœlo. Immo nihil de cœlo participat,cum ponatur eſſe ea
dem pœna cum inferno,ſola duratione differens (Patere lector Phalaridis iſtius
carnificinam exponere) Sic tamen affirmat eſſe quaſi deſperationem, quia tandē
ceſſat,alioquin reuera: dum eſt in illo anima, non ſentit niſi deſperationem, non
quod deſperet: ſed quod in tanta eſt perturbatione, & confuſione pauoris ut non
ſentiat ſeſe ſperare. Ideo fatetur in animabus purgatorij eſſe culpam ſcilicet, ti-
morem pœnarum: & defectum amoris: cum iuſtus ſecundum Eſaiā nihil de-
beat timere,niſi ſolum deum. Ergo peccant ſine intermiſſione, quamdiu horrent *Eſa.8.*
pœnas,& quærunt requiem quia quærunt quæ ſua ſunt, plus quam uoluntatem
dei quod eſt contra charitatem. Quod ſi amant deum (perpende quæ crimina a-
nimabus electis imponat)amant amore concupiſcentiæ (id eſt uicioſo) Nulla aūt
anima redimitur de pœnis purgatorij propter ſuum timorem,donec poſito timo
re,incipiat amare uoluntatem dei in tali pœna,& plus dei uoluntatem amet: quā
pœnas timeat. Immo ſolam dei uoluntatem amet: pœnam uero uel contemnat,
aut in uoluntate dei etiam amet. ¶ Et cum omnis pauor faciat animū perturba *Conclu.19*
tum,incertum,inopē conſilij & auxilij:& tanto magis,quanto fuerit uehementior
& inopinatior: Animarum aūt omniū eſt uehementiſſimus & inopinatiſſimus:
quare ualde probabile eſt(uide nouum perilli thaurum)eas præ confuſione neſci
re,quo ſtatu ſint,an damnatæ uel ſaluatæ:immo ſibi uidentur iam ire in damnatio
nem,& deſcendere in lacum,omninoq; iam eſſe in portis inferi ſicut Ezechias di-
cit,& Anna, Dominus deducit ad inferos & reducit: igitur nihil aliud ſentiunt, *1. Reg.2*
quam incipere ſuam damnationem: niſi quod ſentiunt, nondum clauſam poſt ſe
portam inferi: necdum etiam dimittunt uotum & deſyderium auxilij, licet nuſ-
quam apparentis: ſic enim loquuntur, qui id experti ſunt: Solum id reliquum
ſcientiæ habent,quod deus poſſit eos redimere,ſed nolle illis uidetur: Antequam
ergo reueletur animæ dei de ea iudicium interim accuſante conſcientia, urgenti-
bus dęmonibus,& minante ira dei, nihil aliud faciat miſera anima, quam ut tre-
mat a ſententia, omni momento cum horrore expectata: Nec animæ adeo do-
lent pœna præſenti, quam horrore inſtantis ſibi & intentatæ perditionis:nec tam
timent pœnas inferni,quam odium dei, quod eſt in inferno.

¶ Hæc portenta & monſtra placuit unico contextu referre, uerbis Ludderanis, *In Ludderum*
ut ipſo obtuitu ac aſpectu,ſe talia pręberent, qualia eſſent, hoc eſt abſurda, impia
horrenda,ac hęretica; Talia omnino, quæ authorem ſuum Ludderum pulchre

referant: quid enim aliud nobis afferret lutum illud luridum: Talia, quæ uel mediocriter doctus, ſtatim intelligeret tam inter ſe pugnantia, quam ueritati repugnantia: & quæ audita, mox ſe iudicent, mox ſe damnent: Pergamus tamen, inſtituto noſtro, refellere errata illa monſtrifica, ſacrarum ſcripturarum authoritate.

¶ Antequam tamen illud faciamus, addamus rationes Ludderi & motiua tantorum errorum. Primò inquit: omnes concedunt eaſdem eſſe pœnas purgatorij & inferni: & hoc omnis concedit eccleſia: at ſcriptura deſcribit pœnas inferni eſſe, turbationem, pauorem, horrorem, fugam, ut pſal. Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit uentus: ſed & in Iob & Eſaia, & multis alijs locis, impij comparantur ſtipulæ & pulueri, turbine raptis atq; diſperſis, in quo nimirum ſignificat fugam horribilem damnatorum. Item. Tunc loquetur ad eos in ira ſua & in furore ſuo conturbabit eos, & Eſa. Qui confidit in illum, non confundetur, id eſt, non feſtinabit: non pauebit, neq; fugiet confuſus & horrens utiq; uolens qđ non confidentes confundentur & pauebunt. Salomon ait, qui me audierit abſq; terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato & Pſal. Ab auditione mala non timebit. His enim & alijs locis ſcripturæ terror, horror, pauor, timor, tremor, exprimitur pœna impiorum quando piorum contraria aſſerit. ¶ Secundo. Qui non credunt euangelio, dabunt pœnas in interitu æternas, a facie domini, & gloria uirtutis eius: quia ſcilicet ſolo uultu uirtutis ſuæ torquet eos: & cruciat deus, cum ſit eis inſuſtentabilis, plura adducit ad idem: patet itaq; quod a facie domini oritur eorum maxima pœna: dum confunduntur a fœdiſſima eorum immundicia ad tantam puritatem comparata. Tertio eccleſia inquit in perſona eorum pſallit & gemit. Conturbata ſunt omnia oſſa, anima mea turbata eſt ualde. & Circundederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. Vnde & uſitatiſſima oratione eis optamus requiem: uti intelligentes, quod ſunt inquietæ: at pœnæ non faciunt inquietudinem, ut patet in martyribus, ſed horror & fuga pœnarum, quæ oritur ex infirmitate fiduciæ in deum. ¶ Quarto uiuentes aliqui guſtauerunt pœnas inferni: ergo multomagis mortuis credendum eſt eas inferri in purgatorio: Nam Dauid expertus dicit: niſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea, & alibi. Repleta eſt malis anima mea, & uita mea inferno appropinquauit. Et rurſum. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: & aſſimilatus ſum deſcendentibus in lacum. Et iterum. Quã multas oſtendiſti mihi tribulationes magnas & malas: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Ezechias uero dicit. Ego dixi, in dimidio dierum meorum, uadam ad portas inferi. Et infra: ſicut Leo contriuit omnia oſſa mea, quod certe non niſi intolerabili factum horrore poteſt intelligi. Confirmat quia multi uſq; hodie has pœnas guſtant. Nam Iohan. Taulerus in ſuis teutonicis ſermonibus, quid aliud docet, quam earũ pœnarum paſſiones. Subdit atq; hunc doctorem ſcio quidem ignotum eſſe ſcholis Theologicis: ideoq; forte contemptibilem. Sed ego plus in eo (quamuis totus Germanorum uernacula ſit conſcriptus) reperi Theologiæ ſolidæ & ſyncerae (audi rugitũ beſtiæ) quam in uniuerſis omnium uniuerſitatũ ſcholaſticis doctoribus repertũ eſt, aut reperiri poſſit in ſuis ſententijs. Affert dein ſe nouiſſe hominem, qui has pœnas ſępius ſe paſſum aſſeruiſſet. Sexto ad id facit authoritas eccleſiæ, quæ canit: Libera eos de ore leonis, ne abſorbeat eas Tartarus. Item a porta inferi. Quibus uerbis certe uidet ſignificari, eſſe animas uelut in porta & introitu damnationis & initio inferni: quod dixi prope deſperationem eſſe. Iſta ſunt arma, in quibus confidit: ideo aufferenda ſunt ei, & ſpolia diſtribuenda cũ a fortiori ſuperueniente ſuperatus fuerit. Et planum faciemus, quomõ inania ſint illa tela, ridiculæ argutiæ & captioſę quæ acrius aduerſarium ipſum pungunt, ut uere ei dicere poterimus. Ecce confidis ſuper baculum arundineũ confractum:

Motiua Lud. | Pſal. 1 | Pſal. 2 | Eſa. 28 | Prouer. 1 | Pſal. 3. | 2. Theſ. 1 | Pſal. 6 | Pſal. 114 | Dauid | Taulerus

cui ſi innixus fuerit homo intrabit manum eius & perforabit eam, at iam prælio accingimur. *Eſa.36*

Ludderi error de timore & dolore: dolore item & triſticia, contra dictiones quoq; de pœna purgatorij. Cap. IX.

PRimo ergo turbam adgredimur aſſertionum ſuarum: & inſigne inſcitiæ Ludderanę eripiamus. Nam ubiq; ita loquitur, ita ſentit, ita ſcribit, uelut anima timorem ita habeat de præſenti pœna, quã refugiat: quo uix quicquam aliud indoctius poſſet dici ab eo, qui exiſtimat ſe philoſophum philoſophorum, & ſub cuius ferulas etiam magnus cogatur Ariſtoteles: ſemper em̃ ingeminat timorem, horrorem &c. Sed forte non dedit operam morali philoſophiæ: quia ethicam reijcit, ut didiciſſet, ſpem & timorem eſſe futurorum: gaudiũ & dolorem præſentium. Ex Ariſtotele facile didiciſſet: Timor eſt expectatio mali futuri: at erubeſcit diſcere a tam inſipienti philoſopho (ita nemini nõ iniurius, iniuriatur philoſophorum principi) didiciſſet ſaltem Grammaticus Theologus ex Cicerone in Tuſculanis quæſtionibus Timorem eſſe metum mali impendentis: at quia etiam eo libro Cicero eximie philoſophatur: ideo forte cerebrellum Ludderanum exceſſit. Tamen ex Damaſceno (quoniam ei adeo placent Græci) potuiſſet didiciſſe hanc timoris germanam conditionem: at non uacabat euoluere occupato in inuectiuis in Romanam curiam. At ſuum legiſſet Auguſtinum: qui eſt ei multo familiarior, quem Eckio uel Ariſtoteles quem de nouo commentatus eſt: uel magiſter ſentenciarum quam tot iam annis die & nocte manu tractauit, in illius 14. libro de ciuitate dei docetur, timorem præcedere triſticiã. At negas Luddarane, Danielem tuum tanta laboraſſe inſcitia, & id quidem multum proterue, & locos torques quos tibi in inuolutionibus oſtendo: Agedum proponam tibi locum: quem magiſtri tui eſſe, non potes ire inficias: & tamen adeo manifeſtarium ut explicare aut euadere non poſſis. Accipe & lege titulum R. P. Martini Lutheri ad Syluestrum prieratem reſponſio, agnoſcis enim: uide hic quid reſpondet ad concluſionis 15. obiecta: pagina ſecunda. Doce me (ita habet eo loco Ludder) quomodo de pœna doleant ſi non timent eam: ſi non diſſentiunt ab ea, niſi definitio doloris B. Auguſtini alia eſt in purgatorio, alia ſuper terram, qua dicit. Dolor eſt diſſentio animi ab ijs rebus quæ nolentibus nobis accidunt & infra. Tu cape: ego ne fingere poſſum, quod quis doleat de pœna, quam non timeat, aut horreat. Viden magiſtrum tuum affirmatiſſime hoc contendentem, dolentem de pœna, timere pœnam. Ecce rubore ſuffunderis, at dicis te dudum ſciuiſſe timorem futuri eſſe mali Lucano dicente.

Error Ludde. *In Ludderum* *Timor futuri Ariſtotel.* *Cicero* *Damaſc.* *Augu.* *Ludderani negantis magiſtri ſui dictum Improbatio* *Augu.*

Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali: fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati. *Lucanus*

Placet hoc mihi, ut quanto diutius hoc nouiſti: tanto plenius & apertius agnoſcas Danielis tui, & inenarrabilis magiſtri erratum. Sinas librum eſſe ad manum & expende alium errorem, æque infantilem ſicut priorem: nam cum B. Auguſtinus ex propoſito ſeparet dolorem a triſticia quod dolor carnis ſit offenſio, triſticia animi. Tuus Anaxagoras omnia confundens & miſcens, deffinitionem triſticiæ, dolori tribuit. Sed quia homo ſit: excuſas eum, quod errare potuerit (addas fallere & falli) quod ſibi cũ magnis uiris commune ſit. Deo gratias, quod fateris tandem tuum Danielem erraſſe: quod ſi iam in minutiſſimis eum lapſum intelligis, quæ tu capere poteris & iudicare: quoties in ſummis rebus Theologicis (quę captum tuum ſuperant) ſi prudens es, exiſtimes eum erraſſe: ubi ſanctæ eccleſiæ, ſacris concilijs diuinis patribus: totius orbis conſuetudini receptæ, reſiſtit & con- *Auguſt.*

tradicit, Placuit hanc præmittere cõtentionem, honeſtam tamen & tranquillam:
ex qua errores Ludderani a minimo etiam depræhendi poſſint. Et cum toties
hunc errorem de timore reiteret: nõ ſit opus candidum lectorem, ſemper quoli-
bet loco monere: nunc ad principale pergamus. ¶ Vna Ludderi intentio eſt:
quia falſa opinione deceptus, credit ſe probaſſe, timorem & horrorem eſſe in ani-
ma decedẽte in charitate imperfecta: ideo iam ſtatuit illum timorẽ ſe ſolo ſatis eſſe
ad pœnam purgatorij: ſemper loquor de timore ſicut aduerſarius conſueuit. Hic
ab initio amputabo caput Semei maledicentis animabus electis dei, Et accipiam
gladium de uagina aduerſarij concluſ. 18. fatetur animas non liberari, niſi quando
Contrarietas Ludderi poſito timore, incipiunt amare uoluntatem dei in tali pœna &c. ſicut priori capite
recenſuimus: exiſtente ergo anima in eo ſtatu, ſequitur primo eã non eſſe in pur-
gatorio quia ſola anima imperfectæ charitatis eſt in purgatorio: at illa iam poſito
timore, eſt perfecta: quia foris pepulit timorem quare non eſt in purgatorio, ſi ue-
ra ſunt principia ludderana. Contra adhuc eſt in purgatorio, quia amat deum
in tali pœna purgatorij: & eam pœnam purgatorij uilipendit; & ita eſt in purgato
rio; uti iam dicit Ludderus. Necte illa duo, & erit anima illa in purgatorio: & nõ
erit in purgatorio. Vide iucundiſſime lector, quã ſibi repugnet doctrina Ludde
Alia rana. ¶ Rurſus pœna purgatorij eſt timor ille & horror: ſed anima incipiens
diligere plus uoluntatem dei quã timeat pœnam: deponit timorẽ, ergo deponit
pœnam purgatorij: quomodo ergo tunc diligit deũ in tali pœna: quæ non eſt: &
Alia ita etiam hac uia nodo contradictionis ſe perplectit. Porro timor animæ eſt pœ-
na purgatorij, quomodo ergo in purgatorio non timebit pœnã. Si enim ineſt pœ
na purgatorij, Luddero doctore: ineſt timor cum imperfecta charitate: ſi ineſt ani
mæ timor, ipſa timet. Itaq; ſi eſt in purgatorio, timebit & nõ timebit pœnam. Vi-
de lector, quã fœcunda eſt contradictionũ, Ludderana hæc noua cynica Theolo
Alia gia. Rurſus Timor ille qui eſt pœna purgatorij, cauſat ex diffidentia ut cõcluſio-
ne 14. in inuolutionibus ſuis deducit. Sed animę in purgatorio petũt ſuffragium,
ut perſeuerent, & nõ deficiant in fiducia; habent ergo animæ illæ diffidentiã: & fi-
duciam: timorem & ſecuritatẽ. Quis non intelligit tam manifeſtas contrarietates:
quod concluſ. 14. in eis ponit diffidentiã, in concluſ. 19. ponit fiduciam: diffidentiã
ponit matrẽ timoris & horroris: fiduciam ſecuritatis. At qui contradictionem nõ
refugit, quæ primo aduerſatur principio: parũ eſt, ſi contrarietates quoq; admit-
tat, in ſua Anaxagorea confuſione: plures tamen eius contradictiones inferius an-
Alia notabimus. Si omnia etiã minuta expungere uellem: mouerem homini dubium:
quid hoc eſſet, quod concluſ. 14. ponit hunc timorem ineſſe morituro, in concluſ.
15. affirmat hunc facere pœnam purgatorij: quare adhuc uiuus eſſet in purgato-
rio, quod & in ſuperioribus quodam loco ei obiecimus.

Pudendum eſſe Ludderi errorem, in quo tamen hanc to- tam fundat Tragœdiam, eaſdem eſſe pœnas in- ferni & purgatorij. Cap. X.

SVperioribus & infra dicendis adhuc latius ſatis liquet ſterilem de horrore pur
gatorij ſentenciam: cum etiam ethnicos legamus fortiter & intrepide mortem
Decij ſubijſſe, quemadmodũ ambo Decij ſe deuouerunt dijs manibus, pater in bello
Cato latino, filius in ſamnitico: Cato uticæ ſibi mortem conſciuit quã ſanctus Petrus nõ
Error Ludde. ſemel fugit: ſed præſtat euacuare, ruinoſos cauillos & captiones Ludderi. Nam
primo omnium, aſſumit omnem eccleſiam dicere eaſdem eſſe pœnas inferni &
purgatorij: nullam tamen profert eccleſiam quæ dicat, uel ubi dicat: audacter ta-
men nebulo ille imponere audet eccleſiæ; quod eccleſia nullibi docuit: bene faten
tur aliqui ſancti & doctores eundem eſſe ignem inferni & purgatorij: & eundem
eſſe

eſſe locum: niſi quod infernus ſit inferior, purgatorium ſuperius: ut teſtatur S. Gregorius, & iuniores eum in hoc ſequuntur; ſymbolum affert Gregorius: ſicut in eodem igne purgatur electus: & cruciatur reprobus: quamuis ſciam Hugonem libro 2. de ſacramentis uariare a communi ſentencia. Eandem ergo eſſe pœnam inferni & purgatorij: intelligendum eſt quo ad locum, & afflictionem ignis quod aduerſarius corrupte ad generalitatem pœnarum refert. Patet hoc ex Cyrilli Hieroſolymitani epiſtola de tranſitu B. Hieronymi ad S. Auguſtinum: qui reſuſcitatum ex mortuis meritis B. Hieronymi, ſuper eo interrogans, tale accepit reſponſum. Nihil inter ſe differre: quia eadem ſunt magnitudine, pœnæ inferni & purgatorij: ſed id eſt quo differre poſſunt, quia infernales non expectant finem, ſed augmentum in die iudicij: purgatorij uero ſunt cum fine: nam poſt expletam pœnitentiam inde exempti, gaudijs beatiſſimis perfruuntur: patet Cyrillum referre ſimilitudinem pœnarum, quo ad magnitudinem, ſecluſa duratione, non ad genera pœnarum quæ innumera ſunt: aliqua recenſet B. Gregorius in Homil. ſuper Math. Sunt enim pœnæ inferni, frigus intolerabile, fœtor incurabilis, tenebrę palpabiles, flagella cedentium, horrida uiſio dęmonum, confuſio peccatorum, deſperatio omnium bonorum. Et quod B. Bernhardus ait in ſermone. Ibi nullus cibus, nulla conſolatio, nullus terminus. Ergo ſi genera ſuppliciorum attendamus, nullus niſi Oreſte inſanior, attribuet illa omnia purgandis, quæ ſunt damnatorum cum ipſius etiam aduerſarij teſtimonio: purgandi non habent deſperationem: ſed quaſi deſperationem: modo quaſi deſperatio non eſt tam grauis pœna, ſicut deſperatio: & ita aduerſarius cogitur rumpere, id quod ita generaliter intellexit in deſperatione: pari modo purgandi, non ſunt blaſphæmi, non ſunt cœci, non habent uermem, nō habent odium dei: quæ omnia habent damnati: fruſtra ergo implet innocentem bapyrum cum tot adducit de pœnis damnatorum, & eorum conturbatione: at ubi tangitur cardo negotij & radix in qua ſe fundat quod ſit eadem pœna inferni, ibi ſicco pede procedit, uelut gallus per prunas. ¶ Ideo ad inducta per eum reſpondere non eſt neceſſarium: quod de pœnis damnatorum citata nō negemus. At quod ſubinde repetit in fine primæ rationis. Cur unus timet mortem & dolet: alius uero contemnit niſi quia intus iuſticiæ fiducia deſtitutus timet. At initio capitis obiecimus ei Decios, qui ſine charitate dei, & fiducia iuſticiæ mortem contempſerunt. Ita obijcerem ei Curtium, Zopyram, Hannibalem, Socratem, Mitridatem, & Hegeſiam cum ſequacibus, quorum multi ſponte ſe ob philoſophiam eius occiderunt: uelut Cicero teſtatur. Quid quod Theobrotus lecto Platonis de immortalitate animæ libro, phedro, magno animo ſe præcipitem dedit de muro, uelut Cicero in Tuſculanis quæſtionibus refert, & S. Auguſtinus libro primo de ciuitate dei renarrat. Et a patribus percipimus, quomodo hæretici aliquādo gaudentes pœnas mortis ſubierint: ut de illo tuo Iohanne Huſſo ferunt (cuius defunctiſemen Ludderus in eccleſia ſuſcitare nititur) in ſacratiſſimo & maximo Conſtantieñ. concilio, per Cæſarem Sigiſmundum: in fauillas cinerum redacto: at quid hæc moriendi fiducia hæreticis obſit, Illuſtris Theologus Iohannes Gerſon Cancell. Parrhiſinus docet: Hoc uideamus effectum, non eſſe conſectarium, hunc contemnere mortem, itaq; habere perfectam charitatem dei: In ſecunda ratione uelut in prima, inducit quæ ſit damnatorum pœna. Itaq; omnia recipimus: niſi quod negamus, transferri debere iſta in Purgatorium: impiorum ſunt iſtæ pœnæ: non animarum in Chriſto quieſcentium.

Greg. Hugo Cyrillus Greg. Bernhardus Decij Curtius Zopyra Hannibal Socrates Mithridates Hegeſias Cicero Theobrotus Augu. Gerſon

Male Ludderum ex ſexto pſalmo inferre animas eſſe in horrore, quaſi deſperationis: & plura de adaptatione pſalmorum. Capit. XI.

IMmorari hic oportet ad fundamenta illa tollenda: nam ſic redeuntes ad con
textum falſæ ſentenciæ & erroneæ: facilius erit omnia confutare. Tertio igitur
loco conatur probare animas ita turbari in purgatorio ex pſalmis in officio
pro animabus decantatis: ſed miranda eſt tam inſignis huius uiri ſtulticia: quod
Error Ludde. exiſtimat ex eo: quia eccleſia utatur pſalmo illo pro animabus: colligi, omnia quę
in illo pſalmo leguntur ad animas pertinere, ſenſu literali. Referat ergo ad animas
Pſal. 6. purgandas, quod eodem pſalmo 6. legitur. Lauabo per ſingulas noctes lectum
meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo: Porro ſi iſtud eſt uerum quod aſ-
Pſal. 122 ſumit: ſtatim ei obijciam pſal. 122. quo utitur eccleſia in officio eodem pro anima-
bus: quare referam more Ludderano, omnia quæ ibi dicuntur ad animas. Sicut il
lud. Per diem ſol non uret te, neq; luna per noctem: dominus cuſtodit te ab omni
malo &c. Infero ad hæc. Ergo ſi animæ purgandæ ſunt tutæ ab omni malo: ergo
ab horrore illo tuo qui eſt prope deſperationem animæ illæ tutæ ſunt. Sic eccle
Pſal. 148 ſia utitur pſal. 148. in officio pro animabus. Igitur inferam more Ludderano: ani-
mas in purgatorio laudare & benedicere deum, non horrere, & quaſi deſperare.
Pſal. 4 Quid quod pſalmo 4. dicitur. Introibo in domum tuam, adorabo ad templũ ſan-
ctum tuum in timore tuo, putaſne animę defunctorum uenient ad templum ado
raturæ deum in timore, quem eis impingis, & iterum. Domine ut ſcuto bonę uo-
luntatis coronaſti nos. Si dicunt animæ purgandæ, ſe coronatas a deo ſcuto bo-
næ uoluntatis: quomodo tu in eis ponis horrorem: quaſi deſperationis, & amorē
Pſal. 7 uicioſum concupiſcentiæ dei in illis cum iſte ſit malę uoluntatis. Adde & pſal. 7.
qui pro animabus ab eccleſia canitur. Iudica me domine ſecundum iuſticiam me
am, & ſecundum innocentiam ſuper me. Vbi Ludderano more argumentando
inferam. Si iudicium ſecundum iuſticiam petunt & innocentiam: cur tu tanto
In Ludderum terrore intolerabili eas diſſecas & conturbas? ¶ Attende o amice lector
uirum extremis ignorantiæ tenebris obſitum, ſacerdos eſt, Theologus eſt, frater
eſt ex eorum numero, qui mendicantes dicuntur: toties pſalmos adaptauit iam fe
ſtis, iam tempori, iam alteri commoditati occurrenti: & neſcit qua ratione pſalmi
diuinis officijs pro occurrente commoditate applicentur. Tam oſcitanter ſuum le
Auguſt. git Auguſtinum, eccleſiaſticus Theologus: ſufficiat ex pſalmo uel unum uerſum
adaptari poſſe huic, de quo in eccleſia canimus. Experire hoc in pſal. 18. quo utitur
ſancta mater eccleſia in feſto de ſanctis Apoſtolis dei. Recte enim in eos conue-
Ambroſius nit initium pſalmi ſecundum B. Ambroſium: quoniam ipſi ſunt cœli qui enar-
rant gloriam dei: ipſi ſunt firmamentum: qui opera manuum dei annunciant.
Non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum non audiantur uoces eorum. In om-
Pſalmi adaptã- nem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Vtitur & de
tur feſto & of- Chriſto hoc pſalmo eccleſia, quia de eo ſequitur. In ſole poſuit tabernaculum ſu-
ficio um, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit ut gygas ad
currendam uiam ſuam, a ſummo cœlo egreſſio eius. Et quia diua uirgo Maria
eſt ille ſol, tabernaculum Chriſti: ideo eccleſia in honorem uirginis illo pſalmo uti
tur. Similiter ad peccatorem aliqua ibi pertinent: ideo eccleſia & pro pœnitente
aſſumit eum, quod in eo dicitur. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda
me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei non fuerint dominati &c. ita & in alijs nō
eſt difficile, pſalmos ſingulis feſtis & temporibus adaptare. Eccleſia utitur pſal.
Pſal. 16 16. de ſancto martyre Laurentio propter hunc uerſum. Probaſti cor meum: & ui
ſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas: utitur in feſto
Pſal. 117 reſurrectionis per integram octauam: pſal. 117. propter hunc uerſum: hæc eſt dies
quam fecit dominus, exultemus & lętemur in ea, & aduertenti non erit difficile
plura loca afferre. ¶ Et ut rubeat aduerſarius, iterum in contradictionis coga-
Eccleſia mus eum anguſtias. Non negabit exiſtimo pſalmum 6. eſſe pœnitentiæ: nam ſic

eccleſia

ecclesia eum in numero ſeptenario comprehendit:& B. Hieronymus ſuper eo te *Hiero.*
ſtatur. Vnde etiam B. Gregorius illum cum alijs ſex peculiaribus illuſtrauit com- *Greg.*
mentarijs, quod pſalmi ſint pœnitentis. Si ergo Pſalmus iſte peculiariter ad pœni
tentes attinet, non poteſt eum Ludderus ad animas in purgatorio transferre, per
ſtatutum quod ipſe ſanxit pluribus locis: & in hac quoq; materia concluſione 18.
Meo inquit iudicio, non eſſe licitum credo, longeq; peſſimum uſum, a quibuſdã
hucuſq; eſſe ſeruatum, ſcilicet ſcripturæ ſanctæ ſimplicem ſenſum, in æquiuocum
& dubium diuidere, & aſperius increpat oppoſitum facientes in reſponſione ad
Syluestrum prieratem: Si ergo non licet ſenſum ſcripturæ ſimpliciſſimum diuide
re; cum omnium conſenſu, hic Pſalmus ad pœnitentem in hac uita pertinet: non *Contrarietas*
poterit Ludder eum trahere ad animas purgandas ſecundum præceptum: quod *Ludderi*
ſtatuit. Item ſextus pſalmus pertinet ad animas purgandas, & non pertinet: iudi
cio Ludderano.

¶ At nos hanc abſurditatem uitantes, arbitramur fœcundum eſſe ſpiritumſan- *Pſal. 6.*
ctum in ſacris literis, itaq; laborandum eſt, latentem in ſcripturis ſpiritum per ua
rios ſenſus educere. Et hunc ſextum pſalmum tam in pœnitentem, quam in ani-
mam purgandam competere: neq; oportet omnes uerſus pſalmi in unum conue-
nire, ſufficiat uero adaptari animæ pœnis afflictatæ quod ad dominum clamat.
Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei,
quoniam infirmus ſum: an non uidetur tibi anima infirma in purgatorio: quæ ſe
ipſam iuuare non poteſt? Nonne congruit animæ in purgatorio captæ, ut oret ad
dominum. Conuerte domine & eripe animam meam, ſaluum me fac propter mi
ſericordiam tuam? Sic pſalmus 114. recte in animas conuenit purgandas, quarum *Pſal. 114*
ſpes immortalitate plena, ut dicant. Placebo domino in regione uiuorum.

¶ At inſtat Ludderus ſtatim in ſecundo uerſu. Miſerere mei, quoniam infirmus
ſum, ſubdi ſana me quoniam conturbata ſunt: ſeu exterrita omnia oſſa mea. Itaq;
animæ ſunt conturbatæ. Diluimus iam illum cauilllum: non oportere omnia in
pſalmo iſto contenta conuenire in animam: uelut in feſto aſſumptionis diuæ uir-
ginis Mariæ, utitur eccleſia Euangelio Lucæ decimo, ubi nihil attinet ad dei ge- *Luc. 10*
nitricem hiſtoria: ſed illud ultimum Maria optimam partem elegit, quæ non au-
feretur ab ea. Porro nec beatus Auguſtinus, nec beatus Hieronymus, nec Caſſio *Augu.*
dorus, nec Bruno noſter Germanus, inſignes & luculentiſſimi pſalmorum inter- *Hiero.*
prætes, exponunt uerſus citatos ſecundum inductionem Ludderanam qui lite- *Caßiodorus*
ram torquet, contra quam ſpiritusſanctus efflagitat. Sed omnino condonemus *Bruno*
hanc uiolentam interprætationem Luddero: non uidentur tibi animæ in igne
purgatorio conturbatæ in tanto ſupplicio exiſtentes: ut maior ſit harum pœna, di *Turbatio*
uo Auguſtino teſte, quam unquam ſit in hoc mundo, uel eſſe poſſit. Non eſt tur *Augu.*
batus Iob a facie domini, ob pœnas, Nam ſuperius oſtendimus impiam & hæreti *Iob 23*
cam eſſe Ludderi ſentenciam, qua audacius pronunciauit, omnem turbationem
uenire ex deſperatione. Hæc hæretica ſentencia reuincitur in ipſo domino ſal-
uatore noſtro, qui apud Iohannem inquit. Nunc anima mea turbata eſt & quid *Iohan. 12*
dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Hoc idem ſacra anima in Euangelio de
eo teſtatur. Et cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt: & *Iohan. 13*
dixit. Amen amen dico uobis: quia unus ex uobis tradet me. Habes candide
lector, apertiſſimum ſacræ ſcripturæ textum, dominum & ſaluatorem noſtrum
turbatum eſſe: ſed procul abſit a caſtis mentibus fidelium: impia cogitatio. Eum
uel diffidentem fuiſſe, uel quaſi deſperantem de beatitudine ſua, horrore per-
culſum. Sic in præſentia, ſi dederimus etiam animas fore conturbatas ad pœnas
referre ſufficiat: non oportet animas horrore quaſi deſperationis, & hæſitationis
affligere & cruciari.

Errores Ludderi expunguntur ſuper eo, quod negat animas ſolis pœnis eſſe inquietas, & quod ponit Dauid guſtaſſe pœnam inferni in hac uita. Cap. XII.

Confidit Ludder etiam in eo, quod animæ ſint ita conturbatæ & quaſi deſperantes quia eccleſia frequenter oret deum, ut det eis requiem: ſed ſolę pœnæ non faciant animam irrequietam, quare præter pœnas ſit aliud inquietans eas ſcilicet horror damnationis: fruſtra & hic iacitur ræte ante oculos pẽnatorum. Nam & analphabeticus huius glorioſi eccleſiaſtici Theologi flexuoſos ſyllogiſmos, perplexa enthymemata, captioſas argutias facile dilueret. Sunt enim animæ purgandæ in requie & dormiunt in ſomno pacis quia certæ ſunt de ſua ſalute: cõmunicant in gratia & charitate cum cœleſtibus ciuibus: habent conſolationes angelorum: ſunt tamen irrequietæ pœnis: optat ergo & orat eccleſia eis pacẽ, non quam modo habent, ſed qua carent, orat ergo eis dari requiem æternam, pa-
In Ludderum cem ſempiternam ut libro 2. latius explicauimus. ¶ At negat aduerſarius animas poſſe dici irrequietas propter pœnas: uide lector quam oſcitanter legerit ſcripturas ſacras hic Paulinus & eccleſiaſticus Theologus: cũ ſcholaſtici in prom-
Iob 9 ptu habeant illud Iob. Non concedit quieſcere ſpiritum meum: & implet me amaritudinibus: quod utiq; de pœnis & plagis intelligit, non de horrore deſperationis.
Iob 16 Et iterum ait. Si locutus fuero non quieſcit dolor meus: ecce quomodo dolor tollit quietem: uides ergo inquietas animas in pœnis: quæ tamen quieſcunt in Chriſto ſpe immortalitatis: uelut idem inquit. Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno
Iob 3 meo requieſcerem. Neq; obtinebit aduerſarius propoſitum ſuum per hoc ꝙ ſapi-
Ludder corruptor entem inducit prouerbijs. Non conturbabit iuſtum quicquid ei acciderit: nos in eccleſia dei legimus. Non cõtriſtabit &c. ſed malicioſus aduerſarius, quia magis
Prouerb. 12 congruebat propoſito ſuo de conturbatione: ideo auſus fuit falſare & immutare eccleſiaſticam lectionem: utcunq; accipiendum eſt ſapientis dictũ, de triſticia deficiente, illa non contriſtabitur ſapiens: & non ita crude debet intelligi, uelut diuerſarius torquet & lacerat ſacras literas, niſi neſciat adhuc ueritatis ſugillator, iuſtorũ
Conturbatio caput Chriſtum triſtatũ & turbatum eſſe, ait enim. Triſtis eſt anima mea uſq; ad
Math. 26 mortem. Et ne quid monſtri pariat Grammaticus Theologus in præpoſitione Con. Euangeliſtam audiamus Mathęum dicentem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebędei cœpit contriſtari & mœſtus eſſe literę inhærens, forte audebit pro ſua impietate aduerſarius Chriſtum negare ſapientem. Forte adhuc incumbit priori lectioni, quia peius ſit conturbari, quam cõtriſtari. Vir ſapiens contriſte-
In Ludderum tur: ſed non conturbet̃, quicquid ei acciderit. Ergo ultra oẽs iniurias, quibus Ludder onerat & afficit miſeras & afflictas animas in purgatorio, etiã hanc addidit, quia inſipientes ſint & ſtultæ quod conturbent̃. At nos pulchre uindicabimus animas electas ab hac Ludderana iniuria: quod ſapientes etiã aliquando conturbẽ-
Eccle. 7 tur uelit, nolit Ludder: ita enim legimus in Eccleſiaſte. Calumnia conturbat ſapi-
Iob 23 entem. An dices Iob fuiſſe ſtultũ & inſipientẽ, quod conqueriť. Et oĩpotens cõtur-
Pſal. 17 bauit me. Et Dauid teſtať fundamenta montiũ conturbata: nõ mirũ, ſi colles & humiles monticuli conturbanť. Euicimus ergo apertiſſimis ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs, cõturbationem etiã in ſapiẽtem cadere ita ꝙ ſi etiã dederimus aduerſario, animas in purgatorio eſſe conturbatas, nõ tñ ex hoc probari in animabus eſſe horrorẽ quaſi deſperationis & timoris ęternæ damnationis: ſed Stoicus eſt Ludder. ¶ Accede aũt lector iucundiſſime, & intuere quã pulchre Iudaiſet Ludderus: o-
Ludder iudaiſat. miſſo ſpiritu uiuificante & ſpiritali intelligentia, quõ literæ inſiſtat, inhiet nudis uoculis, hæreat in apicibus & figuris, cũ Dauid inducit & Ezechiã, expertos has pœnas in hac uita. Et licet pulchra & utilia multa poſſent afferri pro locorũ explicatione

plicatione: breuibus tñ, quantum noſtro ſufficit propoſito, nos expediamus. Nam cũ primo euocat pſal. Dico ſi tã diligens fuiſſet in reuoluendis ſanctorũ patrum in terpraetationibus: quã ſtrennuus eſt in gloriando & de pręſumendo: cum ſępe ut Aug. monuit, nunc illius, nunc alterius perſonã induat Dauid: reperiſſet tñ apud diuum Hiero. hunc locũ (etiam ſi ex perſona Dauid accipiať, non intelligendũ de Dauid uiuo, ſed aĩa eius: quae non reſurrexiſſet, niſi dño Ieſu reſurgente, ait enim. Propterea dñe reſurgo, quia tu fuiſti ad inferos & reſurrexiſti. Detenta fuiſſet anima mea apud inferos ſi non anima tua reſurrexiſſet ab inferis. Ecce inferos locos hic non uſurpari pro loco damnatorũ: ut credidit diuerſarius: ſed lymbum patrũ. Quod ſi omnino proterue adhuc contendis de Dauid uiuo accipiendum: ſatisfaciat tibi Auguſt. Caſſiodorus & alij, nondum intelligi per infernum, locum damnatorum: ut tu deſipis Luddere ſed foueam peccatorũ, qua quis abſorbetur in multitudine peccatorum per obſtinationem: ſi non fuerit adiutus a gratia diuina.

Pſal. 113 *Auguſt.* *Hiero.* *Pſal. non de Dauid* *Augu.* *Caſsio.*

¶ Sic propria innixus prudentia, inſolenter iactitat pſal. quaſi ad Dauid pertinet: cum eo loco, paſſionis dominicae ſacramenta contineantur: ubi uere dicit regius pſaltes, ſe inferno approximaſſe: at non in ſua perſona, ſed Chriſti quia deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Ita cõcors ſanctorum patrum ſentencia Auguſtini, Caſſiodori & aliorum: de Chriſto intelligit hunc pſalmum. Dempto nouo Daniele, propheta nouo Luddero qui hunc de perſona Dauid intelligit.

Pſal. 87

¶ Simili uel inſcitia: uel prauitate labiť in pſal. Ita omnino nihil aſſequiť ſolidae uel ſyncerae Theologiae: nam & hic Pſalmus Chriſto tribuitur: Obtrudo aũt hic aduerſario B. Hiero. expoſitionem, ſuper praefato uerſu: dicentis. Quando uideris Arrium, Eunomium (ego addo etiã Ludderum) extra eccleſiam: intellige diſſipata eſſe oſſa domini, ſecus infernum. Os quod forte eſt, ipſi maiores ſunt: qui uidentur aliquid eſſe, per multiloquium: & contentionem, ac philoſophiam: inducunť ab haereticis: fateor Auguſtinum & alios per oſſa intelligere martyres & teſtes Chriſti quorum oſſa diſſipata ſunt ſecus infernum, id eſt morte: quoniam ut gloſ. ordinaria inquit. Non in infernum diſſipata ſunt oſſa: quia licet martyres cõmuni ſorte moriantur tñ uita aeterna eis dať. ¶ Eadem ſolutione retunditur introductio pſalmi, quia eſt de paſſione ſaluatoris: & ubi Chriſtus clamat ad patrem ſe aſſimilari deſcendentibus in lacum exponit B. Auguſtinus de miſeria huius uitę: & ſubſcribit B. Hieron. ¶ Et in pſalmo plane ſequitur Ludder Iudaeos intelligentes hunc Pſalmum de perſona Dauid: quos improbans B. Hieronymus, quęrit: dicant nunc Iudaei, quando Dauid de profundo abyſſi eſt eductus. Hanc ergo Iudaicam expoſitionem a B. Hieronymo improbatam, non ſolum reſuſcitat Ludder: ſed etiam Iudaeis dat modum reſpondendi obiectioni B. Hieronymi: quia tunc deſcenderit in profundum abyſſi: quando guſtauit poenas inferni: at tantam abſurditatem etiam Iudęi non recipient. Itaq; & is pſalmus: ſoli deo tribuatur. Habes iucundiſſime lector, aduerſarium non probaſſe, erroneam: quam aſſumpſerat, propoſitionem: Dauid guſtaſſe hic in uita praeſenti poenas inferni: ſed perſpicuum eſt ſacras literas peruerſe ab eo tortas & uiolatas ut ſatis conſtiterit iniquitatem ſibi mentitam eſſe.

Pſal. 140 *Hiero.* *Augu.* *Pſal. 27.* *Auguſt.* *Hiero.* *Pſal. 70* *Ludd. iudaiſat*

Repellitur Ludder, quod exiſtimauit Ezechiam hic guſtaſſe poenas inferni: & quod immodice extulit ſomniatorẽ Taulerum, qui de haereſi conuincitur. Capit. XIII.

NOn ſecus quiſpiam de Ezechia ſentiat: nam & huius uerbis uiolente abutitur diuerſarius, in ſuam torquendo peruerſitatem: cum nemo ſanctorum patrum, nullus doctorum, in hanc torſerit corruptam expoſitionem quod Ezechias guſtauerit poenas inferni. Sed haec eſt ſana & recta uerborum

Eſa. 38

Ezechiæ,ſecundum ſanctos intelligentia. Quia ſanitati a deo ſupra naturam reſti tutus, gratias agendo deo meminit ſtatus ſuæ infirmitatis: in quo iam de uita deſperauerat,& annis ſuis nondum completis,ad portas inferi,id eſt lymbi patrum, anima ſua deſcenderet: a qua tamen infirmitate fuit liberatus. ¶ Per portas inferi intelligi lymbum patrum non eſt obſcurum,quod in uet. teſt. frequenter no-
Gene. 42 mine inferorum ſignificetur: ſic ait Iacob. Deducetis canos meos cum dolore ad
Grego. inferos: placet referre pulchra uerba B. Gregorij: ut uideamus aduerſarium, per
Lymbus patrũ peram ex uocula inferorum,mox intellexiſſe locum damnatorum: ait enim 12. li
infernus bro Moralium. Ante aduentum mediatoris dei & hominis, omnis homo, quamuis mundæ probatæq; uitæ fuerit,ad inferni clauſtra deſcendit: & infra,nec tamē ita iuſtorum animas ad infernum deſcendiſſe dicimus,ut in locis pœnalibus tenerentur: ſed eſſe ſuperiora inferni loca: eſſe alia inferiora credenda ſunt:ut & in ſu-
Greg. perioribus iuſti requieſcerent: & in inferioribus iniuſti cruciarentur. Cur autem lymbus appelletur hoc nomine explicat circa finem 13. Moralium: ad quem locum diligentem delego lectorem. Sed forte ut eſt naſutus,tanto doctori non cre
Auguſt. cap. 15 det,aſſentiatur Auguſtino ſuo libro 20. de ciuitate dei dicenti. Non abſurde credi uidetur,antiquos etiam ſanctos,qui uenturi Chriſti fidem tenuerunt,locis quidem,a tormentis impiorum remotiſſimis,ſed apud inferos tamen fuiſſe: donec eos inde ſanguis Chriſti & ad ea loca deſcenſus: erueret. Retunditur ergo facile aduerſarij procacitas: qui audito inferorum nomine, mox pronunciauit, Ezechiam uiuum guſtaſſe pœnas inferni: quod uelut nouum Ludderanum commentum,
In Taulerum ſacris literis, eccleſiæ & patribus aduerſum reſpuimus & anathematizamus.
Ludderi ¶ Porro quod ſomniatorem ſuum affert Taulerum, facile repellimus: cum eum authorem erroribus Vualdenſium: & Beghardorum in clementina. Ad noſtram dehæret.condemnatorum: fuiſſe infectum, manifeſtarium ſit: & nos alio loco do-
In Ludderum cebimus. Iudicium autem Ludderi (uelut noctuæ de pullis ſuis) de Taulero, quem preſert omnibus,omnium uniuerſitatum doctoribus: per ſe eſt tam pudendæ arrogantiæ,tam fœdæ præſumptionis & excœcatæ inuidiæ,ut hoc unum nobis clariſſime inſinuet, qualis uir ſit Ludderus quam humilis, patiens, modeſtus: cum hunc unum ſomniatorem tot eccleſiæ luminibus, & clariſſimis patribus preferat. Et forte mite eſſet,ſi ſingulis eum præferret: ſed ut inſigniter prodat ſtulticiam ſuam,affirmat plus in eo ſolidæ Theologiæ reperiri,quam ſit repertũ (& ut ni-
In Ludderum. hil deſit ſuperbiæ addit) aut reperiri poſſit,in uniuerſis ſcholaſticis doctoribus. O hominem impudentem, O ſceleratam linguam,faſtuoſum animum: O procaciſſimum iniuriatorem,& teterrimum calumniatorem. Diſpeream ſi ex omnibus ſermonibus illius ſomniatoris,quatuor folia ſolidæ & ſynceræ poſſet decerpere ſcripturæ: pauci etiam ſunt huius ſermones: omnes non attingunt quantitatē primi li-
Doctores eccl. bri ſententiarum. Nouit eccleſia S. Thomam,S. Bonauenturam,S. Alexandrum de Ales,Petrum Longobardum,Guilhelmum Altiſiodoreñ. Albertum magnũ, Iohannem Gerſonem,ambos miraculis conſpicuos, ſanctum Antonium,Iohannem Scotum,Durandum,Petrum de palude,Petrum de Tarantaſia,Petrum de Aliaco, Henricum de Gandauo, Aegidium de Roma, Franciſcum Maronis, Herueum natalem,Auguſtinum de Ancona, Thomā de Argentina, Gregoriũ de Arimino,Guilhelmum de Ockam, Marſilium de Inghen, Richardũ, Gabrielem,Michaelem de Bononia,Ioh. Bachonis,Andream de Caſtro,cum alijs innumeris: qui fideliſſime laborarunt in uinea domini, elucidarunt ſacras ſcripturas: quorum doctrina per totam fulget eccleſiam, diſſeminatur cũ magno fructu in populum fidelem: & magna deuotione ſuſcipitur,ut fructum gignat in alijs trice-
In Taulerum ſimum, in alijs ſexageſimum, in alijs centeſimum. De Taulero nihil tale nouimus, qui ſub modio latitat,& utinam totus latitaret ne in monaſteria inuolaret: nam

nam omnem religionis regularem obſeruantiam: ac illam præclariſſimam uirtutum gemmam, obedientiam docet demoliri: quibus exulantibus, quid ſunt monaſteria, niſi dæmonis paleſtræ & exercitia, at de hoc alibi latius. Et ut uideat me uerum dicere, qui forte Tauleri linguam Germanicam non intelligit: legat Ludderum in concluſi. 10. Inuolutionum de uirtute indulgentiarum: ubi ex Tauleri ſentencia ſic inquit. Id notum eſt, & inſignibus authoribus (id eſt Taulero) celebre in eccleſia: ſi quem deus hominem, in medijs ipſis operibus obedientiæ eccleſiaſticæ ad extaſim raperet, uel ſingularem illuminationem: tenetur homo tum opus intermittere, & obedientiam eccleſiæ relinquere, & deo obſequi magis, quam hominibus. Immo dicunt in ipſis horis canonicis, attentionem uerborum debere omitti, contra præceptum eccleſiæ, ſi qua arriſerit cœleſtis illuſtratio & affectio: hic ſiſtit pedem Ludder. ſed Taulerus ex quo hoc hauſit uenenum, ultra horas canonicas, ad exemplum de eleuatione corporis Chriſti, ad quam non reſpiciat deuotione interna ſenſibili affectus. Conſydera o lector, Chriſtus dixit a fructibus eorum cognoſcetis eos. Iam ne habemus fructus arboris Taulerinæ: talem uiuendi regulam, quæ ſingularitates foueret, regularis obſeruantiæ ſtatuta corrumperet, nutriret diabolicas illuſiones, ſuperbiam erigeret, & omnem obedientiam penitus auferret, & tamen Ludder audet extollere quod hoc ſit inſignis authoribus celebre: quod ſacrum Viennenſe concilium aſſeruit eſſe hominum abominabilis ſectæ: Vide candide lector punctum tertium & octauum, condemnatum in prædicta Cle. ad noſtram: & intelliges Taulerum & Ludderum hos damnatos docere articulos. Excurri in hæc parerga, ut qui Taulerum (quem ita immodice extulit Ludder) in peregrina lingua non poſſunt agnoſcere, ex uno puncto totum iudicare & cenſere poſſint, uelut ex dente Elephantem. ¶ Ad ultimo inducta per Ludderum de orationibus eccleſiæ. Libera eas de ore &c. liquet ex prioribus, non ſentire eccleſiam de inferno damnatorum: ſed purgatorij uti proxime Gregor. & Auguſtinum induximus. Et ita ſunt in lacu profundo, in pœnis inferni, in ore leonis: quos ne abſorbeat tartarus longitudine & duratione pœnarum: orat eccleſia eas per ſanctum Michaelem transferri in lucem æternam. Itaque eneruauimus fundamenta Ludderana: & oſtendimus ea inefficacia ad firmandam Ludderanam ſentenciam. De his quos dicit ſe nouiſſe: Quis ſcit an mentiti ſint uel a dæmone illuſi: quia certe ſic credere, ſe ire in damnationem, hominis eſt improbi & deſperati, non autem fidelis, qui ſpem ſuam iactat in dominum: ualeant ergo ſomniatores Ludderani, deſperati hoies, impij, perditi, & perdere alios uolentes.

Tauleri impietates

Mat. 7

Cle. ad noſtrã de hæret.

Plurimæ contradictiones Ludderi in unum congeruntur, quibus ſeipſum expugnat. Cap. XIIII.

TAm redeamus ad caput totius erroris: poſtquam rationes euacuatę ſũt: ponit ergo timorem morituri & horrorem deſperationi proximum, eſſe pœnam purgatorij: ubi nulla ſit fuga, nulla conſolatio. In quo momento anima non poſſit credere ſe poſſe unquã redimi: hoc eſt Ludderi purgatoriũ. Prædictis aũt in hoc libro, & ſecundo recte penſatis: facile errores illi eliduntur: at quod addit animam non poſſe credere poſſe ſe unquã redimi: & poſtea conclu. 16. Animam non ſentire niſi deſperationem & concluſione 19. dicit animam ſibi uideri: iam ire in damnationem & deſcendere in lacum: Adducit pro his dictum Chriſti. Tanquam laqueus ſuperuenit dies illa: & Apoſtoli. Dies domini ſicut fur in nocte ita ueniet: & 1. Reg. 2. Dominus deducit ad inferos & reducit.

¶ At iſte error non melius tollitur, quã ſi conſyderemus, quomodo ſeipſum deſtruat. Si enim anima non credit ſe poſſe unquã redimi, Iam deſperat: & peccat in ſpiritum ſanctum: quod peccatum domino teſte: neque hic neque in futuro ſeculo

remittitur. Non ergo pertinet ad animam purgandã non credere ſe unquam ſal-
uari, ſed ad animam iam damnatã. Et neſcio quid deteſtabilius in animas electas
& charitate dei ornatas dicere poſſet, quam quod non credant ſe unquã ſaluan-
das; quod uident̃ ſibi deſperare, quod uidentur ſibi inire damnationẽ. ¶ At Lud
Contradicit ſibi Ludder der expugnet Ludderũ; & ſeipſum deſtruat. Cur ergo concluſ. 19. ait eas pr̨ni-
mio auxilij deſyderio: uelocius iuuari poſtulare: & opinent̃ & præſumant ſe eſſe
certas de ſua ſalute. Si opinant̃ & præſumunt ſe certas: quid eſt quod prius aſtru
ebas, eas non credere ſe unquam poſſe ſaluari; quare iam opinatur & præſumit de
ſalute: qui prius deſperabat: Porro deſperatoꝝ non eſt ſuffragia petere; animæ pe
tunt ſuffragia, ut perſeuerent in fiducia ut ait cõclu. 19. Expende iam quõ illa cõ
Alia ratione ſtent: animam perſeuerare in fiducia; & tñ uideri ſibi deſperare, nec credere ſe unq̃
poſſe ſaluari. Ita oportet ſingularitati ſtudentem, cadere in barathrum contradi-
Alia ratione ctionis. ¶ Simili laborat inconſtantia: dum couclu. 16. dicit animã non ſentire ni
Contrarietates ſi deſperationem. Si non ſentit niſi deſperationem, quomodo ergo eſt, quod non
plures Ludde. deſperat. Euolue hoc, ſentit deſperationem: & non deſperat. Et iterum. Anima nõ
1 ſentit ſperare. Connecte, inconnexiles has ſententias. Anima in purgatorio Sentit
2 ſe deſperare. Non ſentit ſe ſperare: & tamen non deſperat. Et quod omnia illa con-
3 fundit. Neſcit an ſperet uel deſperet, uide labyrinthos; Si neſcit ſe ſperare uel de-
4 ſperare: cur dicis, quod ſentiat deſperationem. Si neſcit ſe ſperare uel deſpe-
5 rare, cur petit ſuffragia. Si neſcit ſe ſperare: cur petit ſufragia ut non deficiat in
6 fiducia? Si perſeuerat in fiducia, cur uidetur ſibi inire damnationem. Si per auxi-
7 lium gemitus, alij intelligunt eas adhuc ſperare. Ergo uerum eſt animas ſperare.
8 Si ſperant quomodo poſſunt neſcire actus proprios: Si ſperant quomodo uiden
S. Thomas 9 tur ſibi deſperare. S. Thomas diuerſis temporibus, uarios ędidit libros, & plures
& maximos, ſicut tota nouit eccleſia. Sed reuera, in toto S. Thoma, non inueniun
tur tot contradictiones (etiam ſi ad materias mere opinabiles deſcenderis) ſicut in
ſex folijs Ludderanis apertiſſime deprendimus, quibus nobis ex purgatorio tru-
culentiſſimum facit infernum. ¶ At ex ipſa contrarietate ſatis patet deſtructio
illius erroneæ & hęreticæ doctrinæ: etiam ſi omnia alia ceſſarent; tñ ne alicui ui-
deretur aliquid probaſſe ex tribus locis per eum citatis, uolumus ueram hoꝝ in-
telligentiam afferre. Nam quod primo uerba Chriſti adfert, ſunt impertinentia
propoſito: unde nec ſuffragantur ſibi nec refragantur nobis: prohibet enim ibi do
minus & ſaluator noſter crapulam & curam huius uitæ: & huius rationem datu-
Luc. 21 rus ſubdit, & ſuperueniat in uos repentina dies illa tanquam laqueus: ubi de hora
mortis loquitur, & uoluit dominus pauorem uiuentibus incutere propter incertã
horam mortis, non mortuis horrorem, quaſi deſperationis ingerere: quod pulchre
Gloſſa ordina. Gloſ. ord. ibi uoluit ad finem capituli, docens quod ſaluator & ante uniuerſale iu-
dicium, per id quod dixit, Erunt ſigna in ſole & luna, & ante ſingulorum ex carne
exitum, per illud quod dixit de repentina die, monet nos curis & uoluptatibus ſe
culi renunciare. Torquet ergo & lacerat hunc textũ Ludder ad timorem purga-
torij: cũ loquatur de timore inopinatæ mortis. ¶ Sic contra omnium mortaliũ
1. Theſſ. 5 ſentenciam, uerba Pauli at Theſſ. corrumpit, dum uel de die iudicij, uel die mor-
tis intelligatur: Ipſe ad purgatorium uertit. Et in diſputatione Lipſica fundabat ſe
Contrarietas Ludderi in hoc tanquam clarum & apertiſſimum, per diem domini intelligitur diem ex-
tremi iudicij: modo quiduis aliud per illam diem uult ſignificari: Tamen & ad di-
em mortis uniuſcuiuſq; poſſe referri fateor, & libro primo oſtendimus.
1. Reg. 2 ¶ De cantico Annæ, dico illud nihil canere de purgatorio: ſed alta intelligen-
tia, altum pœnitentiæ modum exprimit. Quod deus peccatorem uiuificaturus,
prius mortificat per amarum morſum conſcientiæ, per horribiles cogitationes
malorum operum perpetratorum, peccatricis uoluntatis; quæ largos excutiunt
lachrymarum

Iachrymarum ymbres. Et peccatorem ita delictorum ſuorum recogitatione conturbatum mœrore ac pœnitudine affectum ad inferos deduci, grauitate pœnarum exterritum; illuceſcente aũt ſuauitate & dulcedine diuinæ gratię, & beatorũ gaudijs in mentem uenientibus: cum ſpe diuinæ miſericordiæ: tunc eum erigit & reducit. Sic ergo dominus ad inferos ducit per conſyderationem iuſticiæ, & reducit per contemplationem miſericordiæ. Sic dominus pauperem facit, & ditat. Sic humiliat & ſubleuat: Gloſſæ ord. non diſplicet illud referre ad humanitatem Chriſti, utcunq; ſolus Ludder ſine conſorte, ſine authoritate, hunc locum Cantici in purgatorium indocte reijcit. Itaque & hos uidimus locos impertinentiſſime fuiſſe citatos qui nedum in contentione non poſſent conſiſtere: ſed ne uerbũ quidem habent de purgatorio. Finiamus aũt hoc caput & ad alia eius errata ueniamus: licet & hoc dignum eſſet examine contradictionis, quod inquit animas purgandas ſcire, quod deus poſſit eas redimere: ſed nolle illis uidetur: & paucis hoc libro 2. attigimus: ideo breuitati ſtudentes iam miſſum facimus. *Contrarietates Ludderi*

Erraſſe Ludderum, quod pœnam purgatorij dixit eſſe æternã: omnia ibi præterita, pręſentia, & futura. Et quod animæ purgãdæ cõmunicarent cum inferno, & nihil cũ cœlo. Cap. XV.

STatueram finem facere huius libri niſi duo occurriſſent adeo abſurda & a ueritate abhorrentia: ut maiori delyrare delyrio Ludder non poſſit. Et plane neſcio an ſobrius uel ebrius hæc ſcripſerit. Sobrius certe ue ſanus ſcripſit. Nam concluſ. 15. ubi oſtendit aliquos guſtaſſe in hac uita pœnam quam ſentiunt animæ purgandæ, quæ ſit eadẽ cum pœna inferni: de qua pœna ſubdit. Et tñ ęterna, neq; poteſt eam temporalem exiſtimare. Et infra nec eſt ullus angulus in anima non repletus amaritudine amariſſima, horrore, pauore, triſticia: ſed ijs omnibus non niſi æternis. In reſponſione ad Syllueſtrum Prieratem exaggerat abſurditatem, increpat enim eum, quod dixerat: Timorem eſſe de futuro malo, animæ autem ſunt in præſentibus malis, ad Sylueſtrum poſtea inquit: Si cogitare poſſes uel guſtaſſes uitæ futuræ unam guttulam, non iſta diceres. Omnia ſunt illic præterita, omnia præſentia, omnia futura: hoc omnino intelligibile eſt, niſi referatur ad æternitatẽ. ¶ Sed intende huc aciem mentis Candide lector: & conſydera uanitatẽ huius uiri & inſcitiam, maximæ coniunctam proteruiæ. Nam hic dicit pœnã purgatorij fore æternã concluſ. 15. qui in eodẽ folio concluſ. 14. dixerat. Oẽs concedunt eaſdem eſſe pœnas purgatorij & inferni, niſi quod differũt æternitate. Reſpondeat mihi quæſo, quid ſit illas pœnas differre æternitate, niſi quia una eſt æterna: alia uero nõ eſt æterna. Pœnam aũt inferni non potes negare æternam contra Euangelium. Ite maledicti in ignẽ ęternum, & contra ſcripturas & contra eccleſiam. Nã is fuit damnatus error Origenis. Igiť reſtat pœnã purgatorij non eſſe æternã. Necte ergo illud cũ dicto in conclu. 15. Et inuenies purgatoriũ Ludderanum eſſe ęternũ & non eſſe æternũ, hoc eſt eſſe Chymeram & hircoceruum. An quempiam alium legiſti tam pulchre ſibi contradicentem, & tam ſæpe, & tam aperte. Forte odio dialecticæ, quam nunquam recte didicit, ex induſtria ponit contradictorias & contrarias eſſe ueras, & contradictionem eidem ineſſe. Rurſus ſi anima purganda eſt repleta horrore, pauore, triſticia, non niſi omnibus ijs æternis: quomodo ergo animã redimi de pœnis purgatorij dicis, qñ poſt o timore incipit amare uoluntatem dei in tali pœna. Deponit ergo aliquando anima timorem iſtum & horrorem: quomodo ergo prius aſſeruiſti horrorem illum eſſe ęternum, quem iam affirmas eſſe temporarium & tranſeuntem. ¶ Et multo mirabilius eſt quod ad Sylueſtrum dixit. Omnia illi eſſe præſentia

In Ludderum

Contradicit ſibi Ludderus

Origenes

In Ludderum

Cõtradicit ſibi

Contradictiones Ludderi

præterita,& futura. Nam hoc ſolum de æternitate dei admittitur:in alijs uero ęter
nis,illud non reperitur. Nam ſi in æternitate pœnæ Iudæ proditoris:aut Arrij aut
Iohannis Huſſ.hæreticorum,omnia ſunt præſentia : conſectarium eſt illos habe-
re infinitam pœnam ſimul,quoniam illis futura eſt infinita duratione. Ita exiſtenti
bus in purgatorio,ubi minus uidetur, ſi omnia ſunt præſentia , ſequitur purgan-
dum adhuc biennio,omnem pœnam iam habere præſentem . Porro futurum eſt
in inferno,ut dicit conclu.18.ut poſito timore,amet anima uoluntatem dei: & om
nia præſentia ſunt futura. Itaqꝫ iam depoſuit timorem & habet amorem. Et ita ha
bet timorem,& non habet timorem, quæ iterum aperte contradicunt . Et omnia
talia ſunt hæc Ludderana errata:ut indignum ſit bona ingenia , in his uel legendis
Alius error uel refellendis bonas horas male collocare. ¶ Alium errorem Erronis iſtius &
Ludderanus planetæ euocemus,dum concluſ. 16.affirmaſſet in cœlo ſecuritatem,in inferno de
ſperationem:infert medium eſſe purgatorium inter utrunqꝫ , ſic tamen ut propius
ſit inferno quam cœlo:quia non habent pacem & gaudium , immo nihil de cœlo
omnino participant . Expende lector quomodo non micam ſalis in omni ſcripto
ſuo de purgatorio inuenias . Ponit purgatorium eſſe medium inter infernum &
cœlum. Et tamen nihil participat de cœlo:& omnia participat de inferno præter
durationem,ergo potius erit extremum erga cœlum,quam medium : cum medi
um participet de utroqꝫ extremo , niſi ſit medium per abnegationem:porro ſi to-
tum communicat cum inferno:& nihil cum cœlo,quomodo euenit , ut ſit tranſi-
tus de purgatorio in cœlum:& non in infernum : cum in habentibus ſymbolum
facilior ſit tranſitus . Niſi quod ad ſitum localem ſophiſticetur , purgatorium eſſe
propius inferno:at hic non eſt contentio de loco,ſed de conditione conuenientiæ
Alius error & ſimilitudinis. ¶ Hoc quoqꝫ uelut hæreticum obelis iugula: quod admittit hic
deſperationem eſſe in anima purganda : licet quaſi deſperationem appellet quia
aliquando inquit,ceſſabit:quod eſt animabus ſanctis crimen blaſphemiæ impone
re:cum improbiſſimorum hominum ſit deſperare , ſicut Cain & Iudas fecerunt,
& omnes damnati. Præterea omnes animas purgandas in diſputatione Lipſica di
Contradicit ſi- xit eſſe ſanctas: ſed nullus criminoſus eſt ſanctus. Itaqꝫ animæ purgatorij,erũt ſan
bi Ludder ctæ & non ſanctæ: blaſphemæ & non blaſphemæ. Et priori capite adduximus in-
uolutiones Ludderanas: ubi negat animas purgandas deſperare, ſed ſentire deſpe
rationem:cum iam aſſerit eas deſperare : iterum Ludderus debellat Ludderum.
In Ludderum. Ideo patienter ferant Ludderani , patienter ferat & Ludder : ſi alij boni uiri con-
trariantur doctrinis eius : cum ipſe ſibi quoqꝫ ſit contrarius . Non ergo ægre ferat
ſe a S. D. N. eſſe condemnatum,a diuo Cæſare & Catholico Rege exbannitum.
A fœlicibus ſtudijs Parrhiſieñ. Louanienſi, & Colonieñ. pro erroneo & ſeducti-
Alius error uo iudicatum. ¶ At & hoc pondera amice lector , quam iniurius ſit in electas
Ludderi animas purgandas cum de eis dicat . Immo nihil de cœlo participant : quomodo
potuit eſſe tantæ cæcitatis uel inſaniæ. Nonne animæ in purgatorio ſunt prædeſti-
natæ,ſicut animæ beatorum: cum contra animæ infernales ſint reprobatæ . Non
ne animæ purgandæ decedunt in gratia & charitate , & ita ſunt charæ & gratæ
deo: in quo communicant cum beatis: dum animæ damnatæ ſint in odio dei. Nõ-
ne animæ iſtę ſunt purgandæ , ſunt hæredes regni cœleſtis : damnatorum autem
animæ ſunt in æternum exhæredatæ . Nonne animæ purgandæ communicant
cum cœlo & eccleſia quod ſuffragia eccleſiæ & interceſſio beatorum prodeſt eis:
nihil autem prodeſt damnatis. Nonne animæ purgandæ dormiunt in ſomno pa-
cis & requieſcunt in Chriſto: dum animæ damnatæ in principe eorꝫ quieſcunt,
ſemper quærentes & nunquam pacem habentes uel inuenientes . Nonne animæ
purgandę carent uerme immortali: dum damnatorum uermis nunquam moria-
tur. Præterea multa alia, quæ aduerſarius perperam negat; quod habent conſola

tiones

lationes angelorum ꝙ continue laudant & benedicant deum ꝙ ſunt ſecuræ de ſua beatitudine, quod patienter ferunt pœnas. Reſtant alij errores Ludderani, quomodo dicit eas peccare: uicioſo amore deum diligere &c. at illa pendent ex ſtatu earum: an ſit ſtatus merendi & demerendi: ideo ad quartũ lib. ablegamus.

Animas puniri in purgatorio, quia uel uenialia habent uel mortalia contrita: de quibus hic non ſatisfecerunt. Cap. XVI.

DIſcuſſis tenebris & exploſis erroribus Ludderanis, reſtat aperire lucem ueritatis catholicæ. Animas ſcilicet purgandas eſſe, non propter imperfectam charitatem: uel reliquias uetuſtatis ſed quia ſecum deferunt peccata mortalia contrita ſine ſatisfactione debita: nam libro de remiſſione culpæ & pœnę, deo adiutore, probabimus culpam remitti: pœna ęterna in temporalem cõmutata: ubi plura poſſent huc tranſplantari. ¶ At propoſitum oſtenditur ex loco de Machabęo, quem primo libro pro aſſertione purgatorij adduximus. Et quia liber iſte ualet contra fidelem ait Ludder in diſputatione Lipſica: & ipſe ſe exiſtimat fidelem. Ideo hic liber ualebit aduerſus eum: ait autem. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio: pro mortuis orare: ut a peccatis ſoluantur. Expende non ait: ut imperfecta charitas perficiatur, uel ut corrumpantur reliquiæ uetuſtatis peccati: uel ut timor & horror quaſi deſperationis auferantur. Sed ut a peccatis ſoluantur, & ut libro primo adnotauimus, peccatum illud fuerat mortale: tamẽ præſumebantur pœnituiſſe: ideo Iudas fecit pro eis orari, ut ſoluerentur a pœna pro huiuſmodi peccato mortali debita. Sic eccleſia pro omnibus animabus defunctis, in purgatorio exiſtentibus orat. Fidelium deus omnium conditor & redemptor, animabus fidelium defunctorum: remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Vide ſanctam matrem eccleſiam, quæ nouit, quibus opus habeant dilecti filij, orare pro remiſſione peccatorum, & pro indulgentia. Non pro his, quæ Ludder comminiſcitur. ¶ Tertio quia libro primo probauimus Apoſtolum uelle ad Corinth. ſaluandum per ignem, qui ſuperædificauit ligna, fœnum & ſtipulam: Eſt ergo manifeſtum purgari in igne cremabilia, ſed talia ſunt opera quæ hic ſuperædificauit, ut latiſſime deduximus ubi ſupra. Similiter Theodorus Canthuarieñ. talem canonem poſuit in ſuo pœnitentionali. Ab infirmis in periculis mortis poſitis pura eſt requirenda confeſſio peccatorum: & non illic imponenda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda: & cum amicorum orationibus & eleemoſynarum ſtudijs pondus pœnitentiæ ſubleuandum: ſi forte migrauerit, pondera innoteſcenda ille ergo non mentitur, qui ei pœnam inſinuat: pondera ſi migrauerit, pondus pœnitentiæ eſt ſubleuandum: præſupponit itaq; eum portare alibi pondus pœnitentiæ in purgatorio, quod amicorum orationibus ſit ſubleuandũ. ¶ Teſtatur B. Auguſtinus ſatis paſſionem in purgatorio pro peccatis præteritis libro de uera & falſa pœnitentia, ubi teſtatur ſero pœnitentem uiuere & non mori: non tamen euadere omnem pœnam, ſed prius igne purgationis purgandum. Vnde hortationem ſubiungit. Studeat ergo quilibet ſic delicta corrigere, ut poſt mortem non oporteat talem pœnam tolerare: Idem S. Auguſtinus inquit quæſtione prima, de octo dulcicij queſt. Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatoriũ: quanto magis minuſue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius, uel citius ſaluari: non tamen tales, de quibus dictum eſt, quod regnum dei non poſſidebunt, niſi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Vide ignem purgatorium propter duo poni ſcilicet propter uenialia & propter mortalia conuenienter pœnitentibus remiſſa: & pondera, quia in

2.Mach.12 — *Eccleſia* — *1.Corinth.3* — *Theodorus* — *Augu.* — *Augu.*

Cyrillus criminibus non purgantur a culpa,quia iam remiſſa eſt : conſequens eſt pœnam purgari. ¶ Roborat hoc B. Cyrilli.Hieroſolymitani epiſtola, ubi inter alia de purgandis meminit dicens.Nam poſt expletam pœnitentiam,inde exempti,gau dijs beatiſſimis perfruuntur:non ergo expectant reliquias peccati deleri,aut cha- ritatem perfici,aut timorem deponi:ſed ſatisfactionem expleri. Et hoc tota tenet & obſeruat eccleſia, quod Machabęus in ſynagoga incepit. Ideo ueritas illa ca- tholica amplectenda eſt & tenenda contrarijs erroribus reiectis & diſpulſis. Pro inde ergo hunc articulum Ludderi damnauit almum Parrhiſinum ſtudium,cu- ius iudicium ſuper quatuor propoſitionibus Ludderi ſubſcribamus.

Ludder Imperfecta ſanitas ſeu charitas morituri neceſſario ſecum fert magnum timorem: tantoq; ma iorem,quanto minor fuerit ipſa.

Pœna purgatorij eſt pauor & horror damnationis & inferni.

Iudicium Vtraq; harum propoſitionum eſt falſa,eſt temerarie, & ſine ratione poſita.

Probabile eſt aïas purgatorij pręconfuſione neſcire, quo ſtatu ſint:damnatę an ſal uatę.Immo ſibi uidentur iam ire in damnationem,& deſcendere in lacum.

Ludder Animæ in purgatorio nihil aliud ſentiunt, quam incipere ſuam damnationem, niſi quod ſentiunt nondum clauſam poſt ſe portam inferi.

Iudicium Vtraq; harum propoſitionum eſt falſa: piarum aurium offenſiua,uoluntarie & ir rationabiliter poſita, & ſtatui animarum purgatorij iniurioſa.

Nos ergo cum ſancta matre eccleſia ac ſanctis patribus fatemur animas in purga torio pro peccatis hic tranſactis ſatiſpati, ſine tali perturbatione animi : ſed deum diligentes expectant terminum ſuæ purgationis: Quem D. O. M. dignetur eis abbreuiare & cito poſt mortem. Luddero,Melanchthone, Zuuinglio, Vrbano Rieger,& alijs horrore afflictatis.

Soli deo gloria.

DE PVRGATORIO IOHANNIS Eckij contra Ludderum. Lib. IIII.

Animas in purgatorio non mereri,probat̃ ex uerbis Chriſti. Cap. I.

QVANTAM Ludderus tyrannidem in purgatorium exercue rit:arbitror priori libro ſatis ſuperq; explanatū,ut tamen uidea- tur immanem mitigare ſęuitiam,nouum adfert pudendū erro- rem : & uelut purgandarum animarum iudex conſtitutus, eis terminum merendi,augendæq; charitatis in futurum prorogat ſeculum:impudenter & ſuperbe clamans.Nec probatum uide tur ullis aut rationibus aut ſcripturis:quod ſint extra ſtatum meriti ſeu augendæ charitatis:& hoc eſſe robuſtiſſimum(magna iactat arrogantia) aduerſus oppoſi- tam opinionem argumentum:quod uidelicet ſine authoritate doceat : ſed fac do-
Iud. 9 mine deus,ut contemptor exercitus dei Iſrael,proprio pugione ad ceruicem per
Prouer. 11 cuſſus:uelut Holofernes a Iudith,intereat:quod ubi fuerit ſuperbia, ibi ſequat̃ & contumelia. ¶ Aggrediamur ergo hoſtem clangentibus ſacræ ſcripturæ buc
Ioſue 6 cinis,& tubis ſanctorũ patrum intonantibus,ut muri Hiericho cadant:& diſſipen tur cogitationes maligni.Et oſtendamus in hac uita præſenti duntaxat merita cō- parari augendæ charitatis.Si uero charitas auget̃ ſicut utiq; fit in futuro ſeculo ſi- cut Apoſtolus ait.Charitas auctior permanebit: hoc fit in proportione ad gratiā
Zach. 9 & merita præſentis ſeculi ſicut ait Zacharias. Adæquabit gratiam gratiæ,grati- am gloriæ,faciet reſpondere gratiæ præſentis uitæ,alioquin ſanctus Iohan.Bapti- ſta,quo

ſta,quo non ſurrexit maior inter natos mulierum: cum minimus in regno cœloꝝ
maior eſſet eo teſtimonio Chriſti,quomodo multos angelos aut omnes in cœleſti Math. 11
gloria anteiret niſi quia in tranſitu charitas auctior permanſit: ut iam maior eſſet Luc. 7
pluribus angelis in regno cœlorum. At in hoc ſenſu non controuertimus augeri
charitatem;ſed ſcopus contentionis eſt:animæ in purgatorio quia deponunt timo
rem & horrorem,& incipiunt amare pœnas,per hoc mereatur corũ charitas per-
fici & infirmitas ſpiritus ſanari: educamus ergo inſtructum, contra hoſtem filio-
rum Iſrael exercitum. ¶ Et primo prodeat ueritas Chriſtus, qui ſuper ho-
mine cæco a natiuitate interrogatus a diſcipulis. Rabi quis peccauit? hic aut pa- Iohan. 9
rentes eius,ut cæcus naſceretur.Reſpondit Ieſus: neq; hic peccauit, neq; parentes
eius:ſed ut manifeſtentur opera dei in illo.Me oportet operari opera eius,qui me
miſit, donec dies eſt,uenit nox: quando nemo poteſt operari, quam diu ſum in
mundo:lux ſum mundi. Hic unus locus apertiſſimus deberet Ludderũ auertere
a ſua erronea & hæretica ſentencia: ſed cæcus eſt a natiuitate,ab ipſis principijs fi-
dei noſtræ egrotat.Sed non accipiet uiſum rectę intelligentiæ,niſi dominus expu
at lutum humilitatis ex ſputo, & liniat oculos ſuperbæ & contumacis mentis ſuæ. In Ludderum.
Habemus authorem Chriſtum oſtendentem nobis diem,qua operari poſſumus,
Hæc eſt præſentis mundi uita: propterea ait, quamdiu ſum in mundo, lux ſum
mundi;ergo luculentiſſime docuit dominus, tempus operis noſtri diem ſcilicet
præſentem uitam. Nam ita a ſole operarij incipiunt laborem, iuxta illud Dauid.
Ortus eſt ſol,& congregati ſunt: in cubilibus ſuis congregati ſunt, exibit homo Pſal. 103
ad opus ſuum, & operationem ſuam uſq; ad ueſperam: ſed quando uenit nox
mortis & futuri ſeculi tunc nemo poteſt operari. Non dixit ego,ſed nemo, ut nul
lus in nocte meritum ſibi ſperet comparare poſt ueſperam in nocte mortis,ut cla-
re explicat Iohannes Chryſoſto.Laborare enim omnes debemus in hac uita me- Chryſoſt.
rendo ſed poſt mortem ad bonos dicetur. Ammodo requieſcant a laboribus ſu-
is;unde in illa die laborare debemus: ut in alia uita habeamus manducare, & bea- Apoc.
tus qui labores manuum ſuarum manducat;beatus eſt & bene ei erit. Cum ergo Pſal. 127
ſupremus iudex hic nobis terminum merendi præſtituat: qua uel inſolentia uel
temeritate audet Ludderus homuncio,hunc ad noctem prorogare: uerba Chry- Chryſoſt.
ſoſtomi adnotare placuit. Venit nox, id eſt futurum tempus,quando nemo pote-
rit operari,& infra.Qui in hac uita tantum habent credendi poteſtatem: & nuſq̃
alibi poſſunt proficere: attende o ſyncere lector,quã in uniuerſum neget Chryſo.
alibi profectum. Conſentit S. Auguſtinus. Operetur ergo homo dum uiuit: ne Auguſt.
illa nocte præueniatur, ubi nemo poſſit operari: modo eſt ut operetur fides per
dilectionem,& ſi modo operamur,hic eſt dies: hic eſt Chriſtus: fac ergo cum ui-
uis,quod facturus es:non credas Luddero, qui etiam cum mortuis quid agendũ
exiſtimat;ideo ſapiens ait.Quicquid poteſt manus tua inſtanter operare:quia nec
opus,nec ratio,nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos,quo tu properas: &
in hunc finem citatur illud ſapientis,a diuo Iohanne Capiſtrano: quod non poſſi Capiſtranus
mus mereri quidpiam poſt mortem.

Animas in purgatorio non mereri, ex ſancto Paulo & Eccleſia probari. Capit. II.

ET quia aduerſarius pro ſua temeritate aſſerit ſe habere Paulum pro ſuo
fundamento,nouæ Cynicę Theologiæ:ita ſe iactitat aduerſus Prieratẽ:
oſtendamus quoq; hanc fuiſſe Pauli ſentenciam. Is autem manifeſtiſſi-
me præcidit tempus merendi a futuro ſeculo ad Galathas ſcribens. Opus aũt ſu- Gal. 6
um probet unuſquiſq;: & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non altero:
unuſquiſq; enim onus ſuum portabit; communicet autem is, qui cathecisatur uer

bo,ei qui ſe cathecizat in omnibus bonis:nolite errare deus non irridetur, quæ e-
nim ſeminauerit homo,hæc & metet:& quoniam qui ſeminat in carne ſua,de car
ne & metet corruptionem qui autem in ſpiritu ſeminat: de ſpiritu metet uitam
æternam:bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus
non deficientes. Ergo cum tempus habemus operemur bonum ad omnes,maxi
me autem ad domeſticos fidei, & Corinthijs ſcribit: qui parce ſeminat: parce &
metet,& qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet. Expenda
mus diui Apoſtoli uerba tam clara,tam aperta, ut neq; Heſperus, neq; Orion his
ſint lucidiores. Vnuſquiſq; opus ſuum portabit,intellige in iudicio: licet in hac ui-
ta mortali,eodẽ doctore,alter alterius onera portare debeat, alterum in orationi-
bus & conſilijs adiuuando: ut B. Hieronymus ait, ſed aliud erit in morte hominis:
cum ante tribunal Chriſti uenerimus, non Iob,non Noe, non Daniel rogare pote
rit pro quoquam: docet poſtea deberi magiſtris fidei,ſumptus uiæ & uitæ neceſ-
ſaria: & ſeminantem in agro ſpiritus,uitæ æternæ fructibus redundare:at mala ſe
minantem in carne, corruptionis ſegetem excipere, & poſt iſta omnia,cum ex
hortatione proſequitur & admonet Apoſtolus. Ergo dum tempus habemus,
operemur bonum ad omnes. Et quod tempus eſt illud, niſi præſentis uitæ, ante
mortem: dum in uia hic peregrinamur. Non imitantes Ludderi conſilium & dif
ferentes in purgatorium, ut perficiamur & mereamur auctiorem illic gratiam.
Contradicit ſi- Nullus hominum eſt qui hoc neget,niſi obſtinatiſſimus Ludderus: nec negat ta
bi Ludderus men:ita perpetuo nobis duos proponit Ludderos: unũ qui affirmet, alterum qui
neget. Nam in commentarijs ſuis (erroribus & hæreſibus plenis) ſuper eadem epi
Hiero. ſtola ad Galathas ſic lego. Monet (loquitur de Hieronymo) idem quod Apoſto
lus dicit,dum tempus habemus,uitam pręſentem eſſe tempus ſemẽtis: ſic & Chry
Chryſoſt. ſoſto. dicit: Operemini dum dies eſt,uenit nox quando nemo operari poterit. Vi-
de patentiſſimum ſenſum uerborum: nõ potuit diſſimulare: quamuis poſtea ima
niter incipiat torquere. ¶ Et nos ueram & catholicam aſſequi ſentenciam Apo
Ambroſius ſtoli,ex beato Ambroſio roboratur,qui hic ait. Tempus idcirco nobis conceditur
Gloſſ. uitæ, ut iam iuſte uerſemur. Et gloſſa interlinearis exponit, dum tempus habe-
mus ſcilicet in hac uita: quomodo ergo,tempus ſeminandi & operandi prorogat
Hiero. propria authoritate poſt hanc uitam: Addamus B. Hieronymi luculentiſſimum te
ſtimonium,qui eodem loco ſic inquit. Tempus ſementis ut diximus, tempus eſt
præſens,& uita qua currimus,in hac licet nobis quod uolumus ſeminare. Cum
iſta uita tranſierit, operandi tempus aufertur: Vnde & ſaluator ait. Operamini
dum dies eſt,ueniet nox quando iam nullus poterit operari. Ortus eſt nobis dei
ſermo,ſol uerus:& congregatæ ſunt beſtiæ,recedentes in cubilia ſua,procedamus
ut homines ad opus noſtrum: & uſq; ad ueſperam laboremus, repetijt gloſſa or-
dinaria. Tantus eccleſiæ doctor,terminum operandi hic nobis præſtituit, & con
In Ludderum tra tantum Heroem. Immo contra Chriſtum: contra Paulum, Ludder uult nos
etiam in noctæ mortis,in purgatorio operari. Valeat Ludder cum hæreſibus: ut
ualere meretur. Vnum adhuc Hieronymi uerbum eodem loco addamus, ſuper
illo loco. Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit. Obſcure licet (inquit) docemur
per hanc ſentenciolam,nouum dogma quo latitat dum in pręſenti ſæculo ſumus,
ſiue orationibus,ſiue conſilijs,inuicem nos poſſe coadiuuare: cum autem ante tri-
bunal Chriſti uenerimus,nõ Iob,non Dauid, nec Noe rogare poſſe pro quoquã:
ſed unumquemq; portare onus ſuum: renarrat Gratianus 13. quæſt. 2. & ueram
addit uerborum intelligentiam: ne contra purgatorium pugnent.
¶ Adiungamus ſancto Paulo ſocium: ut in ore duorum ſtet omne teſtimoniũ.
Iob 19. legitur. Semitam meam circumſepſit: & tranſire non poſſum, circumſe-
pta eſt ſemita meritorum noſtrorum per terminum mortis, quem tranſire non

poſſumus

poſſumus merendo, Sed forte ut mordax eſt aduerſarius, cauſabitur me torquere literam, reiecto illo teſte ſubſtituam alium, qui clare teſtabitur intentum noſtrum. Concionator inquit. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem: in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Quod eſt lignum, niſi homo, ut glo. ibidem explicat, & Ezechiel nos docet omne lignum paradiſi dei: non eſt aſſimilatum pulchritudini eius loquitur de creatura rationali comparata ad Luciferum, Sed per caſum intelligit mortem hominis. Et per Aquilonem & Auſtrum nō intelligun tur loca, ſedes animarum: ſed per Auſtrū bonum: & per Aquilonem malum intelligitur. Vt ſic uoluerit ſapiens dicere, qualis inuenietur homo in morte: talis iudicabitur, ſi fuerit in gratia dei in Auſtro. In ea firmabitur & perpetuo in ea perſeuerabit: ſi fuerit extra gratiam dei, ſic perpetuo obdurabitur. Si ceciderit ad Auſtrum inueniet merita. Si ad Aquilonē reperiet demerita: & ſic cum illis perſeuerabit. Eſt ergo intentio ſapientis: ſecundum gloſſ. ordinariam locum quem tibi hic præparaueris, habebis, pondera hic, non in purgatorio: ubi ſi plura operaris merita, ampliorem reciperes gloriam: quia in domo patris mei ait d. Ieſus, manſiones multæ ſunt, ſcilicet ſecundum ueritatem & gradus meritorū ſunt diuerſa premia, ait gloſſ. interlinearis: Alludit & ſentencia & uerbis Iohannes Damaſcenus lib. 2. ſuæ Theologiæ cum inquit, Scire autem oportet, quod hominibus mors: hoc angelis eſt lapſus: poſt lapſum enim non eſt illis pœnitentiæ locus, ut neq; poſt mortem hominibus: nihil clarius dicere potuit Damaſc. quam hominis mortem aſſimilare caſui dæmonis qui quia poſt caſum damnatus eſt: angelis bonis confirmatis, non amplius in ſtatu ſunt: quicquam merendi.

Eccle. 11 · *Ezech. 31* · *Gloſ. ord.* · *Iohan. 11* · *Damaſc.*

Ludderum perperam diluere locum eccleſiaſtis, & male hæreticis anſam præbere. Cap. III.

ERroris magiſter diuerticula quærit quomodo poſſit utcunq; ueritati illudere, & in inuolutionibus de uirtute indulgentiarum concluſ. 18. inquit. Quid autem dicent ad illud Eccleſiaſtis: lignum ubicunq; ceciderit, ſiue ad Aquilonem, ſiue ad Auſtrū ibi erit: Si quidem per caſum intelligunt mortem: ſi ergo per Aquilonem infernum, per Auſtrum cœlum: quo cadent qui intrant purgatorium? Ad Auſtrum dicent, ſed æquiuoce: ſed quid dicent? Ibi erit? Ibi manebit? Ergo nunquam exibunt purgatorium: At hic quoq; æquiuocatur manſio ſcilicet temporalis & æterna. Claret itaq; quod hæc authoritas recte facit contra purgatoriū: quin etiā per æquiuocationem ſui, facit ex purgatorio infernū. In reſponſione ad annotatiōes meas primas: quia & hoc ipſum annotauerā: inquit. Ne cum Pighardis Boemis illa Eccleſiaſtis authoritas cogeret ad negandum purgatorium fingis eſſe caſum ligni, ut nec mereatur: nec demereatur. Et infra. Si illa authoritas Eccleſiaſtis non tollit purgatorium, quod uehementer impugnat quāto minus tollit: ne ſit augmentum boni uel mali in purgatorio: poteſt fieri: ut ubi ceciderint, ibi ſint, ita ut non peccent amplius mortaliter: uel alio modo nobis fiat ignoto ¶ Ad Damaſ. etiam ibi reſpondet: Spero quod non de omni hominum morte loquatur: cum multi ſint mortui, & denuo reuocati, ubi illorum animæ? ubi fuerunt? Ceciderunt: ſed non ſicut Angeli. Nec manſerunt, ubi ergo ceciderunt? Quis ergo ſcit: an ita cum animabus in purgatorio agatur. ¶ Somnia iſta inania excutiamus: quia temeritatis doctor, hic ferme tot errata effutit, quot uerba. Primo enim falſum imponit communi Scholæ Theologiæ, quod per Auſtrum cœlum: per Aquilonem infernum intelligat, licet a caſu ſuo, homo finaliter eo perueniat: nam iā 20. annis in doctoribus ſcholaſticis (ita ipſe appellat eos) uerſatus ſum: nihil me huiuſmodi in eis legiſſe memini: at fingit aduerſarius huiuſmodi, quæ oppugnare poſſit: ueluti pueri ludicra exercent ſtratagemata, luteas expugnaturi

Verba Ludde. · *Euaſio Ludde.* · *Alia euaſio* · *Euacuatur*

In Ludderum. domos. Et hæc magna eſt malicia turpiſſima impugnandi libido, huiuſmodi ſin-
gere & excogitare de aduerſario, ut caninum dentem in eum exerceas. Quod ſi
expoſitionem communem ſequatur, non patietur has Ludderanas anguſtias. Cũ
non ſit dare medium, inter decedentem in gratia, & decedentem extra gratiam:
inter decedentem bonum & malum. Et ſicut in ſtatu gratiæ decedit, ita perſeue-
rabit, etiam ſi ad tempus differatur in purgatorio: adhuc ſemper eſt in Auſtro, in
gratia dei. Vnde non opus eſt fingere & falſo impingere communi ſcholæ, quod
æquiuocent Auſtrum & manſionem. Nam una & eadem ratione iuſtus poſt
mortem dicitur eſſe in Auſtro, ſiue ſit in purgatorio, ſiue in lymbo, ſiue in cœlo:
Hæretici gau- quia habet gratiam dei finaliter. ¶ At monſtrum hoc letale, quis non horreat:
dent de Ludde. quod ſtulta temeritate effutiuit: clarere hanc authoritatem recte facere cõtra pur
gatoriũ: quomodo hic ridet Ruthenus, Geſtit Pighardus, exultat Græcus: quos
cachinnos edit omnis ſchyſmaticorum turba, cum audit, clarũ eſſe, hanc authori-
Lucifer ridet tatem recte pugnare contra purgatorium: immo princeps tenebrarum: ligatis ca
thenis efuſiſſime ridet: cum audit Ludderum Paulinum Theologum & Cynicũ,
per æquiuocationem huius authoritatis facere ex purgatorio infernum: ut ſic am
pliſſimis finibus dilatata ſit poteſtas tenebrarum. At habeant ſua commenta hæ-
retici, nos cum ſancta eccleſia dei fatemur: purgatorium eſſe: & hunc eccleſiaſtis
locum neq; probare, neq; improbare purgatorium: ſed hoc oſtendere quod, mor
tis hora aſpicienda ſit: quia cum quibus meritis & gratia dei, repertus fuerit, ſic
perſeuerabit. Si autem uacuus gratia dei inuentus fuerit: & ſic quoq; permane-
bit: pugnat tamen contra Ludderum, qui poſt caſum ligni, noua ponit merita &
demerita: quod huic authoritati repugnat. ¶ Scandaloſe igitur hæret in ſecun
da ſolutione, ſub conditione ponendo. Si illa authoritate Eccleſiaſtis non tollitur
purgatorium, ſed falſius infert: quod etiam non tollat augmentum boni. Hoc bo-
ne uir quis dixit, quod tollat augmentum, cum gloria ipſa, & gratia aucta: ſed tol-
litur augmentum gratiæ ex nouis meritis proueniens: quemadmodum nouiter
In Ludderum docere præſumis: & ad hoc nihil reſpondes. Porro quod das tandem manus &
fateris Eccleſiaſten loqui de caſu hominis in morte, ubi ceciderit: ibi erit, ſic quod
S. Thomas amplius non peccat mortaliter. Ohe etiam Ludder contra legem ſuam uariat &
Ludder. diſtinguit ſacras literas, ex proprio capite ſuo. Qui non uult audire ſanctum Tho-
mam: ſine ſcripturis, ſine patribus: ſine eccleſia; ſine ratione loquentem (quamuis
doctori ſancto falſum imponat) quomodo ſperas Luddere, ut tibi credamus ho-
mini nouicio, nulla uitæ ſanctimonia conſpicuo. Immo nec micam ſanctæ uitæ o-
ſtendenti hæreſibus & erroribus pleno, ſine omni motiuo loquenti. Si uiro mori-
bus ſancto, doctrina tam erudito, authoritate tam recepto, credere non debemus:
S. Thomas tene ergo tibi tua figmenta & creaturas tuas: quamuis & tibi non parum repug-
nent, quod concluſione 16. deſperationem ponis in animabus purgandis: deſpera
Cõtradicit ſibi tio non poteſt eſſe niſi peccatum mortale: etiam grauiſſimum: quare ergo tibi reſi
Ludder ſtis, te expugnas, cum ceciderit in morte, amplius non peccat mortaliter: & tamen
ponis quod deſperent: peccant ergo mortaliter, & non peccant. Nunc uide quid
In Ludderum. aliud iudicare debemus: niſi quod nobis profers cogitationes cordis tui, non Chri
ſti, & ita in ſomnia, in fabulas: in commenta hominum: ueritatem fidei trahere co-
naris. ¶ Adde ſi etiam non reſiſteret tibi expoſitio tua: adhuc non eſſet commo
Pſal. 73 de allata quod damnatis forte non competeret, quorum ſuperbia aſcendit ſem-
per. Si eam adeptus es doctrinam, quod ſemper peccent, quia ſuperbia præcipu
Cõtradic. Lud. um uicium eſt ex ſeptem peccatis mortalibus. Non tamen ſemper demereri. Se-
quitur primo male te negaſſe, ubi ceciderint: eos non amplius peccare mortali-
ter. Secundo ſi ponis, quod mali amplius non poſſint demereri. Ita affirmas in
Aquilone: cur quæſo non hoc idem ſtatuis in Auſtro ut non poſſint amplius me

reri;

reri: aut qua fronte, aut qua authoritate, uis utriuſq; caſum diſſecare: cum ſcriptu-
ra non uariet illos caſus: ſed ſimpliciter enunciet. Ibi erit. Quæ te agitat erynnis,
ut hanc ex ſingularitate capitis tui inducas uarietatem: contra ſcripturas, contra
eccleſiam, contra ſanctos patres. ¶ Sed iam te ridendum etiam pueris exhibes
Luddere, quod adiungis: uel alio modo ignoto: Scimus aliqua eſſe ſupra captum
humanum: uelut propheta inquit. Generationem eius quis enarrabit, myſterium
incarnationis & ſimilia: quæ fide nobis proponuntur credenda: quorum tamen *Eſa. 9*
modum ignoramus. At aliquid affirmare ſacræ ſcripturæ incognitum: & dum
poſſibilitas eius inquiritur: modus ignoratur, quid aliud præſumi poteſt, uel co-
gitari niſi quod ex errore, ex inſcitia, & ſuperbia ortum ſit & natum.

Ludderũ perperam reſpondere ad Damaſcenum & Hieronymũ catholicæ ueritati concordare. Cap. IIII.

SIcut incocte & diſſute reſpondit ad Eccleſiaſten, ita pari inſcitia aſſumit
Damaſcenum, & magno autumat delyrio: Damaſ. non de omnibus lo- *Damaſ.*
qui in morte cadentibus: quia non de reſuſcitatis loquatur. Sit ita ut aſſu-
mis: non de reſuſcitatis intelligi Damaſceni regulam, quia hoc eſt ſpeciale: quod
aliqui reſuſcitantur. Ergo das & concedis dictum Damaſceni eſſe uerum ſecun-
dum legem communem, quia iura adaptari debent ad ea quæ communiter eue-
niunt. Hoc fac & uiues, & nihil admiſce de ſomnijs tuis, & patere, quod ſecundũ
legem communem hoc ſit in hominibus mors, quod in angelis lapſus. Itaq; de le-
ge communi non poterunt mereri poſt mortem: ſicut nec dæmones poſt lapſum.
Vnde etiam fruſtra excluſit reſuſcitatos a mortuis, qui quomodo remaneant uia- *Chriſopaſſus*
tores in libro noſtro, Chryſopaſſo prædeſtinationis prætitulato: aperuimus. Nam *EcKij*
quis eſt tam inſenſatus, etiam Aiacis mania correptus, qui neſciat ſpecialia priui-
legia non eſſe trahenda in conſequentiam. Et generaliter per ſanctos patres pro-
nunciata: non pręiudicant occultis dei iudicijs. Nam ſicut dici ſolet: Deum nõ alli-
gaſſe potentiam ſuam ſacramentis. Ita nec alligauit uniuerſalibus conſtitutioni-
bus. Igitur hoc caſu ſpeciali non euadit Ludder, quin lex communis adhuc ſuum
ſortiatur effectum. ¶ At mirandum eſt quod mihi in diſputatione Lipſica: no-
na die Iulij, hanc dedit ſolutionem. Oportet Damaſcenum intelligi de duabus ul-
timis manſionibus damnationis & beatitudinis, & nõ de purgatorio: quamuis ego
non adduxerim pro purgatorio: ſed ad illum Scopum, quod animæ poſt mortẽ
amplius non mereantur. At mirandum dixi, quomodo potuerit dare iſtam ſolu-
tionem, cum prius in inuolutionibus ſuis, ut audiuimus, imponat communi ſcho-
læ: ut per Auſtrum, cœlum, per Aquilonem infernus intelligatur, & improbet:
quia oporteat dare poſtea an purgatorium pertineat ad Auſtrum uel ad beatitu-
dinem. Attende candide lector, quomodo hic homo minime conſtet ſibi, quam
uacillet & continuo ſit ſibijpſi contrarius: ideo doctrina ſua deſolabitur. Hoc totũ
eſt, quia ædificat ſuper arenam, ſuper cogitationes cordis ſui: quas credit fore
inenarrabiles & eas pręfert, eccleſiæ, conſilijs, patribus & omnium uniuerſitatum
doctoribus. Oportet ſe humiliare in ſacrarum literarum lectione quia deus ſu- *Humilitas le-*
perbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. Nam ſacræ litere non melius di- *gat ſacras lite.*
ſcuntur, quam ſpiritu ſancto doctore: qui non inhabitat faſtuoſa corda: probet au-
tem ſe ædificare ſupra petram, quando deprendit ſentenciam ſuam eſſe confor-
mem ſanctis patribus & eccleſiæ.

¶ Igitur noſtram ſentenciam eſſe ueritati catholicæ conſonam authoritate B.
Hieronymi poſtremo concludamus: qui ſuper Eccleſiaſtem ita inquit. Serua
mandata, quæ tibi ſuperius ſunt præcepta: ut nubes ſuper te effundant ymbrem

ſuum. Vbicūq; enim locum tibi præparaueris,futuramq; ſedem, ſiue ad Auſtrū, ſiue ad Boream:ibi cum mortuus fueris,permanebis:& infra. Mortis tempeſtate ſubuerſus,ubicunq; cecideris,ibi iugiter permanebis: Siue terigidum & trucem, ſiue clementem & miſericordem te,ultimum inuenerit tempus,& infra. Quantū ego exiſtimo,ſemper in bonam partem accipitur Auſter:unde & in Cantico canticorum dicit. Exurge Aquilo,hoc eſt recede &abi:&ueni Auſter. Lignum igit quod in hac uita corruerit,& conditione mortalitatis fuerit inciſum,aut peccauit ante dum ſtetit, & in Boreæ parte poſtea ponitur, aut ſi dignos Auſtro fructus attulit:in plaga iacebit Auſtrali. Nec eſt aliquod lignum, quod aut ad Aquilonē non ſit,aut ad Auſtrum. Habes iam peccatum finale & gratiam finalem,diuidere Boream & Auſtrum:ſic illa authoritas purgatorio non repugnat, & tamen finem meriti & demeriti in morte hominis clare exprimit.

Can. 4

Ex Apoſtolo,Eccleſiaſtico,& alijs probari,neminem mereri,niſi in hac uita. Cap. V.

AD principale igitur propoſitum reuertētes, adhuc robuſtioribus confirmemus exemplis. Animas in purgatorio eſſe extra ſtatum merendi,pro quo illud ualidiſſimum iudico,quia meritis debentur premia & demeritis pœnæ:at tota ſcriptura:& ſanctorum patrum ſententiæ, ſolum teſtantur præmiari opera quæ in corpore fiunt. Itaq; hoīes non niſi in corporibus merentur in hac uita: Itaq; in purgatorio nihil merebuntur, ſed ſatiſpatientur. At quod ſolum præmientur bona opera in hac uita:liquet ex Apoſtolo dicēte. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut referat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malum, ſcientes ergo timorem domini ſuademus. Intelligimus hic,quia in extremo iudicio liberaliſſimus &iuſtiſſimus iudex omnium bonorum retributor,bonos præmijs, malos ſupplicijs afficiet: nam immenſa ſua bonitas & infinita largitas non permittit aliquod bonum irremuneratum. Tamen S. Paulus arcanorum conſcius: in tertium cœlum raptus, unumquemq; recepturum bona corporis: ſecundū quod in corpore geſſit: cur merita extra corpus:tantus Apoſtolus. Si qua eſſent,magna taciturnitate,præterijt:nam ſi animæ in purgatorio merentur,tunc recepturi ſunt ante tribunal ſaluatoris ſecundum ea quæ etiam extra corpus geſſerunt. Attende lector iucundiſſimæ, quomodo hic Paulinus Theologus a Paulo diſſentiat. Paulus dicit. Vnumquēq; recipere propria corporis prout geſſit,Ludderus contradicit recipere etiam propria animæ, quæ extra corpus geſſit. Vnde non ualeret cauillus Ludderi in reſponſione ad primas annotationes meas: quia hic Apoſtolus non loquatur de purgatorio, ſed de iudicio nouiſſimo. Hocinquam uerum eſt, quod loquitur de iudicio in quo remunerat deus omnia merita bonorum & quia non meminit meritorum purgatorij:recte infertur,ea eſſe nulla. ¶ Et quod iſta intelligentia ſit catholica,quam dedimus:patet ex ſancto Hieronymo, qui noſtram confirmat: Ludderanam uero improbat &damnat. Verba ſua ſunt iſta. Iam modo tales eſſe actu conemur,quales futuri ſumus in regno,natura incorruptibili ſine dubio & perfecti. Hoc dicit quamdiu peregrinamur a domino,in mundo poſiti,conuerſione bona id agamus: ut ei in futuro placere poſſimus. Nō ut quidam putant:quia poſtea quā exceſſerimus in corpore,ibi aliquid operantes, deum promereamur. Audis Ludder ſenten ciam tuam,ante mille & centum annos ab illuſtri & grauiſſimo Theologo fore damnatam,quam tu ab inferis reuocare ſtudes. Melius faceres iuxta apoſtolicum mandatum:ſi timorem domini ſuaderes hominibus: ut hic bona opera facere non pigritarentur quod faciunt ſi in merita purgatorij ſperant; omnes fierent deſides & accidioſi:ſi tuam damnatam ſequerentur ſentenciam.

2. Corinth. 5

Diſcordia Ludder à S. Paulo.

Hiero.

In Ludderum

¶ Sentit

¶ Sentit catholicæ ad Paulinam intelligentiam Gloſſ. ordinaria, fruſtra homo *Gloſſa ordina.*
poſt hoc corpus ſibi promittit, quod hic in corpore comparare neglexit: & ſtatim
citat Auguſtinum: quia nullus meretur, niſi dum in corpore eſt: ſenſus autem apo *Auguſt.*
ſtolicus eſt multo apertior & propenſior, ſiuti eſt Gręce: ita latine reddatur nam
ſic habet Græce, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθὸν
εἴτε κακόν, quæ Eraſmus Roterodamus (qui eſt receptus apud Ludderum au-
thor potiſſimum in re Græcanica: & uel parum guſtans Græcitatis, intelligit eſſe
ueram tranſlationem) ſic retulit ut reportet unuſquiſq;, ea quæ fiunt per corpus,
iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum. Annotat tamen eo loco noſtrum in-
terpretem legiſſe ἴδια τοῦ σώματος, hoc eſt propria corporis. Tamen ſi per corpus
legitur, adhuc ſentitur quaſi expreſſior ſenſus: quod ea recipiet duntaxat, quæ *Ambroſius*
per corpus geſſit, non per ignem purgatorij. ¶ Aſtipulatur huic intelligentiæ
S. Ambroſius ſuper eo loco: quod unuſquiſq; noſtrum facta corporis recipiet.
Non utiq; ſine corpore adiudicabitur bono uel malo. Et non dixit, Facta carnis,
ſed facta corporis: quod aliquando ſpiritaliter, aliquando carnaliter operatur.

¶ Ex pluribus locis ſacræ ſcripturæ fulcitur & fortificatur ratio noſtra ad demoli-
endam hæreticam aduerſarij ſentenciam: & primo in præſidium locemus Hiere-
miam. Et reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum factum manuũ ſua- *Hiere. 25*
rum: ſed lubricus eſt aduerſarius, facile elabitur: dicet hæc pertinere ad populum
Iuda & reges Babylonis, poſſem oſtendere: pertinere ad omnes mortales. Acce-
dat autem ſapiens Ieſus filius Sirach in eccleſiaſtico. Omnis miſericordia faciet lo- *Eccle.*
cum unicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum: & ſecundum intellectum
peregrinationis ipſius. Conformiter prædictis dixit dominus & ſaluator noſter
apud Mathæum. Filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſu- *Mat. 16*
is: & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius: Sic S. Iohannes in Apocalypſi *Apoc. 14*
opera enim eorum ſequuntur illos. Loquitur de morientibus, quos non diuitiæ:
ſed opera ſequuntur in morte: iſtos locos omnes locupletare poteſt eruditus pro-
lixiori inductione: at nos breuitati ſtudentes, ad alia feſtinamus. Vnum tamen locu
pletiſſimum & irrefragabilem locum non omittamus: ita integre probat noſtra, *Eccleſ. 14*
ut aduerſarius non poſſit eum ſine rubore legere. Is eſt eccleſiaſtici 14. ubi ſic ait.
Fili ſi habes bene fac tecum: & deo dignas offer oblationes, memor eſto: quoniam
mors non tardat, & teſtamentũ inferorũ: quia demonſtratum eſt tibi. Ante mor-
tem bene fac amico: & ſecundum uires tuas exporrigens da pauperi: non defrau-
deris a die bono, & particula diei boni non te prætereat. In diuiſione ſortis da & ac
cipe, & iuſtifica animam tuam, ante obitum tuum operare iuſticiam, quoniam nõ
eſt apud inferos reperire cibum. Quid expreſſius, quid clarius, quid ſignificanti- *In Ludderum*
us dici poterat, audes adhuc mutire Ludder, aut contra euidentiſſimum textum
aliquid cogitare: probatior eſt, quam quod obſcurare poſſis: euidentior, quam
quod in dubium reuocare poſſis: tam manifeſtus eſt uerborum ſenſus, tam per-
ſpicua intelligentia: ut etiam Grammatico ſufficeret lectori: multo magis iuriſtę
Theologo, qualem ſe iactat Ludder: Stat ergo inuicta & inſuperabilis, ueritas ca-
tholica: neminem mereri, niſi ante mortem, ante obitum: in hac præſenti uita: qua-
re erroneum in fide eſſe aſſerere animas in purgatorio mereri.

Auguſtinum apertiſſime negaſſe, animas in pur-gatorio mereri. Cap. VI.

ARbitror iam robore exercitus præmiſſi, iudicio omnium bonorum, par
tam eſſe uictoriam profligatas aduerſarij acies erepta ſpolia: ſed emitta-
mus etiam leuis armaturę milites in fugientes: hoc eſt poſt ſacrarum lite
rarum receptiſſimas authoritates, ſanctorum doctorum ſententijs in aduerſarium

Augu: contra Auguſtinianū utamur; & quia Auguſtinianus eſt aduerſarius, ſub Auguſtini uexillo, cadat, oportet. Et primo quidem audiamus eum in Enchiridio dicentem. Neq; negandū eſt animas defunctorum, pietate ſuorum uiuentium releuari: cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, uel eleemoſynæ in eccleſia fiunt: ſed eis hæc proſunt: qui cum uiuerent: ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam uiuendi modus: nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, ut ei non proſint iſta poſt mortem. Quocirca omne meritum hic comparatur, quo poſſit poſt hanc uitam releuari quiſpiam uel grauari. Nemo autem ſe ſperet, quod hic neglexit, cum obierit, apud deum promereri. Attende hic ſanctū patrem ſolicitum quomodo ſuffragia ad mortuos perueniant; quia omne meritū hic comparatur: & ſic ſupponit in purgatorio animas nihil mereri; alioquin nullam pateretur difficultatem Auguſtinus, ſed ſtatim ſe abſolueret: quod mererent animæ, ut ſuffragia eis prodeſſent. Sed quia animæ nō poſſunt mereri: ideo eo deſcendit: ut prius in hac uita meruerint, ut huiuſmodi ſuffragia eis poſſent prodeſſe: quod meritum communis Theologiæ doctores, appellant meritum conditionale. Et quod omnino neget meritum in purgatorio liquet ex eo quod inquit. Nemo ſe ſperet, quod hic neglexit, cum obierit apud deum promereri.

Auguſt. ¶ Et ut minus dubitari poſſet de ſentencia Auguſtini; eadē roborat in libro de cura pro mortuis agenda, ubi ſic inquit. Dicit Apoſtolus: omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut ferat unuſquiſq; ſecundum ea quæ per corpus geſſit, ſiue bonū, ſiue malū. Hęc quippe apoſtolica ſentencia ante mortē admonet fieri quod poſſit poſt mortē prodeſſe: non tunc qn̄ recipiēdum eſt; quod quiſq; geſſerit ante mortem. Verum hæc ita ſoluitur quæſtio: quoniam quodam uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore uiuit ut aliquid adiuuent iſta defunctos; ac per hoc ſecundū ea quæ per corpus geſſerunt eis, quæ poſt corpus, religioſe pro illis fiunt, adiuuantur: nā meritū per quod iſta proſunt, ſi nullum cōparatum eſt in hac uita; fruſtra quæritur poſt hanc uitā. Ita fit, ut neq; inaniter eccleſia, uel ſuorꝫ cura, pro defunctis, quod potuerit religionis, impendat; & ferat unuſquiſq; ſecundū ea quæ per corpus geſſit, ſiue bonum ſiue malū, reddente dn̄o unicuiq; ſecundum opera eius. Et ſemper ſibi conſtans Aug. eadē repetit de octo Dulcicij quæſt.

Diſſentio Lud. ab Auguſtino. ¶ Conſydera nunc amice lector, quantū abſit Auguſtinianus Ludder, a S. Auguſtini patris ſui ſentencia, Augu. dicit, Omne meritū hic comparari. Ludder dicit, meritū eorꝫ in purgatorio comparatur; Auguſtinus dicit, unumquenq; ferre ſecundum quod in corpore geſſit; Ludder contra quod etiam accipiet ſecundum quod extra corpus geſſit. Auguſtinus dicit: ante mortem fieri, quod poſſit prodeſſe: Ludder contra aſſerit etiam poſt mortem fieri. Auguſtinus dicit fruſtra quæri meritum poſt hanc uitam; quod Ludder tam anxie quærit etiam in purgatorio. Auguſtinus dicit animabus prodeſſe ſuffragia propter meritum conditionale: Ludder propter actuale. Auguſtinus dicit, nemo ſperet ſe poſt mortem aliquid promereri: Ludder animabus præbet fiduciam, ut etiam poſt mortem in purgatorio mereantur. Quæ omnia cum ſint diuerſiſſima, & adeo repugnantia; ut nunquam conciliari poſſint: cui maiorem fidem adhibebimus? An iſti lumini eccleſię, magno & catholico doctori, per omnem eccleſiam celebrato, æque bono ac docto: ut dubium ſit utrum utri cederet. Aut potius huic nouo malo lurido, quod panditur ab Aquilone, Luddero: corrūpente, quicquid eſt fidei, quicquid religionis, quicquid pietatis. Abſit a uiro catholico ab Auguſtini latere recedere: quin potior ſit decem milibus & amplius Ludderis.

In Ludderum

Augu. ¶ Et ne credamus S. Auguſtin. aliquando pœnituiſſe ſuæ ſentenciæ; accipiamus ſentenciolam breuem, ex libro eius de fide ad Petrum bene digeſto & examinato. Tempus inquit acquirendi uitam æternam, in iſta tantum uita deus hominibus dedit; ubi uoluit etiam

pœni-

pœnitentiam eſſe fructuoſam: pondera tantum in iſta uita; & Ludder audet addere, etiã in alia uita. Hanc ueram & catholicã ſententiam, docuerunt B. Hieron. B. Gregorius, Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, Hugo de S. Victore Saxo lib. 2. de ſacramentis parte 15. at hæc tranſeamus: ſat ſit illa deduxiſſe.

Euaſiones Ludderi eſſe uanas, & ſibi repugnantes: quare euacuantur. Cap. VII.

His apertiſſimis teſtimonijs reſpondere nititur Ludder: & omnes locos inductos uno collyrio inungere; ſed & Iob dixit, Reſponſa ueſtra repugnare ſunt oſtenſa. Ita Luddero dicere poſſum, prius ex iam allatis, euaſiones ſuas eſſe euacuatas: at educamus eas in medium; ut uideamus quam argutæ ſint, quam bellulæ. Concluſione enim 18. Inuolutionum de indulgentiarum uirtute, poſt Auguſtinum & alia ſacræ ſcripturæ loca inquit. Sed hæc omnia, æque contra totum purgatorium pugnant: quia non ponunt ſtatum medium inter mortuos damnatos & beatos: Si ergo illis nonobſtantibus, purgatorium defenditur uere etiam id defendi poteſt, quod augeatur illis gratia. Et poſtea dicit quod uerba Auguſtini non ſint extendenda ad purgatorium, ſicut & aliæ authoritates nihil de purgatorio loquantur. Et per multa illic uerba, in eo reſidet, quod non loquantur de paradiſo. Ita etiam reſpondit mihi in diſputatione Lipſica 8. Iulij, quod omnes illæ authoritates non facerent ad propoſitum. Et ita ſæpe ſequentibus diebus recurrebat huc, quod ſcriptura & ſancti doctores reſpexerint tantum ad futurã uitam & non ad purgatorium. ¶ Sed age huc confer pedem Therſites ignauiſſime, qui ſi unquam indoctum te prodidiſti; certe te omnium indoctiſſimũ hoc loco oſtendiſti: faciam periculum rei, quamuis nondum enodauerit contrarietates ſanctorum patrum & ſententiæ ſuæ, Lipſiæ ſibi obiectas, uelut in ſimili, in priori capite poſt dicta S. Auguſtini formaui. Primo enim eius inſcitiam candide lector ex eo deprende, quod inquit illa omnia æque contra totum purgatoriũ pugnare: quia non ponunt ſtatum medium. O lepidam conſequentiam. Non ponunt ſtatum medium: ergo pugnant in contrarium, in qua dialectica didiciſti (parce ꝙ dialecticæ memini: fueram oblitus, quod dialecticam contemnis, & Grammaticam præfers) Ex qua Grammatica diſcimus, quod ubi quid non ponitur, ei repugnatur. Ergo tres eſſe Arabias infert Ludderum non eſſe animal rationale. Non uidetur o lector Chriſtianæ, hæc eſſe una inſignis inſcitia. Et quam excutiat, in hoc facile depræhenditur: ſi cuicumq; authoritati adductæ in conſequentia nectas, purgatorium non eſſe. Omnibus te ridendum exhibebis. Argutetur ergo ſic Ludderanus. Omne meritum hic comparatur, igitur non eſt purgatorium, Vel unuſquiſq; recipiet ſecundum quod in corpore geſſit. Igitur non eſt purgatorium: quis hic non rideat? quis argutantem non contemnat? quis non exibilet? tam remota, tam minime cohærentia, in uinculum conſequentiæ connectere: tam inſipidum caput, non poterit niſi ex cæcitate & obſtinatione gigni.

Iob 21 · Cõcluſ. Ludde. · Ludder indoctus. · Error Ludde. · Dialectica · Inſcitia Ludde

¶ Aliud prætendit figmentum inducta non loqui de purgatorio; & ideo ſint impertinenter adducta. Hic arrige aures Mida. Affirmas authoritates ſacræ ſcripturæ non loqui de purgatorio; & illę omne tempus meritum comparandi nobis definiunt. Itaq; quia de præſenti uita loquuntur in quo eſt meritum. Et te authore non loquuntur de purgatorio: conſectarium eſt in ipſo non eſſe meritum. Vide enſem Aiacis, quo ſeipſum iugulat author. Vnde hæc eſt omnium doctorũ intentio: quia iſtæ authoritates ponunt meritum, tantum in hac uita: & non meminerunt purgatorij: quare ipſum eſt excluſum: & certe contrarietates collectas priori capite, & diſputatione Lipſica per hoc non dilues.

¶ Pondera tamen quod S. Auguſtinum ſpecialiter affert, quia eo loco non meminerit purgatorij. O excæcatiſſimum hominem: nonne frons meretricis facta

Lapſus Ludder

eſt tibi; quem non pudet apertiſſime mentiri. Accede amiciſſime lector: & intue-
re Auguſtinum, quæ fuerit ei cauſa hanc materiam tractandi: ſcilicet nulla alia,
quam quomodo exiſtentibus in purgatorio ſuffragia prodeſſent: & quia in pur-
gatorio nō poterat inuenire meritum: rediit ad hoc, quod prius meruerant in hac
uita; quia omne meritum hic comparatur. Cum ergo purgatorium dederit S. Au
guſtino cauſam tractandi hanc materiam: & fecerit ei quæſtionem ac difficulta-
tem: quia poſt mortem nemo mereatur: nullus niſi uel inſanus aut ſtipite ſtupidi-
or poterit dicere Auguſtinum tunc non fuiſſe recordatum uel nō meminiſſe pur
gatorij. Euaneſcit ergo quod dicit ſcripturam & patres reſpexiſſe tantum ad ui-
tam futuram: quoniam reſpexerunt ad uitam præſentem: ubi in corpore quis bo-
num gerat uel malum: & in qua omne meritum comparetur: ad uitam uero futu-
ram, & quicquid poſt mortem ſequitur: ſolum reſpexerunt per abnegationem:
quia poſt mortem, non poſſunt comparari merita. Quare non obſtantibus cauil-
lis illis abſurdiſſimis, ignorantiæ & cæcitatis plenis, Veritas catholica ſub iuſto iu-
dice uincit. Animas ſcilicet in purgatorio non mereri, quia omne meritum hic
comparatur.

Recenſentur rationes Ludderi, de augmento gratiæ in pur gandis & aliquæ euacuantur. Cap. VIII.

Nontam noſtra roboranda ſunt quam aduerſæ partis fundamenta con-
Motiua Ludd. futanda: ideo ſentencia noſtra ad tutum portum delata, ſubmergenda
eſt fundamentis ſubuerſis, tota aduerſarij nauis. Nam primo nequit ca-
pere: quia anima non placet deo quamdiu horret pœnas: niſi ille timor mutetur in
amorem: quomodo timor poſſet mutari in amorem, ſine noua gratia: Præterea
Rom. 8 Apoſtolus inquit, Diligentibus deum omnia cōoperari in bonum: hoc autem bo
num non poteſt intelligi niſi augmentum boni iam poſſeſſi: ergo & purgatorium
Cant. 8 auget bonum dilectionis dei. Immo maxime omnium auget: dum ſicut infernus
2. Cor. 12 dura eſt æmulatio. Porro uirtus in infirmitate perficitur. Omnis enim pœna ſi
præſens eſt charitas, eſt ſalutaris & proficua: nō enim permittit præcioſiſſima cha-
ritas atq; fœcundiſſima, aliquid ſecum ſterile: at in purgatorio eſt maxima infirmi
tas: ergo maxime perficit charitatem. Quarto impoſſibile eſt eſſe ſtatum in uia:
Via autem dei charitas ad deum tendens: ergo neceſſe eſt animas procedere uel
retrocedere a charitate dei cum nondum ſint in termino & uiſione. Præterea.
impoſſibile eſt ulla perſeuerantia creaturæ, niſi aſſidue accipiat magis & magis: in
de enim dicunt acuti quidam, quod conſeruatio rei, ſit eius continuata creatio: ſed
creare eſt ſemper nouum facere: ut etiam patet in riuulis radijs, calore, frigore, ma
xime dum ſunt extra ſuum principium: quare & ſpiritali calori, id eſt amori dei in
animabus opus eſt continuata conſeruatio (donec abſorbeantur in ſuum principi-
um diuinum) ac per hoc & augmentum. Etiam ſi uerum eſſet quod eſſent perfe-
ctæ, licet extra deum eſſe nec perueniſſe: & eſſe perfectum, ſint contraria.

¶ Hæc ſunt robora illa & terriculamenta ualidiſſima Ludderi in quibus nouam
In Ludderum iactat doctrinam, & ab eccleſia receptam relinquens: hoc eſt gyganteum bellum
aduerſus Iouem inſtructū (ut fabulantur) ubi nititur ex deo maiorem extorque-
re gratiam, purgandis conferendam. Si aūt quis acute has rationes inſpexerit in-
Rationes Lud. ueniet eas nec ſtulto ueriſimiles. Pergamus tamen eas diluere: & huic aſino Cu-
mano leoninam detrahere pellem. Nam prima ratio fundat ſe in horrore & timo-
re pœnarum quem errorem iam dudum diſpulimus: & multis modis confodi-
mus: nam patienter ferunt pœnas pro peccatis debitas: quibus peractis, deus coro
nat eas æterna gloria: ubi auctior eſt charitas: nō propter mutationē timoris: ſed
modo quo ſupra diximus animabus beandis augeri gratiam, ſecundum merita
præſen.

præſentis uitæ:adhuc tamen ridiculus fidicen chorda aberrat eadem, timorem
eſſe pœnarum præſentium. ¶ Quod ſecundo loco aſſumit & corrumpit uer
ba Apoſtoli,diligentibus deum omnia cooperari in bonum, poſſem primo con= *Rom. 8*
greſſu clauam de manibus Herculis euellere, authoritate B. Hieronymi: quia *Hiero.*
Apoſtolus loquatur de cooperatione dilectionis in præſenti uita:& ita uacuus abi
ret Ludderus poſt hanc uitam in purgatorio. Sed in uniuerſum intelligendo,ad
huc non ſit uotorum compos: nam impie & ſubdole transfert ſe a cooperatione
de qua loquitur Apoſtolus, ad augmentum boni poſſeſſi. Et quia ſanctum & *S. Thomas*
magnum Thomam,cuius non eſſet dignus calciamentum ſoluere,ſæpe increpat,
quod ſine authoritate loquatur:proba & tu quod dicis, hoc autem bonum nō po
teſt intelligi niſi argumentum boni poſſeſſi: quaſi non ſit alius modus cooperan=
di,quam auctionis. ¶ Immo iſte nouus intellectus intolerabile ſecum conue=
hit abſurdum,quia ſi cooperatur per augmentum dumtaxat conſequens erit, in
beatis,qui maxime diligunt deum continuo,maximum fieri augmentum,& quia
eorum dilectio eſt infinita & ſempiterna:ideo & gratia beatorum in infinitum au
geretur: & ita paruo tempore futurum eſſet,ut minimus paruulus in cœlo, per=
ueniret ad tantam gratiam, quantam habet diua uirgo Maria regina cœli: uide
pulcherrimum,tui noui Paulini ſenſus,partum, quantum proficimus ex hac tua
noua Cynica Theologia. ¶ Addo & alia uia non currere hanc tuam nouam
intelligentiam:quia aliquid cooperatur in bonum, etiam nondum poſſeſſum: ſed
poſſidendum:liquet,quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,gloſ.
etiam peccata, quod ſi gloſſ. negares, Hoc Paulinum Theologum docet S.Pau= *Gloſ. ord.*
lus: ut ubi abundauit delictum:abundet & gratia: ſed peccatum non cooperatur
ad bonum poſſeſſum,ſed poſſidendum: uide multis uulneribus confoſſum hunc
Thraſonem. ¶ Quid quod B. Ambroſius hunc locum refert ad preces eorū: *Ambroſi.*
qui ignorabant quomodo petere deberent. Igitur ueram Apoſtoli ſecuti ſenten
ciam dicimus diligentibus deum omnia cooperari in bonum:etiam in purgato=
rio:non ad augmentum gratiæ:ſed quia pœnæ cooperantur una cum charitate:ad
hoc ut reatus pœnæ deleatur ut anima liberetur,& ad æternam gloriam perdu=
catur. Nonne hoc eſt cooperari in bonum,cooperari ad libertatem, cooperari ad
bonum poſſidendum,ſcilicet beatitudinem. Et quod iſta intelligentia ſit ſolida, ſu
pra petram ædificata,liquet ex gloſſ.ord.explicante: quomodo pœnæ cooperan= *Gloſſa. ordina.*
tur iuſtis in bonum,dicens,proſunt enim mala, quæ fideles pie perferunt, ſiue ad
emendanda,uel ad delenda peccata, uel ad exercendā probandamq; iuſticiam uel
ad demonſtrandam huius uitæ miſeriam: quare non debuit Ludderus referre
ad auctionem gratiæ & meriti.

Aliæ tres rationes Ludderi euacuantur, & pulchra tangun tur detecta aduerſarij inſcitia. Cap. IX.

PAri facilitate repellitur id quod ex Apoſtolo affert: uirtutem ex infirmi
tate perfici: quoniam hic lacerat Paulum & torquet aliter intelligendo *2. Cor. 12*
quam ſpiritus ſanctus efflagitet: non enim loquitur ibi Apoſtolus de in *Hiero.*
firmitate pœnarum uel paſſionum, ſed loquitur de infirmitate fragilitatis huma= *Ambroſius*
næ in tentationibus quibus ſi aliquis fortiter reluctat᷑, uirtus eius reſiſtendi diabo
lo tentāti perficitur:ut teſtatur B. Hieronymus & Ambroſius: & textus ipſe hoc
clamat,doctoribus tacentibus: Nam ibi inquit Apoſtolus. Datus eſt mihi ſtimu=
lus carnis meæ,angelus ſathanæ qui me colaphiſet: propter quod ter dominum
rogaui, ut diſcederet a me,& dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in in
firmitate perficitur. Quomodo uel hiſcere audet Ludder hunc apertiſſimum lo=
cum,ubi S. Paulus ſe tentatum ſtimulo carnis conqueritur, trahere ad infirmitatē

pœnarum,cum ſolum conſolatio,& confortatio aduerſus tentationem promitta-tur. Sed age demus hanc licentiam Luddero omnia confundendi & quid libet au-dendi:intelligat de infirmitate. Adhuc S. Auguſtinus non patitur illum locum tra-hi per capillos ad purgatorium,quia tunc intelligendum eſt de certamine uirtutis in infirmitate contraria in uita præſenti:ſed purgandi finem dederunt agoni, mili-tia eorum accepit finem:quia militia eſt uita hominis ſuper terram ait Iob: expen-de ſuper terram, non infra terram: non in purgatorio. Pondera mi lector & exa-mina,an Ludder non faciat cæreum naſum ex ſacra ſcriptura: qui pro libito: & li-bidine gloriæ & uanitatis eam flectit quorſum & quocunque uult. ¶ Quartum autem imbibit aliqua dubia propter uerba ſancti Bernhardi, ſtare in uia dei eſt retrocedere,& quia eccleſia uidetur determinaſſe aliquem actum indifferentem in ſacro Conſtantienſi concilio: ubi iſtum articulum Huſſ. condemnauit. Diui-ſio humanarum actuũ eſt immediata, ut quod ſit uel uicioſa,uel uirtuoſa: nolo ta-men in præſentia hanc difficultatem excutere:at argumentum Ludderanum bre-uibus euacuabo. Nam primo fateor ſtare in uia domini eſſe retrocedere: quan-do ille ſtat, cum deberet ambulare: nam duriſſimus foret exactor. Si quis nollet peregrino permittere: ut uel modicum pauſaret,& requieſceret in itinere. Porro non eſt ſtatus in uia,ſecundum quod eſt uia. Et ergo, quia animæ in purgatorio ſunt in uia ſoluendi, ſecundum iſtam uiam nunquam habent ſtatum, quia ſem-per hodie minus debent quam heri. Sed quia iam ſunt extra uiam merendi:ideo in illa non procedunt: ſed ſtant, uſque quo recipiantur in æternam beatitudinem: ut ex probatis in ſuperioribus liquet: quia enim ceciderunt, ſunt in termino gra-tiæ acquirendæ: ideo ibi erũt iuxta Eccleſiaſten, non procedent ad maiorem gra-tiam acquirendam. Et uide quam non ceſſat ineptire aduerſarius, cum ponit cha-ritatem eſſe uiam: nam ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter,ita magis ad magis, & ma-ximum ad maximum: ergo ſi charitas eſt uia, maxima charitas, erit maxima uia: & ita beati ex hac noua Paulina Theologia,erunt maxime uiatores:tam ſtulta nos docet Ludder:at ex ſanctis patribus nos didicimus: uiam eſſe hanc præſentem ui-tam:hæc enim eſt ſtadium in quo currimus, licet deus ſit uia ueritas & uita: itaque & in deo ambulemus in hac uita: ſicut ait ſanctus Paulus. Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum dominum noſtrum:in ipſo ambulate: quamuis modus loquen-di ſacræ ſcripturæ,conſuetior ſit,ambulare coram deo:uel in nomine dei, utcunque ratio Ludderi eſt pluribus nominibus uacua inanis & ſterilis. ¶ Quinta aduer-ſarij ratio tantam præfert inſcitiam:ut omnibus modis iugulanda ueniat: Quis e-nim crederet impoſſibilia aſſumenti: impoſſibile inquit creaturam perſeuerare niſi aſſidue accipiat,magis & magis: ergo nullæ ſubſtantiæ perſeuerant, quæ in-tentionis & remiſſionis non ſunt capaces: aut ſi ſol aſſidue accepit magis & mi-nus: uide quomodo ſit actus ſex mille annis:non timebimus, quod totam terram exurat uelut Phaetontis ſæculo? At in accidentia dumtaxat refert quamuis ratio ſua æque procedat de omni re permanente: tamen nec in accidentibus ſubſiſtit: ut calore,ſolis lumine &c.nec in ipſa gratia,quia ſi ſic aſſiduo acciperet magis & magis conſectarium eſſet gratiam Abel quinque mille annis ſic auctam, ut excede-ret gratiam ſancti Petri: & quia in infinitum perſeuerabit futura eſſet per infini-tum incrementum,æqualis gratiæ Chriſti:ita totam ſentinam errorum nobis col-ligere apertum eſt,ex Theologia Ludderana. ¶ Sed uideamus quomodo cæ-reo pugnet gladio probaturus aſſumptum ſuum impoſſibile: affert quia conſer-uatio rei ſit continuata creatio:modo creare ſit nouum facere. Ad libram reuoce-mus hanc ſecretiorem Ludderi Theologiam: Si conſeruare eſt continuo creare: & creare eſt ſemper nouum facere conſectarium eſt, cum deus Iudam prodito-rem conſeruet in pœnis quotidie:non ergo punit deus Iudam proditorem: ſed il-lum

Auguſt. — *Iob 7* — *In Ludderum* — *Bernhardus* — *Conſtantien. cõcilium* — *Erratum Lud.* — *Stultus Ludder* — *Iohan. 14* — *Coloſ. 2* — *Error qui ſequitur* — *Error qui ſeq.*

lum nouum Iudam, quem ſemper creat innocentem & innocuum: qui primo creatus: adhuc nihil mali fecit. Intelligis iam candide lector lernam malorum, quæ latet & nutritur ſub Ludderanis monſtris. ¶ Porro ſi etiam uerum eſſet quod aſſumit de conſeruatione: adhuc nihil omnino ſuffragaretur ſuæ impietati; nam ſicut cogitur fateri cœlum conſeruari hodie inauctum: ita & alia conſeruat in eodem ſtatu, quæ ſunt inalterabilia. Ita gratiam conſeruaret ſine auctione tantam hodie, quanta heri fuiſſet & perendie. ¶ Adde & hoc monſtrum ſequi ex errore Luddерano: nihil eſſe diminuibile; nam non eſt poſſibilis ulla perſeuerantia creaturæ niſi continuo accipiat magis & magis; ſi ergo aſſiduum recipit augmentum, iam nihil decreſcit, nihil diminuitur, nihil a ſua perfectione recedit: quæ omnia cum ſint inſuperabiliter falſa, tam intellectui, quam rationi, & ſenſui difformia & repugnantia: quomodo præſumit ſe iſta poſſe alicui perſuadere; niſi ſimilis farinæ hominem reperiat, ſenſu & intellectu carentem. Non omnia exequor quoniam infinitus eſſet labor omnia proſequi errata: & quam pulchre ſibi repugnat animas eſſe perfectas & non eſſe perfectas. ¶ Pro fidelibus pie deum amantibus, & ſyncere ueritatem catholicam inquirentibus, ſufficiat ſcire. Eſſe perfectionem uiæ, quæ ad beatitudinem comparata, non ſit perfectio, ſed imperfectio. Videte perfectionem uiæ. Audi Chriſtum apud Mathæum: Eſtote perfecti, ſicut pater ueſter perfectus eſt: ſed inquis. Hæc eſt Apoſtolica: non poſſum aſſequi tantum culmen puſillus ego. Audi aliam perfectionem uiæ, apud eundem, & ab eodem. Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me: ſed forte & illa altior eſt paupertas euangelica: aut alijs exterritus es rationibus, quam ut eam apprehendas. At largior eſt perfectio, plebeis etiam communicabilis, in hac uita: ſicut Zachariæ prædixit angelus, de ſancto Baptiſta. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & uirtute Heliç &c. parare domino plebem perfectam: & quod S. Paulus ad Coloſen. dixit, ut exhibeamus omnẽ hominem perfectum in Ieſu Chriſto: at illa perfectio longiſſimo diſtat interuallo, a perfectione patriæ. In cuius comparatione, omnis perfectio uiæ eſt imperfectio: uelut Paulus, qui certus erat quod non ſepararetur a charitate Chriſti, qui raptus erat in tertium cœlum, qui a domino audire meruerat. Sufficit tibi gratia mea. Qui conſcientiam habuit minime leſam. Nihil inquit mihi conſcius ſum, tamen ſe imperfectum agnouit, & perficiendum ſperauit. Sicut ad Philippeñ. ſcripſit. Non quod iam acceperim: aut iam perfectus ſim: Delibauimus hoc & in ſuperioribus. Iacet ergo Philiſtęus: omnibus armis ſuis, arcu & ſagittis in nihilum redactis. Sed & ipſe non potuit diſſimulare dolorem: & uulnera in diſputatione Lipſica accepta: nam in reſolutione eiuſdem diſputationis concl. 9. inquit. Nec ego eas mereri dixi, Sed gratiam non augeri, & in ſtatu merendi eas non eſſe, dixi nondum demonſtratum eſſe. Cur ergo hic probas in inuolutionibus concluſi. 18. In eis charitatem augeri: probas ergo, non quod tu dicis, ſed quæ alius ſomniatur. Porro & hanc uide abſurditatem, quod in diſputatione Lipſica dixit. Non ſic ſe loqui de meritis animarum quod aliquid operentur: ſed qđ recipiant gratiam ampliorem: at quomodo poteſt imaginari, aliquem recipere maiorem gratiam ſine meritis. Porro quod dicit. Non quod animæ aliquid operentur: cum ergo ponit: quod deponat timorem: quo ament & diligant deum, & ament pœnas. Non eſt hoc operari, ſi amor eis eſt in augmentum gratiæ ſicut aſſumit: ſed neceſſarium eſt ut erronea Ludderi ſcripta ſuper amore illo ad incudẽ examinis reuocemus. Hoc ſolum prioribus addito, quod Ludder non intellexit acutos illos, qui dixerunt conſeruationem eſſe continuam creationem ſicut Scotus cognomento ſubtilis q. 12. quodlibet. Gregorius Arimineñ. diſ. 1. quæ. 6. ſecundi Gabriel diſ. 1. q. 2. eodem libro Guilhelmus ockam q. 10. ſecundi. Nam

Perfectio dup. — Mat. 5 — Math. 19 — Coloſ. 1 — Pauli cõmendatio — Philip. 3 — Ludder ſentit ſe uulneratum Lipſiæ — Lapſus Ludde. — Scotus — Greg. Arimi. — Gabriel — G. OcKam

pro primo inſtanti dumtaxat res dicitur eſſe creata: pro alijs conſeruata, ſed hæc ſuperant Ludderanam intelligentiam.

Peſtilentiſſimus error Ludderi, animas in purgatorio ſine intermiſſione peccare: confutatur. Cap. X

DEſpiciamus modo, aduerſarium non pro beneuolentia in animas purgandas & miſericordia ſed pro explenda cordis ſui malicia poſuiſſe eas in ſtatu merendi & gratiæ augmentandæ: nam præter deſperationem, horrorem, confuſionem &c. ponit animas purgandas ſine intermiſſione peccare.

Verba Ludde. Et ita merentur & demerentur quemadmodum uiatores: forte non credis poſſe aliquem in tam profundam cæcitatem uenire: qui adeo extreme deſipiat: ideo cō ſulto uerba eis ſubiecimus: loquatur ergo ipſe: nam ſemper ambit audiri. Conclu. 18. inquit, ſi purgatorium ſolum eſt ſoluendarum pœnarum officina: animæ in il-

Semper pecca- lo ſuo affectu (ut ego ſentio) ſunt immundæ, nec ab eo uicio purgantur: fieret pur

re in purgator. gatorium idem quod infernus: quia infernus eſt, ubi pœna eſt, cum culpa manente: at in animabus purgatorij eſt culpa, ſcilicet timor pœnarum, & defectus amo-

Eſa. 8 ris: cum iuſtus ſecundum Eſaiam, nihil debeat timere niſi ſolum deum. Ergo peccant ſine intermiſſione, quam diu horrent, pœnas & quærunt requiem. Quod probo, quia quærunt quæ ſua ſunt, plus quam uoluntatem dei: quod eſt contra charitatem. Quod ſi amant deum: amant amore concupiſcentiæ, id eſt uicioſo; Cū etiam in ſuis pœnis debeant diligere deum & glorificare ac fortiter ſuſtinere. Et infra. Credo: nullam redimi de pœnis purgatorij propter ſuum timorem. Donec poſito timore, incipiat amare uoluntatem dei in tali pœna: & plus dei uoluntatem amet, quam pœnam timeat: immo ſolam uoluntatem dei deligat, pœnam uero uiſ lipendat, aut in uoluntate dei etiam amet: quia oportet ut iuſticiam diligat ante quam ſoluetur: at iuſticia eſt deus, qui hanc pœnam operatur. Deinde illud Chriſti: qui non accipit, id eſt uolens & amans portat crucem ſuam: & ſequitur me, nō eſt me dignus: at crux animarum eſt illa pœna: quomodo ergo amor pœnarum poteſt mutari cum timore, ſine noua gratia infuſa. ¶ Iam audis me uera locu-

Pſal. 139 tum, quomodo acuit linguam ſuam, ſicut ſerpentes & uenenum aſpidum ſub labijs eius, & uere uenenū ſub labijs, quod dulcia promittit & præſtat amara. Mel erat animabus, poſſe mereri, & gratiam augeri: ſed fel eſt demereri & inceſſanter peccare: ſed ſigillatim errores digeramus: ut etiam a nobis confutari ſe confutationi & anathemati exponant. Primo enim inculcat nobis ſuum errorem antiquum, animas cruciari timore pœnarum: at reiecimus illa dudum: quia timor non eſt de præſenti malo: nec habent animæ talem horrorem qualem Ludder ſomniat & fabulatur. Quod porro aſſumit animas purgandas eſſe ſuo affectu immundas: prorſus a ueritate eſt alienum. Vnde quod pro eo aſſumit in purgatorio eſſe culpam ſcilicet timorem pœnarum, dicimus falſiſſimum & implicans: fateor poſſunt ibi

Gerſon eſſe peccata uenialia, in hac uita conflata, ut Gregorius docet: non tamen admittimus in purgatorio fieri peccata ſiue uenialia ſiue mortalia, quia poſt caſum ligni nullum illorum admittimus: nec quod mereantur nec quod demereantur.

¶ Ad aliud quod Eſaiam adducit, præoccupauimus uiam: quia nihil aliud timent purgandi, niſi ſolum deum: & hunc filialiter timent: & in hoc excedunt uiatores

Eſa. 8 quos multa contingit timere. De Eſaia nihil in præſentia attinet dicere, cum uerba prophetæ (unde Ludder ſentenciam quam citat: proprio capite de nouo con-

In Ludderum. cinnauit) ſic habeant. Et timorem eius ne timeatis neq; paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate, & ipſe pauor ueſter, & ipſe terror ueſter. Hic propheta adhortatur populum, ut non timeat coniurationem duorum regum. Aſſyriorū & Samariæ; ubi fiduciam collocandam in deum docet: quem paueant, quem timeant:

meant:quod aũt præcipiat nihil aliud timeri, niſi deum,hoc ex propheta collige *Timor non*
re nequit:nam in ſacra ſcriptura uiros ſanctos ſæpe timuiſſe legimus abſq; pecca- *ſemper peccatũ*
to. Samuel timuit indicare uiſionem Heli. Timuit S. Paulus, ne ſicut Euam ſer- *1. Reg.3*
pens ſeduxit aſtutia ſua:ita corrumperentur ſenſus Corinthiorum. Timuerunt di *2. Cor.11*
ſcipuli apud Lucam in transfiguratione domini,quando intrauerunt nubem. *Luc.9*
¶ Fateor reperiri apud ſanctos patres Ambroſ. Bern. & Auguſtinum,ſolum de *Ambroſius*
um timendum:quod non infecto guſtu Ludderano accipiendum eſt. Sed ſicut te *Bernhardus*
nemur deum diligere ſuper omnia:ita etiam metuendus eſt deus ſuper omnia:nõ *Auguſt.*
quod alia non diligamus,ſeu quod nihil aliud timeamus:ſed quia dei amorem nõ *Bernhardus*
debemus amittere, propter cuiuſcunq; alterius rei timorem. Bernhardus ſuper *Sermone 51 &*
canticis pulchre & docte proſequitur: locus tamen mihi in præſentia non occur- *54. nõ habui li.*
rit. Non ergo faciet nobis Ludder ex purgatorio infernum:quantumuis ſtrẽnue *In Ludderum*
deſipiat, furiat, rumpatur: Nam charitas eſt quæ diuidit inter filios perditionis
& lucis. Itaq; omnia confundat more Anaxagoreo:charitatem tamẽ inferis miſce
re nequit, quæ eſt uelut lapis Lidius:indicans,quid deo gratum uel ingratum.

Impijſſimam eſſe hæreſim, animas purgandas peccare, quia horreant pœnas & quærant requiem. Cap. XI.

ANathematizamus ergo & damnatũ fatemur peſtilentiſſimũ Ludderi
errorẽ quo innoxias purgandorũ animas, peccatis inuoluit quãdiu hor- *In Ludderum*
rent pœnas, & quærunt requiẽ. Quis.n. uel Demoſthenis eloquentia
dotatus, aut Ciceronis facundia, ſatis poſſet improbitatem huius erroris oratione
uel luculentiſſima & longiſſima conſequi? Lapides loqui deberent aduerſus tan- *Horrere pœ-*
tã Ludderi in animas a deo electas, impietatem. Si ideo peccant, quia horrent pœ *nas*
nas. Itaq; Dauid peccauit, qui horrens paſſiones, clamauit ad dominum. Quoniã *Pſal.68*
tribulor uelociter exaudi me. Peccauit Hieremias, quando dixit. Vide quoniam *Tren.1*
tribulor, conturbatus eſt uenter meus:peccauit Ionas, quia de tribulatione clama *Ion.2*
uit ad dominum, peccat tota Eccleſia militans tam ſedulo pro filijs interpellans, ut *Eccleſia.*
deus liberare eos dignetur ab ira ſua, a ſubitanea & improuiſa morte, a fulgure &
tempeſtate, a peſte & omnibus alijs malis:ut currenti per preces eccleſiæ, cuiquam
eſt obuium. Et cur hoc, niſi quia horrent pœnas: quas ut uel uitent præſeruati,
uel excutiant immerſi deum orant:inſtituti ab optimo doctore Dauid, qui ſpiritũ
ſanctum habuit magiſtrum qui hanc normam tribulatis præfixit. Ad dominum *Pſal.119*
cum tribularer clamaui: & conſolatorie ſubdidit. Et exaudiuit me. Ergo iniuriat̃
Ludder plus quam peſſime, animabus electis in purgatorio: cum aſſerit eas pro
pterea ſine intermiſſione peccare, quia horrent pœnas. ¶ Intolerabilius autẽ
eſt, quod peccatum animabus impingit: quia quærant requiem: cum conſectari-
um eſſet totam eccleſiam & omnes uiuentes qui ſuffragia & preces deo offerunt
pro requie animarum, peccare: nam non ſolum qui faciunt, ait Apoſtolus, ſed *Rom.1*
& qui conſentiunt, digni ſunt morte:peccant autem animæ purgandæ ſecundum
Ludderum, quando petunt:ut requiem æternam donet eis dominus: & lux perpe
tua luceat eis. Ergo & eccleſia peccat: conſentiens & adiuuans, cum per orbem
terrarum faciat ſupplicari. Requiem æternam dona eis domine & lux perpetua *Eccleſia.*
luceat eis. Ergo peccauerunt patres in lymbo:quod requiem quærebant, claman
tes ad dominum, Rorate cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum:aperiatur terra: & *Eſa.45*
germinet ſaluatorem. Et iterum per Eſaiam. Vtinam dirumperes cœlum & de- *Eſaiæ 64*
ſcenderes:a facie tua montes diffluerent. Licet adhuc me prætereat:quid hæc ma
ſtigia & lerna malorum:de patribus in lymbo ſtatuerit: an eis pro ſua temeritate
peccatum impingat. Et in uniuerſum, Si hoc eſſet ſine intermiſſione peccare, hor
rere pœnas, & quærere requiem, iam caput omnium ſanctorum (horreo dicere)

dominus Ieſus, non eſſet abſq; peccato: quod nunquam patrem uel maiori affe-
ctu, aut potentioribus uerbis orauerit: quam quando orabat procidens in ter-
Mat.16 ram, Pater ſi eſt poſſibile, transfer a me calicem iſtum: uelut libro 3. ſuperius te-
tigimus: ſed abſit hæc dementia ab homine Chriſtiano, quippiam tale cogitare de
1.Pet.2. ſaluatore noſtro: qui peccatum non fecit: nec eſt inuentus dolus in ore eius. Igitur
& impietati Ludderanæ reſiſtamus: aſſerenti: animas peccare ſine intermiſſione,
Contradicit ſibi Ludderus quãdiu quærunt requiẽ, & horrent pœnas. ¶ Sed inſpice penitius o amice le-
ctor, quomodo hæc noua Theologia diabolica ſeipſam deſtruat, & expugnet. Sta
tuit ab initio Ludder. Imperfectam charitatem, quaſi radicem purgatorij, quod in
eo ſit ſananda & perficienda. Et ita purgatorium ſecundum eum eſſet, locus me
dicinæ: in præſentia autem facit ex purgatorio ſpeluncam latronum: ubi non ſa-
netur homo, ſed magis infirmetur. Nam ſi anima purganda peccat ſecundũ Lud
derum: ergo ſecundo die infirmior erit, quam primo, & tertio quam ſecundo: &
ſic ulterius procedendo: & ita non uidebitur quod unquam poſſit ſanari in purga
torio Ludderano: quod ſi proceſſum interrumpis quia accipiet gratiam, quæro
propter quid? Cur non primo die accepit: cum tunc magis erat diſpoſita, non ac-
cedentibus ſine intermiſſione nouis peccatis. Et reuera Cordate lector, facile intel
ligis, quomodo labyrinthum hic ſibi Ludder præparauerit a quo, niſi errorem
depoſuerit: nunquam poterit exire. Purgatorium ponere uelut medicinam im-
perfectæ charitatis, & tamen in eo propter continua peccata charitatem reddi
imperfectiorem.

Ludderum animabus eſſe iniurium, quando eis imponit quod quærant, quæ ſua ſint, & uicioſo amore deum diligant. Cap. XII.

EXiſtimas forſan pie lector tam noua & inopinata dogmata, progredi
non poſſe abſq; grandibus motiuis. At contra ego te certiorem reddo, o-
mnia illa temere effuſa, ſine omni ſolido fundamento, ſuper arenam ædi-
Dan.14 ficat lutum: & ut Daniel de Bel inquit. Iſte intrinſecus eſt luteus: nihil firmi: nihil
ſolidi: nihil ſtabilis affert: ſed ſecundum deſyderia cordis ſui, & libidinẽ impietatis
ſuæ torquet, & uim facit ſacris literis: quod hoc loco apertiſſimum euinces: quan-
do probaturus animas ſemper peccare, adfert: quia quærunt quæ ſua ſunt contra
Quærere quæ ſua ſunt uoluntatẽ dei: proba frater quæ dicis: eſt hoc quærere quæ ſua ſunt, horrere pœ-
nas, quærere requiẽ: oſtendimus in priori capite, hoc multis ſanctis eſſe commu-
ne, & ſanctoꝝ omnium capiti Chriſto: ideo neſcit Bardocucullа, quid ſit quęrere
quæ ſua ſunt apud Apoſtolũ: nam Philippen. promittit ſe miſſurum Timotheũ,
Gloſſ. cui maxime fideret: alij enim quærerent quę ſua eſſent: quod declarat gloſſ. inter.
& ord. quia lucra ſequebant. Et noſter Paulinus Theologus, pro impietate ſua,
contra omnium ſanctoꝝ patrum intentionem trahit, ad quærere requiem.
¶ Præterea non contentus impingere animabus, quod quærant quæ ſua ſint, au-
det adijcere, plus quam uoluntatem dei: ubi cõſectarium eſt eius ſententia: non le
uicule animas peccare, ſed mortaliter: quia non diligunt deum ſuper omnia: ſed
ſua diligunt plus quam uoluntatem dei. Quod ſi hoc facerent (ut Ludder de eis
impudenter mentitur) iam non eſſent imperfectæ charitatis, ſed nullius: iam non
mererent purgatorium, ſed infernum: cum non fruerentur deo, ſed ſeipſis, & ſum
Augu. ma peruerſitas eſt, ait Auguſtinus uti fruendis, & frui utendis. Quid quod hic ſe-
ipſum deſtruit Ludder: cũ alioquin neget eas poſſe in purgatorio peccare mor-
taliter: ut hoc libro uerba ſua citauimus: & iam grande peccatum eis imponit qđ
quærant quæ ſua, plus quam uoluntatem dei: an non apparet ſtrennue pugnare
pro inferno: cum polliceatur purgatorium. ¶ Eiuſdem impietatis eſt quod an

nectit

nectit: animas purgandas uicioſo amore diligere deum, ſcilicet amore concupiſcentiæ, Si radix ſancta & rami ait Apoſtolus ad Romanos. Contra ſi radix fuerit infecta totum erit uicioſum: quare ſi charitas dei eſt infecta & uicioſa, Iam totũ negocium animarum eſt infectum. Iamq; non erunt in purgatorio, ſed in inferno: Si ſolo amore concupiſcentiæ diligunt deum: nõ ſunt in gratia. Gratia enim facit hominẽ gratis deum diligere: quomodo ergo tanta laborat ueſania, helleboro dignus aduerſarius: quod gratiam dei eis aufert, charitatem dei quã habent, inficit: nam huiuſmodi amor concupiſcentiæ tantum, non eſt imperfecta charitas, ſed eſt nulla charitas, ſtabunt omnes animæ electę in iudicio, contra hunc mendacem accuſatorem. Nam ſic purgandi, Ludderano iudicio, non ſuperædificarent, ut Apoſtolus ait, lignum, fœnum, ſtipulam, ſed æs metallum, lapides, & ſi quid his durius eſt: in has ſimplegades traduceret nos noua Ludderana cynica Theologia: ſed pręſtat eſſe amuſum quã illis illiteratis ac seductiuis imbui literis: nos ueritate catholica edocti fatemur animas horrere pœnas, & quærere requiem: ideo petunt ſuffragia. Negamus tamen animas purgandas, quia in charitate dei decedũt, quærere quæ ſua ſunt, aut deum diligere ſolum amore concupiſcentiæ, hoc eſt ue lut bonum utile: ſed diligunt deum etiam amore amiciciæ, tanquam ſummum bonum, & ſummum diligibile. Et uoluntas eorum non eſt contra uoluntatem dei: ut nugatur Ludderus, ſed eſt conformis diuinæ uoluntati: nolunt enim liberari a pœnis purgatorij contra uoluntatem diuinam: ſed ſecundum leges dei & diſpoſitionem diuinæ uoluntatis, petunt redimi a pœnis per media, quæ deus conſtituit pro redemptione illarum: & hoc uolunt: non contra, ſed ſecundum uoluntatem dei: ut ſi caſus ſe offerat, infirmitate me occupante, quod niſi utar medicinis a deo non prohibitis: moriar. Iam recipiendo medicinam, ut reſtituar ſanitati, non contrauenio diuinæ uoluntati, ſed ſecundum eam ago. Sicut ſub conditione licet petere aliquid a deo, quod eſt contra determinationem uoluntatis diuinæ: cuius formam Chriſtus nobis tribuit. Si poſſibile eſt &c. ſed non quod ego uolo &c. quare S. Auguſtinus admonet, omnem orationem noſtram, omnes præces noſtras: debere illud præcedere, fiat uoluntas tua. Id etiam purgandi faciunt, uel inuito Luddero, qui in pœnis diligunt deum, & glorificant, ac fortiter & pacienter ſufferunt pœnas.

Rom. 11 — *Amor concupiſcentiæ dei* — *In Ludderum.* — *1. Corinth. 3* — *Animæ non repugnant uoluntati dei* — *Auguſt.* — *Fiat uoluntas tua*

Euacuantur quædam rationes Ludderanæ, & contrarietates colliguntur. Cap. XIII.

EXaminemus Ludderana quæ ſequuntur. Inquit, nullum liberari de pœnis purgatorij propter ſuũ timorem: fruſtra hoc adfert, quia nemo hoc aſſerit: at cum addis timorẽ deponendum, & quod incipiat amare. Hoc quidẽ falſum eſt, quia id quod non eſt, non deponitur, ſed dudum ſecundum ueritatem catholicam negauimus in purgotorio eſſe timorem pœnarum, & euicimus: quare fruſtra Ludderus negocium facit animabus: ut deponant timorem, quem non habent. Sic falſiſſimum eſt, quod incipiant amare: nam ſic prius non amaſſent, quod eſt erroneum, etiam ſecundum eum, quia in charitate dei diſceſſerunt: ideo ſemper in purgatorio amant deum & pœnas in deo: in quantum infliguntur eis a diuina iuſticia: quantumcunq; uellent eſſe liberati ab huiuſmodi pœnis, ſecundum media a deo diſpoſita. Sicut S. Paulus cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto: licet per hoc non ſubtraheret uoluntati diuinæ: quę uolebat eum diutius uerſari in terra, & ita anima purganda uolens & amans portat pœnas ſuas: licet dictum Chriſti de portanda cruce, pertineat ad uiatores.

¶ Sequitur quam impudens ſit arrogantia Ludderana: quod hic inflatis buccis uelut rana Eſopica, intonat, dicat qui poteſt, quomodo iſte amor pœnarum, cum timore mutari poteſt, ſine gratia noua. Ego dico tibi: qui poſſum Luddere, te

Pro animabus — *Philip. 1* — *In Ludderum.*

omnia confundere,& commiſcere,& plures falſitates coaceruare; timorem pœ-
narum in purgatorio non mutari in amorem:quia nullus timor pœnarum in pur
gatorio,ſed dolor: amor autem idem & conſtans, ſemper eſt in purgatorio, nam
ſi anima amorem dei,& uoluntatis ſuæ non haberet: non eſſet eius receptaculum
purgatorium,ſed infernus. ¶ At opponis, ſi animæ ſunt uolentes & amantes
pœnarum,ſine timore:fruſtra pro eis oramus. Ex prædictis collige reſponſum,
quoniam &ſi ſint abſq; timore,non tamen abſq; dolore & triſticia: porro licet ue-
lint pœnas,ut a iuſticia diuina inflictas:tamen uellent liberari a pœnis per ſuffra-
Contradicit ſibi Ludder
gia & alia media a diuina miſericordia admiſſa,quare infantilis & euanida eſt ob-
iectio iſta. ¶ Lubet denuo dicta pugnantia & contraria iſtius noui Cynici
1 Theologi expendere:nam hic affirmat, poſito timore purgandum amare pœnã:
quæro ergo de qua pœna loquatur:cum in omnibus concluſionibus ſuis non me
minerit pœnæ alicuius,niſi timoris,horroris,conturbationis,deſperationis: & cõ-
fuſionis. Nam in omnibus ſuis inuolutionibus non meminit,niſi iſtarum & ſimili-
um pœnarum:ſed poſito timore & horrore omnes aliæ ſequentes pœnæ cadunt:
quid ergo eſt,quod animam purgat iſtis ablatis in Theologia Ludderana. Et ita
2 erit in purgatorio:& non erit in purgatorio. ¶ Aduerte & hoc, quod in quinq;
concluſionibus poſitis de purgatorio, de uirtute indulgentiarum, ſemper aſſerit
animas purgandas timere pœnas;& concluſ.19. prædicta abnegans affirmat ani
3 mas non tam timere pœnas,quam odium dei quod eſt in inferno ¶ Et ſi hunc
tam magnum ponit timorem,qui cruciet animam purgandam:in duas alias com
plectit ſe contrarietates:quoniam & illum timorem nõ deponet: nec ille timor eſt
4 culpa. ¶ Porro & hoc inconcordabile eſt,quod conclu. 15. adeo pleno ore pœ-
nam purgatorij conſtituit in timore pœnarũ & horrore: & tamen immemor pro-
priæ ſententiæ:concluſ.19. ponit hæc uerba. Et ſic patet,quod non timore pœnæ
5 patiuntur,ſed amore iuſticiæ. ¶ Confer & hoc,quia cõclu. 18. poſuit ob id ani
mas ſine intermiſſione peccare,quia odiunt pœnas & horrent: quas debent ama
re. Iam contrarium ſentit: quod amore iuſticiæ patiantur. ¶ Et quis potis eſt
6 concordare, quod prius dixit conclu. 18. animas in purgatorio quærere quæ ſua
ſunt,plus quam uoluntatem dei: & amore concupiſcentiæ eas amare deum, qui
eſt amor uitioſus:concluſ.proxime ſeq.totũ hoc corrumpit: & dicit eas pati amo-
re iuſticiæ:& quod timent magis,ne non laudent & ament deum, quam ne pati-
antur: & ſic iam plus quærant laudem & uoluntatem dei; quam quæ ſua ſunt,
cuius contrarium prius tanta temeritate affirmauerat.
7 ¶ Et hoc uellem, quo ingenio poſſet concordari cum prædictis concluſionibus
qđ in reſponſione ad Syluestrũ Prieratem ſcripſit ſuper eiſdem in reſponſione ad
29. Vide inquit Ludder, quomodo habent pœnas, & eligant:quas ſentiunt deũ
eis infligere: hæc enim eſt uoluntas dei,quam ſuper omnia diligere laborant:& ſic
uoluntaria paſſione perficitur in eis charitas:ubi ſingulis ferme uerbis, contraria
1 tur ſuis inuolutionibus hic poſitis: nam dicit quod pœnas ament. In reſolutioni-
2 bus dicit quod odiant;hic dicit quod pœnas eligant:alibi dicit quod timeant, hic
3 dicit quod uoluntatem dei ſuper omnia diligant:alibi dicit quod querant quę ſua
4 ſint,plus quam uoluntatem dei:hic dicit quomodo diligant deum ſecundum cha
5 ritatẽ:quia ſuper omnia,alibi dixit:quod contra charitatem ſe plus diligant:hic in-
quit:uoluntaria paſſione perfici charitatẽ:& prius nihil egit,niſi quomodo animę
nolint pœnas & paſſiones: Attende ergo o Chriſtiane lector:& a tam horrenda &
ſerpentina doctrina tibi caue:nã cum & ſibi ſit Ludderus ferme ubiq; contrarius,
non mirũ,quod & catholicæ contrariat̃ ueritati: nos ergo cum ſancta eccleſia dei
negamus animas illas deo charas,in purgatorio peccare: ſed pro peccatis pœnam
patienter ſuſtinent;expectant ſecuræ terminum ſuæ purgationis.

Adſe-

Adferuntur rationes Ludderi, animas in purgatorio non ſatisfacere, & oſtenditur charitatis ſatisfactionem non ſufficere. Cap. XIIII.

POſtremo noſtris firmatis, & aduerſarij fundamentis euerſis, unū adhuc
reſtat perficiendum: nam in inuolutionibus de uirtute indulgentiarum
concl. 17. nititur in cōmuni deſtruere ueritatem catholicā. Nequit enim
capere: quō animæ ſunt ſufficientis charitatis: & tamen quod pœnæ ſint eis mole- *Motiua Lud.*
ſtæ, tranſcendit captum ingenij ſui quod animæ ſint deo charæ, & tā immitis deus
aliquid ab eis exigat pręter charitatem. Vnde contra ueritatem eccleſiaſticam ar 1
gutatur huiuſmodi cauillis. Primo ad quid deus uult puniri perfectos in ſpiritu?
ad ſatisfactionem? Contra, ſuper omnem charitatem eſt charitatis ſatisfactio: neq;
enim deus ipſe, etiam per pœnas, quicquam aliud requirit niſi ut perficiat chari-
tas: charitas enim ut ait Apoſtolus, operit multitudinem peccatorum. Secundo, 2
deo maxime ſatisfit per uoluntatem, ubi non inuenit facultatem: ut cum B. Augu
ſtino tota ſentit eccleſia: at illi ſi ſunt perfectę charitatis; talem habent uolūtatem ne
ceſſario ſola uoluntate abunde ſatisfaciunt. Tercio perfecti tales omnia reddunt 3
deo: quæcunq; debent: quia nihil amplius debent quam ut ſe totos ipſos cum inti-
ma uoluntate offerant: deus enim ab homine nihil requirit amplius, quam ipſum
totum, ſicut dicitur, prebe fili cor tuum mihi. Immo per pœnas cogit hominem
ad id: ut ſe totum offerat: quomodo ergo eo facto pœnæ manent? ad quid cogūt?
Quarto finge animam perfectæ fidei & charitatis in morte, quæ adhuc forte de- 4
beat 7. dies ieiunare, aut aliam canonicam pœnam implere: hic ergo deus tam cru
delis eſt ut animam: quæ ſumma charitate ad eum ſitit, eumq; ſuper omnia uehe-
mentiſſime diligit &c. Hic deus non remittit ſeptem illos dies propter ſummam
in eū & proximum charitatem & humilitatem: cum tamen omnia remitti, & mun
da eſſe dicat in euangelio, ijs qui dant, non de corde: ſed de his quæ ſuperfluunt e-
leemoſynam. Et ſeruo ſolū roganti, & nihil facienti niſi promittenti, omne debitū
dimiſit. Quinto ſi purgatoriū eſt pœnarum officina cur non uocatur punitorium 5
potius quam purgatoriū. Sexto etiam quia B. Gregorius uult in purgatorio, non 6
ſolum pœnas, ſed etiā culpas remitti: at remiſſio culpæ: non fit ſine infuſione gra-
tiæ. In diſputatione Lipſica, adduxit pro hoc S. Paulum ad Roma. uenundatus 7
ſum ſub peccato: quis me liberabit de morte corporis huius? reſpondet. Gratia
dei per Ieſum Chriſtum. In eadē cōcluſ. aſſumit pœnam non eſſe moleſtā aman-
ti, ſed timenti. Ideo ſi animæ in purgatorio moleſtę ferunt pœnas, hoc eſt propter *In Ludderum.*
defectum amoris. ¶ Hi ſunt arietes, robora, phalanges, quibus ueritatē catholi
cam inſuperabilem ſuperare conatur Ludderus: ſed ad nihilum deducat domi- *Pſal. 45*
nus inimicos noſtros, qui uolunt nos perdere: & corruant in gladio ſpiritus om-
nes qui perſequuntur nos: confringet dominus arma eorū, arma conterat, & ſcu-
ta comburat igni. Nam omnia uana ſunt & inefficacia, quæ adducit ſola temerita
te turgida. ¶ Vnde quando in prima perſuaſione: quærit dei conſiliarius, & *Euaſio Ludde.*
archanorum conſcius. Ad quid deus uelit ſatisfactionem, cum ſuper omnem ſa-
tisfactionem ſit charitatis ſatisfactio. Liquet mox ex ipſa propoſitione, eum uel in
ſanum eſſe, uel omnis Chriſtianę religionis oblitum: nam aliud eſt habere charita
tem, aliud ſatisfacere. Quantūcunq; enim deus ex ſua bonitate & miſericordia, di
mittat culpam peccati, tamen ex ſumma ſua iuſticia exigit ſatisfactionem, ne pec
catum maneat impunitum, ut in libro de pœna & culpa peccatorum, deo dan-
te: aliquando probabimus. Nam ut S. Auguſtinus inquit, nūquam deus aliquod
malum fieri permitteret. Si illud non per melius reordinare uellet: reordinatur

autem culpa per pœnam. Vide quanta fuerit charitas patriarcharum, prophetarum, & omnium deum timentium ab Abel iuſto, uſq; ad Chriſtum: quæ tamen non ſuffecit ad ianuam cœli aperiendam, ſed præter charitatem neceſſaria erat, ex lege dei ordinatiſſima, ſatisfactio pro peccato Adæ. Et quia nemo ſatisfacere potuit ex mortalibus, proprio filio ſuo non pepercit deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ita per quinq; milia annorum charitas patrum ſatisfacere non potuit,
Gal. 4 uſq; quo uenit plenitudo temporis: & miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Iam Ludder uade, & dic deum ultra charitatem, non requirere aliam ſatisfactionem, cum exiſtentibus in charitate: cœlum quinq; milibus annis uſq; ad ſatisfactionẽ clauſerit. Iã Ludder uade & dic deũ per pœnas nihil aliud requirere, niſi ut perficiatur charitas, cum in filio ſuo per pœnas requiſiuerit ſatisfactionẽ pro toto humano genere: an non iam robore ſuffunderis? cum audis fundamenta tua, in quibus tantopere confidis: ex tanta prodire inſcitia. Sed uideamus quomodo roboret aſſumpta, quia charitas operit multitudinem peccatorum. En bellum
1. Pet. 4 Grammaticum: operire exponit per ſatisfacere: Apoſtoli nomine per antonomiam Paulum intelligimus, licet ille locus ſit Petri. Non operit charitas peccatum, dum culpam fugat, etiam ſi pœna temporalis maneat: Quid ſi uolumus ſenſum literæ exprimere S. Petrum loqui de charitate proximi & communis conuerſationis, quæ ita fraterne uiuendo, operit multitudinem peccatorum. Quare nullus niſi Oreſte inſanior, dicere poterit hoc loco ſanctum Petrum ſuſtuliſſe ſatisfactionem.

Aliæ rationes Ludderi euacuantur: cum concluſione & peroratione. Cap. XV.

NIſi condeſcenderem paruulis: parcerem huic labori, in diluendis inanibus cauillis aduerſarij, qui ſapientiæ parum ſtulticiæ uero plurimum habent: nam ex priori omnes alios iudicato, ut lupi catulos. Vnde ſecundũ pauentaculum Ludderi neminem terret: negamus enim animas purgandas non habere facultatem ſoluendi per ſatisfactionem. Defectum uitæ infantiliter cauſatur, niſi meditetur in meditationibus ſuis, deum non poſſe punire animam ſeparatam. ¶ Tertio loco cæreo pugnat ſtimulo contra ignem, quod deus non requirat hominem, niſi ut totũ ſe offerat per uoluntatem: quomodo enim ſe totũ offert, qui facultatẽ ſatisfaciendi non præſtat? Petit deus: ut prebeamus ei cor: & illud quidem iuſtificat, culpã diluit: pœnam uero non auffert. Quid tibi uidetur de Dauid, an præbuerit cor deo, quando in lachrymis & planctu eiulans clamabat. Miſerere
Pſal. 50 mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſecundũ multitudinẽ miſerationũ tuarũ dele iniquitatẽ meam &c. Non tñ omnia reddidit deo, qui adhuc ſa
2. Reg. 12 tisfactionem exigebat: audijt enim Dauid tranſlatum eſſe peccatũ ſuum. Iam ergo receptus erat in gratiam: alioquin gratioſa tranſlatio non fuiſſet facta. Si ergo deus tranſtulit peccatum: & non tranſtulit quo ad culpam: quia anima quæ pec
Ezech. 18 cauerit ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Reſtat ergo peccatum Dauid eſſe tranſlatum, quo ad ſatisfactionem pro pœna. Quod uero aſſumit deum cogere per pœnas hominẽ: ut offerant ſe totos: quam imprudenter arguat: exiſtimat forte deũ eſſe aromatarium: qui
Pœnarum uaria cauſa unam tantum habet medicinam. Non enim omnes pœnæ ſunt medicinales: pœna affliguntur boni ut mereantur, mali ut emendentur, obdurati ut ulciſcantur. Ergo ſi malos ad ſe accerſit deus per pœnas: ut melius proficiant: per hoc non excluditur: quin pœnas ſatisfactionis iuſticiæ debitæ exigere poſſit.
Scotus Gerſon ¶ Quarta ratio non impendio tollitur, nam nemo negat. Si quis uoluntarie deo mortem etiam naturalem offerat, talem aliquid mereri, & ſimul aliquid de pœna debita

debita expungere. Et ſi tam parua eſt pœna: ignis charitatis poteſt eam totam
extinguere: uelut magnus ignis guttam aquæ abſumit. Sic tanta martyres igniti
fuerunt in charitate, cuius ardore cremabilia fuerunt omnia exuſta: adeo ut iniuri *Auguſt.*
am faciat martyri, qui orat pro martyre, ait Auguſtinus. Et quia iſte perfectionis
magiſter aſſumit de eo, qui uehementiſſime diligat deum: quod faciunt martyres
iuxta uerbum Chriſti. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut ponat animã *Iohan. 15*
ſuam pro amicis ſuis, facile admitto tales morituros, non deſcendere ad purgatori
um. Sed pauci quos æquus amauit Iupiter. Quid de alijs, qui cum minori chari-
tate decedunt, & cum maiori debito: de quibus argumentum Ludderi non pro-
cedit. Nam tantam habentem charitatem & ſolum 7. dierum debitum quis non
abſolueret? nec debet hic latronis exemplum adduci: nam quæ ſpecialia ſunt: tra-
hi non debent in conſequentiam, ut omnis homo nouit, qui ſpirat. An quia latro-
ni ſero pœnitenti deus promiſit paradiſum, ideo latronibus uis conſulere ſeram
pœnitentiam? Apage. Quis aũt tibi uidet̃ o lector, noſter Ludderus, cũ prohibet
hanc doctrinã, quam iã defendimus publicari? An non organum diaboli eſt uo-
lentis impedire ſuffragia, quæ homo diſponeret pro ſe fieri, poſt mortẽ: ſapiat ſibi
Ludderus: nos nemini fidẽ habituri ſumus, quã eccleſiæ. ¶ Ad quintã rationẽ
nõ eſt opus reſpõdere, cũ certe aut hic deſipiat, aut ſit deſipienti ſimilimus: purga
toriũ æſtimo uere dici: quia purgat uenialia & purgat reliquias peccatorum morta
lium, pœnam temporalem pro peccato debitam. Quod ſi quis etiam purgatoriũ
appellaret, non peccaret quia in canone Bibliæ non eſt baptiſatum ſuo nomine.
Et cum conſtat de re fruſtra certatur de nomine. Tamen rectius appellatur pur-
gatorium quam punitorium: quia etiam infernus eſt punitorium. Dein expreſſi-
us ſignificat animæ purgandæ liberationem, quã punitorium quia ideo purgan-
tur, ut puræ factæ in cœlum transferantur. ¶ Poſtremo cum de uenialibus
opponit: omitto quæ Scot. Paludeñ. & alij hoc loco tractarunt, admitto breuiter
peccata uenialia deleri in purgatorio, ut ſuperius audiuimus lib. 1. ex inductione,
quam facit Gregorius ex uerbis Chriſti Mathæi 12. Et atteſtatur preces eccleſię. *Grego.*
Suſcipe domine preces noſtras pro anima famuli tui: ut ſi quæ ei maculæ de terrę *Eccle.*
nis contagijs adhæſerunt: remiſſionis tuæ miſericordia deleantur. Et in alijs preci-
bus ait: Adeſto quæſumus domine animæ famuli tui: cui commemorationis offici
um impendimus: ut ſi qua ei ſecularis macula inhæſit, aut uicium mundiale infe-
cit: dono tuæ pietatis indulgeas & abſtergas. At nego remiſſionem culpæ uenia-
lis nõ fieri ſine noua gratia, ſecus de mortali. Paulũ fruſtra citat: quia quærit ſan-
ctus Paulus, quomodo liberetur ſcilicet non peccando in carne ſic infecta: & ita
gratiæ Chriſti tribuit ſe præſeruari a peccato: quare nihil promouet negocium
Ludderanum iſta Apoſtolica quærela. ¶ Quod controuertit concluſione 17.
quomodo pœna non uincat̃ timore uel fuga, & de moleſtia pœnæ. Reſponſio eſt
obuia: quia pœna purgatorij nec fuga, nec timore uincitur, ſed ſatispaſſione. Sunt
aũt pœnæ de genere fugibilium: ideo ſuapte natura moleſtiam ingerunt: quod
paſſio amariſſima domini amabilis Ieſu Chriſti declarauit. Quod aũt martyribus
pœnæ dicuntur fuiſſe dulces, hoc non propterea fit uel dicitur, quaſi non dolue *Martyres*
rint de martyrio: alioquin non tot defeciſſent in pœnis: uelut ſanctus Cyprianus *Cyprianus*
& Gregorius Neocæſarienſis meminerunt. Nec magna eſſent ſanctorum mar- *G. Neocæſari.*
tyrum merita, ut ait beatus Ambroſius. Si non fuiſſent dura & glorioſa certami- *Ambroſius*
na. Dulces autem erant martyribus pœnę, ſicut uiro forti dulce eſt apud politi- *Pœnæ dulces*
cum mori pro patria, propter bonum uirtutis: nam in ſanctis martyribus heroi-
ca fuit fortitudo, quæ adgreditur aduerſa, ardua, difficilima, ac terribilia. Eſt enim
hoc peculiare uirtuti, delectabiliter operari. Dulces erant martyribus, pœnæ, nõ
quod non dolerent: ſed quia a deo internam receperunt ſpiritalem conſolationẽ,

ut de ſancto Laurentio, de ſancto Tiburcio & alijs heroicis uiris & martyribus legimus. Et quia Chriſtus hac conſolatione erat deſtitutus, ait illuſtris Theologus

Gerſon Iohan. Gerſon: ideo ad deũ patrem clamabat. Deus meus deus meus, ut quid dereliquiſti me. Vnde liquidiſſimum eſt, diuerſarium omnibus numeris errrare: qui ſolo uerborum ſtrepitu crepat: propter defectum amoris eſſe pœnam moleſtam: nam purgandi deficiunt in ſolutione: ideo carent uita æterna, quouſq; ſoluunt & ſatisfaciunt.

Concluſio Ergo nebulis Ludderanis diſpulſis, erroribus exploſis, cauillis eneruatis: argutijs captioſis detectis, lumen ueritatis catholicæ ſuſcipiamus: & in eo uideamus: & ambulemus in illo lumine fidei, ut agnoſcamus purgatorium ſacris literis probari: animas purgandas non torqueri timore, pauore, & horrore damnationis: neq; confundi ut deſperent, & credant ſe inire damnationem, & nunquam poſſe redimi. Sed quia certæ ſunt & ſecuræ de earum beatitudine, expectant terminũ ſuæ purgationis, quem abſoluunt non per noua merita, aut gratiæ augmenta, ſicut nec prorogant, demeritis & peccatis nouis: ſed ſatisfaciunt patiendo pro peccatis hic perpetratis, aut uiuorum iuuantur ſuffragijs: quamuis ob hoc non minus beentur: ſed pœnis ſolutis euolant ad cœlos ſecundum opera, quæ in corpore geſſerunt. Deus miſericors animabus purgandis ſit propicius. Amen.

PERORATIO AD LECTOrem Catholicum.

HAbes candide lector exanclatum hunc ſubitarium laborem quo congeſſi ex ſacris literis & patribus omnia quæ uidebant̃ mihi carnificis illius Ludderi, inſana dogmata, aduerſus animas purgandas, contundere: quibus ſpero effectum, ut animæ ab iſto pſychotyranno liberatæ, ac a tantis defenſæ miſerijs, inoffenſæ uiuentium ſuffragijs iuuentur. Tuæ autem fuerit humanitatis & beneuolentiæ, lector ſyncere, hunc decem dierum laborem effuſum potius, quam ędi-

Decendij labor. tum, boni conſulere, quod in calamitoſo hunc perfecerim tempore: quo crudeliſſima peſtis per totam Baioariam ſęuiſſime graſſabatur. Et ego tum eram ope librorum meorum deſtitutus (nam non te pręterit libros eſſe pulcherrimum ſtudioſorum præſidium) fœtura illa duntaxat adiutus qua me ad Lipſicam inſtruxeram diſputationem. Tuo ergo Catholice lector, & omnium bonorum iudicio, ſcripta ipſa ſubijcio quantum enim ueritatem fidei colo & exoſculor tantum abhorreo falſitatem & errorem.

Vale & ſalue in Chriſto.

Pollingæ Monaſterio Canonicorum regularium die XXVI. Septemb. Anno gratiæ M. D. XXI.

ORATIO AD DEVM PRO animabus purgandis.

AVete omnes Chriſti fideles animæ, det uobis requiem, ille qui eſt uera requies Ieſus Chriſtus filius dei uiui qui natus eſt de immaculata uirgine Maria pro ueſtra, omniumq; ſalute: & uos redemit præcioſo ſanguine ſuo: benedicat uos, & a pœnis liberet ac de loco purgatorij uos educat: faciatq; uos cum gaudio reſurgere in die reſurrectionis & iudicij. Ac angelis ſuis uos aſſocians in cœlis: faciat ſecum ſine fine gaudere, fiat, fiat. Amen.

Soli deo gloria.

CONFVTATIO FVRIOSI LIBELLI LVDDERI DE purgatorio I. Eckio authore.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI AC Principi illuſtriſſimo & domino D. Alberto, ſacroſanctæ Rhomanæ eccleſiæ Cardinali. Moguntineñ. & Magdeburgeñ. Archiepiſcopo, Principi electori & per Germaniã Primati, ac Marchioni Brandenburgeñ. &c. Domino ſuo clementiſſimo, Iohannes Eckius fœlicitatem precatur ſimul & pacem.

QVum uideam reuerendiſſime idemq; illuſtriſſime Princeps, coniunctis iam hic imperium totum uiribus enixe in hoc elaborare, ut quæ hactenus nimium exultat pax & ſacræ cõcordia fidei denuo reuocetur ſuoq; reſtituatur loco, ordini, & dignitati; & quæ prohdolor inualuere hucuſq; factiones contentioneſq; quæ nil niſi ſeditiones parant, euitarentur. Quid tamen nõ molitur Martinus Ludder homo ab eccleſia iamdudũ reprobatus, ut piam hanc nec male cœptam ſacroſanctæ fidei unionem, aliquo modo impediret? parum eſſe ratus, ſi quos hactenus ſibi ſuæq; adſciuit & adiunxit hęreſi retineret ac firmaret, niſi & inſuper quæ pro fidei integritate laborant catholici, turbare niteretur, id quo præſtare uideatur facilius alium ex alio cudit libellum, aliaſq; ex alijs intendit calumnias: quæ ne fort[e] nos lateant in hæc uſq; comitia ut deferantur procurat. Ex multis autem etiam huc libellum miſit de purgatorio, quod iſte contra apertam ſcripturarum lucem, contra ſacra ſanctorum patrum decreta, contra ſacroſanctã eccleſiæ catholicæ maieſtatem, contraq; ſua ipſius & ſcripta & confeſſa denuo iã ualidis conatus eſt inſultibus oppugnare. Delegatum itaq; in ijſce mihi quũ ſit comitijs per dominos & amicos, immo fratres meos in Chriſto Chariſſimos, theologos longe doctiſſimos, reſpondendi munus & officium, quantumuis ego alijs, mihi per tuam illuſtriſſ. gratiam alioſq; de ſacri imperij ordinibus dominos meos clementiſſimos deſignatis negocijs aliquot hucuſq; dies præpeditus fuerim. Tantum tamen uel ſucciſiuis horis mihi temporis ſumpſi, ut quacunq; etiam feſtinantia (nã & ante ſuper hac re in diſputatione Lipſica & quatuor in hoc ęditis libris contra eundem egi fortiſſime) reſponſionem hanc abſoluerem. Eam ipſam utut breuem Lutheranæ calumniæ ceu declinationem tibi tanquam uere pio ac Chriſtiano Principi & domino quam humilime oblatam uolo, tuæq; ſimul illuſtri celſitudini negocium hoc omne fidem noſtram pertingens committo commendoq;. Datum Auguſtæ 2. Septemb. 1530.

IN NOMINE TVO dulcis Ieſu.

IN RVRSVS HOMO PRODIT APOSTATA Martinus Ludder libello comitatus calumnijs & iniurijs pleno de purgatorio, quo non tantum ſacroſanctas uitiat ſcripturas, ſed & pios homines a uero ueræ fidei inſtituto abducere & impios conatur in ſua impietate firmare, & ut ſummatim dicam debitam, deo gloriam & honorem, defunctis conſolationem & *Ludder quur ſcripſerit*

auxilium, eccleſiæ uero & fidelibus in ea omnibus mutuam ſanctamq́ erga demortuos charitatem ſubtrahere nititur, quum uero contra hunc malignum eius impiumq́ errorem quicquid ſaltem ad purgatorium pertinere uidebatur iuſto quatuor librorum uolumine egerim, nec iſte tamen mihi ad hæc uel uerbo muſſitarit unico, ſed ut ſeduceret tantum quos fortiter adhuc ſtare & reſiſtere Chriſtianos uidet idq́ dolet, ſimulq́ uirulentum ſuum & exacerbatum in eccleſiam & eccleſiaſticos omnes odium euomeret, libellum hunc ſannis, ſcômatibus, mendaciis & erroribus permiſtum excudi curauit. Hoc ipſum itaq́ ſerpentinum uirus ut facilius declinarent omnes catholici, ipſa me coegit ſanctæ charitatis pietatiſq́ religio, quicquid id eſt ueneni ex ipſis iam in ſcripturarum radicibus refellere. Prius autem quam, id adgrediar proponam quam ipſe ſibi contrarius ſit Lutherus, ita ut ſua ipſius ſcripta eius teſtentur ac declarent mendacia. Merito ergo quicunq́ ex iſtius, hucuſq́ nepharia pendent doctrina falſos ſe agnoſcent & ſeductos per pſeudoprophetam hunc mendaciſſimum, qui illis nil niſi commenticias opiniones, dogmata impia, fidem etiam perſuaſerit eiuſmodi, quæ corpora ſimul perimat & animas, quiq́ non in eccleſia tantum aut fide & ueritate non ſtetit, ſed ne ipſe quidem ſibi conſtitit unquam. Quod ſi qui forte fuerint cuiuſcunq́ conditionis homines qui ijs nec moueri nec eadē intelligere uelint, illis ego & mentem precor meliorem & gratiam ex domino deo oro ut & ipſi quoq́ illuminata mentium ſuorum cæcitate peccatiſq́ remiſſis ad gratiam dei perueniant.

Reſponſiones huius cauſæ

Prima pars.

PRimo ſtatim tituli aſpectu mirari poſſet lector, quid ſibi in hoc bello ſcilicet & feſtiuo libello uoluerit Ludderus: quod eundem inſcripſerit, Reuocationem purgatorij, quum tamen toto libello ne uerbo quidem mentio ulla fiat, unde ſcias, quur tandem aut quomodo quaue de cauſa reuocationem uocarit. Cuius equidem interpretationem, mihi illum reliquiſſe opinor, quo & confidentius rem hanc ita perſequar ut pijs omnibus non mediocriter & placeat & deſeruiat. Probe ad Titum ſuum Paulus. Hereticū (inquit) hominem poſt unam & alteram admonitionem deuita, ac ſubinde cauſam reddit, ſciens quod euerſus ſit qui eiuſmodi eſt & peccet per ſe damnatus. Regula hæc certo nobis a ſpiritu ſancto præſcripta eſt per Paulum quomodo ſit hæreticus agnoſcendus, ſiquidem ſuo ipſius iudicio eum damnatum eſſe addecet. Nunc itaq́ iudicio ſiſtamus apoſtatam Ludderum & euidenter cōmonſtremus omnibus qui aliqua ſaltem ducuntur ratione uel Turcis etiam infidelibus Ludderum in hac parte circa purgatorium certo deſignatum eſſe hereticum, proprio etiam ſuo condemnatū iudicio, ſiquidem ſeipſum hæreticum & agnouit & declarauit Ludderus, ſicut hic partim ex apertis ſuorum ſcriptorum teſtimonijs, partim ijs quę ex eius ore audierim uerbis in præſentia magnorum principum & immenſæ multitudinis docebo probaboq́. Prouocatum autem hic uolo hominem apoſtatam & monachum perfidum Ludderum, omneſq́ qui ipſum in hac parte tueri uolunt, ſi forte hic mihi uel uerbo contradicere unico in ueritate q̄ant, Loquaꝛ aūt ipſe pro ſe Ludder.

Tit. 3

Concluſione 15. de indul. inter reliqua ſic ait. Pro certiſſimo apud me conſtat purgatorium eſſe neq́ adeo mouet quicquid hæretici deblaterent quum iam ante 1100. annos D. Auguſt. in lib. ſuarum confeſſionum q. pro parentibus oret ſuis, cupiat etiam pro ijſdem orari ipſaq́ adeo mater iamiam moriens (ita enim ſcribit) uoluerit ſui memoriam fieri ad altare domini. Idem uero & de S. Ambroſio refert. Et ut maxime temporibus Apoſtolorum purgatorium non fuiſſet ueluti moleſtus ſuperbit Pickardus, ideo ne credendum ſtatim hæretico 50. uix dum annorum, aut ideo pertinaciter contendendum fidem hanc quæ tot perdurarit

In reſol. indul. Concl. 15

annos

Amos falſam & irritam eſſe? Hæc proprie uerba ſunt Ludderi, quæ ſi iam ad hunc adhibeantur libellum, ſuo ſtatim ille erit, ut Paulus ait, iudicio pro Pickardo & inſolenti condemnatus hęretico. Obſeruandum præterea nobis uenit, qđ hoc loco iſte contra hæreticos ſcriptis utitur ſanctorum patrum & doctorū Ambroſij & Auguſtini, utitur etiam diuturnitate & conſuetudine multoq; longi temporis uſu, quibus tamen nos Chriſtianos uti nec uult nec admittit. Verba itaque hæc prius lector conferat cum hiſce nouis calumnijs contra purgatorium & uidebit hominis contrarietatem, ſcripſit autē illa anno Chriſti 1518. Quum uero ad Ludderi ſimul & Carolſtadij prouocationem ex Bauaria in Miſniam uſq; profectus eſſem. Die octauo Iulij in diſputatione Lipſica præſente illuſtriſſ. principe Saxoniæ Georgio, adſidente etiam quodam Pomeraniæ duce, & alio quodam Aſconiæ principe, in præſentia etiam totius uniuerſitatis & copioſæ multitudinis inter cætera ita dixit Ludderus excipientibus ſingula uerba notarijs iuratis. Ego qui credo fortiter, immo auſim dicere ſcio, purgatorium eſſe, facile perſuadeor in ſcripturis de eo fieri mentionem. Et deinde. Nolo mihi ſuſpicionem fieri quod fauerem Boemis & Græcis: Et poſtea. Ego nihil de purgatorio noui niſi animas ibi pati iuuandas operibus & orationibus noſtris. Hæc ſua ipſius uerba apertiſſima de eo quod ſciat purgatorium, rurſus hic denuo refellit & repugnat in ſuis calumnijs mera ex ijs faciens mendacia tantum ut purgatorium neget. Et ne quis Ludderum putet minus hæc præmeditate dixiſſe, aut ea illi per feſtinantiā excidiſſe, quod fere diſputantibus euenire ſolet, inſequenti ſtatim die, quæ nona erat Iulij ad multos ſcripturæ locos pro purgatorio per me adductos reſpondit ille, neceſſe non fuiſſe tot authoritates me colligere ad eam rem quam forte conſtantius quam ego affirmaret ut qui ſe profeſſum iam ſciret eſſe purgatorium. Et deinde. Purgatorium ego cum beatiſſ. patribus confiteor, nec tamen eſt neceſſe confiteri qua uia nouerim purgatorium. Nec multo poſt. Fateor quidem ſanctos in purgatorio fuiſſe immo nullum in purgatorio eſſe niſi ſanctum. Quiſquis itaq; ſyncerus eſt honeſtatis ac ueritatis amator, & hæc Ludderi uerba legens cum ijſce confert calumnijs, facili dignoſcere iudicio poterit, quidnam quantumq; ſit in Luddero & mendaciorum & inconſtantiæ, quamq; non ex ſpiritu loquatur dei, qui ita ſibi contrarius non eſt ut ſecum ipſe Ludderus pugnat, ſed more hæreticorum ut Paulus inquit ſuo ſuam ipſius doctrinam iudicio condemnat: ſenſiſſe autem hæc ita Ludderum ſerio illa eiuſdem teſtantur uerba quæ ei præſcripſit ſermoni quem in arce Lypſica habuit, ubi & inter cætera ſic ait. Animi mei ſi conteſter & appellem conſcientiam, aliud adhuc neſcio nec ſentio quam quæ Lipſiæ ſenſi pia eſſe & Chriſtiana adeo ut in ea ſentencia etiam mori dei gratia & auxilio non diffidam. Iam necdum mortuus eſt Ludderus & tamen hæc de purgatorio calumniatur contra etiam confeſſam animi ſui conſcientiam. Porro quum retro Ludderanæ cauſæ totius negocium pondero ſimul ac perlego, confeſſionē reperio eodem anno nimirum 1519. ęditam ſuper articulis quibuſdam qui ſibi ab æmulis ſuis ferebantur adſcripti in hoc ut ſuſpectus ipſe in nonnullis redderetur. Vnde & quidam iam ante in fide parum confirmati eo adducebantur, ut minus pie de inuocatione ſanctorum ſentirent & purgatorio &c. Sentenciam itaq; ad hæc ſuam ediſſerens Ludderus de purgatorio ſic ait. Credendum firmiter eſt idq; ego uerum eſſe ſcio animas miſere cruciari illaſq; iuuari oportere, orationibus, ieiunijs, eleemoſinis & omnibus ijs quæ eis præſtari bona queunt, nobis aliud nec datum nec commiſſum eſt, quam opem illis ferre, hoc enim ſoli ſibi proprie ſeruauit deus ut ſciat quidnam quoq; cum illis modo agatur. Hæc eo loco Ludde

ri excuſatio eſt, qua purgatum ſe uult ab intentata ſibi æmulorum adcuſatione, iam uero ipſe ſibi æmulus effectus & oſor eſt cæteris longe iniquior, quum hoc fateatur libello quod hoſtes iamdudum ſuos inſimularat. Quam eſt autem hic & mendax & ipſe ſecum diſſidens ſpiritus. In hac ſua ſentencia perdurauit Ludderus etiam iam a ſanctiſſimo Papa agnitus & declaratus hæreticus, quum tamen & ipſum papam & eccleſiam & omnia reijceret ac contemneret concilia, nam condemnatis per Leonem pontificem Maximum articulis XXXXI. ex uniuerſa Ludderi doctrina, ſuper eoſdem ſcripſit ille & denuo confeſſus contra Papam confirmauit, & ſuper articulo XXXVII. ibidem ſic inquit. Purgatorium eſſe non tantum credo ſed & credendum ſuadeo. Videat nunc mihi quiſquis uere pius eſt Ludderum & conſyderet quid ille tunc temporis crediderit quæq; ſua iam ſit fides, nam ſi tum ſpiritum ſanctum nonhabuit: quam merito a Papa condemnatus eſt, tam inique ſimul & immerito ab adiutoribus ſuis defenſus eſt. In hac ita ſibi concepta purgatorij opinione permanſit hactenus decennium totum Ludderus, in omnibus etiam ſuis ſcriptis nec contra ſentire animaduerſus eſt unquam, quamuis interim ceu iuratus eccleſiæ hoſtis fuerit ſemper, niſi hoc tandem calumniatorio libellulo.

Folio 65 Nam & anno Chriſti 1523. ſermones edidit nonnullos in quibus etiam unus continetur ſuper Euangelium Lucæ decimoſexto, de diuite, hic ita habet. Quando incertos nos reliquit Deus, quæ animarum ſit conditio & incertos nos oportet eſſe quicquid cum illis agat deus, nec uolumus nec poſſumus uetare, aut etiam peccato imputare, ſi qui pro illis orent, ſiquidem ex Euangelio docemur plæroſq; reſuſcitatos eſſe demortuos, qui tamen (fateri enim id cogimur) finale iudicium nondum receperint, adeo nec de quoq; certi eſſe poſſumus eum iudicium ſuum finale recepiſſe. Id quia incertum eſt, nec conſtat, ſit ne anima ſuo iam condemnata iudicio, peccatum non eſt ſi pro ea ores, ſed ita ut e re incerta certam non facias, ſed dicas. Domine ſi ea eſt huius animæ conditio ut iuuari queat oro propicius & miſericors ſis illi. Si ergo ex ipſo Ludderus demonſtrat euangelio animas iudicium ſuum finale nondum obtinuiſſe, aut incertum id nobis eſſe, orandum tamen pro iiſdem, indubitato hinc purgatorium eſſe colligitur. Et ſi toties hoc idem docuit, ſcripſit, prædicauit etiam & diſputauit Ludderus, qua nunc tandem ueſania quaque inconſtantia ad impuriſſimam tumultuantium inſanientiumque prolapſus hæreſim Zuuinglio adſentitur ac purgatorium noſque interim Chriſtianos calumniatur & repræhendit. Sed iam ne ſatis Ludderum audiuimus hactenus perpetuo purgatorium eſſe confeſſum, ſuaque conteſtatum conſcientia illud etiam crediſſe, nec crediſſe tantum ſed & dixiſſe ſcire ſe quod ſit purgatorium, ac proinde Pickardos hæreticos redarguiſſe quod illud negarent: iam porro animas impugnans & ipſe purgatorium negat, nec in noſtra tantum fide mendacē ſe facit, ſed & eiuſmodi de ſe ſpecimē & exemplar præbet unde conſtet qui nā uir ſit, ita enim ait ſapiens. Oīs peccator probat in duplici lingua. Hic iā orare ſuccurrit oēs cuiuſcunq; conditionis hoīes quiſe aliqn̄ ab unitate fidelium auerterunt & Ludderanis adiunxerunt dogmatibus, ut uere ſerio conſyderent q̃ mendacem ſectent̄ prophetam, eius etiā uideant inconſtantiam, ſemper enim ex alijs ad alia deflectens ſe ſibi ipſum contrariū declarat: unde & fieri nequit ſpiritū hunc uerum habere dei uel ueram Euangelicamq; fidei Lucem, ſed in tenebris ambulat potius, nunc hæc nunc illa contrectans, ſemper ſe quod rectum eſt tenere putat, nec tamen eſt quicquam,

Eccle. 5

ipſe

ipſe enim dux eſt cæcorum,ſimul ergo cum ijs quos ducit in foueam præceps ca-
dit ut ait Chriſtus. Admonitos itaqꝫ uelim omnes eius ſectatores, ut ſaltem agno- *Math.15*
ſcant,in ꝙ areneſo ędificent fundamento, dum inſtabili iſta & pugnatiſſima Lu-
theri doctrina freti non præuident & cauent, ne quando id eis accidat, quod in
Euangelio Chriſtus minatur,de eo qui quũ in arena ædificaret deſcendit hym- *Math.7*
ber & uenerunt flumina,flauerunt uenti & impegerunt in domum illam, & deie-
cta eſt,& fuit ruina illius magna. Nec mihi tamen hoc in Luthero mirum ſit, quē
ſcio ſibi fuiſſe contrarium ſemper, & hæreſes longo iam multoqꝫ ſitu ſquallidas
reuocaſſe,unde & hic pro natiuo ſuo more agit. Hæreſis enim eſt uetuſta quæ
purgatoriũ negans ex ipſis inde prorepſit Gręcis,ac ſenſim deinde per Vualden
ſes, Albigenſes,pauperes Lugdunenſes, Vuiclephium, Catharos, Rhuſſios, &
quoſdam alios deriuata eſt,quamuis & Græci in Concilio Florentino ſub Papa *Anno do.1438.*
Eugenio 4. poſt multam diſputationem præſente Græcorum imperatore Iohã-
ne Paleologo & Patriarcha &c. errorem hunc reuocarunt & ſeſe in articulis fi-
dei cum eccleſia Romana conformarunt,quamuis ergo in hac re hæreticorꝫ in-
ſultus paſſa plurimos eſt eccleſia, uictoriam tamen hæc iſtis præripuit ſemper pro
uera Chriſti ſponſi ſui promiſſione,ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam *Mat.16.*
& portæ inferi,hæretici nimirum non præualebunt aduerſus eam, neqꝫ ergo Lu-
therus nec Zuuinglius, nec quiſqꝫ alius eorum qui animas & purgatorium impu
gnant præualebit, nam quibus eccleſia de purgatorio utitur ſcripturæ firmę con
ſiſtunt aduerſus oẽs omniũ hęreticorꝫ latratus, mendacia furores & rixas,quãuis
in ſuis ijſce calumnijs Lutherus nobis extorquere conatur ſcripturas & in alienos
eoſqꝫ impios detorquere ſenſus,tantum ut a purgatorio aliorſum transferat,id ue
ro quum in calũniam eccleſiæ & ſpiritus ſancti ac animarum in purgatorio deten-
tarum detrimentum moliatur,ego auxiliante gratia dei mendacia eius detegam,
luciqꝫ exponam,obiectiones ad ſingulos ſcripturæ contextus diluam, & ad extre-
mum plures locos quos Lutherus tamen neglexit purgatorium euidenter com-
probantes adferam & adducam.

SECVNDA PARS.

LVtherus libellum ſuum calumniatorium in ſex capita digeſſit,In primo *1.Mach.12*
textum addducit de Iuda Machabęo,ut qui nobis ſit ceu terminus qui-
dam & fundamentum fortiſſimũ. Is autem eſt huiuſmodi. Vir fortiſſi-
mus Iudas facta collatione duodecim milia drachmas argenti miſit Hieroſoly-
mam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium , bene & religioſe de reſurre-
ctione cogitans, niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum
uideret & uanũ orare pro mortuis. Sancta,ergo & ſalubris eſt cogitatio pro de-
functis exorare ut a peccatis ſoluantur.Fatemur ſane efficaciter hic & aperte pro
bari purgatorium,fatemur etiam bonum eſſe & ſalutare pro defunctis exorare,
atqꝫ ideo & in officio miſſæ locus hic per uniuerſum toto terrarum orbe Chriſtia
niſmum uſurpatur.Lutherus autem eccleſiam ſimul & ſpiritum ſanctum erroris
reprehendere conatur,oſtendẽs hoc uerborum contextu purgatorium adeo non
probari,ut etiam librum hunc Machabęorum totum non eſſe dicat in Canone
ſcripturarum etiam a uetuſtis patribus receptum , ideoqꝫ graui in nos furore
percitus inſanit,dicens nos male ex tam incertis immo reiectis ſcripturæ locis do
cere & articulos fidei uelle aſſerere. Eſſe autem Lutherum mendacem &
inique librum hunc reijcere facile conuincam, & primum quidem ex ipſo libel-
li huius prologo qui ſic habet. Libri Machabæorꝫ ꝙuis in canone ſcripturarꝫ a *In Prologo.*
Iudæis non habeantur recenſentur tñ inter hiſtorias ſacrorũ librorũ, teſtatur id S.

Li.18.c.36 Auguſt.de iſce libris ſic loquens. Quos non Iudæi ſed eccleſia in numero ſacra‑
rum habet ſcripturarum,ob inſigne & admirandum quorundam martyrum ſup
plicium,qui prius quam ueniret Chriſtus in terras fortiſſime pugnarunt pro lege
dei,& immenſa ac horrenda paſſi ſunt mala,hæc Auguſtinus etiam in lib. de do‑
Li.2.c.8 ctrina Chriſti. Eſt & hoc idem uidere in Concilijs,ubi conſtitutus eſt de ſcriptu
Cano.24 ris ſacris Canon,ut in Concil. Aphricano,quo libro ſanctorum dogmatum recen
ſentur,inter quos & ij 2.Machab.libri numerantur. Et ita tenet utiturq; eccleſia
tota,planeq; Iudaizat in hoc Ludderus,dum eoſdem nõ recipit, nam & Hierony‑
In prologo Ga‑ mus ait Iudæos libros hos non recipere. Ne uero aliquis pateat hic Luddero ela‑
leato bendi locus ſua ſibi ipſius opponam uerba, quibus aduerſum me in diſputatione
Lipſica uſus eſt,octaua enim Iulij ſic dixit,nam & liber Machabęorum pro fideli
bus potens eſt.Quod ſi liber hic pro fidelibus eſt potens, & efficacem purgatorij
facit mentionem,ſequitur ipſius etiam Ludderi Iudicio Ludderum fidelem non
eſſe,ut cui liber hic purgatorio probando non faciat ſatis. Eodem etiam die con‑
feſſus eſt ſcire ſe ab eccleſia librum hunc eſſe receptum.Et deinde 9. Iulij, quum
iam multis ego docuiſſem eſſe & eundem in numero ſcripturarum, & purgato‑
rium eſſe probaſſem. Reſpondit ad hęc ille. De ijs duobus nulla eſt inter me &
damnationem ſuam controuerſia, quod ſi igitur controuerſia inter nos nulla re‑
linquitur,quid reliquum erat cur iſte iam nouis calumnijs eccleſiam & eccleſiaſti
cos omnes proſcinderet,purgatorium inquiens eos adſerere mendaciter. Non im
merito etiam hic poſſem Luddero obijcere quum toties librum hunc ab eccleſia
receptum ſit confeſſus,nam & eadem nona Iulij, dixit,Concilia & eccleſiam nun‑
quam errare in ijs quæ ſunt fidei.Quur nunc tandẽ librum illum in dubio ponere
nitatur & locuum illum pro mendacio reputare,tantum ut per hęc eccleſiam re‑
pręhendat.Deinde hoc pro ſe ſuſcipit Ludderus, ut maxime locus & hic de quo
agitur liber pro recepto haberetur,eo tamen ipſo purgatorium non conuinci, pri
mum quia eius hic uerbum aut mentio nulla fiat, deinde quod hic contextus de
reſurrectione ueniat intelligendus, ipſeq; adeo Iudas de fide ſua commendetur,
& ita purgatorio magis repugnet quam quod auxilietur. Tertio nec ſequi nec
quicquam concludere ait,Demortuus aliquis eſt in peccatis,eſt ergo in purgato
Rom.6 rio, nam & ſanctiſſima corpora adhuc terris tenentur recondita eorum qui etiã
in peccatis ſunt defuncti,ut ait Paulus, ſed & dęmones in peccatis quum ſint,nec
tamen in purgatorio nec inferni detinentur ſupplicijs. Ad extremum & hoc non
ſequitur. Iudas pro defunctis orare ſinit, ſunt ergo in purgatorio.

Reſponſio.

QVam iniq; quamq; immerito nos Chriſtianos Ludderus calumnietur ſo‑
phiſtas,hic luce meridiana clarius patet, quum interim ipſe more ſophiſti
co apertiſſima pro purgatorio uerba dilaceret & euertat, tantum ut ueri‑
tati facilius detrahat,nam & idem hoc annis 8. hactenus Zuuinglius & ſui egere
ſequaces,nec tamen eorum quiſquã auſus eſt adſerere quod hæc pro purgatorio
non faciant,tantum pro libro decertarunt & hunc e reliquo ſacrarum ſcripturarũ
ordine reiecerunt. Tandem uero in arenam ſophiſta iſte ſuo more ſuperbiens
progreditur & locum hunc pro purgatorio facere negat, nos itaq; hominem au‑
diamus,quam impedite contextum hunc nobis pertractet. Principio quum ait
purgatorij nomen hic non haberi,an non id dicere ſophiſtæ eſt plus quam captio‑
ſi. Hac enim lege & uia ne tres quidem in diuinis perſonas credemus, quũ hoc
perſonæ nomen in ſcripturis hoc ſignificato nuſquam reperiatur. Ex hac ſophi‑
Math.22 ſtæ noſtri ſentencia,nec Chriſtus reſurrectionem mortuorum aduerſus Saducæ
os euidenter ſatis comprobaſſet quum diceret. Non legiſtis quod uobis dictum
eſt

eſt a deo qui ait. Ego ſum deus Abraham Deus Iſaac & Deus Iacob, nam &
hic reſurrectionis uerbum nullum, ſatis erat efficaciter hinc reſurrectionem col
ligi ſicut & hic, quamuis mentio purgatorij habeatur nulla ſufficit tamen ex ipſa
rei materia id ſequi, habemus autem in horum uerborum contextu conſultum
uiſum Iudæ pro defunctis offerre, pro ijſdem etiam exorare, eo ꝙ conſyderabat
ijs qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam eſſe repoſitam gratiam,
eoq; ſanctam & ſalubrem eſſe cogitationem pro defunctis exorare ut a peccatis
ſoluantur, id porro omne fruſtra illis fieret quæ in inferno detinentur & magis ſu-
peruacuum in ijs quæ in cœlo gaudent beatæ, oportet ergo eſſe medium nimirũ
purgatorium, in quo ſacrificium & præces bene impendantur

Dein ꝙ ait hæc non ad purgatorium ſed reſurrectionem eſſe referenda, quid eſt 2
aliud ꝙ̃ ipſum uiciare contextum, nõ enim pro reſurrectiõe oramus quæ non mi-
nus malis cõtinget ꝙ̃ bonis, aperte uero demonſtrat orationem hanc ſalubrẽ etiã
peccata delere mortuorum. Verum tamen hoc eſt uoluiſſe eum qui hæc ſcripſit
ibi opionem iſtam impiam diluere qua quidam animas ſimul cum corporibus
commori credidere, nam id ſi fieret, Quur pro illis oraremus? fides ergo reſurre-
ctionis tantum non uetat ut iubeat etiam & cogat pro defunctis orare eos qui ad
huc uiuunt, nam ſi ea non adeſſet fides quæ illa futura eſt oratio.

Ad tertium quod obijcit dico & ipſe, non ſequi. In peccatis demortuus eſt, eſt er 3
go in purgatorio, quis enim unꝙ̃ eiuſmodi nobis præſcripſit ſophiſticam dialecti-
cen, aut quis ea uſus præter Ludderũ, nam & Iudas & Herodes in peccatis mor
tui ſunt, nõ tamen in purgatoriũ ſed infernum detruſi ſũt: Atqui hoc inde colligi
mus. In peccatis mortuus eſt ita ut hæc ſibi remitti adhuc poſſint, eſt ergo in pur-
gatorio, non enim peccatis onuſtus aſcendet in cœlum, quia nihil coinquinatum *Apoc.21*
intrabit in illud, nec in inferno ubi nulla eſt redemptio remitti ei poterunt. Sed nec
ad Romanos Paulus ait, corpus in peccato demortuũ, quamuis peccatum mors
ſequit̃ adeo ut ſi peccatum nõ fuiſſet ne mors quidem ſucceſſura fuerat. Scite au
tem & nimis quam pulchre Ludderus etiam dęmones ex inferno recludit, quum
tamen Chriſtus dicturus ſit peccatoribus ad ſiniſtram adſtantibus. Diſcedite a *Mat.25*
me maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Nec ma-
le articulus inter reliquas Ludderi hæreticas adſertiones obſeruatus cõnumerabi
tur. Ad extremum hanc quoq; cõſequentiã reijcio. Pro illo oratur eſt ergo in pur 4
gatorio, nam non raro fiunt pro aliquo qui in cœlis eſt depræcationes, & rurſus
pro eo qui in inferno detinetur, quando nobis animarum ſtatus & conditio incer-
ta relinquitur, ſed hoc bene ſequitur, Iudas pro defunctis orat, credit ergo eſſe pur
gatorium, non enim oraret niſi certo id crederet. Tantum autem ſophiſtica ſunt
quæcunq; hic obgannit Luterus, orationem hanc Iudę ad reſurrectionem eſſe re
ferendam, quũ ex ęquo boni et mali audituri ſint uocem filij hominis et reſurgent.
Apertiſſime autem textus arguit quur tandem ſalubris ſit quæ pro defunctis
ſit oratio, nõ enim reſurrectionis ſed remiſſionis peccatorũ cauſa. Cõſtat ergo Lu
therum ſua ipſius mendacia in ſuo adhuc geſtare ſinu.

MENDACIVM SECVNDVM.

POrro iam molitur Lutherus probare hoc loco ex Machabęorum hiſtoria 1
purgatorium non probari, primum ꝙ Iudas hic Machabęus quum Iudęus
fuerit ſacrificarit in ueteri teſtamento, quod ad nos nihil ſpectet niſi Iudaizare
rurſus uelimus. Deinde quur ex unius hominis facto & exemplo articulum fi- 2
dei conſtitueremus, quando nec nos idem facere illic iubemur, quando ita & Iudęi
filios ſuos ſacrificarint, uidentes in Geneſi mandantem Abrahæ deum ut filiũ ſibi *Gene.22*
proprium imolaret. Simili ducebatur argumento Thomas Muntzerus, ſi Dauid 3
Gedeon & Ioſue recte fecerunt quum reges occiderent impios, iuſte etiam illis li-

cere principes ſuos occidere, quamuis incertum hic ſit num bene in hoc fecerit Iu
4 das, quando totus ille liber & incertus eſt & ab antiquis reiectus, Præterea com-
miſſum ex Deo nullum habemus, purgatorium credendi, quur ergo nobis hic ſi
dei articulus præſcribitur? Et quis ſcit ſi Iudas hac ſua pietate errarit ſicut &
Iud. 8 Gedeon qui peculiare ſibi fecit Ephod & male, unde nec ueri diſſimile eſt Iudã
quoqꝫ in hoc minus bene feciſſe. Hæc ſunt quæ commentus eſt ſophiſta Luthe-
1 rus, nobiſqꝫ Chriſtianis contra ueritatem intendit, nam ut ad prima reſpondeam
nõ ideo ſtatim iudaiſſabimus ſi quidẽ utut legalia illa & Cęremonialia Moyſi prę
cepta deſierint, hoc tale nullũ eſt, ſufficit enim ꝙ purgatorium nobis probat in ue-
teri teſtamento, nec eſt quur idem & in nouo teſtamento non ſit, quando nec ſcri-
Rom. 15 ptum eſt ita Chriſtum purgatorium ut limbum patrum confregiſſe. Et ſi ut Pau
lus ait ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt omnia quæcunqꝫ ſcripta ſunt, quid hinc no
bis diſcendum uenit niſi ut & pro defunctis oremus, non enim hoc eſt typicum ut
alia plæraqꝫ ſunt in lege, quibus conſimile quid ſignificatum eſt tandem in nouo
1. Cor. 10 teſtamento ut inquit Paulus, Eadem etiam ad alterum uia reſpondeo, ſi enim quic
2 quid ſcriptum eſt ad noſtram doctrinam ſcriptum eſt, etiam exempla multum fa-
Heb. 11 ciunt & probant, ita enim ueteris teſtamenti patres inducit Paulus ad Hebræos
Mat. 12 & alibi, ita cõtra murmurantes Phariſęos ꝙ diſcipuli Ieſu ſpicas uellerent in ſabba
tho, exemplo Dauidis eos ille expurgat, qui urgente fame panes comedit propo-
1. Reg. 21 ſitionis. Hoc ſi quis iam ſequatur exemplum ſubito ne Iudæus æſtimabitur eo ꝙ
Dauid Iudæus fuerit, iuxta bellam hanc qua Lutherus utitur diſputandi formu-
lam. Et in hoc ſequaces etiam eius aberrãt, neqꝫ enim Dauidis exemplo idem &
nos ſtatim facere debemus quantumuis & nobis liceat. An nõ ergo eſt ſatis quod
hic ſcriptum habetur ſanctam & ſalubrem eſſe cogitationem pro defunctis exo-
rare, immo ſatis hinc iubemur etiam & docemur ſalutare illud & ſanctum officiũ
3 non negligere. Quod autem affert Lutherus de non imitandis exemplis patrum
ſicut Iudæi male imitati ſunt exemplum Abrahæ &c. quid obſecro eſt aliud quã
extremum mendacium & capitalis Lutheri malicia, nam ꝙ Iudæi filios ſacrifica-
uerunt ſuos, non ad imitationem factum eſt Abrahæ cui hoc ipſum mandauit
Deus, ſed abuſu & maligno quodam idololatrarum more, & ut breuiter dicam
primum hoc fuit quo ab exemplo Abrahæ receſſerunt, ad quem ita locutus erat
Gene. 22. Deus, Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac & uade in terram uiſio-
Deut. 12 nis atqꝫ offer eũ in holocauſtũ, Iudęis autem deus hoc inhibuit dicens, Caue ne imi
teris gentes poſtq̃ fuerint te ingrediente ſubuerſæ, omnes enim abominationes
quas auerſatur dominus fecerunt Dijs ſuis offerentes filios & filias & comburen-
tes igni. Deinde filium ſuum offerre uoluit Abraham deo uero & uiuo. At Iudęi
Pſal. 105 filios ſuos dæmonijs obtulerunt & idolis, ait enim Dauid & immolauerunt filios
& filias ſuas dæmonijs. Præterea nec ſtudio imitandi Abrahæ id fecerunt Iudæi,
ſed ut gentes potius imitarentur, ſicut ex uerbis Deutero. iam ante patuit, &
Dauid iam adducto loco hæc præmittit, Commixti ſunt inter gentes & didicerũt
Hiere. 19 opera eorum & ſeruierunt ſculptilibus eorum & factum eſt illis in ſcandalũ. Tria
hæc coniunxit Hieremias dicens. Alienum fecerunt locum iſtum & libauerunt
in eo dijs alienis quos neſcierunt ipſi & patres eorum, & reges Iuda & repleuerũt
locum iſtum ſanguine innocentum, & ædificauerunt excelſa Baalim ad combu
rendos filios ſuos igni in holocauſtũ Baalim, quæ non præcepi nec loquutus ſum,
nec aſcenderunt in cor meum. Hęc pluribus aliquando proſecutus ſum, unde Lu
ce clarius inſigne deprehendatur Lutheri mendacium quod per ſe tamen quum
4 contra apertos ſcripturas commentus ſit publicare non ueretur Iudæos exem-
plo Abrahæ commotos filios ſuos ſacrificaſſe. Porro quod ſub Muntzeri nomi-
ne deinceps affert argumentum de Ioſue Dauide & Gedeone ego plane Lut-

theranũ

deranũ arbitror, quo Ludderus ruſticos ſuis primũ dogmatibus ſeductos & con
citatos occidi deinde iuſſit ac iugulari, indulgentias etiã nobilibus elargitus, qui
tñ ante hac Papæ indulgentiaꝝ conceſſionem permittere nunquã uoluit. Vtut
aũt Ludderi aut Muntzeri ſit argumentũ hoc certe tumultuariũ eſt & inſanum.
Ioſue enim, Dauid & Gedeon, ijſqꝫ cõſimiles alij imitandi ſunt ſane eorũqꝫ exem-
plis impij & deo reſiſtẽtes plectendi. Atqui magiſtratus a deo cõſtitutos uelle de-
lere, quod factioſa parabat ruſticoꝝ ſeditio, quos tñ falſi & maligni prædicatores
Ludderi nimirũ ſocij & ſequaces miſere ſeduxerant, id uero nõ eſt optimoꝝ prin
cipum Ducũqꝫ Ioſuę Gedeonis & Dauidis exempla ſectari. Paulus ait. Vtinam
abſcindantur qui uos conturbant. Ego ſi iã huius loci authoritate uellẽ magiſtra Gal. 4
tus mihi iuſte pręfectos tam ſeculares quã ſpirituales reſcindi, iniuſte ſane & iniqꝫ
contra ordinationem dei egero. Sin uero cupiam iuſta iuris uia, Ludderum,
Zuuinglium, Bucerũ, & id genus alios totius Germaniæ, immo Romani impe-
rij turbatores, qui damnatis ſuis hæreſibus irreuocabile nobis detrimentũ indu-
cunt reſcindi, ſicut & Paulus orat nõ crediderim plurimum in hoc me aberratu
rum. An enim nõ toti Reipub. cõmodius fuerat 20 forte eccleſiaſtes ꝙ centum
hominum milia perijſſe de populo, tot uiros bonos, tot interemptos hoĩes hone-
ſtos & probos, tot inde relictos pupillos & uiduas, tot tẽpla totqꝫ diruta cœnobia,
tot arces confractas, tot uillas exuſtas, reliquũ eſt enim adhuc Luddero cũ ſuis p̄
dicatoribus qui horum fuere tumultuũ authores, durã ſubire prouinciam & gra
ue perferre dei iudicium. Quod uero de incertitudine libri Machabęoꝝ adfert 5
Ludderus iã ante confutauimus, ꝙ addit nõ eſſe aliquid ſuper purgatorio nobis
a deo cõmiſſum, id uero plane pernegamus, habemus enim eius rei cõmiſſionẽ
apertiſſimis etiã ſcripturæ locis expreſſam, quos quũ ipſe uſurpat Ludderus, tũ
nos ad finem libelli huius adducemus. Sed nonne mandauit nobis deus ut quos
ſuo loco reliquit in terris uicarios audiamus, nam quiſquis illos contemnit, deum
contemnit. Deinde & hoc commiſſum dei eſt, Qui eccleſiam non audierit, ſit tan Lu. 10
quã ethnicus & publicanus. Iam uicarij Chriſti & ipſa in concilijs eccleſia decre-
uit eſſe purgatorium, huic decreto firmiter ſtandum, quod loco dei per uicari-
os eius collatum eſt nobis, nec temere Luddero credendum & ad opiniones ac
hęretica ſcripta declinandum. Gedeonis exemplum nihil ad rem hanc, ille e- 6
nim quod Ephod & omnem ornatum ſacerdotalem parauit contra mandatum
dei fecit, uno omnibus ore & Chriſtianis & Hebræis cõſentientibus doctoribus. Ioſu. 24
Iudas aũt nullam ſui inſtituti habuiſſe ex deo legitur prohibitionẽ, ſed in hoc qđ
fecit cõmendať ſicuti rurſus Gedeon repræhenditur, adeo ut non fuerit hacte-
nus in eccleſia ſyncerus & integer iudicatus quiſquã qui hoc Iudæ factũ culpa-
rit, niſi quod ſeductores hæretici moliti ſunt, & ſi inique per hoc feciſſet Iudas,
utiqꝫ eccleſia quæ ſpiritu dei regitur, & cum qua ad conſummationem ſeculi Math. ult.
uſqꝫ manſurus eſt Chriſtus, nec librum nec locum hunc recepiſſet neqꝫ dum eo
uteretur in ſacrificio miſſæ. Deinde etiam ipſa Chriſti promiſſio minus certa eſ-
ſet, qua ſpiritum ſanctum pollicitus eſt omnem edocturum ueritatem. Ex ijs itaqꝫ Ioan. 16
iam conſtat Ludderum mendaciorum patrem eſſe & authorem, ut qui non con
tra eccleſiam tantum, ſed ſeipſum etiam ſit mentitus, & factum illud Iudæ Ma-
chabęi auſus ſit damnare calumniariqꝫ.

MENDACIVM TERCIVM.

MVltis rurſus ſcommatibus hic agit Ludder ut oſtendere conetur hoc ſcrip
turæ loco purgatorium probari non poſſe, quum ipſe Iudas illud non cre-
diderit ſed nec credere potuerit, ſiquidem in ueteri Teſtamento purgatori

um nullum fuerit & ne nouo quidem ſub primis Apoſtolorum temporibus, quã do & ipſi fatemur in ueteri Teſt. non fuiſſe, ſuper hoc fundamento dici non poteſt quam tumultuetur & nos temeritatis accuſet &c.

Reſponſio.

Quis hic non uideat & apertiſſime deprehendat Ludderũ quum depudue rit ſemel, ſtrenue ſuũ mentiendo munus proſequi. Principio nanq; iniquiſſime Iudam ait purgatoriũ non credidiſſe, ſi enim pro demortuis orari uoluit ut a peccatis ſoluerent, quod nec ijs qui in inferno nec illis qui in patrum detinebantur limbo impendi poterat, ſequitur utiq; pro ijs eum oraſſe qui in purgatorio erant. Alterum in eadem re Ludderi mendacium eſt, purgatorium in ueteri Teſt. non fuiſſe, id enim ſuũ ipſius cõmentum eſt contra manifeſtas ſcripturas, nã quur alias
Gen. 10 Iudęi hunc morẽ habuiſſent, ut 40 dies mortuos ſuos deplangerent, ſicut Ioſeph > diebus & cum eo multitudo magna magno & immenſo luctu patrem ſuũ planxit. An non aũt hoc flagicium eſt magnum & mendacium inſigne q; tam audacter Ludderus ait etiã nos purgatorium in ueteri Teſtamento abnegare, quod ſaneadeo nõ apud doctores ſanctos reperies, ut illud eſſe euidentiſſime ex ueteris
Iob 10 Teſta. ſcripturis conuincant, quale eſt illud. Nunquid non paucitas dierũ meorũ finiet̃ breui? Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum antequã uadam & non reuertar ad tenebroſam & opertam mortis caligine terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Hic ſane Iob de purgatorio loquitur, ita enim eccleſia probatiſſima ſcripturarum interpres eo loco pro demortuis utitur, nam purgatorium nec illa mortis regio eſt ſed umbra eiuſdem; nec ueriſimile fuerit id uoluiſſe ſanctum Iob ut ad infernum deſcenderet quod eorum quorum iam deſperata eſt ſalus non piorũ eſt, ſed et quod ſempiternum uocat hororem non eo pertinet q; perpetuo duraturus eſſet, ſed ſolito quodam ſcripturarum more æternum dici ſolet quicquid ad
Gen. 17 tempus permanet, ſic circunciſio ſignum appellatur æternum & tamen iam perijt, ſic & ipſi
Num. 25 Phinees fœdus ſacerdotij promittebatur æternum nec tamen huc uſq; reſtat. Huiuſmodi loci complures ex Iob adferri poſſent, ſed mitto. Anna Sa-
1. Reg. 2 muelis mater. Dominus (inquit) occidit & uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Hoc mihi Ludderus ad infernum damnatorum torquere non poterit, quũ de inferno purgatorij ſit dictum quod etiam inferni appellatione uenit intelligendum ob pœnarum conformitatem, ſicuti & ipſe iam antea ſæpius profeſſus eſt
Cõclu. 15 & 19 Ludderus in reſol. de indul. Valeat ergo cum mendacijs ſuis Ludder, quæ impudenter adeo cõmentus eſt ut agnoſcant catholici omnes aliter nos ſentire quam iſte nobis intendit impuriſſime.

MENDACIVM QVARTVM.

Porro iam calumniator Ludderus ut magis textum hunc nobis euertat illud pro ſe aſſumit inquiens. Iudam q; Hieroſolymam hæc offerenda miſerit in ueteris feciſſe Teſtamenti ſacrificijs, quæ quum intermortua iam ſint & abolita adeo ut ſi ipſe iam rediret in terras Iudas ſacrificium illud facturus nõ eſſet, ac proinde illius in imitatione non eſſe rapiendum exemplum. Deinde nos quoq; inſimulat denuo in ſacrificio miſſæ Chriſtum ſubinde crucifigere, quod ipſum etiam Iudas non fecerit.

Reſponſio.

HAec tam ueſana tamq; inepta Ludderi ſunt mendacia ut me ea etiam confutare pigeat, ſatis enim & eccleſiæ & Chriſtianis omnibus eſt hoc Machabæi facto uiuorum pro defunctis interceſſionem probari, qua ſi purgatorium

non ſit opus futurum non erit. Rudis nimirum & ineptus in hoc eſt Ludderus,
quod quum exemplo utimur, putat ita per omnia fieri oportere ut res illa, unde
exemplum trahimus demonſtrat, quod ſi ſic eſſet non ſatis exemplo Dauidis fa-
melicos ſuos diſcipulos excuſaſſet Chriſtus, neqꝫ enim hi panes edebant propoſi-
tionis ſed ſpicas uellebant. Sufficit ergo & hic nobis pro mortuis eſſe orandum,
quod quū Iudas ſui temporis oblationibus faceret placuit deo, & nos iam inſtituto
per Chriſtum ſacrificio ſui ipſius corporis & ſanguinis in officio miſſæ facimus.
Quod nec Ludderus nec quotquot infernus habet dęmones euertent unquam,
quamuis temporibus Antichriſti ceſſaturum ſit ad tempus, iuxta prophetiam
Danielis, ſed hæc alias.

Concluſio Capitis primi.

EX omnibus illis iam patet & conſtat, nec dubium relinquitur apud quenqꝫ
uere Chriſtianum, librum hunc nec reiectum ut Ludderus turpiter mentitꝰ
nec incertum eſſe, unde fortiſſime adhuc nobis purgatorium conſiſtit, nam
& Iudas Machabæus pro defunctis non obtuliſſet, niſi hic piorum inter Iudæos
mos fuiſſet, indubitato enim cum omni populo ſuo purgatorium credidit. Quan-
do ne id quidem uerum eſt in ueteri Teſtamento purgatorium non fuiſſe & ex-
empla patrum ualidiſſima eſſe Chriſtus nobis teſtatur & Paulus. Atqui hoc Lud
derum mouet, quod conſortes ſui ſuæq hæreſis ſocij in igne mittantur ad cœlum
ſicubi in hoc & conſimilibus articulis ab eccleſiæ & fidei unitate deficiunt. Clama
mus ſane & ingeminamus eccleſia eccleſia, eo ꝙ eius credimus ſanctitatem, quod
Chriſtus eandem relicturus ſit nunquam, quod ſponſa illius, quodqꝫ columna & 1. Tim. 3
firmamentum eſt ueritatis, quod ouile ſit unicum Chriſti extra quod ſaluari ne- Ioan. 10
mo poteſt. Recte etiam animicidas inclamamus hęreticos animarum & purga-
torij impugnatores, proditores Chriſti & eccleſiæ, qui archana ſacrataqꝫ ſanctę fi-
dei myſteria adeo contemnunt, produnt, & quantum in ipſis eſt omni hæreſi &
errore contaminant. Hos ergo quiſquis uere pius eſſe cupit & uult Chriſtianus,
caueat, euitet & fugiat iam non noſtris ſed Chriſti uerbis cōmonitus, fures enim Ioan. 10
ſunt, latrones lupiqꝫ rapaces, miſeras dilaniant ouiculas fœdiſſima hęreſum ſuarū
lue peſteqꝫ infectas & ſeductas. Inſuper etiam canes ſunt furioſi ſanctis oblatran-
tes ſacramentis ſacriſqꝫ cęremonijs & occultiſſimis eccleſiæ miſterijs, de quibus & Phil. 3
Paulus. Cauete inquit canes, cauete malos operarios, cauete conciſionem, hæc
mihi uerba nota & hæc conſigna myſteria, Ludderumqꝫ uide, Conſyderans Pau
lo diligentius an non huiuſmodi ſit ille canis, qui & noſtram, dum ringitur, medi
tatur ab eccleſiæ unitate conciſionem.

CAPVT II.

ALter ſcripturæ pro purgatorio locus, Pſalmus hic Dauidis eſt. Tranſi- Pſal. 65
uimus per ignē & aquam & eduxiſti nos in refrigerium. Loquitur hic
Pſaltes in perſona animarum in purgatorio detentarum quæ uarijs ca-
ſtigatæ ſuplicijs ad ultima ſui laboris ubi peruenerint (temporalis enim hic & tran
ſitorius tantum eſt ignis) gratias ſimul & laudes deo liberatori ſuo referunt, ſicut
ad longum ſ. Anthoninus diducit, noſqꝫ breuitatis ſtudio præterimus, ex uetuſtiſ
ſimis enim doctoribus ita hunc pſalmi locum intellexit Origenes homil. 25. ſu- Orige.
per Num. & Ambroſ. ſuper Pſal. 118. Hos prius nobis ſophiſtas & aſinis ſtupidio Ambroſ.
res oportet reddat Ludderus quam ſuis calumnijs (aliud enim iam non ſcit) pur-
gatorium expugnet, neqꝫ enim nos ſanctiſſimorum illorū pudet patrum, ſed Lud
derum merito ſuorum pudeat ſociorum, quos igni exuſtos & capite plexos ſci-
mus in ſeditione ruſtica, ſed & ante & poſt eandem. At nunc eum audiamus quę
tandem in nos Chriſtianos congerat & impuriſſima accumulet mendacia.

IOHAN. ECKIVS
MENDACIVM PRIMVM.

Pſal. 65

LOcus hic non de purgatorio ſed paſſione, ſanctorum intelligendus eſt in tempore iſto, nam & illud ibidem habetur. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Iam uero & ipſi fatentur papiſtæ non homines ſed dæmones animas in purgatorio cruciare & torquere.

Reſponſio.

Dæmones non torquent aīas.

PRobe hic mendacium uocat Ludderus, quod ſuum ipſius non Chriſtianorum eſt mendacium dęmones cruciare animas in purgatorio, nam doctores id ſimul omnes plurimis & arduis de cauſis pernegant, & primum quidem ꝙ immerito quis ab eo cui præualuit torqueretur, Conſtat enim ꝙ animæ quæ in purgatorio ſunt dæmonē uicerunt et in charitate dei demortuę ſunt, non ergo iuris et poteſtatis quicq̃ eſſe decet dęmoni in illas excruciandi. Deiñ et hoc ipſum dæmonē non latet pœnā hanc purgatorij animab. prodeſſe nō parū, nam in hoc tantum torquentur ut purgentur et purgatæ in uitam deducantur æternā, quod illis utiq; iſte omnis inuidiæ pater inuidet, quum non commoda ſed mala tantum et incommoda hominum promoueat. Præterea uidemus hic ꝙ Dominus latronem a carnifice iudicari facit, at non item illum. Ita damnatos torqueri ſinit Deus officio dæmonū ſed nō eos qui in purgatorio ſunt, filij enim eius ſunt et ut Lutherus ait beati, nam ita et B. Auguſtinus inquit. Diabolus ſi patientiam Iob cognouiſſet et ꝙ tantum boni ex ſua tentatione illi accederet nunq̃ eum perturbare cæpiſſet: quum ergo certo ſciat Dæmon animas quæ in purgatorio ſunt ſuas non eſſe et ex pęnis quibus afficiuntur puriores tantum fieri eas nequaq̃ cruciat. Et hæc ſanctorum patrum ſentencia eſt, quos Lutherus uirulenta ſua lingua et ore malefico Papiſtas calumniatur, Thomam nimirum, Richardum, Bonauenturam & reliquos. Sed de loco Pſal. ꝙ Dauid de perſecutione martyrū loquatr̄ ſcio ego id etiam Auguſt. accipere de ijs qui contriſtantur & turbantur, ſcio etiam ꝙ dicit Hieronymus, Victorias hic declarat martyrum, ſed hoc nimis q̃ rancidum eſt argumentum, Pſalmus ille ad hoc derſeruit, non poteſt ergo ad aliud etiam referri, ſicuti hic & alibi in ſuo libello articulorum in bulla damnatorum temere garriendo proponit, nam ſi id uerum ſit etiam ipſa Lutheri ſentencia improbabitur Pſalmum hunc de martyribus intelligi, quando conſtat iuxta literam hic Dauidem gratias agere Deo pro liberatione populi Iſrahel de manu Egyptiorum, quum mare rubrum factum eſt illis peruium quumq; ſicco pede tranſiſſent Iordanem. Iam quando ita uult Lutherus ut Pſalmus hic uni tantum rei deſeruiat oportet intellectus et ſenſus eius totus penes Iudæos permaneat maleq; extendet eum Lutherus ad S. martyres. Præterea ſicut ipſe Pſalmi titulus arguit etiam ad Chriſti reſurrectionem refertur atteſtante etiam hoc idem D. Hieronymo, Sequitur ergo ex tam feſtiua Lutheri Dialectica ꝙ ne àd martyres quidem pertineat idq; contra Lutherum: Nobis porro Chriſtianis nullus in hoc defectus eſt, ſiquidem diuitem illum & uberem profitemur ſcripturæ intellectum ex opimis ſpiritus ſancti diuitijs ſicut iam commonſtrauimus, ideoq; ſi ex Lutheri ſentencia Pſalmus hic de iuſtorum ſanctorumq; loquitur perturbatione & in purgatorio quicunq; detinentur etiam iuxta Lutherum ſancti ſunt & de ipſis loquetur, nam quum per ignem & aquam perturbatio intelligatur & pœna, maiorq; & grauior eſt eorum qui in purgatorio ſunt adflictio q̃ horum qui in terris degunt: ſiquidē D. Auguſtini iudicio omnes omnium pœnas excedit quas unquam in terris homines paſſi ſunt: impie in ſuis calumnijs facit Lutherus dum pęnas purgatorij nō uult ignem eſſe & aquam & ſic ſuis ipſius obruitur opprimiturq; mendacijs.

A ſimili.

Exod. 14.
Ioſue. 3.

Hierony.

Reliqua

RELIQVA MENDACIA TRIA.

DEinceps Ludderus pſalmum hunc proprie loqui ait de ſanctis ueteris teſtamenti, in quo & conſcriptus eſt quum nondum eſſet purgatorium, non ergo de Nouo Teſt. ſentire poteſt & intelligi. Præterea holocauſti mentionem facit Pſalmus ille, quod utiq; ad eas quæ in purgatorio detinentur animæ referri non poteſt, & quod ad aquas attinet etiam in inferno aquas inuenimus apud Iob dicentem. A nimio calore tranſibit ad aquas niuium, & tamē idem niuem deſinere ait, & in aquas calore ſolis abire ac conuerti. Hiſce uidetur ſibi Ludderus, non tantum eccleſiæ præualuiſſe fortiter, ſed & omne purgatorium extinxiſſe. Iob 24

Reſponſio.

QVod hic primum Ludderus dicit Pſalmum illum proprie de ſanctis Veteris Teſtamenti intelligi ſanctorum repugnat patrum interpretationi, uelut iam ante recenſui, repugnat autem Luddero ipſe pſalmi titulus, qui apertam facit reſurrectionis mentionē, nec utiq; minus ad ſcripturas ſanctas pertinet quam ipſe pſalmus. Deinde & ipſe hic ſibi contrarius eſt Ludderus, qui Art.17 quum in aſſertionum ſuarum libro ad afflictos omnes ac præcipue martyres & eccleſiam ſanctam dei retulit, qua nunc fronte homo mendaciſſimus ad ſolos refert ueteris Teſtamenti patres? Dein prius illud hic denuo reuocat commentum, purgatorium inquiens in Veteri Teſtamento non fuiſſe, quod & iam ante confutauimus. Eſt tamē hic uidere planeq; expeditum ac facile eſt cuiuis deprehendere quam omni ſua deſtitutus ſit careatq; iam Ludderus & ſcientia & ratione, dum ita eccleſiæ pręter omnem rationem repugnat. Pſalmus hic in Veteri Teſtamento conſcriptus & fixus eſt, non ergo poteſt purgatorium nobis probare in Nouo Teſtamento. An quod in Veteri Teſtamento ſcriptum eſt ad nos & ad Nouum Teſtamentum nihil pertinet. Quur ergo Chriſtus & Euangeliſtæ ipſeq; adeo Paulus toties adferunt & inducunt prophetas Moſen & Pſalmos? ſicut Chriſtus duobus ſimul in Emaus euntibus aperuit ſcripturas. Quinimmo omnia totius noſtræ fidei capita per prophetas iam olim ſunt prædicta, ſicut ad longum recenſeri poſſent omnia, quo ore ergo Ludderus effutire audet Pſalmum hunc eo quod Veteris ſit Teſtamenti ad nos nihil pertinere contra ſuā ipſius declarationem ſuper 13 Pſal. Neq; immerito id pro capitali hæreſis Ludderanæ articulo adnotabitur. Tertio quum dicit animas in purgatorio nullum deo holocauſtum offerre certum eſt. Neſcius tamen in hoc Ludderus non eſt ſi quādo unus alicuius pſalmi uerſus aliquo refertur, non ideo ſtatim totum eo referri pſalmum oportere, nam quum pſalmus hic uigore tituli ad reſurrectionem referatur, eundem tamen Ludderus ad adflictos Veteris Teſtamenti pertrahit, ſed de ijs plura in confutatione capitis 6. dicentur. Poſtremo quod inique Chriſtianos nos ſophiſtas calumniatur more ſuo facit, neq; enim uel uerſutiam ſuam lupus uel æthiops pellem temere mutant unquam, aut ideo ne ſtatim ſophiſtæ erimus nos, ſi apud Iob per æſtum & aquas niuis pœnas inuenimus infernales: nam Hiere.13 quando ita uult ſophiſta illi erit non Hieronymus tantum, ſed & ipſe Chriſtus cū alijs doctoribus ſanctis, non enim de ſolo adulterio, ſed omni impietate hic Iob loquitur, ſiquidem & deinde pœnas & damnationem oſtendit impiorum, ſecundum concordem ſanctorum patrum interpretationem, nam quod Iob æſtum et aquas niuis pœnas intelligat infernales etiam certa S. Hieronymi eſt ſententia ſic inquientis. Quaſi duas gehennas ſanctus Iob mihi dicere uidetur ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus & homo impius cōmutetur, forte in ipſa gehenna talis ſenſuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur, ut nunc quaſi ignem ardentem ſentiant nunc nimium algoris incendium, & pœnalis cōmutatio nunc

frigus ſencientibus nunc calor ſit, ut quaſi de loco ad locum tranſitus æſtiment. Et fortaſſis inde dominus ait in Euangelio. Mittite eum in tenebras exteriores ubi erit fletus & ſtridor dentium, ut hic ſtridor dentium de rigore frigoris oriatur. Huius autem rei ut euidens tibi ſit iudicium ſubinde mentionem inferni facit Iob. Aut igitur hic Ludderus mentitur, aut cum tota ſimul Hieronymus errauit eccleſia. Porro ſcommata illius quæ ex Daniele protrahit hic mitto, non miſſurus alias quicquid ad nos uel mediocriter pertinere uidebitur.

CAPVT TERCIVM.

Apo. 14 EX Apocalypſi locum hunc adfert Ludderus. Audiui uocem de cœlo dicentem mihi. Scribe, beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo etiam dicit ſpiritus ut requieſcant a laboribus ſuis, ſed opera illorum ſequuntur illos. Locum iam in arenam adducit Ludderus in hoc tantum, ut in qualemcunq; ſibi calumniandi adripiat occaſionem, idq; meris præter omne fundamentum mendacijs. Quum autem hic Iohannis locus, utut in ſacrificio miſſæ pro defunctis celebris habeatur, non tamen ita pro purgatorio (quod equidem iam meminerim) adduci ſoleat, prolixas iſtas Ludderi miſtis tantum calumnijs nenias, & plus quam anilia deliramenta miſſa facio, nam non omnia illa quæ in miſſis defunctorum peraguntur pro purgatorio facere quis id Chriſtianus neſcit, ſatis enim eſt reliqua iſta ad fœlicem huius uitæ exitum, ad reſurrectionem futuram, ad redemptionem animarum a pœnis, ad gratiam & beatitudinem pertinere animarum. Satis etiam eſt nos hac Epiſtola orare & præcari de mortuis, ut ſint beati, ut ſint in domino mortui, ut requieſcant in laboribus ſuis, hæc enim omnia petit eccleſia mortuis, quorum agit memoriam, impendi & impartiri. Aut ſi ea iamiam gratia dei adſecuti ſunt gratiarum actio illa erit diuinæ bonitatis & gratiæ, ſicut hoc ipſum de Epiſtolis & Euangelijs omnibus declarari poſſet, quod tamen breuitatis cauſa obmitto. Et quia ipſe hic ſibi ſolus Ludderus canit, ſolus etiam ſaltabit.

CAPVT QVARTVM.

1. Cor. 3 NOs Chriſtiani & catholici orthodoxorum patrum exemplo loco etiam pro purgatorio utimur ex ijſce Pauli uerbis. Ego iuxta gratiam dei, quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuper illud ędificat. Porro quiſq; uideat quomodo ſuperſtruat, nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere pręter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus; quod ſi quis ſuperſtruat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides præcioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, cuiuſq; opus manifeſtum fiet. Dies enim domini declarabit, qui in igne reuelabitur, & cuiuſq; opus quale ſit ignis probabit, ſi cuius opus manſerit, quod ſuperſtruxit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe uero ſaluus fiet, ſed ſic tanquam per ignem. Docet hic Paulus, quo nam modo ipſe uelut ſapiens architectus ędificij ſpiritualis fundamentum iecerit, quod quum iactum eſt fundamentum fidei opera ſuperſtruuntur, fundamentum autem illud fidei aliud poni non poteſt, niſi Chriſtus dominus, ſed uaria huic ſuperſtrui opera poſſunt bona nimirum & ijs quædam meliora aut etiam optima, quæ per argentum, aurum, & lapides præcioſos ſignificantur, ſicut contra per ligna fœnum & ſtipulam mala accipiuntur opera aut ijs peiora. Quomodo autem quiſq; bonum malumue operatus fuerit, dies domini per ignem iudicij in cuiuſq; hominis morte declarabit, cuius enim opus in igne manebit iudicij huius, is æternæ mercedem recipiet beatitudinis, cuius uero opus

in hoc igne minus recte ſubſiſtet damnum patietur aut detrimentum dilatæ beatitudinis, nec tamen ad extremum ea priuabitur, ſaluus enim fiet, ſed tanquam per ignem, non inferni, in quo nulla eſt redemptio, ſed purgatorij. Hic ille uerus eſt eccleſiæ Catholicæ intellectus, omniumq; doctorum & patrum antiquorum, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Gregorij, Origenis, Altuini, Bernardi, & gloſſæ, quibus plus utiq; fidei debetur in ſanctarum interpretatione ſcripturarum, quam Archiliſtæ dicere uolebam Archiepiſcopo Ludderi Pomerano, quamuis hic Ludderus & ſequaces eius omnes multum deſudarunt, nec tamen quiſquam cum altero conſpirat, ſed ita nimirum in ſectis & hæreſibus comparatum eſſe conuenit, ut dum ſibi quiſq; uiam quærit, nullus inueniat. Nos uero hic Bugenhagenſis, quem Ludderus Pomeranum nominat, nugaſq; alias omnes inanes fabulas, & ſcripturarum dilacerationes miſſas faciamus, & Ludderi tantum mendacia, hoc unico libello comprehenſa pergamus proſequi, nam & quocunq; modo Ludderus eos, quos ante ſeduxit, ad ſcelerata remittit Bugenhagij ſcripta, ego contra pios omnes ad quatuor meos de purgatorio editos libros relegatos uolo, quibus copioſius Ludderani erroris de purgatorio confutationem inuenient, illis ſi contradicere Ludderus pergit, quid reſtat niſi ut ueritatis oſor, & inimicus mendaciorum parens, ſeductor, & unitatis Chriſtianæ diſſipator habeatur ab omnibus. Sed nos iam ad ipſius conficta mendacia ueniamus. Principio hic Ludderus ſuadet & hortatur textum hunc perlegendum eſſe diligentius, quaſi uero id ante eum fecerit hactenus nemo, hinc murmurat & impie ſanctis oblatrat doctoribus ſophyſtas illos & Tyrannos uocitans. Sed tamen Hieronymum, Auguſtinum, alioſq; patres ſanctos, nec ſophiſtas iſte nec Tyrannos efficiet unquam, qui hæc Pauli uerba non aliter quam ea etiam nunc intelligimus intellexere, de quorum fide & ſanctimonia ultra annos mille pius hucuſq; nemo dubitauit. Deinde obgannit Ludderus aperte hic de prædicatoribus & doctoribus Paulum ſentire, quibus ſua commiſſum ſit eccleſiam doctrina extruere, ac proinde mirari ſe dicit, qui tandem nos uerba hæc ad interceſſionem pro animabus detorquere poſſimus. Reſpondeo, quum in diſputatione Lipſica Ludderus, quod ad ſe pertineat facile confeſſus ſit Paulum hic de purgatorio loqui, quur id iam ſophiſtis tribuit? deinde locum etiam hunc intelligit de ędificatione doctrinæ & in expoſitione ſua dicit loqui hic Paulum de igne iudicij, ſicut & ad Theſſalonicenſes, quoniam dies domini in igne declarabitur, & iſtuc etiam in diſputatione Lipſica declinare uidebatur, quamuis idipſum alicubi fecerit ambroſius, hæc ad doctores referens, habent enim ſancti & Chriſtiani doctores ſaluatoris ſuæ doctrinæ fundamentum Chriſtum, tamen pſeudoprophetæ etiã ſub Chriſti nominis prætextu traditiones ſuas proponunt, ſiquidem commenticios ſuos errores acceptos reddere nequeunt, niſi ſub ſaluatoris noſtri nomine, quod & Ludderum facere uidemus, dum toties ſuum nobis Chriſtum, ſuumq; iactat Euangelium. Reuera tamen Ambroſius hæc de purgatorio intellexit, in quo quę purgatæ iam ſunt animæ ſaluantur, neq; ut impij æterni ignis ſupplicio torquentur. Potior ergo ſentencia magis hic de operibus, quam doctrina Paulum loqui. Plane enim proprie ait cuiuſq; opus quale ſit ignis probabit, opus inquit, non doctrinæ. Quum ergo omnis homo aut bene operetur aut male ad omnem hæc hominem pertinent, nec eos tantum, quibus docẽdi traditum eſt officium, atq; ideo in uniuerſum cuiuſq; opus Paulus ait, & male planeq; impie contextum Ludderus dilanians ad ſolam detorquet doctrinam & doctores. Præterea ipſe ſibi Ludderus obiectionem mouet huiuſmodi. Sancti patres & ipſa etiam eccleſia hæc ita intellexit, ita Auguſtinus, Gregorius, & alij complures ſenſere. Et quid tamen hic tibi Ludder uidetur? an nobis hoc ſatis non ſit uerba hæc concorditer

ἀρχιλῄστης latronum princeps

adeo a patribus ſanctis ad purgatoriū referri? Quos & alij deinceps ſequuti ſūnt
omnes,nec unquam hic a Chriſtianis reiectus eſt ſenſus. Temere ergo quoſdam
Auguſtini,Hieronymi & Ambroſij Ludderus inducit locos,qui tale nihil colli-
gunt,quum conſtet patrum ſcripta in omnibus æque locis ad probandum effica
cia non eſſe,quum & ipſi interim contrarij ſint ſibi ita ut aut ſentenciam reuoca-
rint ſuam, aut certe in dubio poſuerint ,ut uir doctiſſ. Picus Comes mirandulæ
pulcherrime docet. At ubi uno omnes ſenſu in ſcripturarum interpretatione pa
tres conſentiunt,idemq; ab eccleſia Catholica conſenſus recipitur, ſicut plus mil-
le hactenus eſt annis factitatum,impugnari illum per doctores ſimul & eccleſiam
confirmatum non decet ab apoſtata homine & monacho uotirupa, nam omnis
Chriſtianus modo pius ſit ſanctæ honeſtatis amator parere ſimul ac credere de-
bet magis doctoribus ueteribus & recentioribus totiq; eccleſiæ, quam nouis hi-
ſce inſanis rerum omnium turbatoribus. Et eam obrem doctores hic per Ludde
rum adductos obmittam, quando nec ad caput negocij de purgatorio faciunt
quicquam,alias enim ſtatim Luddero obuiarem,diceremq; inique ipſum Augu
Pſal. 5 ſtinum tractare,ut qui ſuper Pſalmo 5. in idipſum non ipſum intelligit deum,nō
aliter autem uerba etiam dilacerat Hieronymi dicentis: uirginitatem cœlos con-
iugium uero implere terram,quæ iſtuc protrahit ille, quaſi uero ita ſanctus ſenſe
rit doctor,ut coniugium ſaluare poſſe putarit neminem, quæ eius nunquam fu-
it ſentencia,quum iſtud inter Marcionis,Taciani & ſimilium reijciat errores, nec
tamen hic Ludderus uel adiutore ſathana nobis poterit Hieronymi & Gregorij
receptiſſimam a tota eccleſia inuertere expoſitionem de triplicibus fructibus. Nā
quamuis coniugati uiduæ & uirgines iam ante ſint in mundo, nec tamen uitam
merentur æternam,nec fructus illos afferunt ſine gratia & uerbo dei: ſuper hæc
ergo concludo patres ſanctos non impręmeditate uerba illa Pauli 1. Corint. 3. de
4 purgatorio intellexiſſe,ſicut nec male eccleſia ita recepit. Quarto docere conat̄
Ludderus omnia Chriſti dicta factaq; imitanda non eſſe. Reſpondeo. Ex omni-
bus Chriſti operibus nos erudiri,uerum ut eadem & ipſi faciamus,fieri uel Lud-
dero id minime docente, ſcimus non poſſe, neq; enim 40. diebus ieiunare poſſu
mus,nec ſuper mare ambulare, nec mortuos ſuſcitare, ſed nec id nos ille facere
Math. 11. iuſſit,quemadmodum Beda exponit,ſed tantum diſcite, inquit,a me, quia mitis
ſum & humilis corde. Plurimum ergo intereſt, opera Chriſti an dicta ſequi ue-
lis ac debeas,nec parum refert uitam ſanctorum an doctrinam & ſcripturæ inter
prætationem eorundem imitari cupias, nam Hieronymum in horrida uitæ ſuæ
auſteritate imitari, cui graue non fuerit? cuius tamen expoſitionem ſcripturarum
ſicubi cum alijs conſentiens,etiam ab eccleſia recipitur,recipere Chriſtiano gra-
Clemens epiſtola 4. ad eccleſ. Hieroſol. ue eſſe nemini debet,ſed in hoc S. Clementi parendū,qui inquit. Lex dei cum le-
gitur non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur uel doceatur,ſunt
enim multa uetba in ſcripturis diuinis,quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum , quem
ſibi unuſquiſq; ſponte præſumpſit. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere
ſcripturarum, qui eam a maioribus ſecūdum ueritatem ſibi traditam ſeruauit,ut
ipſe poſſit ea quæ recte ſuſcepit competenter aſſerere. Quod nos Chriſtiani faci-
mus nihili interim facientes,quid uel diſſuat uel ſarciat Ludderus,nec tamen oēs
patrum traditiones articulos fidei conſtituimus, tantum abeſt,ut S. doctoris Tho
mæ de Aquino placita oīa pro fidei articulis haberemus,ſed in ſcripturaꝝ expo-
ſitione ſi qn̄ doctores concordant,& ita ab eccleſia recipiuntur,fieri non poteſt,ut
ab illis diſcedere compulſi ad diuerticula & gloſſas deflectamus Vualdenſiū aut
Pickardoꝝ,ſicut hic & alibi Ludderus facere ſolitus eſt. Nam ſi Pauli ſequamur
doctrinam & probatis omnibus bona tandem ſectantes teneamus,utiq; eccleſiæ,
quæ hoc ipſum fecit credendum erit eiuſq; ſtandum expoſitionibus. Maledictā

interim

interim diriſq; deuotam omnibus cenſemus Pickardicam iſtam & Ludderanam gloſſam eccleſiæ ſanctæ, diuinis ſcripturis, ſanctiſq; patribus contrariam & aduerſam. Ad extremum hinc Ludderus affert miriſq; modis extollit D. Auguſtini uerba ad Hieronymum ſic dicentis. Nec te mi frater ſentire aliquid aliter exiſtimo, prorſus inquam non te arbitror, ſic legi libros tuos uelle, tanquã Prophetarũ uel Apoſtolorum: ego enim fateor charitati tuæ, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum eorum authorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam: alios autem ita lego, ut quantalibet ſanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo uerum putem: quia ipſi ita ſenſerunt: ſed quia mihi uel per illos authores canonicos, uel probabili ratione, quod a uero non abhorreat, perſuadere potuerunt. Hęc uerba & ſi corruptæ citata per Ludderum, per nos reſtituta, dici non poteſt quam Ludderus temere nimis extollat, quaſi per hæc libros ſanctorũ patrum omnes expugnarit: quibus tamen ſicubi pro ipſo facere uidentur præclare uti ſolet. Sed ad Auguſt. reſpondeo uerba hæc ipſius ueriſſima eſſe, ſed per Ludderum more ſuo perpetuo ad impium detorqueri abuſum, nã quod uiri illi ſancti dum uiuerent ſcriptis ſuis tribuerint minus humilitas in cauſa fuit, quoniã nolebant libros ſuos apoſtolorum æquari ſcripturis & prophetarum, & id nimis recte, nam & ipſi hoc idem facimus, illos etiã labi & errare potuiſſe fatemur quoq;. At ubi unumquempiam uno omnes ore ſenſus nobis exhibent ſcripturarum, ſicut hic iam ante diximus fieri, qui tamen nec ab aliquo unquam reiectus eſt Chriſtiano, & a cæteris ſacræ ſcripturæ locis non diſſentit, & ab uniuerſa receptus eſt eccleſia, quo tandem modo per Auguſt. probaturus eſt Ludderus, iſte Pickardiſans ſenſum hunc a ſui ſimilibus reijci poſſe, quũ plurimum ſemper Auguſt. uſui, & receptis obſeruationibus tribuat eccleſiæ, ſicut in libro de cura pro defunctis habenda cõtra Epiſtolã fundamenti ad requiſitiones Ianuarij & alijs compluribus in locis: non ergo temere Chriſtianus quiſq; fidem ullã Luddero adhibeat, qui tam impudenter patribus omnibus totiq; ſimul eccleſiæ intendit mendacia, quod concordem adeo ſuper uerbis Pauli 1. Cor. 3. ſenſum exhibitum recipit, quem ipſe quondam Ludderus recipere ueritus non eſt, & Pickardos ſuper eo repræhendit hæreticus, quibus improbe nunc adulatur & aſſentitur, tantum ex liuore & odio impuriſſimo, quo erga Romanã eccleſiam ducitur, quod aliquando de Tertulliano dixit Hieronymus.

CAPVT V.

DIſcedit a ſcripturis iam Ludderus, quaſi uero & nos non pluribus eſſemus ſuffulti fretiq; ſcripturarum locis quam quos hic adduxit ipſe, quũ ſciat tñ hoc loco eccleſiæ multam magnamq; ſcripturarum nõ deeſſe copiam, & ut maxime cæteros neſciret locos horum certe oblitus eſſe non poteſt, quos Lipſiæ ſibi adduxi, cuiuſmodi hic ex eccleſiaſte eſt, de catenis & carcere ad regnum egreditur, nam & hoc ipſe profeſſus eſt ſe locũ hunc inter alios quoſdã ultro admittere, quãuis me non lateat, hæc alio etiã ſenſu intelligi poſſe. Huc etiam facit quod ait Chriſtus, quicunq; dixerit uerbũ contra filiũ hominis, remittet ei, qui aũt dixerit uerbũ contra ſpiritum ſanctũ, non remittet ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Super hęc D. Grego. inquit, hac ſentencia datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdã in futuro poſſe relaxari. Aſtipulat B. ille & melliflu9 Bernar. quũ ait. Quærant ab eo qui dixit quoddã eſſe peccatũ neq; in hoc ſeculo neq; in futuro remittendũ, quur hoc dixerit, ſi nulla manet in futuro remiſſio purgatione peccati. Eodẽ modo & gloſſa ibidẽ textum hunc diligenter ponderans excuſſit. Præterea & hæc Chriſti uerba Luddero in diſputatione noſtra propoſui. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduerſarius Iudici, & Iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen di

Eccle. 4 *Math. 12* *Gregor.* *Bernar.* *Mathæi. 5.*

Lucæ 12 co tibi,non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Vbi per carcerē
D. Ambroſius purgatorium intelligit,quo autem locus hic ab eo,qui apud Lu-
cam eſt diſcrepet breuitatis cauſa miſſum facio. Non abludit hinc, quod Anna
1. Reg. 2 Samuelis mater in oratione ſua dixit. Dominus occidit & uiuificat, deducit ad
inferos & reducit. Iam non eſt,qui ex inferno damnatorum redeat itaq; hic infer
ni nomine purgatorium intelligendum uenit. Et hoc eſt quod Dauid cecinit. Do
Pſal. 29 mine deus meus clamaui ad te,& ſanaſti me domine, eduxiſti ab inferno animā
meam,ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum,nam hic ſane Dauid de inferno lo-
quitur purgatorij non damnatorum. Poſſem id genus locos adducere q̃ plures
pro purgatorio,quos Ludderus tranſilit & diſſimulat omnes,quapropter & nos
hic mittimus,quum & D. Iohannis Coclei & noſtri de purgatorio libri in omni-
um ubiq; ſint ac uerſentur manibus. Tantum audiamus, quos quinto hoc capite
Gregor. nobis det moneatq; Ludderus tumultus. Principio hic Gregorium cognomen-
to magnum calumniator incuſat,primum eum pene dicens fuiſſe, qui ualidiſſi-
me purgatorium ſimul & miſſas inſtituerit offertorias. Sed quis inſignē iſthanc
apoſtatæ demirari ſatis poteſt temeritatem,qui pium etiam ſanctumq; & adeo e-
lectum Gregorium calumniari audet & reijcere, idq; mendaciter nimis & im-
pudenter,nam ex prædictis luce clarius patet Gregorium purgatorium non in-
ſtituiſſe,cuius tot retro ſeculis uetuſtiſſimi quiq; meminere. Dauid, Iob, Macha-
bæus, Chriſtus, Paulus, & ex patribus Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius,
quibus adnumerari poterunt. Tertulianus, Ciprianus, Origenes, Athanaſius, &
reliqui,qui omnes Gregorium, alij quidem centum, alij uero ducentis nonnulli
In reſol. de in etiam pene trecentis annis anteceſſere. Quur ergo inique adeo Ludderus hoc ſan
dul. Con. 15 cto uiro Gregorio audet intendere,quum ipſe iam ante Pickardis Auguſtinum
obiecerit,cū matre ſua Monica: non itaq; temerarius tantum homo eſt & ceruico
ſus,ſed & mendacijs ſcatens totus,ut qui toties ſecum ipſe diſſideat. Deinde quę
in dialogorum libro Gregorius ſcribit de apparitionibus animarum Ludderus
plane pernegat, conſtare inquiens dęmones eſſe, eo quod ſine ſcripturis & te-
ſtimonijs diuinis nude adeo ea referat Gregorius. Ad hæc reſpondeo, quum fi-
dei ueritatiſq; plurimum demus gentilium hiſtorijs, quare omnes de ſpirituum
apparitionibus hiſtorias mendacijs ſuis impugnare molitur Ludderus? Aut ideo
ne ſtatim uera non ſunt,quæ uir uere ſanctus Gregorius ſcripſit,quod ea Ludde
rus non credit? Aut ſubita adeo rerum metamorphoſi impurus & perfidus mo-
nachus deus nobis effectus eſt,ut e creaturis dei quęcunq; uelit ipſe conficiat, ex
animabus dæmones conſtituat. Præclare uero Gregorium hæc ſine ſcripturis
ait,& diuinis credidiſſe teſtimonijs, quaſi non ſuus etiam experientiæ ſit locus,
aut quaſi non ſatis magnum uitæ ſuæ uir ſanctus habuerit a deo teſtimonium in
miraculis,quæ per ipſum operatus eſt deus, quum & miraculoſę redemptę ſint
animæ,quod & bona fide pater ſanctus refert,& Ludderus præter rem ac uerita
tem inconſtantiſſime reijcit,ſed hoc hominem male habet apoſtatam,quod totus
in hoc Gregorium ſecutus eſt mundus, & tamen hoc Ludderi infringit menda
cia,quod eccleſiam ſuam ſanctam Chriſtus labi & errare permiſit nunquam ad
Math. ult. Ludderum etiam & ſuos uſq; Pickardos,ſicuti diſcipulis ſuis promiſerat. Ego in-
quiens uobiſcum ero uſq; ad conſummationem ſeculi. Aut ſi tota ſimul errauit
eccleſia, quomodo eam columnam & firmamentum ueritatis uocauit Paulus?
1. Timo. 3 Temere ergo & in uanum laborat Ludderus dum pertinaciter contendit,diuiti
as oēs in purgatorium eſſe detruſas. Deinceps Gregorio reſpondere meditat̃ &
pergit Ludderus dicens, uirum hūc bonum ad ea cōpuliſſe neminem, neq; ex
ijs articulū fidei confeciſſe illum,ſed nec ſcripturis,aut miraculis cōprobaſſe un-
quā. Ad iſtos aūt Ludderi latratus ſatis iam ante reſponſum eſt,ſiquidē is primus

non

non fuit,ſed ante eum dudũ hoc authoritate eccleſiæ ſuſtinuit Auguſt. ea enim eſt,quæ unumquẽq; cogit Chriſtianũ ſibi conformiter,ſapere & credere, & cui quiſquis nõ paret uelut ethnicus habendus eſt & publicanus: ſed & in hoc ueritate parcius utitur Ludderus, quũ ait Gregorium nullis in probando purgatorio uſum eſſe ſcripturis,nam & iã ſupra ex Chriſti uerbis patuit contrarium. Ad hæc miracula affert plurima, quæ circa purgatorium ſunt facta, eaq; breuitatis cauſa tranſeo. Ex ijs conſtat quã mendaciſſimus ſit Ludderus ſophiſta, qui ſentenciã ſuam in ſuis ipſius conſtituit inuentis & turpiſſimis Pickardorum erroribus, contra ſentenciã,conſuetudines,& optima ſanctæ eccleſiæ iuſſa, tantũ ut aĩas in purgatorio detentas ſua priuet conſolatione,auxilio, & in maximis pœnis interceſſiones, contra tamẽ ſcripturas, eccleſiã ſanctoſq; patres & ipſam Chriſtianoꝝ mutuam charitatẽ. Quid ergo obſtat quin eum archihęreticum dicas mendaciſſimum, animicidam purgatorijq; impugnatorẽ,qui (qua eſt impudentia) ne ſeipſũ quidem mendaciorum uereť reprehendere, ſiquidem quã hactenus fortiter ſcire ſe clamauit eſſe purgatoriũ,tam nunc impudenter & temere quaſi inſaniat, furit,ac purgatoriũ eſſe negat. Itaq; ſi quis unq; fuit,hic certe mendaciſſ. eſt hæreticus,ſuo ipſius,ut Paulus ait,condemnatus & peruerſus iudicio. Quod uero Ludderus,porro patꝝ improbe nititur ſcripta reprehendere & impugnare,ſiquidem nõ ſtatim ꝙ ab eccleſia recepta ſint & approbata eo etiam uera ſint oĩa, ſatis ex ſuperioribus iã patuit, quanto enim & alacrius & ſecurius nos ſanctiſſimoꝝ ſequimur ſcripta doctoꝝ, quoꝝ traditiones & libri ab eccleſia recepti ſunt & approbati q; nęnias Ludderi, qui una cum doctrina ſua reiectus eſt iãdudum & cõdemnatus, Nã ꝙ Ludderus hic ius citat Canonicũ c. noli. diſt. 9. Conſtat non hoc eſſe ius pontificis,ſed ſentenciã Auguſt. quam decretis ſuis permiſcuit Gratianus non Papa. Sed magnus ille noſter Iuriſtheologus ignorat,quid quantumq; ligent aut ualeant Gratiani decreta. Satis autem hic nobis eſt Gregoriũ conſtanter ex ſcripturis & Patribus purgatoriũ aſſerere, ac proinde tantum authoritatis apud quẽuis ſyncerum Chriſtianum obtinet, ſicuti & illius apud deũ meriti fuit, ut ſanctimonia uitæ præ cęteris illuſtriore donareť: Et impie hoc iuri pontificio tribuit Ludderus hæreticum eſſe quiſquis fidem huic habeat, ꝙ tñ ipſe adiunctis etiam ſibi apoſtatis omnibus præſtabit & probabit nunq;. Ne ergo ex tam uana opinione & inductione ſophiſtica quiſquã temere Luddero credat, dũ ſibi ſubſtituere parat diabolum,ut Papiſta efficiať, nam præterquã ꝙ hoc ſibi in diabolum ius non eſt (quantum aũt in Ludderum diabolo ſit iuris deo cõmendatum relinquo) norunt etiã omnes quotquot Ludderi ſcripta legerunt quam blandus quondam papæ aſſentator fuerit Ludderus, cuiuſmodi uix ullus unquã extitit ſophiſta, teſtatur id eius ad fœliciſſimę memoriæ Pontificem Leonem ſcripta epiſtola. Quare beatiſſime pater,proſtratum me pedibus tuæ B. offero,cũ omnibus quæ ſum & habeo. Viuifica,occide,uoca,reuoca,approba,reproba,ut placuerit,uocem tuã uocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam: Si mortẽ merui,mori non recuſabo. Quid hic tibi pie lector uidetur,aut non ſtrenuũ uides pontificis adulatorem Ludderum,ſed nimirum nec ullius Ludderum piget mendacij, nec quid ſcribat laborat,quum ſatis id ſibi ſit, ſi qualemcunq; modo libellũ conſuerit.

Math. 18

Math. 12

Tit. 1

In epiſtola ad Leonem.

CAPVT SEXTVM.

TVrpiter hic rurſus nec ſine ſcommate Ludderus gloriari nos clamat totam ſcripturam, immo ſingulos etiam eius pro nobis apices facere,uerũ hoc nimirum ſcommate deuotus hic noſter & humilis Theologus ſuo quodam more utitur. Nobis interim Chriſtianis ſatis hoc eſt, quoſdam ut patuit

ex ſuperioribus nobis eſſe ſcripturæ locos, quibus firmiter purgatorium conuincitur. Et quod Ludderus eccleſiam adoritur ſuper pſalmis uigiliarum pro defunctis, & de ijs ait. Ego uero hoc tibi cõmonſtrabo, ut ſi uel iota minimũ in illis comperias, quod uel purgatorio uel animabus mortuorum tribui, & de ijs intelligi cõmode queat, ego etiam homine indignus iudicabor, addit mendacium inſigne, quia in Veteri Teſtamento quum necdum aliqua eſſet purgatorij mentio cõſcripti & æditi ſunt, poſtremum hoc iam ſupra ſcriptis biblicis confutauimus ualide. Hic rurſus conteſtatos appellatoſq; uolo omnes cuiuſcunq; conditionis homines, qui ſibi Ludderum pro propheta aut apoſtolo habere uidẽtur, ut ſaltem oculos aperiant, nec ita impudenter ſeduci ſe ſinant, hic enim aperte mihi iudicabunt oẽs Ludderum ſuo ipſius iudicio uel hominis indigniſſimum eſſe uocabulo, nam qui hic ait nullum pſalmum uel unico apice de purgatorio & animabus ſentire mortuorum, contrariũ plane ſcripſit ſuper pſal. 5. Purgatorij inquiens pœna (quod equidem puto) timor mortis & horror eſt inferni ex ſingularis & perfectæ charitatis defectu. Adeo autem apte adeoq; conuenienter in perſona mortuorum, pſalmus hic oratur ab eccleſia, ut cõmodius orari nihil poſſet. Nec multo poſt in ſexto oſtendit argui ibidem immenſam animæ afflictionem, quæ quũ omni denudatur fiducia æterno iratoq; adſtat iudici aliud non ſentiens niſi æternam iãiam ſibi imminere damnationem. Et deinde. Ex hoc loco deſumpſi, quæ olim de pœna animarum in purgatorio diſputaui, quũ mihi uideretur purgatorium deſperationem ferme eſſe & tantum non infernum, unde liberari animæ niſi præcibus eccleſiæ non poſſint. Deinceps ſub uerſiculo. Et tu domine uſq; quo? ait Ludderus animam non petere tantum, ut feſtinanter ſibi ferantur ſuppetiæ, ſed quaſi impatiens iam moræ conqueritur ſuper eadem, nam in hac mortis & inferni adflictione mora grauiſſima eſt, planeq; hic uetiſſimum eſt, quod aiunt unam in purgatorio horam multis etiam huius ſeculi annis longiorem uideri. Patet ergo Ludderum homine immo hominis indigniſſimũ eſſe appellatione, ut qui hoc de ſeipſo teſtetur, & quæ olim de purgatorio expoſuit iam cæcus & amens abnegat. Porro & ſeptimum pſalmum docet Ludderus contra dæmonum orandum eſſe inſultus non mortis tantum hora, ſed in quacũq; alia deſperationis tentatione. Vere enim diabolus calumniator noſter eſt, ut qui nos opprobrio habens & contemptui adcũſat, & conſcientias noſtras turpitudini exponit in ijs etiam quæ benefecimus & ſi quid per nos factum eſt male, id mire extollit. Eat nunc Ludderus & dicat pſalmum etiam hunc de animabus mortuorum non intelligi, quas atrociter adeo diabolus coram iudicio dei accuſat. Ad hæc ipſe pſalmi huius titulus arguit de ijs eum intelligi, qui quum ſibi nullius ſint peccati conſcij, tamen coram deo timeant ne non rei efficiantur, nam & ut ait Gregorius piarum mentium eſt peccatũ etiam timere ubi nullum eſt, & Paulo teſte non qui ſeſe commendat ille probatus eſt, ſed quem deus commendat. Quum ergo iudicium dei ſuper demortuos metuat eccleſia, quur pro illis non oraret. Ita ad longum de reliquis omnibus pſalmis induci poſſet.

Pſal. 6 · *Grego.* · *2. Cor. 10*

OBIECTIONES LVDDERI.

MOuet hic obiectiones contra Chriſtianos aliquas Ludderus, quæ hoc loco diluendæ ſunt, ait enim pſalmi 40. & 41. ad Chriſti tantum perſonam proprie referũtur, ſicut eoſdem & in Iohanne & in Epiſtola ad Hebræos addu ci uidemus. Deinde reliqui Pſalmi omnes de afflictione & conſolatione rurſus ſanctorum loquunt in terris, ſi ergo iam Pſalmi ij de Chriſto ad alios transferant & incerti erunt ac inſtabiles, & fides etiam ipſa concidet. Hic etiam ſceleratam calumniatur collectam, qua cœlum benefactoribus noſtris oramus. Ad hæc reſpondeo

ſpondeo,& primũ plane pernego,qđ ait Lud.pſal.ad Chriſtũ ſolũ referri,ſed ad *Pſal. 40*
Chriſtũ & ſimul eius membra ſanctos nimirũ martyres, ſicut ibidẽ pulchre teſtať *Auguſt.*
S. Auguſt. Teſtatur idipſum & pſalmi eius principium. Beatus qui intelligit ſu-
per egenũ & pauperem ſ. Chriſtum,ueluti S. Hieron. exponit, non ergo in Chri-
ſtum tantũ pſalmus hic ſed & illos tendit, qui credunt in Chriſtum, nã & illos *Hiero.*
in die mala liberabit dominus.i.in die iudicij, quum Iudæorũ qui ſuper eũ intelli-
gere renuerunt damnaturus eſt,idem plęraq; alia ſequentium duorum uerſuum
ſentiunt,quõ ergo Ludderus adfirmare audet pſalmũ illum totum ad Chriſtum
tantum referri? Præterea aptiſſime uerba hæc animabus defunctorum accõmo- 2
danť,quum orat eccleſia ut in die mala liberetur,ut dominus conſeruet eum & ui
uificet eum,ubi aũt hæc uiuificatio eſt,niſi in uita æterna,ut ait Augu. Et qua iã
confidentia Ludderus pſalmum hunc aſſerit nihil ad animas mortuorũ pertine-
re. Sed nec illud mihi cum Luddero conuenit,dum arguit. Pſalmus hic ad Chri- 3
ſtum refertur,nõ poteſt ergo adaptari animabus. Vetus hic nec mihi male cogni
tus eſt Ludderi morbus, falſumq; hoc fundamentum eſt, cui innixus iſte neſcit,
quomodo pſalmus unicus pro multorũ uarietate uerſuum multis uarijſq; adcõ-
modari queat perſonis,ſicut ex Auguſtin. Hieronymo,& Caſſiano docemur &
ego iam ante in libro de purgatorio contra Ludderum ſuſtinui, ita ut contradi-
cere non poſſit,adducto in hoc pſalmo decimooctauo. Cuius initium in apoſto- *Pſal. 18*
los conuenit ſecundum beatum Ambroſium, quorum in omnem terram uerba
exierunt. Vtitur & eodem pſalmo de Chriſto eccleſia,quia de eo ſequitur. In ſo-
le poſuit tabernaculum ſuum. Exultauit ut gygas ad currendam uiam. Deinde in *Pſalmus unicus*
Mariæ etiam feſtiuitatibus hoc pſalmo uti ſolet eccleſia, quod hic tabernaculi *multis accõmo-*
Chriſti & Thalami mentio fiat,tabernaculum enim illud ipſa ſanctiſſima Maria *dari poteſt per-*
eſt,in cuius utero ad decimum menſem uſq; Chriſtus conquieuit,hæc etiam tha- *ſonis.*
lamus ille eſt,ex qua Chriſtus exiuit. Sub finem pſalmi quædam ad pœnitentem
pertinent,qui ſua ſibi occulta ſimul & aliena peccata orat remitti,& a delicto ſuo
maximo petit emundari. Quis ergo tam plumbei eſt intellectus, qui non uideat
pſalmum unumquempiam ad multa poſſe referri? Simile & de pſalmo 41. eſt iu 4
dicium,is enim quamuis ad deſyderium eccleſiæ in Chriſtum pertineat, præci- *Pſal. 41*
pue tamen ad animas etiam refertur defunctorum, pro quibus oramus, ut adſit
tempus,quo ante faciem dei compareant,quam ardenter adeo ſitierunt, ut uide- *Hiero.*
ant deum ſicuti eſt. Præterea etiam ad afflictas in purgatorio animas pſalmus hic
pertinet,quæ ſperant tamen & confitentur deo ſalutari uultus ſui & deo ſuo,quę
& tranſibunt in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad domum dei. D. Auguſti- *Augu.*
nus Pſalmum hunc de flagranti cathecuminorum deſyderio exponit, qui quam
uis ad baptiſmum properant,ſuo tamen deſyderio prius non ſaciantur, quam ad
uitam perueniant æternam. Quantumuis ergo iam non pſalmi tantum integri ad
multa referantur,ſed & uerſus unicus multis modis exponitur, ſequi tamen non 5
poteſt,ideo articulos fidei noſtræ incertos hinc fieri, quum ex alijs locis qui certi
ſint articulus tandem comprobari debeat. Neq; uero calumnias etiã hic Ludde 6
ri magnifacimus ſuper collecta, quisquis uere pio & Chriſtiano ducitur animo
æſtimare facile poteſt, quam peruerſus ſit Ludderus, quod collectam hanc re-
præhendit,qua deum oramus ut benefactoribus noſtris uitam conferat ſempiter
nam, ſed quia homo impuriſſimus Ludderus pro ſuis non orat benefactoribus,
etiam alios pro ſuis orare non ſinit, ut ſibi illos ingratitudinis uitio ſimiles reddat.

ALIAE QVATVOR LVD-
deri obiectiones.

IOHAN. ECKIVS.

1 PRincipio hic Ludderus dolet, uerum Pſalmorum de Chriſto, ſanctisq;
ſuis intellectum obfuſcari, & ad purgatorium pertrahi, quum tamen
ad diſcendam ſimul atq; in illis exercendam fidem Pſalmi ſint conſcrip-
ti. Reſpondeo, nullam iuſto Pſalmorum intellectui caliginem obduci, dum ad
animas iuſtorum in hac uita, aut impiorum, uel etiam animas eorum, qui ſunt in
purgatorio pro ſuo cuiuſq; contextu & ſenſu refertur, ſicut & ſancti patres fece-
runt, & tamen in illis exercitur fides, quamuis nõ ad illud tantum compoſiti ſunt
Ephe.5 pſalmi, ſed & ad orandum & confitendum deo, ita enim Paulus loquentes in-
quit uobiſmetipſis per pſalmos, & hymnos, & cantiones ſpirituales canentes ac
2 pſallentes in corde ueſtro domino gratias agentes ſemper de omnibus. Deinde
temere Ludderus obmurmurat pſalmos dicens fruſtra uanaq; opinione decan-
tatos, quum purgatorium nihil ſit, quum etiam nos id iam ſupra refutauerimus
contra Ludderum certis ſcripturę locis purgatorium eſſe obtinentes, quo minus
3 & hic iam nos mendacia & calumniæ mouent Ludderi. Porro contra uigilias
contumaciter agere pergit Ludderus, quod pſalmis hic non ad fidem utamur,
ſed citra cordis intentionem & abſq; orandi ſtudio perlegamus, & cum iiſdem
non aliter ac opere quopiam agamus. Conſtet autem opus ſine fide coram deo
idololatriam eſſe, quãdo nec ad orationem tot opus ſit pſalmis lectionibus & can
ticis, ubi uel unus ſufficeret pſalmus. Imo niſi fidem haberemus uigilias, & pſal-
mos non oraremus. Et quod pſalterium ait citra mentem legi, ipſe quoq; fateor
male facere quiſquis talia facit, ſed quam temere diuinum ſibi Ludderus hic ar-
rogat officium dum eccleſiaſticorum omnium corda iudicare, & pietatem au-
Pſal.7 det, quod dei ſolius eſſe etiam Dauid teſtatur. Deus inquiens, ſcrutatur corda
1. Paral.28 & renes. Aut quia forte Ludderus notæ fuit leuitatis monachus, & ex monacho
perfidus iam factus apoſtata uigiliis abſq; corde & oratione uſus eſt alios etiã ec-
cleſiaſticos pro ſua leuitate iudicare pergit. Quod ſine fide opus reiicit huc parũ
facit, tot enim ſunt presbyteri & monachi, qui animo pio fideq; Chriſtiana pro
mortuis uigilias orent, quum tñ interim Ludderus fidem & eccleſiæ Catholicæ
unitatem amiſerit, ſeq; omni omnium hæreſum ac diſſenſionum genere contami
narit. Quod de pſalmorum affert multitudine depręhendere licet, & uidere deuo
tum iſtum & ignauum fratrem, quem nonne illi grauant pſalmi, ac pro iis unum
reciperet, quamuis nunc ne unũ quidem oret pro omnibus iis qui anniuerſariam
ſui commemorationem in monaſterio, quod iam ſolus inhabitat, nec tamen iis bo
ni præſtat quicquam inſtituere. Quid autem homo hæreticus pro ſe haberet aut
ageret commodius, quam quod cultum dei indies magis ac magis imminuit rur
Lucæ 6 ſusq; impium dęmonum cultum fouet ac promouet. At hoc ex Chriſto non di-
dicit, quem in orationibus etiam pernoctaſſe legimus, & ſi unus orationibus no-
Lucæ 18 ſtris ſufficeret pſalmus, quorſum attinebat mandare. Oportet ſemper orare &
non deficere. Quod & primi ſtatim illius diſcipuli gnauiter cœperunt perficere,
de quibus legimus. Erant perſeuerantes unanimiter in oratione.

Math.6 Iterum hic peſtiferum immiſcet Ludderus uirus, dicens Chriſtum multilo-
quium in oratione damnaſſe quum diceret. Orantes ne ſitis multiloqui ſicut
Ethnici. Deinde & hoc repræhendit, quod ad altare ſacerdos dicit. Deum
orans ut reſpicere dignetur opera bona, quæ hic fiant. Valde enim hanc negle-
cto mediatore Chriſto operum confeſſionem eludit. Ad primum dico in prom-
ptu reſponſionem eſſe, neq; enim hic multa damnatur oratio, quod contra om-
nem ſcripturam temere & falſo Ludderus adſerit, recte ergo in numero gygan-
Eccleſ.16 tum Vuicklephiſtarum habebitur, de quibus Sapiens, non exorauerunt inquit,
antiqui gygantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ uirtuti, proprie enim & no-

tanter

tãter dixit Chriſtus. Orantes nolite multum loqui ſicut Ethnici, nos quicunq;
in eccleſia ſumus etiam quum multum loquimur, non id facimus tamen ſicut
Ethnici, ſed ut Chriſtiani. Ethnici ſiquidem putabant niſi expreſſis orarent uer-
bis ſeſe non audiri, deinde etiam in ornatu nimium ponebant uerborum appara-
tu, ſicut Ludderi ſocius, & ſeditioſus iſte facit in ſua confeſſione Oecolampadi-
us, & hoc eſt quod Chriſtus inhibuit: ideoq; B. Auguſtinus ait multiloquium hic
uetari, non orationis prolixitatem, ſiquidem multa loqui eſt rem uerbis minus ne-
ceſſarijs tractare, alias enim & Chriſtus prolixius orauit, quod teſtatur Lucas, *Luce 22*
prolixius etiam orauit Anna & multiplicauit preces coram domino. Quod ad *1. Reg. 1*
alterum attinet inique Chriſtianos calumniatur Ludderus, quod per opera ſua
Chriſtum excludant mediatorem, nam orationes omnes, miſſæ itidem opera bo-
na uniuerſa, hoc etiam ipſum, quod meritoria ſunt deoq; accepta, ex merito ha-
bent paſſionis & mortis Ieſu Chriſti, uſq; adeo autem Chriſtum per opera non
excludunt, ut etiam dicant ipſa ſine Chriſto opera nihil eſſe, quod ad longum de
clarari hic poſſet. Valeat ergo & faceſſat cum cõmenticijs ſuis mendacijs Lud-
derus, ſibiq; ſeruet impius opera extra fidem poſita, nam noſtra hæc opera ex fi-
dei promanant fundamento & diuinæ gratiæ præſidio. Calumnijs hiſce alias 4
iam accumulare pergit calumnias & contra uigilias obijcit, quoniam malus hic
& impius intellectus, labor inutilis, & opus infidele uigilias comitantur, fieri non
poſſe, quin externi etiam hinc ſequantur abuſus, ita ut mera negligentia mole-
ſtia etiam & ignauo tędio decantentur ac perlegantur, & ſic uel ſocordia iſta o-
pus perdat, alacres enim & uoluntarios deus uult ſeruos habere. Atqui iam an-
te apertiſſimis ſcripturæ uerbis docuimus contra uigiliarum turbatorem, non eſ-
ſe hic quicquam uel mali intellectus uel operis impij, ubi fideles fideliter & fide
firma pro fidelibus orant animabus, ſicut de Machabęo conſtat. Niſi forte ille
ſperaſſet eos qui ceciderant reſurrecturos, tum enim uanum & ſuperfluum fue-
rat pro defunctis orare, quum & Sapiens dicat, Mortuo non prohibeas gratiam. *Eccle. 7*
Porro de moleſtia quæ garrit Ludderus, fieri ſane poteſt, ut eo quis tędio uigil-
as oret aut decantet, ut minus per hoc placeret deo, non omnis tamen moleſtia fa
cit opus deo ingratum, nam & Chriſtus non ita uoluntariæ ſubibat mortem quũ *Math. 26*
diceret, ſed non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu, ſiquidem ſi uoluntatem in Chriſto ui-
deas, uirtutis ſenſitiuæ, horrebat utiq; paſſionem ſuam & mortem, & tamen uo-
luntate rationali conformauit ſeſe uoluntati diuinæ. Ita & hic ſentio, quamuis *Auguſt.*
aliquis externa iſta ſenſualiq; uoluntate uigilias legat aut cantitet paulo moleſti- *Chriſoſt.*
us, modo tamen rationali uoluntate quicquid id eſt alacriter aggrediatur & bene
placitum erit deo: huiuſmodi & in ſe duplicem uoluntatem inuenit Paulus, ſicut *Rom. 7*
ad Rom. conqueritur, quum ait, inuenio legem in membris meis repugnantem
legi dei mei. Ad extremũ uiolenter hic Ludderus & ualide uigilias impugnat, 5
ſi enim in illis intellectus malus, error etiã ſit & impietas ac labor, deinde & mole-
ſtia in opere, plane ſequit̃ ſola eas ſuſtineri pecunia. Reſpondeo ne ſic quidẽ Lud
derum proficere quicquam, nam dũ uigilias uaſto erroris & impietatis adoritur
impetu, impingit ipſe & cadit præceps ueluti iam ſupra probatum eſt fortiſſi-
me, interim uero Pontifici Cæſari ac Regibus pro condemnato & ſeductore ha-
betur hæretico, quod tamen impie ſuis mendacijs nobis intendere ueritus non
eſt. Et de pecunia quæ adducit primum dico plures hactenus & quondam
tam in cœnobijs quam extra fuiſſe, qui uigilias propter deum orarint in conſo
lationem fidelium animarum, alij in Sabbato, alij etiam curſum Beatæ Virgi-
nis in ſabbato aut feria quarta. Deinde in multis cęnobijs hunc morem repe-
rias ut ſi non alia feſta impediant in ſingulas ſeptimanas officium pro benefa-
ctorum ſuorum & omnium fidelium defunctorum animabus celebre habeatur

tantum ex charitate mutua ſine omni pecunia & remuneratione. Aut ſi reliqui ſa
cerdotes ex uigilijs pecunias habent indigne ſimul & inique Ludderus fieri pu-
tat, quod ipſe tamen hactenus tam diu fecit tãtũq; cum ſuis monachis & ſacrificis
per miſſas & uigilias defunctorum emeruit pecuniarum. Aut quur hæc inique
parta non reſtituunt, nam inique quidem parta fatentur, nec tamen quiſquã re-
ſtituit, certo itaq; cum ijs ad inferos detrudentur, ſi modo qualis aduerſus eccleſi-
am latratus talis & eorum eſt conſcientia. Quamuis hoc me nil moueat quoquo
tandem perueniant, quando ſemel a nobis ſegregati ſunt & exierunt. Eccleſiæ aũ
tem miniſtros excuſatos hic uolo male eos non facere ſi ex uigilijs alioq; dei cultu
pro ſuo uictu ac ſuſtentatione neceſſaria pecunias recipiunt, dignus enim eſt ut
Luc. 10 ait Chriſtus mercenarius mercede ſua. Mandauitq; deus non alligabis os boui tri
Deut. 25 turanti. Et Paulus quoq; dicit: Quis militat ſuis ſtipendijs unquam, ſi nos uobis
1. Cor. 9 ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos ueſtra carnalia metamus? ſic & domi-
nus ordinauit, ut qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuant. Et infra, Et
qui altari ſeruiunt participes altaris efficiuntur. Manifeſtum ergo eſt ita ut nega-
re nemo queat eccleſiaſticos ex cultu diuino pecuniam poſſe aut aliam recipere
mercedem ad ſuſtentationem ſuam, atq; ideo uigilias poſthabere minus debent,
unde conſtitutos cenſus recipiunt ne & ipſi faciant ſicut Ludderus, qui cenſus &
pecunias ſui Monaſterij Vuitenbergenſis omnes recipit, & quum iam ante in eo
monachi ſeruierint deo, ipſe nunc diabolum colit, illi ultimam ſeruarunt & imple
uerunt fundatorum uoluntatem in uigilijs & miſſis. Ludderus quum tale nil faci-
at tñ pecunias recipit non attendens nec obſeruans propter quod inſtitutæ ſunt
illæ, hic iam mihi quiſquis honeſtus ac pius eſt ponderet, Ludderus ne magis mã
monam colat an monachi? Perſuadere tamen conatur os mendax ſimplices de
plebe homines, ſibi nihil eſſe cum mammona & hunc eccleſiaſticis tantum eſſe
proprium. Ego uero Chriſtianis omnibus uidendum ac meditandum relinquo,
quidnam in cauſa ſit, quod in quibuſdam monaſterijs & templis abrogatus ſit
cultus dei. Deus ipſe aperiat notumq; faciat hoc ijs qui eius mali rei habẽtur. Hinc
tamen clare patet quiſnam mãmonę ſeruiat & quis aliena bona deuoret Ludde-
rus ne cum ſacerdotibus & monachis ſuis apoſtatis, an religioſi, qui hucuſq; in mo
naſterijs & eccleſijs ſuis permanent. Verum hoc moleſte & ægre Ludderus pa-
titur, quod ipſum & ſequaces ſuos hæreticos condemnamus & exurimus, hæc e-
nim eius de purgatorio & uigilijs ſentencia iam olim in ea hæreſi condemnata eſt
quam & Vualdenſes Pickardi & pauperes Lugdunenſes tenuerunt, fuerunt &
In Canticis hæretici temporibus S. Bernardi, qui peruerſe docebant pro animabus defuncto
rum non eſſe orandum, & huiuſmodi hæreticos ad mortem iudicari rigido iu-
Gal. 4 ſticiæ præſcripto ipſe olim petijt Paulus. Vtinam inquiens abſcindantur qui uos
Leuit. 4 conturbant. Hominem blaſphemum præcepit Deus lapidibus obrui quur non
Deut. 17 ita & hæreticum? Præcepit etiam deus, quod ſi quis ſuperbierit nolens obedire
ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino deo, ex decreto iudicis mo-
riatur homo ille, quur ergo & non contumaces, temerarij pertinaces & obſtina-
ti occiderentur hæretici? Qui alteri ſubducit equum ſuſpenditur, Ludderum qui
uirulento dogmate tot hominum ſeduxit milia, quorum etiam perpetuo damna
tæ ſunt animæ martyrem delicatulum, a bronis ſcilicet uitam molliter uiuere ſi-
Deut. 13 nemus. Præcepit præterea deus ut ſi falſus quis conſurgat prophetes interficia-
2. Cor. 10 tur. Tantũ Luddero parcendum eſt & ſui ſimilibus. Quur ergo mandauit Pau-
lus, & in promptu iuſſit habere uindictam aduerſus omnem inobedientiã? A per
te etiam iam ſupra non ſemel probatum eſt mendacem eſſe Ludderum, ac ideo
lum habere patrem, qui mendax eſt & homicida, ſicuti Ludderum ſuis probe
depinxit coloribus Liechtenbergius præuidens, qualis Ludderus eſſet ſpiritum

diabo

habiturus, hinc ſit ut ipſe etiam Ludderum pro mendaci tantum homine agno-
ſcam & reputem, ut cui fidei & fiduciæ nihil inſit, idq; duabus potiſſimum de cau
ſis eorum quæ ipſe mecum egerit. Primum nanq; ad Lipſicam diſputationem cū
Carolſtadio me prouocauit, quod & ipſius quem penes me habeo mihi teſtatur
Chirographus, idipſum rurſus erga principem electorē abnegauit. Deinde quū
iam Lipſiæ ſecum & cum Carolſtadio diſputaſſem, uterq; Parrhiſienſes elegit re
cepitq; diſputationis noſtræ iudices & arbitros, coram illuſtriſſ. principis Geor-
gij &c. & uniuerſitatis cōſiliarijs delegatis, & tamen nec illos deinceps nec quẽq;
hominem recipere uoluit iudicem, uſq; adeo ſibi homo totus mendacijs ſcatens nil
conſtat, nam & doctrina eius hominem teſtatur ſycophantam quouis Patacione
calumnioſiorem, quoties enim & purgatorium eſſe & idipſum ſe quoq; ſcire pro-
feſſus eſt: at hæc quantum ex ipſo pendet rurſus nunc omnia refellit & impug-
nat. Vere ergo Ludderus mendax eſt ſibiq; diabolus pater eſt, nec ille eius tamē
rei ſibi uideri uult conſcius nec contritus pęnitet nec confitetur: unde & conſtat
omnem illam uitiorum, quæ Chriſtianis intendere conatur ſentinam merito
nos in ſuum ſibi refundere caput, ut eodem quod miſcuit poculo bibat. Et ex prę
dictis omnibus colligi facilimum eſt Ludderum ſuis ijſce calumnijs non confir-
mare uoluiſſe ſuos, nam quod mendacijs firmatur durabile & diuturnum eſſe
non poteſt. Et nos ſatis iam multos eoſq; fortiſſimos adduximus ſcripturæ locos,
ab eccleſia catholica bene & commode pro purgatorio uſurpari ſolitos. Quo mi-
nus immo nihil timemus ne forte & in nos cadat mendaciorum & ſeductionum
omniumq; malorum horror, quæ Ludderus hic Papæ imponit & eccleſiæ, ſuo
more, quum interim ipſe mendax ſit & ſeductor. Quod ſub finem ollas tantum a-
lit minabundus, & ſe quę hic deſint in articulo de miſſa iactat expediturum. Eſto
liberum ſit hoc illi, furiat & inſaniat pro conſuetudine ſua, obuiabitur ſibi ſane cū
deo & ueritate & ipſis ſcripturæ ſacræ fundamentis, nec infixo aculeo quod aiūt
aufugiet. Sed quod ironice nimis de cultu adfert mammonæ, ſe (modo auri ad-
ſit ſacietas) uno ſophiſtas omnes die conuerſurum, uerba utiq; ſua ſunt, quiſquis e-
nim rem penitus excuſſerit, uidebit quo nam modo Ludderus cum monacha
ſua Aſmodeo ſeruiat & mammonę, ut qui totum iā occupet cœnobium, in quo
uiginti quondam monachi in cultu diuino potuerunt ſuſtentari. Sed & hoc
pijs ac Chriſtianis omnibus notiſſimum eſt, utra pars plus alienarum rerum attra
hat & metat, ubi nil tamen ſeminarit. Conſtat enim Ludderum cum ſuis prædi-
catoribus diuitem & adeo opulentum non fuiſſe antea, ut iam in ſua iſthac noua
ſed commenticia eſt fide, in qua tamen inſtabiles adeo ſunt omnes ij, & inconſtan
tes, ut hoc iam anno etiam ignorent, quid nam proximo credituri ſint
anno. Dominus deus omnes eos pro ſua miſericordia illumi
net, ut uel tandem ſuos agnoſcant errores, nobis uero ſi
mul cum ipſis uitæ huius emendationem,
& poſt hanc uitam illam conſe-
rat ſempiternam.
Amen.

IOHANNES MENTZINGERVS
Theologiæ auditor, ob amorem ueritatis &
præceptoris tranſtulit.
M. D. XXXI.

DE NON TOLLEN-DIS CHRISTI ET SANCTORVM IMAGI-nibus, contra hæreſim Fœlicianam ſub Carolo Magno damnatam, & iam ſub Carolo V. renaſcentem, Deciſio.

D. SEBASTIANO SPERANTIO PRAEſuli Brixinenſi digniſſimo, Ioh. Eckius. S. P. D.

MEmini reuerendiſſime antiſtes, cum rediens ex urbe ad te diuerterem, quem de ueneratione ſanctorum ſermonem contulimus: Ingolſtadiũ autem attingens comperi Ludderanam factionem omnia mala machinantem, imagines quoq; crucifixi, diuæ Mariæ ac ſanctorum, e templis ſubmouiſſe. Itaq; mox animũ adieci, ut uſus imaginũ rationem, anteq; ſeueriora ſtudia in manus deſumerem, breui ſcriptione exararem: Iam opuſculum illud a pluribus deſyderatum ſtudui publicare, Sub tuis auſpicijs, tuoq; nomini dedicatum: Nam & ſi ingenij tui dotes, ſingularis eruditio, ac pręſtabiles animi uirtutes maiora mereantur: qui olim in ſtudio noſtro Ingolſtadieñ. ſtipendia literaria merens, tuis meritis exigentibus gradatim per dignitatum ordines uſq; ad pontificale faſtigium aſcendiſti: Tanta tamen tua eſt humanitas, tanta modeſtia: ut minutiora iſta, a beneuolenti profecta animo minime aſperneris: tibi ergo hunc laborem exhibeo, & per te mundo. Vale præſul uigilantiſſime, Ingolſtadij VIII. Iulij anno ſalutis. M. D. XXII.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

PROLOQVIVM.

TANTIS HAERESVM TVMVLTIBVS
in orbe Chriſtiano paſſim exurgentibus, quis non exiſtimet
2. Thim. 3 tempora nouiſſima eſſe a S. Paulo prædicta, quando erunt ho-
mines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parenti-
Hiere. 1. cum bus non obedientes: cum quotidie & ab Aquilone, unde pan-
concord. detur omne malum, & ab alijs partibus, noua hæreſum dog-
mata contra eccleſiam, contra ſanctos, contra deum ipſum, ſpargi percepimus,
Et cum ſimiles habeant labra lactucas, mali præceptores, corruptos nanciſcunt
2. Thim. 4 ſectatores, quia doctrinam ſanam nõ ſuſtinent, ſed ad ſua deſyderia coaceruant ſi-
bi magiſtros prurientes auribus: & a ueritate auditum auertunt, quibus fruſtra
quicquam prędicitur, non plus quam ſi ſurdo fabula narretur: Vnde obduratis
Tit. 3 & pertinacibus illis nihil in præſentia ſcribere intendo, ab Apoſtolo edoctus, hæ-
reticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſub
uerſus eſt, qui huiuſmodi eſt: nam in profundum malorꝫ, monſtra illa Ludderũ,
Carlſtadium, & Melanchthonem ueniſſe liquet, ideoq; contemnunt: At paruu
Prou. 18 lis in ſolatium fidei hic inſtructionem ſcribere decreui: quo a lupis illis non circũ-
ueniantur in ſua ſimplicitate, circa imagines Crucifixi & ſanctorum eradendas:
ſicut ſtrẽnue iam circa hoc deſudant: pellem ouinam lupino cordi aſſuentes: quaſi
receptiſſimus eccleſiæ uſus, ab ipſis Apoſtolis ad nos dimanatus, ſpecies ſit idolo-
latriæ & ſuperſtitionis: quod quam impie & blaſpheme filij Belial affirmant. Deo
optimo maximo ſua clementiſſima gratia adiuuante, iamiam commonſtrabo. Te
autem moneo lector, ita te deus amet, & ſancti tibi patrocinentur, ſepoſitis priua
tis affectionibus, in ipſiſſimam ueritatem obtutus mentis figas: & matrem tuam,
ſponſam Chriſti, ſanctam eccleſiam audi & decreta eius obſerua.

Deus

DEVS INVISIBILIS VISIBILIS FACTVS EST ac figurabilis, per uerbi incarnationem. Cap. I.

NOn autem expectet lector, ut uenerationem ſanctoꝝ hic excutiam, ac reliquiarum earundem: quamuis & in hac re inſigniter pro ſolita furiant temeritate: Nam horum truſis abūde ſatisfacit diuus Hieronymus: quando monſtrum illud, uigilantium huiuſmodi hæreſibus plenum, gladio ſpiritus ſacraꝝ literarum, uicit & proſtrauit. Duntaxat hoc ſaxum uoluam, ut oſtendam & tuear bonum eſſe totius eccleſiæ ritum in ponendis crucifixi & ſanctoꝝ imaginibus, & eum qui deponendas cenſet imagines aut eradendas, hoſtem eſſe fidei Catholicæ, hæreſi infectum, ac a communione fidelium præciſum: ad quod comprobandum, & ſi ſufficeret totius eccleſiæ authoritas, tot ſeculis probatiſſimorum uirorum uſus: pro ſolatio tamen fidelium altius ordiamur, cum Ioh. Damaſ. dicentes. Quod cum deus ſuapte natura, inuiſibilis ſit, incorporeus, & incircūſcriptibilis: figurari etiā non poterat, cū figura lineis terminet & circunſcribatur. Itaq; inſipientiæ magnę foret diuinitatē figurare, aut huius imaginem corporeā exhibere, & hæc forte una fuit cauſa, cur imaginum uſus in ueteri Teſtamento rarior fuit, & minus tritus, uti locupletius in calce dicturi ſumus: At cum uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, & uerbum ineffabile caro factum eſt, & habitauit in nobis: & habitu inuentus ut homo. Non iam ut Abrahæ uiſus eſt in ſpecie hominis, non ut prophetis: ſed ſecundum ueritatem factus homo propter noſtram ſalutem: Non enim aſſumpſit deus corpus phantaſticum, aut cęleſte aut aereum, ut impij hæretici Manichæi, Valentiniani ac Appollinariſtæ ſenſerunt, ſed uerus deus Chriſtus, ac uerus homo diuerſatus in terra cum hominibus, operatus miracula, paſſus, crucifixus, mortuus & ſepultus: reſurgens deinde aſcendit in cœlum: quæ omnia ſicut ſecundum ueritatem geſta, ita etiam uiſa ab hominibus, & ſcripta ſunt: Hac ergo ratione expenſa, facile capit fidelis: quonam pacto infigurabilis iam figuretur: cum inuiſibilis factus ſit uiſibilis: Sicut enim oculis humanis obiecit præſentiam ſuam: ita & pictor prius uiſa potuit exhibere humano ſenſui & uiſui: Sicut per omnem eccleſiam crucifixi imago affigitur ſub uiſibili ſpecie: Sic & mater Maria, Apoſtoli & Iudęi, corporeis oculis paſſionem Chriſti & ſuffixionem ad crucem uiderunt: liquet iam inepte aliquem argutari, non fuiſſe in Veteri lege, hunc imaginū uſum: itaq; & in lege gratiæ hunc explodendum: at plura de hoc in calce operis.

Hiero. *Auguſt. li.22.de ci.dei. ca.8.* *Damaſc.* *Gal.4* *Iohan.1* *Philip.2* *Hæretici*

CHRISTVS PRIMVS AVTHOR IMAGI. num in eccleſia, de Abagaro & Veronica. Cap. II.

MAligni autem hoſtis aſtutiam, ac horum hominum temeritatem, præueniens ſaluator, qui incepit facere & docere: hunc imaginum uſum primus exhibuit, cuius rei Iohan. Damaſcenus meminit lib.4. Theologiæ ſuæ dicens: fertur quædam hiſtoria: quod dominus Abagaro Ediſenorū ciuitatis regi: qui pictorem miſerat: ut domini ſimilem pingeret imaginem: non ualente autem pictore ob reſplendentem faciei ſuæ claritatem, ipſe ueſtimentum ſuæ faciei diuinæ & uiuificę applicans, in ueſtimento ſuipſius imaginem abſterſit: & ſic deſyderanti miſiſſe Abagaro, hanc hiſtoriam pluribus proſequitur Euſebius Cæſarieñ. eccleſiaſticus ſcriptor diligentiſſimus lib.1. eccleſiaſticæ hiſtoriæ per tria capita ultima, affirmans ſe iſta habuiſſe ex archiuis publicis Ediſſenæ ciuitatis, in qua tunc Abagarus regnauit, & quod repererit ſcripta in chartis, quæ geſta regis Abagari antiquitus ſeruata continebant, & ut maiorem faciat fidem, Renarrat copias epiſtolarum utrimq; miſſarum per Ananiam curſorem. Nam mitiſſimus IESVS Abagaro reſcripſit. Se in præſentia ad ipſum uenire non poſſe, expleto autem opere ad quod a patre deſtinatus erat, poſt aſcenſionem ſu-

Damaſc. *Euſebius.*

S.Thomas am,ſe miſſurum unum diſcipulorũ,qui eum a morbi moleſtia leuaret. Miſit aũt ſ.
S.Tadde. Thomas illuc S.Thaddęũ unum ex ſeptuaginta diſcipulis, qui Abagarũ & ſanitati reſtituit, & in recta fide Chriſtiana formauit. Hic ergo habemus authorem imaginũ,ipſum Chriſtũ ſaluatorem noſtrum,quo principe & ductore,tutiſſima eſt eccleſia imaginum uſu,cõtra perfidiſſimos iſtos cerbereos canes, tam ſolemni ritui eccleſiæ oblatrantes. Adſeruatur hodie hæc imago Genuæ in eccleſia S.Bar
Veronica tholomei de Ereminęis. Cantatiſſima eſt hiſtoria Veronicæ, quæ cum dño noſtro in amariſſima paſſione laboranti in exitu,ſudarium exhibuiſſet quo ſudores doloris abſtergeret,ſaluator iam de hoc mundo exiturus,uiſibilem ſui imaginem, charis ſuis relinquere uoluit, & faciei ſuæ ſacræ imaginem ſudario impreſſit, ac Veronicæ reſtituit ſicut hodie in urbe adſeruatur: & peregrinis aduentantibus, ſtatis diebus religioſiſſime monſtratur. Deſinat ergo humana temeritas, Imaginum uſum in eccleſia calumniari:qui dominumdeum noſtrum habet authorem & inceptorem.

IMAGINVM VSVS AB APOSTOLIS & S.Luca datus. Cap. III.

Sicut aũt imagines ab ipſo ſaluatore noſtro cœptæ ſunt in eccleſia: ita imaginũ ueneratio,crucifixi,deiparæ uirginis & reliquorum ſanctorũ ac famulorum Chriſti ab Apoſtolis creditur eſſe profecta: quæ ſancta Apoſtolorum traditio,etiã ſi ſcripto nõ inueniatur:nõ tñ protinus neganda eſt:cũ multa talia habeat per receptionem,ut alibi fuſius tractabimus:tñ in præſentia ſufficiat,quod Damaſc. Gręcus author inducit a ſimili,quoniam nõ fortuito adoramus ad Orientem, ſed ex patrũ & apoſtolorũ traditione:cum tñ ex Ezechiele cõſtet ex diuina ordinatione Iudęos in Veteri lege ad Occidentem oraſſe:& huiuſmodi fuiſſe traditiones Apoſtolorũ uiua uoce interdum abſq; ſcriptis,ex S.Paulo facile deprenditur, cum ad Corinth. plura ſcripſit de ſacramenti eucharistiæ cõmunione,in fine ſubiungit. Cætera cum uenero diſponam. Erat ergo aliqua diſpoſiturus apud Corinth. præter deſcripta ambabus epiſtolis: & ab initio eiuſdem cap. laudat Corinthios ab obſeruantia traditionũ ſuarum dicens. Laudo aũt uos fratres, quod per oĩa mei memores eſtis:& ſicut tradidi uobis,præcepta mea tenetis: Et expreſſius ad Theſſalon. docet,aliqua ſcriptis,aliqua uiua uoce ab Apoſtolis eſſe tradita,cum inquit. Itaq; fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis,ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Priora omnia roborantur ex eo, quod S. Lucas diſcipulus domini & euangeliſta,diuæ uirginis effigiẽ efformauit ac in tabellis depinxit:ſicut una religioſe adſeruatᷣ in urbe in Ara cœli apud Cordigeros, una etiam extat Friſingę in ęde cathedrali ducatus Bauarici: Sic imago uirginis Mariæ Ludouico imperatori 4. in ſomnis data eſt, cum iuſſione ut in loco eidem tunc noĩato monaſterium erigeret, quod etiã catholicus princeps poſtea religioſe eſt executus,hanc ſemper ſecũ deferens in manica imaginem,licet ponderoſam, ad locum deſtinatum Etal. Neq; a tot ſeculis uſq; in hunc diẽ, aliquis artificum uel omnino ullus hoĩm potuit iudicare aut cognoſcere: cuiuſmodi tamẽ materię eſſet hæc imago. ¶ Vetus quoq; teſtamentũ non omnino fuiſſe ſine imaginibus: luculentiſſime nobis pręceptum dñicum indicat in Exod. ubi ad Moyſen inqt. Duos quoq; cherubin aureos, & productiles facies ex utraq; parte oraculi, Cherub unus ſit in latere uno,& alter in altero. Vtrũq; latus propiciatorij tegant expãdentes alas & operientes oraculũ, reſpiciantq; ſe mutuo uerſis uultibus in propiciatoriũ: uide quã ſignate deſcribat ſacra litera has duas imagines afformandas, ita & Salomon plures imagines in templo poſuiſſe dicitur.

Marginalia: Damaſc. li 4 ca. 13 — Ezech. 8 — 1. Cor. 11 — 2. Theſ. 2 — S. Lucas — Ludouicus Imper. — Etal. — Exod. 25

IMAGINVM VSVM ESSE ANTIQVVM IN ECCLEſia, ex Euſebio, Auguſt. Hieronymo, & Ambro. probatur. Ca. IIII.

POrro non attinet dicere,quanta religione Conſtantinus I. Chriſtianiſſi-
mus Imp.crucis imaginē ſibi cœlitus oſtenſam,fuerit proſecutus,cū no
tior ſit fideli hæc hiſtoria quā Troiana: Sub quo optimo Principe, ęditi
ores eccleſiæ ædificatæ,frequentiſſimæ feſtiuitates a Chriſtianis publice cœlebra
tæ,cum eccleſiarum dedicationibus. Sub quo ſacerdotia & miniſteria ac omnia
quæad religionis obſeruantiam pertinebant,magna refulgebant gratia ut Euſe- *Euſebius*
bius Cæſarieñ.teſtatur,& hunc laudabilem fuiſſe ritum fideliū S. Auguſt. lib. 2. *Auguſt.*
de uiſitatione infirmorū teſtatur:ut morituris & crucis & crucifixi imago exhi-
beatur:quē morem oēs adhuc obſeruant ueri Chriſtiani in hunc diē:uerba Augu
ſtini ſubnotare placuit.Habent ſiquidē Chriſtianorum arcana illius dñicæ crucis
quaſi quoddā uenerabile monimentū,quod de crucis ipſius imagine,crucē cog-
nominant,quod & nos omni ueneratione digniſſimum fatemur. Adijcitur enim
ſupra crucē,pacientis hominis imago,per quod ſalutiffera Ieſu Chriſti nobis paſ-
ſio renouatur.Hanc cōplectere humiliter,uenerare ſuppliciter,& hæc ad memo
riam tibi reduces. Tu autē bone Ieſu, qui pro me pendens ita paſſus es, miſereri
mihi digneris,& præſta,ut qui mihi mortuus es, & ad hoc mortuus es,ut mundo
moriens,tibi uiuā bone Ieſu.Sic S.Hieron.ſuadet Euſtochio ad oēm greſſum pin *Hierony.*
gere crucis ſignum,& S.Ambroſ.in oratione de cruce hortatur nos, ut in Ieſum *Ambroſ.*
qui nos a morte liberauit,ſemper aſpiciamus.Longum eſſet enumerare,quō de-
us mirabili ſua potentia,uiolatores imaginum ſacrarū adultus eſt.Sufficere nobis
Germanis debet mirabile factum Moguntiæ,quando imaginem crucifixi perdi *Ad S. crucem*
tiſſimus aleator uiolauit, quā rem graphice Theodericus Greſmundus carmine *Moguntiæ*
deſcripſit: notiſſima eſt in Comitatu Zolrenſi, Conſtantieñ. dioceſis hiſtoria, *Greſmundus*
quando Sagitarius a diabolo perſuaſus ſagittam imagini ſaluatoris infixit, unde *Zolrn.*
cruor ſanguinis mox effluxit.Quod ſi deus iratus,modo non ulciſcitur imaginū
eraſores,cogitent homines maleuoli id quod ueteri uſurpatum eſt prouerbio,de
os lanatos habere pedes. Et quod Valerius Max. inquit. Lento gradu ad uindi- *Val. Maxi.*
ctam diuina procedit ira,grauitatemq; ſupplicij tarditate compenſat.

RATIONABILEM ESSE IMAGINVM VSVM
Quia laycos inſtruat,& in ſanctos referat. Cap. V.

HActenus ſatis actum eſt,Imaginium uſum in eccleſia ſemper fuiſſe, at nunc
ordo ipſe expoſtulat,ut & eum rationi conſentaneum explicemus,utilem
& ferme neceſſarium. Vbi in primis occurrit nobis, hunc imaginū uſum *Ratio prima*
pro plebeis & analphabeticis eſſe quaſi neceſſarium , nam ut uere Ioh.Damaſc. *Imaginum*
expendit,quia non oēs literas norunt,neq; lectioni incumbunt, patres noſtri con- *Damaſc.*
ſenſerunt, ueluti quædā trophea hæc in imaginibus repreſentare ad promptam
memoriam.Et hoc eſt quod uulgo dicitur,pictura eſt laycorum ſcriptura. Hāc
rationem Gregorius papa 2.præſcribit Seruio Maſſilieñ.epiſcopo dicens.Nam *Greg. papa*
quod legentibus ſcriptura,hoc & idotis pręſtat pictura cernentibus, quia in ipſa
ignorantes uident,quid ſequi debeant,in ipſa legunt qui literas neſciunt:unde &
præcipue gentibus pro lectione pictura eſt. Et non ſcio quomodo rudes in tanta
multitudine de ſacris fidei noſtræ miſterijs informari poſſent melius & recordari
tenacius quā per huiuſmodi imaginum uſum: & hæc una ratio ſufficere debet:
cur ſancta eccleſia uſum imaginum aſſumpſit.Porro aliā rationem adfert Dama *Ratio 2*
ſcenus ex S.Baſilio,quia magnus in diuinis Baſilius & deifer dicat, imaginis ho- *Damaſc.*
nor ad exemplaris transfertur honorem:quare cultus ac obſequia imaginibus ex *Baſilius*
hibita cum ſanctorum,tum crucifixi,ad ipſum crucifixum & ſanctos uelut ad pro
thotypum,imaginiſq; ueritatem transferuntur:huius gratia inquit Moſaycus po
pulus tabernaculum in circuitu adorabat,imaginem & formam gerens cœleſti-
um:quare dixit deus Moyſi,uide feceris omnia ſecundum formam tibi oſtenſam

qui ſanctorum imagines delendas in monte: Quare iſta imaginis in imagatum facta relatio, uſum imaginum purũ reddit & ſyncerum, uti in calce, dum ad obiectiones peruenerimus, lacius explicabimus: Ergo ſicut per imagines layci inſtruuntur in prima ratione; ſic per ſecundam docentur referre omnem animi conatũ in imagatum, ne uane circa imagines otientur.

RATIONABILEM ESSE IMAGINVM uſum, quia recordari faciant intuentem: Cap. VI.

Tertia imaginum ratio

ET ad hoc quoq; confert imaginum uſus, quod memoriã & recordationem Chriſti ac ſanctorũ frequentius ſuggerit & tenacius infigit: nam ſic in eccleſijs, in publicis ſtratis, ſignum triumphale crucis, imago uirginis Mariæ aut alterius ſancti erigitur: ut dum fidelis imaginem aſpexerit, illico mens eius ad recordandum redemptionis myſterium excitetur, unde conſectarium eſt imagines non ſolum inſtructorias eſſe, Sicut reuera ſunt laycorum; ſed etiã monitorias, & quaſi interpellatrices, dum non ſolum nudam rei gerunt ſimilitudinẽ, ſed & ad aliquod faciendum aut orandum uidentẽ excitant & impellunt: Quotuſquiſq; enim eſt probe fidelis, qui in itinere, diuæ uirginis prꝫteriens figuram: non mox excitetur ad ſalutationem angelicam ei offerendam, quæ modo cum filio triumphat in cœlis: aut ſi crucifixi imaginem intueatur quiſpiam: an non mox ſubit eius memoriam amariſſima Chriſti paſſio, quaſi domino ad eum illud Hiere. in Thre. inclamante. O uos omnes qui tranſitis per uiam attẽdite & uidete, Si eſt dolor, ſicut dolor meus; Quis aũt erit tam durus, quis tam ingratus, qui nõ gratias agat ſaluatori noſtro pro redemptionis myſterio: cum illius uiderit imaginẽ ac tanti myſterij repræſentationem: præſertim cum nihil aliud æque petat Chriſtus a Chriſtiano, quam iugem ſuę paſſionis memoriam in quam rem multa a S. Bernhardo, Anshelmo, & alijs diligenter & religioſe ſcripta ſunt: Qui ergo imagines auferre molitur: nihil aliud laborat, quam ut memoria paſſionis Chriſti & ſanctorum ſuoꝝ minuatur: quod opus diaboli fore, nullus Chriſtianus ignorat: in re tam comperta, non oportet plura prodigere, cum alioquin ex Philoſophoꝝ & Rhetorum diſciplinis plura auferre poſſemus, memoriam potiſſimum imaginibus iuuari.

VT AD IMITATIONEM PROVOCENT laudabiles ſunt imagines. Cap. VII.

ACcedit alia nonpœnitenda imaginum protectoria ratio, quod ad imitandum, caſte, pie, ac uere Chriſtiane uiuendum fideles inuitent & prouocent: quemadmodũ enim priſci in Republica bene conſtituta, Heroum ac fortium uirorum præclara facinora, ſtatuis, marmoribus, columnis, picturis & carminibus referebant, ne ingrati uiderentur, & poſteri aculeo illo inſtigati, facta eorum æmulatione imitari ſtuderent. Ita in ampliſſima Chriſti republica, ſancta dei eccleſia, inquit Damaſcenus: ſtatuas ſanctis erigimus & uiſibiles imagines, ut nosipſi animatæ ſtatuæ & imagines, ipſorum uirtutum imitatione efficiamur. Et in alio loco ait, Similiter & ſanctoꝝ, fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem uirtutis illorũ, & gloriam dei: Quod ſi Aegyptij, Aſſirij, Perſæ, Græci, Romani, Germani, & modo Veneti tam grati fuerunt uiris de Rep. benemerentibus: ut eorum monumenta poſteritati dedicarunt: Cur nos Chriſtiani ingratiores eſſemus ſanctis dei plus quã Heroicis uiris: cũ honor qui exhibetur benignis gratiſq; conſeruis, beneuolentiæ ad communem dominum præſeferat indicium. Poſſem ſi uacaret per omnia uirtutum genera diſcurrere & locupletiſſima adferre ſigillatim ſanctorum exempla memorabilia, quæ longe ſuparent Heroum Græcorum, aut Romanorum præclara facinora: ſed

ſed in re cuilibet obuia, nolo eſſe prolixior, cũ in ſola paſſione Chriſti recogitando omnium reperiantur peccatorum remedia.

DEVOTIONEM AVGET IMAGInum uſus. Cap. VIII.

Notiſſimam autem imaginum cauſam exiſtimarim: quod imagines non ſolum inſtruunt nos ad recordationem Chriſti & ſanctorum euehunt: fideles ad imitandum inuitant: Sed & quia deuotionis affectum excitant. Animus enim ipſe ex ſubiacentibus ſenſibus & præſentarijs ſignis, uehementius concitatur & inardeſcit, ita Auguſtinus lib. 2. de uiſitati. infirmorum hoc affirmat. *Auguſt.* Sunt quædam extraria ſigna, pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria, & quaſi quandam compunctionem penetralibus ſuis figentia, quæ & Chriſtianitatis religio uult obſeruari, & amicorum ad infirmos conuenientium deuotio gaudet adimpleri, idem teſtatur Beda, Imagines fieri nulla litera diuina uetuit, harum etenim aſpectus multum compunctionis ſolet præſtare contuentibus, & eis qui literas ignorant, quaſi uiuam de Chriſti paſſione exhibent recordationem. *Beda* Mira tradunt Ethnici, de imaginibus ad mouendum animos aptis, quid ergo deeſſet imaginibus crucifixi Mariæ & ſanctorum, quin & hæ affectus hominum ac aciem mentis ad ſuperna & diuina moueant & excitent? Quis enim eloqui poſſet, tantã animi deuotionem, quã ſanctus Bernardus ante imaginem Chriſti in cruce ſepiſſime concepit? quis uel cogitare ſufficit totius mentis ardorem ac animi flammã in S. Franciſco, dum Chriſti imaginem tam forti imaginatione complexus eſt: tanto flagrauit incendio, ut ab illo ſtigmatis ſuæ paſſionis inſtar donatus fuerit: *Bern.* *Franciſcus* Mille ſunt huius rei exempla paſſim in hiſtorijs, paſſim in eccleſiaſticis ſcriptoribus annotata. Ex quibus omnibus eſt manifeſtarium: cum tot afferat in eccleſia dei imaginum uſus, utilitates: eos qui imagines eradendas cenſent damna & incõmoda contraria uelle in eccleſiam dei inuehere: puta in laycis ignorantiam, in cõmuni obliuionem, pigritiam & ariditatem: cum potiſſimum hoc tempore, quo refriguit charitas multorum, plura deuotionis adminicula ac promotiua erigenda erant, non antiqua præſidia & auxilia aufferenda: ſed malus homo zizaniam uult mittere in agro dominico: Non enim poteſt hoc conſilium uenire, niſi ex patre diabolo: qui dolet ſuper fructibus ex uſu imaginum prouenientibus: & ab imaginibus ipſis crucifixi & ſanctorum terretur & fugatur: uti ex hiſtoria de ſancto Chriſtophoro liquet. *Chriſto.*

QVI IMAGINIBVS FVErint aduerſati. Cap. IX.

Qvamuis iam dictorum ratione habita & diligenti examine, non exiſtimem fidelem dubitare, quin bonus, utilis & ferme neceſſarius ſit imaginum ritus: qui ab ipſo Chriſto ſalutis noſtræ authore, initium ſumpſit: tamen ad pericula & incommoda uitanda, præſtat ſcire, a quibus, & quo tempore, diuexata fuerit eccleſia a perditiſſimis hominibus in uſu & ritu imaginum: ab initio Damaſcenus teſtatur fidelibus exprobrari, quod ſaluatoris noſtri & reginæ noſtræ deiparæ imaginem: inſuper & reliquorum ſanctorum & famulorum Chriſti adorent & uenerentur, cum autem Damaſcenus uicinus fuerit eccleſiæ primitiuæ martyrum: ut qui circa annum ſaluatoris CCCXC. floruerit: illico apparet dæmonem ceſſantibus tyrannorum perſecutionibus, & eccleſijs ac aris publice erectis & ornatis, uoluiſſe imaginum uſum ac ritũ (uelut rem ſibi maxime noxiam fidelibus aũt ſalutarem) deſtruere: quamuis non deſint qui arbitrentur circa exortum legis euangelicæ inuentos: qui imaginum uenerationẽ damnauerint, tanquã ſuperſtitioſam & idololatriæ propemodum accedentem: Tamen poſt *Damaſc.*

Anno 728 Martyrum glorioſa certamina, & frequentes hæreſum exploſiones, adhuc impie-
tas illa ſæpe graſſata eſt in eccleſiã: nam Philippicus qui occiſus Iuſtiniano & Ty-
berio diuis Auguſtis, Imperium occupauerat, a Iohanne monacho hæreſiarcha
ſeductus, imagines ſanctoꝝ a parietibus S. Sophiæ ignominioſe abraſit. Hunc
non longo ſecutus interuallo Imperator Leo, qui cum a pontifice diſſentiret oc-
caſionem iniuriandi quęrens, ab apoſtata ſeductus, ędictum propoſuit: ut omnes
qui ſub Romano eſſent Imperio, omnium ſanctoꝝ, angelorum, & martyrũ ſtatu
as atq; imagines e templis eraderent atq; auferrẽt: quas ille in medio ciuitatis, cum
imaginibus etiam ſaluatoris & Mariæ cõbuſſit: contrauenientẽ pro hoſte Impe
rij habendũ: Et quia multi de populo, ſtultę huic impietati non cõſenſerunt, de-
collati ſunt. Germanus quoq; patriarcha huic errori aduerſatus, eiectus eſt, Ana-
ſtaſio in locũ eius ſurrogato, Decretũ illud aliquandiu intermiſſum denuo reno-
uat: & omnia ſimulachra uel lignea uel ænea uel marmorea ad ſe deferri iubet,
quæ incendit: nõ deferentes capit & obtruncat. ¶ Impio patri peior ſucceſſit fili
us Conſtantinus Imp. qui ſacra ſubiq; demolitus eſt imagines: Conſtantinũ patri-
archam impietati ſuæ reſiſtentẽ uerberibus necauit: inq; locũ demortui Nicetã
ſpadonem ſui ſacrilegij participem ſuffecit, Et Sabinum Bulgaroꝝ regem, quod
in eradendis imaginibus impietatem eius ſecutus fuiſſet, armis depoſitis, in gratiã
recepit: cũ ante eum bello præſſiſſet. Proprętor Cõſtantini Enuchus qui Thraci
am adminiſtrabat, truculentior Imperatore imagines crucifixi & ſanctorum de-
poni & cõcremari curabat, & omnibus eccleſiarum ornamentis ſub haſta diuen
ditis, prętium Imperatori miſit, quẽ Conſtantinus per literas, hominem ſibi a deo
ſecundum cor ſuum datum ſummis extulit laudibus. Coegit ſacrilegus Impera-
tor Synodum ex ſuæ farinę hominibus CCC & XXX epiſcoporum quã ſepti
mam ipſe fecit nominari, ſed Conſtantiniana nomen obtinuit: in qua decretũ fuit,
ſanctorum imagines, ſtatuas, & ſimulachra e templis auferenda. Leo paterni Im
perij & impietatis hæres, imagines reliquas demoliri iuſſit, & pœna capitis de no
uo imaginem facientem damnauit. Is direpto ſacrario S. Sophiæ, gemmis undiq;
arreptis, magni ponderis coronam fecit. Huius filius & ipſe Conſtantinus proaui,
aui, & patris uel ſuperans uel æquans impietatem, in deũ & ſanctos blaſphemus,
in matrem irreuerens. Manſit hæc lues ſub Nicephoro, Stauratio Michaele, Leo
ne, Armenico Imperatorib. licet non ita ſęuirent ſicut pręcedentes quatuor Imp.
remitigata per Hierenen Imperatricem religioſiſſimam fœminam. Irrepſerat
hæc peſtis in Germaniam quoq; Carolo magno Imperij habenas moderante per
infœlicem hoĩem, Fœlicem nũcupatum, a quo hęreſis illa deinceps Fœliciana eſt
nuncupata, Michael Trauli Imp. Cõſtantinopoli deſignatus oratores ſuos ad Lo
tharium Imp. deſtinauit in Rotomagũ, cõſulentes, quid de ſacris imaginibus fa-
ciendum cenſerent, abolendæ ne an reſtituendæ uiderentur.

ROMANI PONTIFICES IMPERATO-
ribus imagines delentibus reſtiterunt. Cap. X.

NArrauimus ex ordine impietatem malorũ, quam temere imaginũ uſum
& ritum labefactare, ac omnino extirpare annixi ſunt, quem ſancti pa-
tres non minus ſtrennue defenderunt quam illi impugnarunt. Nam pri
mo dum Philippicus Imp. imagines eraſiſſet, Conſtantinus pontifex Philippici
& Iohannis Monachi ſentencias uelut a fide alienas damnauit, uocato ad hoc epi
ſcoporꝝ Cõcilio in Laterano, ubi error quoq; ille de imaginibus reprobatus eſt,
& pontifex ſanctoꝝ patrum imagines, qui ſex concilijs approbatis interfuerant
Conſtantinopoli in porticu S. Petri curauit depingi. Conſtituit idem pontifex in
concilio, ne imperatoris hæretici nomen, publicis aut priuatis ſcriptis in ære, argẽ
to, plumboue reciperetur. Hanc pontificis ſentenciam in ſacrilegum imperatorẽ,

deus ultione executus eſt,nam in ſecundo anno Imperij Philippicus ab Anaſta-
ſio imperio & oculis priuatus eſt,qui ſe fidem ſextæ Synodi & Romanæ eccleſię
ſecuturum Pontifici promiſit. ¶ Leonis impietati occurrit Gregorius 2. cogno-
mento iunior, qui non modo mandato Imperatoris non obtemperabat, uerum
etiam omnes catholicos admonebat,ne in tantum errorē,timore uel ędicto princi
pis ullo modo dilaberentur. Qua cohortatione adeo animati ſunt Italiæ populi,
ut paululum abfuerit,quin ſibi alium imperatorem deligerent, quominus autem
id fieret,authoritate ſua obſtitit Gregorius,& Rauennæ ſeditione orta,cui ma-
gis obtemperandum eſſet Pontifici uel Imperatori,in ipſo tumultu Paulus exar
chus cum filio occidebatur. Qua calamitate dum ſacrilegus Imperator ab impie
tate ſua non deſiſteret, quin nouo ędicto, imagines tollendas & concremandas
præciperet. Optimus pontifex conuocato concilio patrum,hæreſim illam de tol
lendis imaginibus denuo(prædeceſſoris ſui ſecutus ueſtigia)damnauit, & Ana-
ſtaſium ſacrilegum patriarcham ſede priuauit,ac a diuino officio ſummouit, niſi
ad catholicam fidē reuerteretur:ſæpius præterea,ut ſanctiſſimum uirum decuit,
literis imperatorem admonuit,ut omiſſis quorundam improborum erroribus, ue
ram tandem amplecteretur fidem & abolere ſanctorum imagines deſineret, quo
rum memoria & exemplari ad uirtutem & imitationem excitarentur homines,
at ſurdo fabulam narrabat. Scire te uelim optime lector, quo non a me conficta
credas,quæ ad hiſtoriam pontificum pertinent,ea fore ſumpta ex Platina plerūq;
uerbatim,quando alios Chronographos intellexi,ei per omnia conſentire:uerum
ſi quæ ille omiſit,ab alijs fideliter narrata ubi propoſito noſtro deſeruiebant, inter
texui fideliſſime, quoniam hic nihil quæro niſi dei gloriam & ſanctorum debitū
honorem.

IMAGINVM VSVS, OCCASIO fuit Imperium in Germanos transfe-rendi. Cap. XI.

PRoſecutionis ordo expoſtulat,ut Germaniā noſtrā(O Germania excel
lentiæ & decoris memor)moneamus,potiſſimā cauſam transferendi im-
periū a Gręcis in Germanos,fuiſſe imaginū uſum,quē tanta malicia,im
pietate, ac ſacrilegio, niſi ſunt tollere & extirpare ſacrilegi Gręcię Imp. quæ res
agitari cœpit ſub Greg. 2. & annis ferme 90. agitata eſt uſq; ad Leonē pontificē.
Meminerit ergo Germania huius accepti decoris, & gratum referat eccleſiæ, &
in primis deo,atq; ſacrilegos illos uiros Belial Fœlicianos infœliciſſimos homines,
qui imagines tollendas uel conſulunt uel prædicant, uelut a deo abiectos, ac pa-
trię hoſtes explodat ac exterminet. Ne quod olim fuit uobis accepti Imperij cau
ſa: occaſio quoq; ſit perdendi & gloriam & Imperium, Deus non irridetur, hu-
iuſmodi ſacrilega inuenta, nunquam bonum ſortita ſunt exitum. Ad noſtrum
ergo reuertamur inſtitutum, dum impius Imperator Leo ſaluberrimis monitis
Gregorij non acquieſceret, Gregorio 2. mortuo ſuffectus eſt illi in pontificatu
Gregorius 3. qui dum ab initio magnam(licet fruſtra)acciperet curam, de reuo-
candis Leone Patre, & Conſtantino filio AA. ad rectę fidei cultum,imaginumq;
reſtitutionem,tandē conuocato Cōcilio,in Baſilica S. Petri,imagines ſanctoꝝ nō
tollendas decreuit,ſed ueneratione proſequendas iuxta prædeceſſorum ſuorum
Conſtantini & Gregorij 2. in concilijs decreta: Leonem uero Imp. ſacrilegum,
Imperio ſimul & communione fideliū priuauit. Et ut notiores Germani ſint iſti
Gregorij,ſciant eos eſſe,qui S. Bonifacium martyrem, legatum ſedis Apoſtoli-
cæ deſtinarunt in Germaniam, qui idolatras(quorum tunc magnus adhuc in

Germania erat numerus, ſicut a Phriſonibus paganis ultimo martyrio fuit coronatus) ad fidem Chriſti conuertit, Moguntiam in archiepiſcopalem ſedem (nam prius apud Vuormatiam erat) erexit, Epiſcopatum Vuirtzpurgeñ. ac Eiſtetteñ. inſtituit, Baioariã in quatuor parrochias diſtinxit (ita appellat Gregorius papa) Salisburgeñ, Patauieñ. Ratiſponeñ. ac Friſingeñ, unde is Bonifacius Gregoriorꝝ legatus ab omnibus merito dicitur Germanorꝝ apoſtolus, iam ergo pontifices animũ ad Germanos appulerant, & ſub hoc pontifice Gregorio III. accidit, ut tunc primum tutela eccleſiæ ab imperatoribus Conſtantinopolitanis ad Francos Germanos translata ſit. Nam dum Luitprandus Longobardorꝝ rex, pontificem bello immodice urgeret, noluit pontifex ab Imperatore Conſtantinopolitano auxilia petere, ſicut hactenus eccleſia facere conſueuerat, ob cauſas de imaginibus iam cõmemoratas, quare ad Carolum Marcellum magni Caroli auum confugit pontifex per legatos, rogando ut Romæ & eccleſiæ auxiliũ ferret, quod ille ſtrennue confecit, ſic Stephanus II. papa Pipini filij Caroli Marcelli auxilium contra Aſtiulphum implorauit, ſic Stephanus III. Adrianus I. & Leo III. opera & auxilio Caroli filij pipini uſi in eccleſiæ protectionem ſacrilegis ſpretis, Conſtantinopolitanis: tandem cleri & populi Romani aſſenſu, Imperium Leo papa in perſonam magnifici Caroli Germani tranſtulit: apud quos hodie perſeuerat: ſic Leo ſacrilegus Impe. dum imagines crucifixi & ſanctorum tolleret, eraderet & demoliretur deus ab eo & ſucceſſoribus Imperium Romanum abſtulit.

QVID MALI EVENERIT IMPERATO-ribus imagines tollentibus. Cap. XII.

NOn minora damna ſequentes ſacrilegi tyranni acceperunt: dum uelut Gigantes, deum cœlo deturbare nituntur, imagines crucifixi & ſanctorum tollendo. Nam Conſtantinum quintum paterna imitantem ſacrilegia, pontifex Paulus I. per nuncios ad Conſtantinopolim deſtinatos, hortabatur ut ſacras imagines & ſtatuas reſtitueret: id ſi facere recuſaret: eidem anathematis cenſuram minarentur: qua poſtea pertinacem Imp. publice affecit. Sabinus autem Bulgarorum rex, quod impietatem Conſtantini fuiſſet ſecutus, adeo ęgre tulerunt Bulgari de rege ſuo: ut eum occidere cogitarint niſi fuga ſibi ſalutem Cõſtantinopoli quæſijſſet. ¶ Stephanus quoq; papa III. habito in Lateraneñ. Baſilica concilio, deſtinatis a Carolo magno & alijs principibus Chriſtianis, pluribus ad hoc negotium epiſcopis, abrogauit Synodum Conſtantinianam Conſtantinopoli habitam, quam ſacrilegi ſeptimam Synodum nominare audebant. Et conſenſu patrum decretum eſt: ut ſtatuæ & imagines ubiq; reſtituerentur & ſynodi Conſtantinianæ pręſides una cum Imp. anathematizarunt, quod iuxta illos immortalis dei condicio peior fieret, quam hominũ, quibus ob res bene geſtas monumenta eriguntur: At contempſit Tyrannus excõmunicationis medicinam quæ deus pro ſceleribus ſuis in hoc quoq; mundo, plagis afficere cœpit, nam Elephantiæ morbo grauari cœpit, ex quo aduſti, ſpumãuiſq; ſanguinis uitio, putrida caro, neruos oſſaq; deſtituens illum ubiq; ulceratum, ad crudeliſſimum & ſua omni uita digniſſimum perduxit interitum. ¶ Sic leo eius filius & impietatis hæres, cum primum religionem ſimularet a ſuis plurimum amabatur, at cum paterna cœpit imitari flagitia & ſacrarium ſanctæ Sophiæ auro, gemmis, & omni re præcioſa ſpoliauit, mox diuina ſubſecuta eſt ultio, ſubitanea morte eum corripiente. Contra impijſſimorum tamen imperatorum decreta, Leone mortuo Hyręne religioſiſſima imperatrix cum filio Conſtantino gubernacula imperij ſuſcepit, & primum ſacra & religionis cauſas compoſuit, Concilium Nicęnum CCC & L. Epiſcoporum catholicorum colligendo, ubi ſalubriter conſtitutum eſt, ut

eccleſia diceret, perpetuo anathemate notaretur. Et ſynodus Conſtantiniana hic fuit condemnata. Mox ſequenti anno, eoſdem patres Conſtantinopoli conuocauit, & uoluit hanc ſynodum ſeptimam dici non Conſtantinianam. Quamuis aliqui exiſtiment ſeptimam illam approbatam fuiſſe ſub Eugenio 2. & Michaele Imp. Conſtantinopolitano.

HAERESIS FOELICIANA IMAGINES tollens in Franckfurt damnat̃ ſub Carolo. Ca. XIII.

AT Conſtantinus filius VI. in ordine, improborum uſus conſilio, ſaluberrimam Niceni concilij abrogauit conſtitutionem, & excluſa matre ſolus tenuit imperium, in delicijs habens plures excęcare, plures necare, ſed Hyręne mater, filij flagicia non ferens, impellente nobilitate, Conſtantinum captum, oculis priuauit, ac in carcerem coniecit, ubi impietatis ſuæ & ſacrilegij debitas pœnas luit, & Hyręne imagines reſtituit. ¶ Sic Adriani pontificis & Caroli magni induſtria uix nata in Germania hęreſis Fœliciana extincta eſt: nam dum Carolus Hunos, Danubianos quotidianis incurſionibus moleſtantes perdomuiſſet, ad Franciam Orientalem (unde Francorum origo eſt) Germaniæ cum proceribus ſuis peruenit, & anno ſalutis DCC XCIII. Synodum ex Francis & Germanis in Francfurt congregari curauit, ubi præſidentibus Theophilatio & Stephano epiſcopis Romanæ & Ap. ſedis legatis, hæreſis Fœliciana condemnata eſt, & ſub anathemate inhibitum ne quis ſanctorꝝ imagines uel eraderet, uel tollendas doceret. Itaq; non ulterius ſerpſit hęc peſtifera lues iam ab annis DCCXXX. in Germania, niſi quod hoc anno gratiæ M.D.XXII. Si fama uera eſt, Fœliciana hæreſis ab Aquilone iterũ panditur, Luddero, Carlſtato & Melanchthone hominibus ab eccleſia dei præciſis, authoribus. Sed optime ſperandum eſt, qui ſacrilegos illos, imagines ſanctorꝝ deponentes, ſupplicijs & pœnis afflixit: nec hos quidem euaſuros, quin impietatis & ſacrilegij meritas pœnas luant. Et quemadmodum Carolus magnus Chriſtianiſſimus Princeps fœlicianam hæreſim repreſſit, ac Saxones ad fidem conuertit, ita diuus Cæſar noſter Carolus maximus, rex catholicus iam renaſcentem hæreſim amputabit, & Saxones ne a fide catholica deficiant continebit. ¶ Quod autem Michael Trauli Conſtantinopolitanus ad Lotharium Imp. oratores deſtinauit: Hos Lotharius ad Sed. Apo. Remiſit, ad quã omne fidei iudiciũ pertineret, qui ab Eugenio II. inſtructi fuerunt, quinq; concilijs, tribus Romanis, uno Nicęno, & altero Francfordenſi, damnatã eſſe hanc hæreſim de tollendis Chriſti & ſanctorum imaginibus, cohortatus eos, Ut Imperatorem perſuaderent de reſtituendis imaginibus.

DECRETA CONTRA TOLLENTES Imagines. Cap. XIIII.

HAc de cauſa Gregorius ſecundus grauiter reprehendit Seruium Maſſilienẽ. epiſcopum, quod imagines confregerat ad eum ſcribens. Perlatum ad nos fuerat, quod inconſyderato zelo ſucceſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent confregeris, & quidem quia eas adorari uetuiſſe, omnino laudamus, fregiſſe uero reprehendimus, dic frater a quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti, aliud eſt enim picturã adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum addiſcere. Hac de cauſa in ſeptima Synodo (non illa Conſtantiniana) iuramentum ſuper confringendis imaginibus, uelut ſuper re illicita, fuit per patres irritum: in eadem enim ſic legitur. Actione quarta ſeptimæ ſynodi Iohannes Apocriſarius Orientalium ſedium dixit. Significat ſermo patris noſtri Sophronij, quod melius ſit iurantem periurare, quam ſeruare ſacramentum in fractione ſacrarum imaginum: hoc autem dicimus: quia ſacramento quidam ſe excuſant. Tharaſius patriarcha dixit, quia

Non habeo iã ad manũ acta illa ſynodorũ, quia plures uo lunt illa tracta ta in 6. ſyno. Hoc tamen ue riſſimum, quod Tharaſius 7 ſynodo catholi cæ interfuit.

pater Sophronius nouerat bonitatem dei propterea tranſgredi uoluit impium iu ramentum: Hic liquet ante tempora Gregorij a nullo factum ſacerdote, qui flo ruit ſub anno gratiæ DCC, quod noſtri ſacrilegi uiri Ludder & Carlſtatus moli untur, & quod Synodus iudicauit imaginum abolitionem, rem fore adeo illicitã: ut ſi iuramento etiam firmata eſſet, tamen obſeruari non deberet, & noſtri Cyni ci & Epicurei Theologi acephali, etiam noniurati ſummis uiribus id conantur.

¶ Reperio præterea unum canonem inſcriptum Synodo Conſtantinopolitanæ, cuius hæc ſunt uerba. Sacratam imaginem domini noſtri Ieſu Chriſti, & omni um liberatoris & ſaluatoris, æquo honore cum libro Euangeliorum ſanctorũ ado rari decernimus, & infra. Si quis ergo non adorat icona ſaluatoris Chriſti, non ui deat formam eius, quando ueniet in gloria paterna glorificari & glorificare ſan ctos ſuos, ſed alienus ſit a communione ipſius & claritate. Videant nunc Ludder & criminis participes, quali anathemate ſint percuſſi, ſed qui in ſordibus eſt, in quit Iohannes, ſordeſcat adhuc.

RATIONES CAPTIOSAE QVIBVS NI- tuntur Icomaſtiges. Cap. XV.

FIrmatis noſtris reſtat, ut aduerſariorum robora confringamus, & eorũ fundamenta tollamus, Nam ex quinq; præcipue uidentur anſam tanti ſceleris & impietatis arripuiſſe, Primo quoniam Exod. 20. ubi decalo gus præceptorum dei traditur, imagines fieri prohibentur. Non facies tibi ſculp tile inquit, neq; omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, neq; eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Secundo quod Ezechias rex in ſcriptura laudatus, quod non fuerit poſt eum ſimilis rex in Iuda, hic tamen diſ ſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitq; ſerpentem æne um, quem fecerat Moyſes 4. Regum 18. quem tamen dominus fieri iuſſerat. Ac cedit ad prædicta, quod ſaluator Iohan. 4. mulieri dixit, Mulier crede mihi, quia ueniet hora quando neq; in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem, uos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt, ſed uenit hora & nunc eſt, quando ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate, nam & pater tales quærit qui adorent eum, Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Porro multa incommo da & grauia pericula uidentur oriri ex imaginibus, Non ſolum periculum ido lolatriæ, poterit contingere, cum homo nimis cogitat de imaginibus & rerum corporalium circumſtantijs, ut propter fluxibilitatem phantaſiæ, & inuiſibili ho ſte illudente ac cooperante deueniat a deuotis & pijs cogitationibus, ad cogita tus impuros & obſcœnos, a ſpiritualibus ad corporalia & carnalia. Nam in nudis ſanctorum imaginibus, poſſunt facile pericula iminere nimis ipſas contuentibus. Quis dubitat poſſe accidere, ut ſi imagini crucis diucius cogitando inhæreat, ut crucifixus dominus euaneſcat, & ipſe ſolus cum latronibus ibi permaneat, Ita & in turpi ac indecenti ſanctarum uirginum pictura contingere poteſt, quod ab imaginibus ad nepharias perueniunt cogitationes. ¶ Poſtremo quidem uir bonus & doctus (cuius nomen honoris gratia ſubticeo, utut ualere me uelit) for te neſcius, hanc rem prius toties concilijs definitam, pluribus hanc rem agit de tol lendis imaginibus, primo inquit imagines prohiberi inuiolabili lege decalogi, di luit tamen hanc Iudæorum obiectionem. Rurſus inſtat, Non ſolum execrabile ſcelus idololatriæ cauendum, ſed etiam quicquid ſimplicium conſcientiã polluere poſſet, qualẽ dicit peſtiferam & nephariam imaginum adorationem, quæ omnẽ dei in nos cõmendationem, patrocinumq; protinus repellit. Poſtea rationes a ſcri ptoribus eccleſiaſticis pro imaginibus aſſignatas, potiſſimum a S. Thoma reijcit: quia a nullo apoſtolorum, nec quauis canonica ſententia, eiuſcemodi imagi-

Exod. 20

4. Reg. 18

Ioh. 4

num cultus ſtatuitur: Immo ſumma incuſatione & contemptu reijcitur, iuxta illud Apoſtoli. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in imaginem corruptibilis hominis, & illud, Fugite a cultu Idolorum, id eſt imaginum. Vnde quia idolatrandi ſuſpicio ad perennem ducit interitum, de promiſſione imaginum prodiens: ideo eſt deterior, quam ignorantia, obliuio, & deuotionis tepor: Et concludit quamobrem dicendum, imaginum ritum in ſacro Chriſtianorum conuentu (ueluti in uinea labruſcam, in cultiſſimo tritici agro lolium) inſanabilis conſuetudinis corruptela germinauit: Exiſtimat pręterea imaginū uſum non potuiſſe extirpari a gentibus ad ſimulachra aſſuetis, quia maluit inſana ac torpida illorum turba, piam Chriſti religionem, quam inanē ſimulachroꝝ uenerationem pręterire. Cōſilium ſuum poſtremo eſt illud. Verum hoc unum, conſulte tn̄, cenſere audeo. Modo orthodoxa fide Chriſti iā ad plenitudinem redacta, nō iniuria, imo cōdecens & laudabile factu eſſet (niſi longeuę forte conſuetudinis luxus reniteret) tēpla oraculaue a ſanctoꝝ ſculptilibus exuta cōſtruere: Id ſiquidē ad hyperbolicos & ęthereos ſanctoꝝ ſpiritus hoīm mentes extolleret, nō corporeas manufactas imagines: quare & de ſcandali periculo infirmos eriperet.

DILVITVR RATIO PRIMA ET QVA RAtione Imagines uenerandæ ſunt explicatur. Cap. XVI.

ET ſi illa recte fuerint expenſa, abuſus imaginum non imagines prohibent: quod ex primo loco liquet, ubi deus in Exodo, non ſimpliciter ꝓhibet fieri ſculptile, ſeu imagines, ſed prohibet fieri ſculptile, cui diuinus cultus, more idololatrarum exhibeatur, nam poſt uerba allegata ſubdit textus. Non adorabis ea neq; coles: & ſic tangitur ibi ratio decidendi. Et quod hoc ſit uerū ex eo liquet, quod mox ſequenti Cap. 25. iubet fieri imagines cherubim: Itaq; noluit deus ut populus alioquin ad idololatrandum pronus, frequentem uſum imaginum haberet, ne in uanitatem ethnicorum, ſicut alias ſæpe euenit, dilaberetur: Licet nunc non ſubſit tantum periculum in lege gratiæ, ubi non ſunt homines tam propenſi ad idoloꝝ cultum. Et unica & facilis eſt intētio rectificans uſum imaginum, quo layci citra periculum uti poſſint, eſt, ut iuxta magni Baſilij dictū cultum, uenerationem, & obſequium, non referant in ipſam imaginem: ſed in Archetypū, in imaginatum: ergo propter pronitatem populi prohibuit deus imagines, & tamen ſacerdotes, de quibus non præſumebat talis pronitas, habebant intra ſancta ſanctoꝝ imagines cherubim angeloꝝ, ut talium intuitu, in contemplatione cœleſtium, mens ſummi ſacerdotis eleuaret: Hanc ſolationem pulchre pertractat Damaſc. quam differenter Iudæi & Græci ſacrificauerint, ita differentes ſint Ethnicoꝝ & Chriſtianorum imagines, Ethnicorū erant dęmoniorum habitacula, *Damaſc.* in quibus ſtulti pagani diuinitatem latere ſunt arbitrati, Chriſtianorum imagines ſunt Chriſti Mariæ ac ſanctorum repræſentationes: Vt enim neq; materiam ex qua ſcriptum eſt Euangelium, ſic nec crucis materiā adoramus, ſed quod typo figuraq; exprimitur: Seruant itaq; Chriſtiani intentionem legis & legiſlatoris dum imaginibus utuntur uelut inſtructorijs, monitorijs, ac excitatorijs, non ac ſi aliquid latentis diuinitatis in ſe habeant: Huiuſmodi differentiam ſignorum etiam aſſignat Auguſtinus libro tertio de doctrina Chriſtiana Capit. octauo & *Augu.* nono. Signa inutilia deorum gentilium reijcit eccleſia, imagines Chriſti & ſanctorum ac ſacramentoꝝ in deum & ſanctos relata acceptauit. ¶ Et pie & docte uidetur mihi ſenſiſſe Auguſtinus in alio loco lib. 22. de ciuitate dei. Dum idolorum *Augu.* cultum, ciuitatem diaboli deiecturus, docet martyres digne honorari, quod multa miranda a deo obtineant, in hunc finem & uerus deus colatur: Et duo omnino uerba, ibidem ſilentio præterire non poſſum. Vnum eſt quod inquit de miraculis ſanctorum, faciunt autem iſta martyres, uel potius deus, uel oran-

tibus aut cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, qua eos non deos eſſe noſtros, ſed unum deum habere nobiſcum credamus: Aliud cum dicit, Non martyribus noſtris, non templa, ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis quorum apud deum uiuunt ſpiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed uni deo & martyrũ & noſtro, ſacrificium immolamus. Ad quod ſacrificium ſicut homines dei, qui mundum in eius confeſſione uicerunt, ſuo loco & ordine nominantur, non tamen a ſacerdote qui ſacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quamuis in memoria ſacrificet eorum, quia dei ſacerdos eſt, non illorum: Hæc ſuccoſiſſima uerba docti perinde ac ſancti patris Auguſt. afferre placuit, quod non ſolum doceant qua ratione ſanctorum imagines, ſed & ipſi quoque ſancti uenerandi ſint: Quicquid enim Aug. attigit, ſemper docte & pudenter abſoluit, quamuis aliqui, omnia iudicare uolentes, pluribus gradibus ei Hieronymũ anteponant: ¶ Sic patet intellectus Synodi (ſiue ſexta fuerit ſiue ſeptima, modo non ſit illa Cõſtantiniana) ubi inquit, Venerabiles imagines Chriſtiani non deos appellant, neque ſeruiunt eis ut dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriam & recordationẽ primitiuorum, uenerãtur eas & adorant, ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Sic habemus, quõ non debemus ſculptile facere, quod colamus & adoremus pro deo.

RATIONES DE SERPENTE AENEO ET quod adorare debemus in ſpiritu & ueritate, imagines non tollunt. Cap. XVII.

QVod porro de ſerpente obijcitur, adeo uſum imaginũ non reijcit, ut quã maxime confirmet: Nam cũ dominus in Exodo prohibuiſſet fieri ſculptile, tamen mox Numeri 21. locutus eſt dominus ad Moyſen, fac ſerpẽtem æneum, & pone eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum, uiuet: Expende deum hic iuſſiſſe fieri ſculptile, ſed pro ſigno id haberi uoluit, ut clara uerba explicant. Quod cum populus in Idololatriam propenſiſſimus poſtea ſerpentem non pro ſigno teneret, ſed pro deo coleret, iuſte Ezechias id deſtruxit, quod iubente deo fuerat factum: eccleſia autem in primo perſeuerat inſtituto, imagines pro ſigno, non pro deo habens, Ideoque perſeueret imaginum uſus. Alioquin ſi alicubi plebecula, imaginem non pro ſigno, ſed deo habere niteretur, deſtruenda eſſet imago: Nam ſic recte collegit Stephanus Papa, ſi ueteres aliqua inculpate fecerunt, quæ per poſteros in errorem uertuntur & ſuperſtitionem, huiuſmodi ſine tarditate aliqua, & cum magna authoritate, a ſucceſſoribus deſtruantur. ¶ Ita & ſaluatoris uerbum imagines non excludit, ueri enim adoratores, per imagines uel moniti uel inſtructi, adhuc adorant in ſpiritu & ueritate, Si orationes ad prototypum iuxta diui Baſilij inſtitutũ, referuntur: Vbicunque enim oret homo, ſpiritu oret & ueritate: maxime in lege gratię excluſis figuris Moſaycis, & diſpulſis tenebris ac falſitatibus gentilibus: talis erat etiã Dauid cum inquit, Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum: Et nihilominus uerum eſt quod inquit. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Talis erat Ezechias apud Eſaiam. Obſecro te domine, mememto quod coram te ambulauerim in ueritate & corde perfecto: & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim: Talis erat S. Paulus. Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Nam qui ſic per ſpiritum, externas uellet excludere imagines, pari ratione & ſacramentorum ſigna corporea ſecluderet, omnes religionis cærimonias, immo literas ac ſcripturas cum omni oratione uocali, quare per imagines non prohibemur ſed excitamur in ſpiritu & ueritate adorare deum.

Nume. 21

Stephanus papa.

Pſal. 118

Pſal. 5

Eſaias 38

1. Cor. 14

ALIAE RATIONES CONTRARIAE DIluuntur cum peroratione. Cap. ulti.

HIc non impendio refellitur quarto loco adductum, quia improbat immodeſtiam pictorum, nimis licentioſe interdum huiuſmodi imagines afformantium, improuidentiam quoq; orantium aliquando, non enim imaginis uſus uel intuitus hoc operatur, quod aſſumit, ſed nimia inhæſio meditantis, per quam & cor orantis impenditur, ne ſurſum feratur, quaſi funibus circumligatũ, aut deorſum per impuros cogitatus trahitur. Quare pro ſigno tantum debet fidelis uti imaginibus, ut per has inſtruatur, moneatur, & excitetur, per quas mox euehatur in ſpiritu, ad deum & ſanctos cogitandos. Alioquin ſi moroſior circa ſignum extiterit (ut arguendo aſſumitur) non mirum ſi ſignatum amittatur, plura ſymbola & exempla in hanc rem affert Iohan. Gerſon, Chriſtianiſſimus cancellarius in libro de exercitijs ſecretis deuotoꝝ ſimplicium, quæ omnia poſſent huc tranſplantari, ſed breuitatis ſtudio ad eum locum deligo ſtudioſum lectorem. Vnde oportet fidelem per imagines, ſine imaginibus in ſpiritu & ueritate deum adorare. ¶ De uiro illo bono, iudicandũ eſt ſecundũ ibi cõcluſa, quibus teſtatr̃, ſe oĩa ſua referre ad iudiciũ eccleſiæ, cũ qua uult uiuere, ſapere, & requieſcere. Ideo errata illa in optimo ſenſu ſunt interpretanda, quamuis is nõ ea ſit erga me uſus humanitate, qui nihil huiuſmodi merentem tot affecerit iniurijs, ſed deus miſereatr̃ noſtri & parcat nobis. Ad illud ergo quod primo aſſumit, cauendũ ꝙ ſimplices ſcandaliſat, non admitto Imagines ſcandaliſare ſimplices, quoniã unica [illegible] facili directione rectificant uſum imaginũ, ſi referant in imaginatum, peſtifera aũt eſt imaginum adoratio, ſicut idololat[illegible] adorant, quaſi ſit aliquid diuinitatis in eis, ut ſupra latiſſime diſſeruimus. Deinde male reijcit S. Thomę ratiões, cui alioquin plura tribuere ſolet, quoniã ſuperius docuimus, hunc imaginũ uſum ab ipſo Chriſto & Apoſtolis in eccleſiã emanatũ. Quod Apoſtolũ de ſymulachris idoloꝝ affert, hoc non officit ſanctorũ imaginibus, ut ex Damaſ. & Auguſt. differentiã collegimus. Vnde ei expoſitionẽ non admittimus, Fugite a cultu idoloꝝ. i. imaginum, cũ non oẽs imagines ſint Idola (niſi cherubim in propiciatorio dicat eſſe Idola) licet oĩa Idola ſint imagines, Ita inaniter timet Idololatrandi ſuſpitionẽ ex imaginibus, niſi forte a ſuæ gentis hoĩbus, Iudęis, ſed cum illi cæci ſint & obſtinati, ut is met de eis conquerit̃; tantum bonũ ex imaginibus proueniens, nõ debet impediri, propter ſiniſtrã Iudęoꝝ interpretationẽ, quoniã ſi uellent auſcultare; Facile eis daret̃ unica directio, Vſum imaginum ab idololatria excludens, ſed aures habent, & nõ audiunt; Ita falſum eſt quod ille ſuſpicat̃ a gentibus Apoſtolos nõ potuiſſe auellere imaginũ uſum: Hoc enim nullibi cõperit, ideo eadẽ facilitate cõtemnit̃, qua dicit̃. Immo oppoſitũ ſuperius luculenter oſtendimus: De conſilio ſuo, Valeat: qm̃ quod eccleſia in quinq; concilijs, magno præhabito & maturo conſilio, determinauit: nõ conuenit per eccleſiæ inſertum ſuo nouo conſilio infringi: quãuis oĩno credã, eum iſta bona ſcripſiſſe intentione; & eum filiũ obedientem eccleſiæ agnoſco: Liquet ergo, uſum imaginum in eccleſia minime tollendum: ut qui authorẽ Chriſtum & Apoſtolos habeat, & totam eccleſiã in quinq; concilijs approbatricem, quantumuis ſacrilegi imperatores, hunc annis centum impugnauerint. Imagines ergo crucifixi & ſanctorum in uſu teneamus: [illegible]o his inſtruamur & eorũ frequentem habeamus memoriã; quo ſancti & electi dei apud miſericordiarũ patrem, noſtri memores ſint eorum precibus & meritis, ut aliquando eoꝝ conciues efficiamur, in ſecula Deum benedicentes. Amen.

Gerſon

Folio 95. pagina 2. linea penult. lege, diabolum.

Expenſis honeſtorum Georgij Krapff & Iacobi Focker, Bibliopolarum Ingolſtadieñ. M. D. XXXI.

B. 298